





Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

1794/D

DIOSCORIDES
C

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

IN HOC VOLVMINE
HÆC CONTINENTVR

IOANNIS BAPTISTÆ EGNATII VENETI IN DIOSCORIDEM AB HERMOLAO BARBARO TRALATVM ANNOTAMENTA. QVIBVS MORBORVM ET REMEDIORVM VOCABVLA OBSCVRIORA IN VSVM ETIAM MEDIOCRITER ERVDITORVM EXPLICANTVR.

Pedacii Dioscoridis Anazarbei de Medicinali materia ab eodem Barbaro latinitate primum Donati Libri quinque.

Eiusdem de Noxiis Venenis ut Caueri uitariq; possint. Liber. I.

Eiusdem de Venenatis animalibus & Rabioso Cane. Liber. I.

Eiusdem de eorum quos animalia Venenata momorderint. Liber. I.

Hermolai Barbari patricii Veneti & Patriarchæ Aquileiensis Corollarium libris quinque Absolutum.

Accedit in Dioscoridem & Corollarium index q̃ copiosissimus.

Hosce Omnes libros intra quindecennium nullus excudito.
Si quis contra faxit, impius iutestabilisq; esto.
Leonisq; decimi Pontificis Diris obnoxius semper uiuito.

Ex sudæ Collectaneis.

Dioscorides Anazarbensis medicus cognomēto phacas. i. Lentinus q; lentigine os dehonestaretur: fuit autē sub Cleopatra & Antonio in Ægypto: scripsit libros quatuor & uiginti ualde Celebres ad medicinæ usum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

301623

IOANNES BAPTISTA EGNATIVS VENETVS SERENISSIMO, ET OPTIMO PRINCIPI LEONARDO LAVRETANO, SENA/TVIQVE AMPLISSIMO FELICITATEM.

PHocionis illius uxorem, cui probi cognomẽ fuit a uitæ morũq; sanctitate dicere solitam accepimus
Princeps Serenissime, Patresq; optimi, mũdũ nullũ sibi esse domi illustriorẽ, militari uiri gloria, &
frequẽti a Phocione marito rerũ bello præclare gestarũ recordatiõe. Contra Corneliã Graccorũ ma/
trem respõdisse Cãpanæ matronæ opibus ac luxu insolescenti memoriæ proditũ est: nihil sibi iucũdius
aut carius eẽ duob⁹ liberis Tyberio. s. & Caio. quos cũ optimis ĩstitutis ac disciplinis erudiẽdos curasset:
ornamẽto sũmo ac usui sibi, ac Reip. fore speraret. Et sane graui⁹ multo Cornelia, ac sapiẽtius respõdisse
uideri põt. Quis. n. (quæso) nõ uideat, quãtũ doctrinæ studiũ bellicæ laudi, ac gloriæ præstet: neq; uero
solũ qđ hæc uni populo gẽtiue cũ alterius interim pernitie ĩ rebus dubiis saluti fuit, literæ, atq; artes ipsæ
liberales oĩbus ꝑsunt: uerũ ẽt ꝙ peculiaris, ac præcipua lr̃arũ est laus, ut hoĩes, quos ad malũ ꝓniores uel
natura peperit, uel uolũtas exercuit meliores solæ reddant. Quanto igitur cõmoda, quæ a literis Doctri/
næq; studio proficiscũtur, ampliora illustrioraq; sunt imperatoriis cõsiliis, & artibus: Tãto hosce uiros q
omnẽ ætatẽ suã in literis honestisq; disciplinis cũ aliqua laude cõsumpsere, maiore laude dignos esse cen
sebimus. quod si oĩs retro memoria repetatur iam inde ab incunabulis amplissimæ huius ciuitatis ue/
stræ Princeps optime, Viriq; doctrina, & multarũ artiũ cognitiõe celebres cõmemorẽtur, qui certe & plu/
rimi, & clarissimi apud uos floruere, paucos admodũ habeas, quos Hermolao Barbaro Zachariæ. F. præ
ponas. & huius quidẽ uiri tanta laus & nominis celebritas æstimãda est, ut in hoc genere laudis solus pro/
pemodũ ornare patriã hanc potuerit. Qui ab ineunte ætate nobilissima familia natus, auo, patruoq; ma/
iore insignis, sũmo ac diuino ingenio, cõtẽtissimo studio, multiplici literarũ & artiũ cognitione celebris
adeo apud oẽs semper extiterit, ut nemo iã Barbari memoriã nisi ut numinis cuiusdã sanctioris, et au/
gustioris genii colat. cuius prudentia quãta in obeundis legationibus fuerit, quãta domi forisq; integri/
tas in amplissimis magistratibus gerẽdis, haud sane in præsentia attingã. quod recordatio probitatis eius
& inocentiæ uigebit sempiterna apud te, patresq; Amplissimi ordinis oẽs. Ille igitur cũ in hac palæstra li
teraria semper ita sese exercuerit, ut nullũ unquã tẽpus prætermiserit nõ de literis cogitandi, atq; optime
de humano gñre ꝓmerẽdi, cũ alia multa uiuẽs edidit: Tũ supremo uitæ suæ tẽpore Dioscoridis Anazar/
bei libros de medicinali materia in latinã linguã felicissime uertit. & ne nõ uita eius proposita & addi/
cta studio iuuãdi oẽs uideri possit: quinq; libros, quos Corollarii nomine appellari uoluit: ad Dioscori/
dis tralationẽ addidit. De quibus libris illud plane affirmare habeã, nihil eruditius, nihil uberius, nihil
magis uariũ post instaurationẽ Latinæ linguæ esse editũ. qbus plane & gloriæ suæ, & lr̃is ac lr̃atis oĩbus
satisfecisse uideri queat. Quod si in multis uolũtas iuuandi nõ exitus attẽditur, quã uerã Solidãq; Barba
ri gloriã esse iudicabimus, q omnẽ ætatẽ ita cõsumpserit, ut nũquã illiũ ociũ a literis abstraxerit, uoluptas
a uocarit: sõnus retardarit. qui nũquã ita adolescẽs uixit, ut nõ minus negocii quã ocii sui (qđ Sapiẽtissi
mũ queq̃ præstare deceat) rõnẽ reddere ualeat. q præter alia ingenii monumẽta primus Plinianis tenebris
lumen accenderit. & cũ a Rep. uacaret: præceptoris munus nõ refugerit: Aristotelẽ, & reliquã omnẽ Phi/
losophiã nostratibus hoĩbus explicãdo. Cuius & uolumina cõplura ĩ latinũ uerterat, quæ mox edẽtur, &
cõmẽtariis etiã illustrarat. Illũ igitur. & doctissimus quisq; semper admiratus est, & optimus coluit. Quare
nõ iniuria Innocẽtius Põtifex Aquileiẽsi sedi nolẽtẽ iuictũq; ꝑfecit. Ille uero ꝑpolito satis Dioscoride, Co/
rollario nõdũ tñ absoluto, dũ Aristoteli uertẽdo ĩ latinũ uacat (proh nefas) ex pestilẽtia Romæ decessit ãno
uix ætatis qnquagesimo. q si susceptã ingressãq; studiorũ suorũ rationẽ ꝑficere ꝑpolireq; potuisset, æquio
re fortasse animo ac leniore decessisset. Et si. n. dolere homini poterat: quod procul a suis, a patria, dome/
sticisq; penatibus abesset: nõ mediocrẽ tñ animo uoluptatẽ capere poterat, quod perpetuã nũquãq; sene/
scẽtẽ de se memoriã fore sperabat: ꝙ spiritu moriẽs, uirtutis memoria sempiterna frueretur: ꝙ apud oẽs
doctos & probos cõstantissimã prædicationẽ studii & industriæ suæ relictũ iri cogitabat. Cũ igit præstã/
tissimi uiri gloriæ & doctissimi, oẽs debeãt: & me nõ minus eius memoriæ conseruãdæ & augẽdæ laudi
debere cognoscerẽ: curaui sũmo studio, ut hæc oĩa quæ tot ãnos ĩ tenebris iacuerãt, ꝓdirẽt ĩ publicũ: nec
labori, aut uigiliis parcẽdũ mihi pro eius uiri laude, & cõmuni omniũ utilitate censui, qui oneris quidẽ
sui partẽ impertiebat nemini, laudis autẽ, & gloriæ inuidebat nulli. Et Dioscoridẽ quidẽ ipsum ita edẽ/
dum uolui, qualẽ ille suprema lima perfecerat. cui tñ ne qđ deesset, annotamẽta quædã in usum etiã me/
diocriter eruditorũ adnexui. ut si quos librorũ eorũ utilitas ĩmensa inuitaret: nõ retardaret interim obscu
ritas, simul & studio meo præcurrerẽ delicato etiã lectori: & sæpe ad leuissima quæq; nauseanti. In Corol/
larii autẽ libros præfationes quæ desiderari uidebãtur, tãtũ addidi, Cætera quãtũ per mancipes librarios
istos. licuit, ut emẽdatissimi ederẽt, operã dedi. necesse tñ fuit: ut offensiũculæ quedã interdũ occurrerẽt.
Quæ oĩa tibi Princeps optime senatuiq; grauissimo tuo nũcupãda censui. uel ꝙ iudicii quandã de ipso
Hermolao prærogatiuã sequerer: qui cũ patriæ sese oĩa debere sciret, uel hoc ipsum præstare ĩprimis opta
ret: uel quod illũ patriæ suæ quodamodo reddere: ac restituere uidebar, uel ꝙ cũ tibi Princeps Serenissi/
me uitã, cũ dignitatẽ, cũ oĩa deberẽ, nõ poterã, qcqđ hoc fuerat industriæ meæ nõ tibi ac Senatui Am/
plissimo nõ dicare. quos æternũ uigere ac Florere Deos ĩmortales ꝑpetuo rogo. quando te ipso supstite
& ĩcolumi Senatu de totius orbis salute christianoq; noĩe optime sperãdũ sit. Bñ ac feliciter. Vale.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

MORBORVM AC REMEDIORVM VOCABVLA APVD DIOSCORIDEM OBSCVRIORA BREVITER AB EODEM EGNATIO EXPLICATA IN VSVM ETIAM MEDIOCRITER ERVDITORVM. SIMVL ERRORES, QVI INCVRIA NEGLIGENTIAQVE LIBRARIORVM IRREPSERE, CASTIGATI.

Cap. PRIMO.

Carne conuestit. Emendandum pro conuertit.

Pessi. fœminarum medicamenta sunt, quæ in molli lana genitalibus earum condnntur.

Malagmata. medicamenta, quæ ad molliendũ (unde & illis nomen) integræ cuti adhibētur.

Acopa. ac si sine labore interpretere Remedia a græcis dicta ad lassitudinē leuandā, sicut & Aponi balnea, quæ uulgo Abani balneæ dicantur.

Rupta conuulsa. rhegmata & spasmata græci. ut aliqua tamen differentia sit. nam rupta dicimus simpliciter. ubi uero non ruptum tantum & fractum, sed intus nerui lacessiti, tunc conuulsum dicimus. coniungimus autem fere. quod raro utrũq; non cōtingat, ubi unũ incidat. unde etiã Iuuenalis Allusio prima satyra, quod in racemationibus nostris adolescentes olim primi admonuimus.

Ex. II. Cap.

Stillicidium latini Appellauere morbum quum sine calculo & inflãmatione ægre lotiũ eat Dysuriam & stranguriam græci dixere. urinæ difficultatem fere uulgus.

Desideria mulierum. menstruorum Irritamenta latini Eleganter dixere.

Ex. III. Cap.

Fluctiones pectoris. thoracis rheumatismos uerbum de uerbo diximus. sunt qui fluxiones magis probent.

Ex. IIII. Cap.

His quæ depascunt. Nemome na græce.

Ex Cap. V.

Tineas latas. sunt hæ Celso trium generum Elminthes a græcis. latæ, Teretes, & quas uermium figura græci Ascaridas appellarunt, tametsi Celsus in cōmune Lũbricos eas dixerit. uulgus omnes uermium nomine censet, quibusq; uenter ab his doleat, & præcipue pueris, uermioso Morbo laborare putat.

Psoras cum Aceto inunctum. Distingue & uerbum enecat intellige Psorã autẽ scabiem diximus.

Dap. VI.

Cyperum olente Plinius cupressum ut Aestimandum sit.

Hircum spirante. idest hypertragizonta, quasi hircorum odorem redolentem. quem latini hircũ etiam Eleganter Appellent.

Abundantias. græci rhysis. nos modo Profluuia, modo Abundantias.

Oculorum desiderium. Ophtalmica græce quasi prurtitũ illũ oculorũ existimes. piziam uulgus.

Cap. VII.

Aliuca. sunt qui aliuncam malint. tametsi Plinius diuersum quid nardum gallicum a saliunca uideatur intelligere.

Fasciculos manuales. desmos chiroplethes a græcis quasi manum implentes interpretere.

Arquatis. idest Morbo regio laborantibus. quem & Icterum græcia appellet.

Cap. IX.

Epiphoris oculorum, ægilopiæ incipienti. Epiphoras græci & latini usurpant pro morbo eo oculorum cum frequens humor ab oculis distillet. lachrymã uulgus dicit, quasi ab inferẽdo græciæ nuncupatus. Aegilopiam autem ab Auena nuncuparunt, is grauior morbus. nam inter nares & angulum maiorem oculorum Pituita multa defluit, quæ si negligatur, ossa depascit, fistulamq; facile gignit.

Cap. XIII.

Nodis frequentibus. Serapio ramis spissis & plenis. Sed magis probarim nodos. propter ea quæ sequuntur.

Neq; translatitii.

Ad distillationes pituitæ. Catharrum græci uocant.

Cap. XIIII.

Melicerides maturat. Duplicem celsus speciem huius morbi reddit. est aũt tuberculũ abscessusq; Melicerides

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Mellis crassitudine unde nomen, in cubitis & genibus. sed & in ore. quod uero in Scapulis tātum nascit̄ cerion fauusq̄ dicit̄ ꝓprie. est ēt sua Capiti meliceria cū humor melli similis inclusus latet qd̄ ganglion appellarunt. nō defuere qui gallicū morbū inter melicerias reponerēt.

Oculorum inflāmatioues ophthalmon phlegmonas græci.

Cap. XVI.

Modice astringit, Erumpit, Suppurat. hic aduertendum pro suppurare alios concoquere redidisse. sed Hermolaus noster non peptícen idest concoquēdi uim, sed pepæni legit quod suppurare dicimus. cum ulcera. s. iam saniem emissura sint. ut Aestimandum sit.

Fastidientibus stomachis. Quis non uideat ita significantius redditum quod græcus assodessi stomachis codex habet q̄ stomachi doloribus?

Cap. XVII.

In assulas multas dissiliens. Scindalmus græci, ut ridendus sit Serapio qui neruositatem reddiderit. substillo. idest stranguriæ & urinæ difficultati.

Cap. XVIII.

Theriston Plinius Eutheriston quod & melius opinor.

Non subacida, facilis dilui. sunt qui Eudiæton. i. solui facilis interprætent̄ alii Eudieton malūt.

Vertiginosis. Scotomaticos & scotomata uertigines latini dixere. is morbus & frigidis & lentis humoribus contingit a cerebro defluentibus, ut qui malum hoc sentiūt facile cadant. quare uertigines nostri dixere quod ob oculos imagines rerū uersari uideantur unde rotatus assiduus occurrat. uulgus & ipsum hoc uertiginis nomen agnoscit.

Qui recta Ceruice spiritum trahunt. orthopnoicos græcia dixit. Cōtra Asthmaticos quos suspiriosos diximus. nam dyspnoicos leuiore morbo eos dicimus qui difficulter anhelant, nec tamen ad interitum. sed asthma hydropesis fere consequitur.

Ex Cap. XIX.

Genitalium Nomas. hoc nomine græci intelligunt ulcera quæ depascunt & uorant Serpendo corpora unde & illis nomen.

Cap. XXI.

Diapasmatis more: Diapasma Asperginem latini eam intelligunt, quo uerbo & Plinius utitur, qua ad coercendos sudores utimur. cuiusmodi sunt quæ siccis odoribus constant.

Cap. XXV.

Et ibi Croco monte tu coryco Emenda.

Liciæ tu Lyciæ.

Ab Aegibus. tu Aegis emenda. est autē Aege urbs Aetolica uel liuianis monumētis notissima.

Oblongum & præpingue. Hic hermolaus ita legit ut non holomelen. idest ab omni parte integrum sed Pimelem. i. præpinguem magis probarit Plin. auctorē (ut opinor) secutus.

Molibdæna quid sit ex ultimis corollarii libris petito.

Ignis sacri Inflāmationes. Plinius Erysipelas iterpretatur quod & Barbarus agnoscit. Celsus diuersum sacrum Ignem ab Erysipelate facit & Galenus. is proprie morbus Erysipelas intelligitur cum ex tenui sanguine incenso ex bile ac feruente Tumor consistit.

Molibdena
Ignis sacer, Vide Marcellum sup Dios. lib 4o. cap. 24o.

Cap. XXVII.

Eclegma. inlitum latini appellant. uerbo tamen græco usitatiore.

Cap. XXIX.

Sudores cohibet sane. Tu sudores cohibet distingue. nam uerbum illud sane principium sequētis est clausulæ.

Ileos gracilioris intestini dolor. Contra colicus laxioris intestini, diuersum utrūq̄ a lateris morbo quē græci Pleuritin appellant. Vtrūq̄ morbum colici nomine uulgus fere cōprehēdit.

Decoquitoq̄ in Igne usq̄ eo dum fiat tam crassum. sic legendum sine ulla distinctione.

Cap. XXXII.

Tum demittis in fictile ampli oris nouum heminas centum.

Decapulas. hoc uerbo signanter uteris, cum oleum dissundetur, & de uase in uas transmittetur. nam elutriare & transuasare latius patent.

Cap. XXXIII.

Rudicula. id uerbum ueteribus agricolis Pistillum significat ad interendum mortariis.

Cap. XXXIIII.

Strigmenta. uerbū hoc Plinio & Celso sordes gymnasiorum significat. gloeus græci appellant, sed & intestinorum ueluti ramenta hoc nomine interdum appellamus.

Labia autem uasa maiora intellige.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Condylomata autẽ ſunt ſedis uitia Circaq; coronam erumpentia ulcera latinis græciſq; medicis uulgato nomie.

Cap. XXXV.

Ceroma ẽt cerote a græcis dicta, nos cerata a cera. ſed & uulgus ita iã appellat. dicit̃ & Patos. eſtq; oleum quo luctaturi ſeſe perungunt. Patos tamen a græcis conum lutũq; Ceromati admixtũ dicitur, quod ſi acceſſerit ſudor, id uero coniſalon nuncupare ſolent.

Cap. XXXVI.

Supputationis moroſæ. ideſt quæ difficulter ad ſanum deducitur.

Deſquamatis illinuntur. Apoſyramenus græci. Nam & quæ apoſyrmata illi, Plinius deſquamationes dixit.

Cap. XXXVII.

In ſyriæ Palmiris. oppidum id olim clariſſimum totius Syriæ ĩter medias harenas poſitum. ſed bello cõtra Aurelianum Romanorum imperatorem, Zenobiaq; atq; Odenato principibus, ruina etiam atq; internitione omnium fere ciuium celebrius.

Cap. XXXVII.

Ricinos eius maturos. Quam arborẽ græci crotonẽ, Plinius Ricinũ appellat. unde hic Ricinos Hermolaus dixerit pro baccis eiuſdem arboris. nam & ipſe Dioſco. Crotonas orimus ideſt maturos ricinos dixit. & quoniã hæc arbor Cici quoq; diceretur, inde Cicinum oleum.

Expanſoſq; uuarum modo. Locum hunc Hermolaus ita interpretatus eſt ut theilopedon intellexerit aream in qua Vuæ inſolentur. i. ſoli exponantur, quod & græci grãmatici prodant. Alii inſolationis tantum hoc loco meminere, nec de uuis quicquam addendum cenſuere. ſed Hermolaus neſcio quid expreſſius innuere uoluiſſe uidetur.

Fraces. hoc in loco de ueterum fontibus carnem Ricini ĩterpretari libuit. nam fraces olei fex a ueteribus dictæ.

Truſatiles molas eas ĩtellige q̃ mãu agerent̃. q̃bus Plaut⁹ poeta dũ uacat, comœdias ſcriptitauit.

Cremor ideſt ſuccus.

Si qui aquis grauantur. ideſt hydropeſi laborent.

Cap. XXXIX.

Maſſa fiat uel baltium. Tu quid ſibi barbarus hoc nomine uoluerit, attende.

Eorundem locorum. eleganti ueterum norma locorum nomine uuluas muliebres intelligit.

Suſpiria. ideſt aſthmata quod nomen uulgus uſurpet iam ad orthopnoeas & dyſponœas.

Vlcera manantia, græci Achoras. uulgus imperitũ tegniam a tenẽdo (ut arbitior) eo quod difficile recurari poſſit.

Cap. XL.

Varos, Ionthos a græcis. ſimile fere uitium aſpredini quæ ori fere innaſcit̃, & græce Ephelis appellatur. nã lenticulas, quas græci phace nominant, lentigines iam trito uerbo uulgus & docti appellant. ut Ephelidem fortaſſe uolaticas eſſe ſuſpicere.

Cap. XLII.

Nuce iuglandi. Caryon græcis.

Cap. XLIII.

Interpolato condepſitoq;. bene premito & excolato.

Cap. XLIX.

Ambuſta, furfures. ambuſta græci pyricauta. latini nunc ambuſta, nũc aduſtiones & aduſta dixere. Nam furfures qui pityra dicantur, in facie maxime uiſuntur ad ſimilitudinem furfuris os ipſum dehoneſtantia.

Attritus ſedis. ideſt paratrimmata. is eſt morbus quem aut attrita aut intertriginem latine reddas. Id malum autem aſſiduo equitatu aliaue cauſa adurit atteritq; fæmina. Nam ſedis fiſſa hoc in loco Rhagadas interpratur ex Celſo. qui fiſſa ani dicat. Plinius interdum ſciſſuras. quo malo labia ſæpe & fæminarum Vuluæ laborent.

Cap. L.

Druppæ quid ſint ex Corollario Hermolai pete.

Cap. LV.

Capulam & labellum. utrumq; pro uaſe accipe.

Vngues. Capita foliorum roſarũ eorũq; candidas partes a ſimilitudine Plinius intelligit. Quod & barbarus de græcis etiam fontibus hauſit.

Subiunguntur. emenda ſubiguntur.

Olacitatem. ideſt Grauem odorem.

Cacoethe. Celſus tris carcinomatos ſpecies facit, primũq; quod cacoethes appellat, ideſt cũ ulcus ſidet, exteriora uero intumeſcũt. Inſanabilis omnino morbus. quippe qui a longa deprauataq; conſuetudine nomen inuenerit. unde remedium difficilius inueterato iam malo.

Cap. LVII.

Palmæ abietis fressæ, idest contusæ.

Lentisci. Schinon hic magis probauit ꝗ schænon. i. Iuncum.

Vitilem fiscellam. i. Ex uitilibus Iuncis textam. uitilia autem a uinciendo ueteres appellarunt.

Interclusis emenda.

Vlceribus Scabiosis. græci psorode helce appellant. Perniones chymethla græce morbus a pernis idest pedibus infestandis dictus Calcaneo familiaris frigore nimio. unde bugancias uulgus appellarit dubium. Certe socordibus ac ignauis uel prouerbio attribuimus. Mala serpentia. herpetas dixere quæ ulcera huiusmodi sunt ut ossa ipsa deuorent totumq; corpus uexent ab errando sic dicta.

Cap. LVIII.

Tribulamus, a tribula frumentaria qua fruges teruntur uerbum deductum. Significat autem frequenter conuertere & uoluere. erat autem tribula seu Tribulum tabula saxo uel ferro asperata qua triticum tererent. cuius etiam Virg. meminerit Raro nunc Italie usu. unde ecclesiasticis scriptoribus tribulare.

Collectionibus sedis. Mirari fortasse quis habeat quare Barbarus collectiones pro inflãmationibus uerterit: quum Dioscorides phlegmonas dixerit; Quarum & si diuersæ species Galeno ad glauconem libro traddantur, tamen inflãmationis nomine fere appellantur.

In deligendi, tu desidendi emenda. Tenesmũ autẽ græci morbum appellant quotiescũq; eggerẽdi sordes cupiditas nimia adsit sed irrita, sedis inflãmatione sequenti, excrementisq; mucosis & sanguinolentis erumpentibus. Premitũ uulgus (ut opinor) hoc incõmodũ dicit nõ inepte.

Cap. LX.

Extenuatoria Acuta sic distingue. ut postea ita legas, fæminarum pluribus malis.

O pisthotonum. Celsus eleganter hunc morbum ita distinguit, ut quibus Scapulæ ex æquo rigeant, hi tetanici. Quibus autẽ mentum pectori sit adnixum, emprosthotoni. Quibus caput Scapulis, opisthotoni dicantur. non facile discernentibus aliis morborũ species & nomina.

Dap. LXII.

Prioribus scopis. Græcus codex Phylla idest folia. ut tamen ad abrotanum si respicias non male barbarus scopas uertisse uideri possit.

Cap. LXIII.

Febribus circuitu meantibus. febrium. s. rigores intelligimus, qui certo horarum & dierum stato interuallo redeant. unde Periodica a græcis etiam dicta.

Cap. LXIIII.

Vt bene fracescat. idest Emolliatur & coalescat in fracium similitudinem. quid autem sint fraces, superius plene ostendi unde uerbum.

Collacta tu collata a collando restitue.

Denarios decem idest drachmas. nam denarius drachmæ respondet.

Dispescito. i. disiungito.

Eruptiones eczemata græci.

Cap. LXVI.

Glaucomati. Glaucoma & hypochisim quam suffusionem appellare licet. ueteres non distinguebant, recentiores auctore Paulo in hunc modum prope traddidere. ut Glaucoma sit uitiũ humoris crystallini appellatum in glaucum uergentis, unde & appellatio. Hypochisis autem sit humor inter corneam & crystallinam partem concretus.

Cap. LXVII.

Distrimẽtũ Calami. phirama placuit interpretari distrimẽtũ, idest ipsas Calami partes cõtusas.

Spatha. uerbo hoc græci multipliciter sunt usi, Spatham certe Theophrastus & Plinius Palmarũ cum suis frondibus ramum appellarunt. hic rudiculam intellexit. Sed & textoriũ instrumẽtũ iam hoc noĩe dicimus. Nec recentioribus nomen Spathæ pro ense inepte tñ & barbare (ut opinor) nõ usurpatũ. Spathan ẽt uerbũ pro molliter agere græcis comicis nõ indictum est.

Cap. LXVIII.

Distillationibus. coryzas græci communi nomine, Sæpe etiam catarhrũ dicunt. quæ uulgaris iam est omni grauedini narium appellatio. Ozena autem ulcus est narium in altitudinem descendens ad ossa illa quæ ab angustiis isthmoide dicantur. Ardet hoc & pessime olet unde & nomen humore nunꝗ non distillante sensumq; odorandi adimente.

Cap. LXX.

Fistulis hydrocelis. Fistulas latini græcorũ imitatione dixere si quidem & illi syringa, quæ fistula ex canna etiã dicatur, appellant. Iam & uulgus hoc sequitur. Hydrocela & enterocela & Epi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

plocela cõmuni nomine hernias Celso auctore nostri dixere. Testium morbi sunt. Cum uero humor in alterum testium effluit, unde ille intumescat, Nec facile diduci possit, Hydrocelas græci dixere idest Herniam aquosam & humidiorem.

Cap. LXXI.

In centunculo. Plomate Centunculum interpretari placuit Barbaro, nos puto Feltrum de feltria Venetiæ oppido ubi laudatissimum fiat, diximus.

Cap. LXXIII.

In scroto. Sic testium folles ac eorum conceptaculum dicimus. ut fallantur qui Serotũ pro Scroto legant. Oschæum græce. Cap. LXXVI.

Vuluis cum oleo. Græcus codex Dioscoridis habet ante hoc Carybaricon, quod fortasse Hermolai codici deerat, ut mirari desinas prætermissum.

Ad carbunculos & Gangrænas. Gangræna caro est emortua uel ulcere uel inflãmatione ac rubore. Subalbescit primo id malum, inde Atrum fit nullo sensu, hoc prominentes corporis partes infestat maxime inter ungues scilicet & Alas & inguina. Senum Peculiare incommodum & quorum corpus male affectum sit.

Obambulantes febres. Periodicas appellat Eleganter de quibus supra.

Primitiua ficus. idest Grossos. sic enim latini quos græca lingua olynthos appellat.

Cap. LXXVIII.

Spissamina seu spissamenta stymmata græce.

Cap. LXXX.

Tegete Palmea. Psiathum græcia, quemadmodum Pediasmon campestrem. Et ergasimẽ operariam. Minæa autẽ a populis dicta quos Stephanus & Plinius citet. Illud admonẽdus est mihi diligens lector caput superius de Iasmino. s. in quibusdam Dioscoridis non esse codicibus, ut propterea adulterinum existimare possis.

Languida est cuicũq; a digerentibus additum oleum est. Hunc locum Barbarus ita interpretari uoluit ut non sequeretur codicum fidem qui contrario sensu ita scriptum præferunt. Quibus additum nõn sit oleum. Secutus (ut opinor) Serapionem qui de negatione nihil habeat.

Vocem obtusam sic Barbarus ex Celso quod græce Dasymos phones præferatur.

Cap. LXXXII.

Arenidus idest furfurosus & Psapharos.

Oblisæ uoci. idest apocopen uocis quasi Abscissionem & interruptionem dixeris. Quod uero faucibus branchon interpretatus est alii raucedinem. ut tamen significantius quid Barbarus noster expresserit, quemadmodum & illud in principio Pinguẽ reddit quod alii scordescentẽ. Si quidẽ ex bonis codicibus & Serapiõe liparon idest pinguẽ nõ riparon. i. sordescẽtẽ maluit.

Cap. LXXXIII.

Saracenicæ arboris tu sambracenicæ emendato.

Cap. LXXXIIII.

Quadrantalem formam. i. quadrangularem idest tetragonon.

Linamentum a Lino. quod inuolutũ et in tenuia fila dissectum chirurgici imprimis adhibent ad curanda uulnera. tastæ uulgo dictæ.

Paronychia. Morbus hic circa radices unguium unde & græcis nomen. uulgus Panaricium appellat maxime infestum & noxium carnis abscessu.

Cap. LXXXV.

Fæminas de fluuio laborantes emenda.

Cap. LXXXVII.

Semidodrantẽ idest quatuor digitorũ magnitudine, sic. n. & Plinius græce Tetradactyliæon.

Idque iungis facito. tu restitue iugis idest assiduus. Eademq; ratione succenturiato idest supple/to tralato uerbi significato a re militari.

Cap. LXXXIX.

In tenues hastulas. Quod hic Hermolaus tenues hastulas græce spathea præfert, Quin quod ad lassitudinis remedia & ad ea quæ lana Molli excipiunt, iterpretari uoluit q̃d acopa quidue Pessos græcis uerbis itelligere uoluerit alibi. Sed & raritatem superciliorũ quod addit, & Ptila blephara Dioscorides scripserat. alii Callosas Glabrasq; genas. quam recte ipsi uiderint.

Cap. XCII.

Vlcera quæ depascunt. Nomas hæc diximus appellari, quæ a serpendo nomen adeptæ corpora hominum infestent.

Cremia eius uirentia. hic Hermolaus erudite magis quam aperte quod xylaria chlora Dioscori/

des dixerat, ideſt ſurculos uirentes Cremia reddidit, quo noīe latini ſurculos aridos quorū/cūq; lignorū intelligūt a cremādo. Nam collumella a ruſticis appellari ſic tradidit minutos & Aridos ſurculos. græce hæc phrygia dicunt. Vnde in ſacris quoq; literis cremia agnoſcas. iam qđ calamiſtri uice præbere ſcripſit: tribus exēplaribus Hermolai id ipſum detrectantibus, uide ne calami aptius legas.

Cap. XCIII.

Additur & in dentifricia. ſmegmata dentium græce Dioſcorides. quo nomie græci quicquid ad nitorem ſpectat faciundum fæminis appellare ſolent. ſacris etiam literis ſmegmata & oleum afferenda eſſe ſuſannæ perhibentibus.

Craſſa, retorrida, odorata, friabilis: Adron, pyron, euoden, & eutriben græcus codex. ut nō poſſim nō mirari eos qui ſtridoris neſcio cuius his uerbis interpretādis meminerint. Iam et Hermolaus, quod Pyron græce, retorridū dixit. quo nomie loca ſolibus exuſta & maxime areſcentia intelligere ſolemus.

Cap. XCVI.

Vtiq; non omni loco ſic emendabis.

Cap. XCVII.

Minime loricato, Aconiton Dioſcorides ideſt ſine aliquo tectorio munimētoq; intrinſecus adhibito. ſolent enim figlinæ uitro intus ducto quod uitreare appellent, fictilia ſolidiora reddere, quam rem loricam eleganter Barbarus uertit unde loricatum uas.

Callyblepharum. hoc nomine græci medicamentum ad palpebras fucandas utuntur unde & nomen. Sarmaticis fæminis & hiſpanis familiare.

Cap. XCVIII.

Tonſillas. hunc græci morbum Pariſthmia dixere, quandoq; & antiades. Inflammationes autē ſunt circa collum & eam partem quam poma appellamus ulceroſo abſceſſu circa uuam ſubnaſcentes. glandulæ in ſuibus dictæ Plinio. Tametſi Celſus & in homine glandulas agnoſcat unde glandium & glandionicam carnem in ſuibus culina pro præcipuis Ganeis habeat. nocellas nos de nucum ſimilitudine (ut opinor) & dracuneculos diximus. aduerſus quas tranſpadani agreſtes electrum pro amuleto adhibent pueris.

Strumas. hūc morbū quidā ex latinis pro Gutturoſo dixere qualē Alpes italiæ plurimū habēt. melius aūt pro eo morbo itellexeris qđ Scrophulas uulgus appellet. Græci choirades qm̄ porci maxie infectent. perſuaſum eſt a Gallorū regibus hūc morbū facile curari manu tātū ipoſita.

Circūſcarificat. ſcarificare eſt aperire ac dilatare ulcerum ora.

Cap. XCIX.

Alopecias. Vulpinus hic fere morbus unde & nomen græcis. fit aūt cū deciduus capillus areas & Glabreta in hoīs capite faciat. Idē ferme cū ophiaſi niſi figura diſtaret. alioqui & hoc a ſerpente dictum.

Cap. C.

Accenſam. tametſi Dioſcorides ellychniaſmenen habeat ideſt ellychnium habentem, maluit tamen expreſſius accenſam & ardentem interpretari. qualis. n. uſus ellychnii niſi ardeat?

Imbecilles illachrymātes. ueteres codices græci minime lachrymātes. ſed latini detrahūt negationē. ut iteri dubia ſit apud Dioſcoridē lectio, utrū nā ad oculos q̄ imbecilli ſint & illachrymēt, an ad palpebras referas.

Cap. CI.

Tubercula Panoſq; diſcutit. phygethlon græci & Celſus appellāt quod nos panos latine iterpretemur a textricū pano deducta nominatione. Eſt autē is cū tumore non alto ſed lato uertex, inguina, Alæ, dolore uehemēti extuberant ad puſtulæ fere ſimilitudinē. iam nos inguini morbum peculiarē panochias ēt diximus, qua ratione in milio ac melica nomiauimus pāniculas.

Cap. CIII.

Habetur & zacynthum. tu zacynthium emenda.

Cap. CIIII.

Reſtitue in apolloniatarum agro.

Cap. CV.

Catapotiū. Pilulam hodie uulgus dicit pharmacū Medicis noſtratibus frequentiſſimum.

Radiolo ideſt Sperillo. quo utuntur uulnerarii. uerbum ſatis notum in medicinæ uſu mylotis a græcis dictum. ſed quod ſequitur ita emendabis pilos genarum incōmodantes.

Cap. CVI.

Galbuli. quæ dioſcorides ſphæria dixit erudite Hermolaus noſter galbulos uertit. ſūt autē cupreſſini coni itra quos exigua latēt ſemina, quæ nō facile niſi a peritis colligant ubi illi difflauerit.

Polypos naribus eximūt. Duplex fit in naribus morbus, Alter quē polypum de carnis eius ſimilitudine diximus: Aliter quē ozenā de odoris grauitate nūcupamus. Et polypus eſt Celſo cū caro modo alba modo ſubrubra oſſi ihæret: nūc ēt latius ſerpēs adeo creſcit, ut ſtrāgulet ſæpe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

hoiem. quod euro austroue flãte malũ noxiũ magis sit. At ozena insanabile & ipsum uitiũ est. ulcera.n.circa nares crustæue plures excitant̃, unde fedus teterq; exhalet odor. huius morbi similitudine fere uexati qui Gallico incõmodo ꝓximis hisce annis laborarũt, nullo medicorũ remedio cũ ad nares descẽdisset. Cap.CXI.

Vermiosis auribus. Et si uermina corporis dolor esse dicatur motu minutiore exagitatante, uermiosas tamen aures uermibus obnoxias diximus, unde non cerebrum solum, uerum illæ etiam uerminare dicantur.

Ricinos. ricinus Arbor ea est quã græci Cici seu crotonẽ dixere, hinc ea aĩalia quæ canes infestent cynoraestha & crotona appellata. quæ uulgus iam Cicas nũcupat a Cici arbore. quæ & ricinos etiã latini nũcuparũt. Cap.CXIIII.

Vitiligines. corporis dehonestamẽta quarũ species alphos & leuce a græcis dicant̃ aliqua tñ differentia. nã leuce altius ẽt serpit ut profunda corporis imutet. alphos tantũ supficiẽ. Melas colore nigro umbræ imaginẽ refert. & priora duo sanescere possunt, quippe quæ oriant̃ & desinant. leuce autem in qua sunt albentes pili lanugini adsimiles, uix sanatur, tametsi ab Alpho colore parum distet. latini omnes uitiliginis appellatione intelligunt a uitulinæ Membranæ similitudine, quam secum uituli nascentes ferant. quasi uitulaginem dicere uoluerint. Strabo alphæum arcadiæ fluuium ab alphis purgandis existimat appellatum.

Cap.CXXII.

Ignes sacros. huius morbi Genera duo Celsus fecit Plinius plura reddidit & unum quod zoster appellatum prodat Erisypelas a grecis nuncupatum. In utroq; pus & Rubor cum calore fit maxime in pectore aut lateribus aut eminentioribus partibns.

Cap.CXXIII.

Ad laxandas quæ præclusæ sunt fistulas. græcũ uerbum syringes reddidere latini. uulgus & ipsũ hoc nomẽ usurpat. officinis medicorũ puerisq; earũ iã familiare. Certe syringã ferrũ uulnerarii appellant quo huiuscemodi secessus ptentãt. illud obiter adnotarim quando de papyro, & chata agitur, diuersissimã esse eius cõficiũdæ rationẽ qua ad præsens utimur. si Pli. attendas.

Cap.CXXIIII.

Fructũ lignosum inæqualẽ. Hermolaus magis ꝓbauit anomalon.i.inæqualẽ quã anomalos.i. inæqualiter qđ codices recentes habent. Serapio dentatum uidetur magis approbasse. iam & tusum paulopost agnoscit.i. piesteis, quod in græcis codicibus desideratur impressis.

Cap.CXXVIII.

Folliculari specie, assimilis uerticillo. grauis hic lapsus Ruellii & aliorũ uideri potest. nisi excuset hominẽ alioqui bene doctũ codicis unius tãtũ usus. quẽ secutũ se esse prodat, & illius impressi olim ab Aldo. ille igit̃ asphodelo legit quod sphondylo legere debuerat. sic.n. græci appellãt carũculã ostreorũ interiorẽ a similitudĩe uerticilli. quẽ fœminæ adhibẽt fusis melius torquẽdis, aut igitur uerticillo.i. sphondylo interpretandũ fuerat, aut spondylio herbæ adsimilis cuius & Pli. xxv. meminit. Dap.CXXXIIII. Verticillus

Cum Cerato Ambustis & uetustis ulceribus. Pl. ceram non ceratum agnoscit.

Cap.CXXXVI.

Si qdẽ folia ei⁹ capræ atq; hirci carpẽtes. sic lege sine ulla distõne ad colorẽ reducit cũ uino illitũ.

Cogunt in offas. magidas hoc in loco offas interpretatus est Barbarus. tñ & si Magis iurecõsultis pli. & polluci diuersum quid significet. Cæterum Magis græcis & pro pane accipitur & pro macra a uerbo græco quod subigere & mollire significat. unde & maza & magmata quasi in orbiculos & pastillos ficta sine scabricie. Psapharon scabrũ & squalidũ interpretatus est Pli. tamen sincerum, uisu aridum, quod tactu mollescat.

Cap.CXXXVIII.

Sine maculis. græcus codex Ktedonas.i. uenas Theodoro & Serapioni. maluit tñ Barbarus Auicenã sequi qui maculis hoc in loco reddiderit. illud iterim agnoscat Ruellius male redditũ qđ sequit̃ factitii cornus læuitate. nã expolitũ eleboratũq; uertere debuerat. qñ ergasmenõ hic græce positũ nil aliud significare uelit. illud ẽt hoc eodẽ capite adnotãdũ ne nõ sesamina ligna sed sycamina magis ꝓbes.i. mori. Cap.CXXXIX.

Compositionibus quas antheras.i. ex floribus præcipue confectas.

Cap.CXL.

Diaplasmata. Tu diapasmata. sunt autẽ Pli. diapasmata quæ siccis odoribus cõstẽt aspergines ad sudores coercẽdos. ut supius ostẽdimus. Cap.CXLI.

Radice obliqua. quid si nõ plagia.i. obliqua sed plateia.i. lata legas Pli. auctore, minime pemino sum.i. mali odoris a pædore. s. qui malus est pedũ odor. rhagadas sedis.i. rimas & scissuras.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Lonchitin autẽ unde fieri lycium Dioscorides dicat, a lãcea dictã opinor græco de fonte. cui se/
mẽ adsimilis sit. Pl. diuersa a xiphio & phasgano. sed & auriginẽ barbarus icteron. i. regiũ mor
bũ uertit. quippe qui colore ad similis auro sit, unde illud catullianũ aurata pallidior statua.

Cap. CXLII.

Pterygia. hũc morbũ Celsus reduuiæ pene similẽ reddit, cũ carũcula. s. ab ungue discedit nõ leuĩ
dolore. sed ne hoc affirmẽ Pli. auctoritas obstat. q reduuias a pterygio seiũxit. Paulo certe pte/
rygion est cũ caro excrescit eã unguis partẽ obtegẽs quæ pterygion appellatur. quod uitiũ ex
paronychia fere oritur. Cæterũ ubi etiã membranula neruosa ab oculorũ angulis oriens siue a
narium temporũ ue parte ad coronã usq; pupillã interim uelat, id ipsum morbi & pterygion
diximus. ab alarum uidelicet expansarum similitudine.

Cap. CXLIIII.

Cruciformi senticũ implexu. scolopoides Dioscorides, quod Ruellius aculeorũ uallo munitur:
Barbarus (ut opinor) expressius & ipsam asperitatem et formam innuit. Nam & si scolopa rectũ
& acutum palum uetus græcia dixit, cui sontes per mediam spinam in misso infigerentur,
quem Turcæ retineant familiari his supplicio, tamen nescio quo pacto hæc ipsa barbari inter/
pretatio magis arridet. Nam & anascolopisthentas cruci affixos dicere solemus. Fuit etiam
hoc moris, ut ad uinearum custodiam palos acutos defigerent, nec facile qui uuas asportarẽt,
effugere possent, quos & scolopas dixere.

Cap. CXLV.

Virilitati. i. uirili membro. græce ædoion. i. uerendum dicunt. sed & paulo post ita distingue. Iu/
mentorum scabiem cum decocto lupini & chamæleonte herba inunctu sanat.

Cap. CXLV.

Solo asperso. tu aspero emenda. geniturã quoq; absumit. græci gonen. i. semẽ. & sperma ipsum.
sed quod addit uirgas Agni uiatori gestatas intertriginis metũ auferre. admonuimus iam an/
te lassitudinem crurum quæ equitando aliaue contingat causa hoc nomine a latinis appellari
pat rimmata a græcis.

CXLVII.

Igni sacro diximus erisypelas a græcis dici. cuius Pli. etiam plura tradit genera. Illud adnotatu
nõ indignũ quod & barbaro quãdoq; mirum in modũ placuisse animaduerto ex columel/
la, pusillosa corpora uertisse, quæ igne sacro laborarent. quando Iunius ipse uerbo a pastori/
bus tracto pusilosas oues hoc morbo affectas appellare non dubitarit.

Cap. CXLVIII.

Acinas & pustulas oculorũ sanat. ex Celso acinas staphylomata ĩterpretatus est. quod alii uuas di
cunt. qualis uero morbus oculis innascens hic sit: ex Celso copiosius.

Cap. CXLIX.

Contrariæ nigræ ac maturæ faciliores uentri. ruellius cum eudiaphthoron legisset, corruptiõi ob
noxias uertit. Plinius tamen eudiaphoros legisse uidet̃, qui faciliores uentri eas reddidit. sed
quod sequit̃ frictæ, Ruellius aresactam, Barbarus frictam expliniana lectiõe magis ꝓbauit.

Cap. CL.

Gingiuas uligine laborantes imbuimus. non possum hoc maxime non probare cum oulis pla/
dosi laborantes uligine. i. nimio quodam humore uerterit. ut Ruellius anxie uitia quædã gin
giuarum humida transtulerit. an non apertius humentes gingiuas uertisset: iam uero quod se/
quit̃ inuoluta. n. stylo lana, nõ displicet, quod Ruellius expressius specillũ reddidit mylotim
autem græci hoc ferrum appellant.

Cap. CLI.

Tilia quæ ligno membranacea cohæret. Barbarus tiliam hoc in loco tenuem membranam inter
corticem & lignum eleganter & erudite reddidit. quando tilia arbor quam phylliram græci
dicant eius naturæ sit, ut interiores & tenuiores eius tunicæ multiplici membrana de qui/
bus uincula fiunt, tiliæ quoq; uocentur plinio. nõ de tilaceis tabellis & poeta Cinesia i Anto/
nino Pio copiosius diximus. sed quod sequit̃ sub caliculo, calicula restitute ex pli.

Cap. CLII.

Vlcera maligniora pro maligniora emenda.

Cap. CLIII.

Parua nodosa. græce condylodes. illud autem quod sequit̃ inoffensæ rotunditatis. Leion sic pla
cuit interpretari. quando leion illi condylodes opponi optime uideretur.

Cap. CLIIII.

Excoriarii fruticis, rhus ipsum Collumella rhem sutorium quãdoq; dixit. quoniam sutrinæ foliis
eius aridis ad coria perpolienda utantur. inde græcis byrsodepsicos & scyptodepsicos dictus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Cap. CLVII.

Vesicæ.tu adde uerbum unum quod deerat & uitia uesicæ restitue.

Cap.CLIX.

Contra æstus ardoresq; utimur. Causona Dioscorides. Serapio stomachi inflammatiões.ego uero non solum de stomachi inflammatione sed de febrium & sitis, intellexerim. Nam & causona febrem eã solemus appellare, quæ nimio quodãæstu corpora nostra corripiat: unde & illi ab exurendis corporibus nomen. iam & qđ adglutinadi pilos infra reddidit barbarus, milphas hũc morbũ appellari Paulus existimat. nam trachoma uitiũ id esse dicit, cũ palpebra interior scabritie laborat, quẽadmodũ pilorũ i his glabrities & defluuiũ madarosis & milphosis dicat. unde Comicæ ille milphionũ personæ frequentes uti & blepharonum.

Cap. CLX.

Cum statu maxime integro ac florẽteq; est. Tu hic distingue. & quæ sequuntur ite lege. Vtuntur eo unguentarii.

Cap. CLXI.

Sed inutilia stomacho. Ruellius stomacho utiliora. quippe qui eustomacho tera legerit. ille uero ex medici suis, inter quos principẽ, sibi locũ uendicat: dulcia scire poterat punica stomacho inutilia esse. aliterq; omnino legendum. i. eustomotera. i. sapore grato. nam & Serapio in hæc prope uerba. & dulcia quidem melioris saporis, nisi quia inferunt caliditatem stomacho. addidit uero Hermolaus inutile Stomacho quod Dioscoridi græco desit. ut expressius rem ipsam demonstraret: ex Plin. & Barbaris istis scriptoribus. ut dari uenia tamen Ruellio possit unum tantum Codicem & eum impressum sequuto. quando aliorum non fuit illi, quod fateatur ipse, copia.

Cap. CLXX.

Alethena. sic græci cotoneorũ genus quodam appellarunt quæ ueracia tu interpreteris. maluit tamen Barbarus græcum ipsum uerbum relinquere.

Cap. CLXXXVI.

Anodyni uicem. græci medicamenta quæ tollãt doloris omnem sensum, hoc fere nomine appellant. ut acopa diximus quæ lassitudinem leuent.

Cap. CXCI.

Ablaqueata. i. incisa ab radicibus. quo uerbo frequenter Pli. & rerũ rusticarum scriptores usi.

Cap. CXCII.

Largo succo. idest Polyopon. alii Polycomon. i. frondosam. & mea quidam sententia falsi opinione sua. Nec satis aduertentes quod a Plin. Serapioneq; & mauritanis reliquis scriptoribus tradditũ est. Nam hi multæ pinguedinis, Plinius largo succo abũdare dixit. ut uel illi Polycõmon. idest gummosum & lacte copiosum legerint, uel Plinius Polyopon. idest largo succo interpretatus sit. quare Barbarus largo succo non frondosam uertere maluit.

Colligere penicillo aut uellusculo. spongo et erio græce. idest spõgia & lana Dioscorides. eruditius autẽ & solertius uertit Barbarus utrũq; q̃ planius & apertius.

Cap. CXCIIII.

Papulas & sudores. Papulæ quas græci exanthemata dicunt, duorum generum Cornelio sunt. grauius est quod agrion. i dest ferũ dicat. tñ rubent utroq; pustulis minimis corpora. quod ubi euenit boam Plinius appellet A bubulo uidelicet fimo, cuius illitu fere curantur. nescio an hunc morbum uulgus nostrate petechias nuncupet Despondẽtibus animum medicis ubi ad febrim in corpore illæ apparuerint.

Parotides. Hæ circa aures Collectiones dicũtur. quemadmodum parodontes quæ circa dentes appellamus. intumescunt autem secundum aures Tubercula quædam grauiora & noxia præcipue pueris. Vnde & mors subsequatur interdum.

Vtriculos Hysteras. idest uuluam locosq; muliebres.

Futunculos. dothiena græce. hoc Tuberculum inflãmatio ac dolor subsequitur Carnosis partibus per q̃ familiare. Humor crassior hunc fere gignit. Differt a Phymate rotunditate & magnitudine & forma: Differt & a pano siue panicula. (qui a similitudine panis ẽt dicatur, panisq; appellari possit). ꝗ hic latius diffunditur & Pustulæ simile præse fert. uertici, aliis, inguini cũ dolore & distẽtione peculiaris. Vernacula lingua nostra futunculos adhuc agnoscit.

Cap. CXCVI.

Crudæ uerrucas & Thymos. Thymum uerruculam appellauerũt ꝙ florẽ Thymi apibus expetitæ repræsentet, ægyptiæ fabæ magnitudine. genitali, sedi, fæminibus, palmis, & inferioris pedum partibus peculiare malũ. nã uerrucæ quæ a græcis dicãtur myrmeciæ ꝙ formicarũ more pũgant in imo, ita angustæ sunt: ut pendere uideãtur. formicationes etiam corporis quas Pli. agnoscit, tñ & si Myrmaciæ dicãtur diuersas ab his existimo. Cerion aut fauus a nobis is morbus Scapulis & pectori frequentior, foraminibusq; multis mellis similitudine manantibus carne in altitudinẽ corrupta & subpallida. quod meliceriam Celsus appellasse uideatur.

Cap. CXCVIII.

Cranocolapta. species hæc phalãgii a percutiendo scalpendoq; Cornu dicta qua forma & picum martium græci Drycolapten appellarunt. Nicandere in thericas illum ita describit ut similem phalænæ dicat, quæ locustini sit generis. quæ & psora & psyche sit postea dicta. hoc autẽ phalãgiũ & cephalocrusten appellatũ, quod uidelicet capiti molestus (ut opinor) instrepat. quod & arboris perseæ foliis nutriri cantet ille.

Cap. CXCIX.

Hiberis. hoc caput in quibusdã græcis exemplaribus deest. quẽadmodũ & sequẽs. quãdo repetat infra aduerbũ. quod autẽ dicat alii strychnon alii manicon, quid si iunctim legas alii strychnõ manicon. i. insanos reddens homines? qđ autẽ grana duodecim Barbarus, Ruellius græcum uerbũ corymbos reddere maluit. Galenus certe & Auicẽna, & Serapio capitella dixerũt.

LEO PAPA. X.

Vniuersis & singulis præsentes litteras inspecturis Salutem, & apostolicam Beñ. Cum dilecti filii Aloisius, & Franciscus Barbarus ciues Veneti Dioscoridis libros e græco in latinum sermonem a bo. me. Hermolao Barbaro Patriarcha Aquilejẽsi homini doctissimo, & eruditissimo uersos, eiusdẽq; Hermolai Corollarium edere in manus hominum statuerint: ac propterea ut q̃ emendatissimi edantur, conductis a se impressoribus nec impensæ, dispendiisue ullis, nec plane diligentiæ sint parsuri, Nos ratum existimantes, ut si qui fructus percipi ex eo labore possunt, ii ad ipsos potius, q̃ ad alienos deferãtur: tum ut eius rei cura apud illos maneat, qui eam propterea, quod Hermolaus ipse alteri eorum frater, alteri patruus fuit, cæteris studiosius exercebunt: Mandamus, & præcipimus, ne quis per quindecim annorum spatium eos Dioscoridis libros, & Corollarium imprimere, aut imprimi facere, aut impressos uenundare, uendendosue tradere ullis in locis audeat, præter ipsos Aloisium & Franciscum sine eorum iussu & concessione. Qui contra mandatum hoc nostrum fecerit, admiserit, cuiuscũq; nationis fuerit, is uniuersæ Dei ecclesiæ toto orbe terrarum expers, excõmunicatusq; esto: Illi uero, qui huius sanctæ apostolicæ sedis ditioni subiacent, præter hoc, etiam, decem aureorum in singulos codices quos impresserint, uel uenũdederint erogandorũ Cameræq; nostræ apostolicæ, ac ipsis Aloisio & Francisco æque applicandorũ pæna mulctentur. Datũ Romæ apud Sanctũ Petrũ sub annulo piscatoris. Die. xx. Maii. M.D.XVI. Pontificatus. Nostri Anno. IIII.

BEMBVS.

ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΑΛΚΥΟΝΙΟΥ
ΕΙΣ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΗΝ
ἐκδοθέντα παρὰ Βαπτί
στου τοῦ Ἐγνατίου.

Α ὅγοι Διοσκορίδου χυλοὺς ζωηφόρους
Σπάζοντες ἧκον Ἑλλάδος σοφωτάτοις
Πάλαι. ἐπεὶ δ' εὔδοξος Ἑρμόλαος ἐς
Ῥείθους χέειν γλυκερῆς τῆς Ῥωμαίων πόρε
Ἡδύσματα φωνῆς, ὧν μόνον τῶν θύμβρειδε
Πόνος τε, καὶ σελίδες σοφῶς γεγραμμέναι.
Ἐγνατίου μέχρις ἀφυοῦς ὁ νοῦ
Ἔπαινος ἔσται. καὶ γὰρ ἀσμένως βροτῶν
Πάντων χέρες φέρουσι τῶν δ' ἀγαθῶν κέρας.

Index eorum Copiosissimus: quæ aut Dioscoridis Tralatione aut Barbari Corolario Cõtinentur.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

✠ a

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Somphena

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

FINIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

¶ Pedacii Dioscoridis Anazarbei in librum primum de medicinali materia ad Areũ Hermolao Barba/
ro patritio Veneto & Aquileiensi Patriarcha Interprete pręfatio.

Vm multi non modo veterum: Sed recentium quoq; auctores sint: qui medicaměta ipsa
Quas nam haberent virtutes: & Quę præparãdi ea ratio fo ret: & Quemadmodũ explo/
rati quæq; possent conscripserit. Conabimur tibi Amantissime Aree probare: Nos quib⁹
c eadem prodendi consilium fuit: neq; superfluo id: neq; ab nulla ratione ingressos: fecisse.
Atq; hoc quidem tibi protinus liquebit: si memineris: alios cõmentaria id genus mutila ĩ
cohataq; reliquisse: Alios plurima ex historiis ad verbum transcripta literis inũdasse. Nã
Iollas bithynus: & Heraclides Tarẽtinus rationem hanc sine dubio: leuiter attigerũt: her
baria in totum retrohabita atq; neglecta. Cæterę neq; de metallicis: Odoramẽtisq; mentionem oẽs ha/
buere. Crateuas certe Radicisecа: & Andreas medicus. qui ex omni numero. eo circa institutionẽ hãc di
ligentissime versati iudicantur. Multas herbas. Stirpesq; vtilissimas vitæ sine alicuius notæ subscriptiõe
transmiserunt. Alioquin priscis illis testimoniũ reddere licet industriæ. Qđ in penuria oĩum Rerũ pau/
citateq; inuentorũ exquisita saltem. & singulari cura fuerunt. Non eadem recẽtioribus fides haberi de/
bet. Inter quos Bassus pylæus & Nicerat⁹ & vterq; Petronius. Niger ac Diodotus. Omnes ex Asclepia/
dis profecti schola. Cum Gentilẽ oĩbus & in medio positam medicinę segetem satis accurate reddidissẽt.
De medicamentorũ natura, probationeq; conniuenter. & in transcursu dixerunt. vt qui effectus artis nõ
ipso rerum vsu confirmandos. & sanciendos putarent: Sed inani studio & inquisitione causarum occu/
pari ad molem referre laborarent. cum eo ꝙ in multis quoq; rebus hallucinãtur. alia pro aliis prodendo.
Ac primum quidem Niger ipse. qui tam absolutus ĩ eo genere literarum habitus est Euphorbium affir/
mat succum esse. qui fiat e chamælea herba proueniente in Italia. Androsæmon idem esse cum hyperi/
co. Aloen in Iudæa fossilem gigni. Compluraq; assimilia his: contra naturam rerum: euidentiamq; pec
cat. Quod quidem indicio est non contemplatum eum fuisse. quæ scriberet. Sed auscultasse tantum. adi
tis historiarum cõmentariis ac libellis. Erratum & genere ipso conscribendi. Aliis stirpes discretas & im/
promiscuas aggerendo confundẽdoq;. Aliis digestione in literas affectata congeneres earum & effecti/
bus proximas inuicem separando. Quasi sperarent memoria facile contineri hęc posse. Nos autem a
prima (ita dixerim) pueritia infinito artis huius desiderio magna terrarum parte lustrando perfuncti.
(Nosti enim vitam nobis actam in castris) vniuersum hoc negotium in volumina sex contulimus, idq;
hortatu tuo. cui & hęc dicauimus. studioso grati animi affectu. quẽ pro tua erga nos egregia & perpetua
voluntate pridem tibi debitum obæratumq; persoluimus. Nam cum te omnibus, qui tibi ex aliquo ge/
nere doctrinarum probantur familiarem & intimum prębeas pręsertimq; iis. qui tecum eadem sunt ꝓ/
fessione conuincti. Aduersum me certe priuato quodam iure humanitatem istam sanctius. & diligẽtius
colis. Ac probitatis quidem & virtutis tuæ magno cuiq; argumento sit beniuolentia ea. qua te optimus
vir Licinius bassus prosequitur id quod mihi vobiscum agenti. & præclara visendaq; vtriusq; vestrum vl
tro citroq; studia contueri facile fuit animaduertere. Verum abs te atq; ab iis. quibus ocium erit lucu/
brationes nostras cognoscere | petitum impetratũq; cupimus. Neu qualis nostra in dicendo facultas sit.
Sed qua rerum peritia diligentiaq; fuerimus, pensitent. Cum enim nobis plurima ex aspectu nosse ma/
gno labore contigerit. Quædam vero de quibus inter omnes conuenit hauserimus | Cum ex historia, cũ
ex indigenis | apud quos quicq; nascitur, vtrũq; curabimus. & vt diuersum a prioribus ordinem sequa/
mur & vt genera ipsa per naturas quęq; suas digesta prębeamus. Quã vero Traditio hæc necessaria me
dico futura sit | patere omnibus existimo. vtpote | quam per omne corpus artis innexam & consertã esse
constet, cũ nulla pars eius sit. quæ sibi ab hac ratione præsidium incõparabile nõ corroget. Nam quem/
admodum quibusue rebus vires suas accendere medicina possit | compositionibus, apparatibus, reme/
diis ad coarguendam morbi vim pollentibus | Ingenia singulorum generum comperta abundãter sup
peditant. Adiungemus iis & vernaculas vagasq; species vt instructa ex omni parte comentatio hæc no/
stra prodeat. Ante omnia vero habẽda ratio est eorum. quæ reponenda in vsum quęruntur. vt suis quę
q; temporibus petantur. In hoc enim tota vis constat | vt aut Egregie Respondeant | aut inefficacia | cas/
saq; habeantur. Ac primum quidem cum disserenat | facienda collectio est | Interestq; plurimum | tempe/
state squarosa sitienteq; an tenera & pluuia legantur. Quemadmodum refert montanis excelsis, perfla/
tum habẽtibus, alsiosis, siccentibus locis. contraue quis demetat. In his validi herbarum effectus intel/
liguntur. In planis. opacis. irriguis. a vento silentibus plurima parte cessantes & languidi. præterq; si aut
minus tempestiue acta collectio sit aut ipsa, quæ succiduntur vitiata, lacessita ve capiantur. Illud ignorã/
dum non est quod & sæpe numero venit vsu. quędam sata partim cæli anniq; temperie, partim virtute
soli modo serius, modo tempestiuius virere. Alia per hyemem naturæ suę proprietate. Flores & frondes
emittere. Alia quot annis bis florere. Si qui porro studii huius periti volunt esse. Tris ætates spectare fru/
ticum debent, cum primum humo prosiliunt. Cum vigescunt. cum exolescere incipiunt. Nec enim po/
test adultos recognoscere. qui tantum nouellos & recens ęditos inspexerit. Inuicem quoq; non potest te
neros nouisse qui grandes tñ & prouectos viderit. Nam cum pleraq; omnia æuo vertente faciem & am/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

plitudine mutent floribus, fructibus. caulib⁹, foliis. Nimirum ii, quibus aliter contemplari cõtingat magnos & frequentes errores incurrunt, proinde, scriptores aliquos scimus deceptos. qui stirpes nonnullas sine flore, sine caule. sine semine reddiderunt. quoniam ita ipsi comperissent. quod quidem nos in gramine, quinque folio. tussilagineq; notauimus. At qui omnia hęc & sępe & multis locis inspectarit. hic & formas, & discrimina singulorum optime tenuerit. Cæterum scire oportet. medicamenta, quę de herbis parentur, aliqua in multos annos seruari posse. vt elleborum nigrum & candidum. Alia viribus a trimatu destitui. Iam & fruticosa. vt stœchas. trixago. polium, abrotonum. absinthium. seriphium, hyssopum, & similia his carpere oportet, cum seminibus quasi pręgnantia turgescunt. Flores vero anteq̃ defluant. fructus cum percocti sunt. Semina cum ex arescere occipiunt, vtiq; anteq̃ decidant. herbę ipsæ recentibus & teneris caulibus exprimuntur. Ad eundem modum & folia. Sapores & lachrymas adultioribus scapis excipimus. Radices, liquamenta, cortices, quæ recondantur, detrahere opus est. continuoq̃ folia herbis decidua esse cœperunt. Ac purę quidem earum & nitidæ, vt obiter siccentur, exponendæ sunt, q̃ nihil vliginoso loco. Si sordes terreni, vel luti contraxerint, desquamatis his, lauandę sunt aqua inueterandęq; ita. Flores & odorata omnia tiliaceas ĩ arculas componi, ędium parte sicciuscula conueniet. Est quando chartarum inuolucris, aut foliorum segestribus semina vtilius innocentiusq; seruentur. Medicaminibus liquidis materia quæcunq; conuenit, modo spissa sit atq; densa vt argentum, vitrum, cornu. opportuna erunt & fictilia, nisi quę textu foraminoso, aut solutiore fuerint. Satisfacient interim lignea, nõ q̃dem omnia, sed buxea. Nam ęnea medicinis oculorum & quibuscunq; liquentibus priuatim dicãtur, & iis, quæ aceto, aut pice liquida, aut cedria condiuntur. Medullæ, seuum, adipes, plumbo albo præclare custodientur.

FINIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PEDACII DIOSCORIDIS DE MATERIALI MEDICINA

IRIS ILLYRICA C.I.

I Ris, Alii Iris Illyrica: Alii Thalpide: Alii Vrania hoc ē cœlestis: Alii Cathaeron: Alii Thaumastos hoc est admirabilis: Romani Radix Murica: Alii Gladiola: Alii Opertrites: Alii Cōsecratrix: Aegyptii Nar. ab arquu cœlesti nomē accepit. folia habet gladioli, maiora dumtaxat, latioraq; atq; pinguiora. Flores in caule ipso alternis semper caliculis inflexos. diuersi coloris specie. candidos. pallidos. luteos. purpureos. ceruleos. De qua uarietate cum cœlesti arcu, sicut dixi: similitudinem meruit. Radices geniculatas, solidas, odoratas. hæ simulq̄ recisæ sunt: filo suspensę in umbra siccātur. Laudatissima in Illyrico, Macedoniaq;: in qbus locis discrimen illud notandum, ut intelligatur esse optima: quę radice spississima sit. Item cui breuiuscula hęc frangiq; contumax subsit, colore subruffo, odore uehementer iucundo, gustu amaro, olfactu sincero, non madido: sternutamenta, dum tunditur, mouens: proximum locum habet Africana, colore albida: gustuq; amarissima. Inueteratę, teredines sentiunt: sed euadūt odoratiores. Vis ei cō calfactoria, extenuatoriaq;: utilis tussi. Comminuit enim humores excreationesq; faciles reddit. Pituitam crassam, & bilem denariis septem cum aqua mulsa detrahit potu. Somnum conciliat, & lachrymas. Torminibus medetur. cōtra serpentium morsus ex aceto ualet. Item lienes: conuulsa: perfrictiones: algores: profluuia geniturę: Cum uino cit menses. Decocto eius feruente incommoda feminarum fouentur. Emollit. n. locos earum, contractosq; corrigit. In dolore coxendicum idem succus infunditur. Fistulas sinusq; replet. apposita more collyrii ex melle partus elidit. Strumas & duritias ueteres cocta litu mitigat. siccata purgat ulcera, contrahitq;. cum melle ossium nuda, carne conuertit. Doloribus capitis ex aceto rosaceoq; illinitur. Lentes & uitia cutis in facie cum elleboro albo, & mellis duabus partibus discutit. Additur in pessos: Malagmata, & Acopum: omninoq; usum eius latissimum probant.

ACORVS C.II.

A Corus. Alii Choros Aphrodisias. Romāi Veneria. Alii radix Nautica. Galli Piperacium. Iridis folia obtinet angustiora tantum: Nec radices absimiles: implicatas tamen, neq; in rectum altumue actas: sed in obliquum & summa tellure, internodiis distinctas: colore subcandidas: gustu acres: odore non ingratas. præstantissima: quæ admodum denset, & albicat: quæ corrosa non est: Sedſ arcta odorataq;. Talis in colchide: & galatia nascitur: asplenion uocata. Vis radici ad calfaciendū efficax. Decoctę succo urina impellitur. Congruit lateribus: pectoris: iocinorisq; difficultatibus. Sanat tormina, rupta, conuulsa. Lienem absumit. Stillicidiis urinę: bestiarum percussibus medetur. Desidetiis mulierum satisfacit, perinde, ut Iris: insessu, succo radicis contra caligines

oculorum utuntur.radix ipsa utiliter adhibetur antidotis.

MEV III

Eu quod Athamanticum cognominatur:in Macedonia & Hispania co
m piosissimum:caule:foliis, Anetho simile:uerum crassius & aliquãdo am
plitudine cubitorũ duum assurgens. radicibus sparsis tenuibus: aliis in
obliquũ, quibusdam altissimis:odoratis,gustu calido accendente linguam.Emẽ
dat angustias uesicæ, renumq; uitia, potum in aqua radice cocta uel cruda intri-
ta.urinæ difficultatibus conuenit.inflationes stomachi discutit. Item tormina,
uuluarumq; noxas.Articulos confirmat,fluctionibus pectoris tritum cum mel-
le auxiliatur lingentium.sanguinem mensium trahit insidentibus decocto.Infan
tibus illitum imo uentri urinas mouet.largius sumptum dolorẽ capitis cõtrahit.

CYPERVS IIII

Yperus,alii Erysisceptron:sicut & Aspalathũ.Romani Iunci radicem.
c Alii Iuncum.folia ei porraceis longiora,exilioraq; sunt.caulis magni-
tudine cubiti aliquando maiore,angulosus similis Iunco.folia in cacu-
mine minuta,inter quæ est semen.Radices oliuæ,quarũ in medicina usus: oblon
gæ:inuicem cõmissæ,aut etiam rotundæ,obnigrę,iucunde spirantes,amaræ.Na
scitur cultis atq; palustribus locis.Optima quæ ponderossima & densissima est.
Item quæ crassa,nec facilis frangi.aspera odorata cum quadam acrimonia. hu-
iusmodi est Cilicia, Syriaca,& quã insulæ cyclades mittunt. Natura ei excalfa-
ctoria:Meatus aperiens,urinã appellans & calculos:hydropicis utilissima. ad-
uersus scorpionũ ictus remedio est. perfrictiones,contractionesq; uuluæ utiliter
fouet.Purgationes menstruas reddit.ulceribus oris:& iis:quę depascunt: arida,
tritaq; illinitur.Miscetur malagmatis ad ea,quę calfieri opus est.Itẽ unguẽtis ad
oleũ domãdũ.Tradit̃ & Perse indica herba:q̃ Cyperus uocatur. Gingiberis ef-
figie,q̃ cõmanducata, Croci uim reddat:quęq; inũcta ,cõfestim detrahat pilos.

CARDAMOMVM V

Ardamomo laus prima,quod e Syria Comagene:Armenia,Bosphoro
c q; inuehitur,proxima ei quod in India & Arabia metitur.Eligẽdum est:
contumax terenti:farctũ:occlusum:quod tale non est:intelligitur exo-
letum.Item odore,quod uulneret.quodq; gustu acri subamaroq; sit. Virtus ei fer
uens.Cum aqua potũ comitiabilibus prodest. Tussientibus:Ischiadicis:Paraly-
ticis datur.ad Rupta:conuulsa & Tormina bibitur. Tineas latas pellit.Renum
morbis:urinę difficultatibus:scorpionũ uenenatorũq; oĩum ictibus aduersatur-
ex uino.sumptũ ponderis Drachma cum cortice Radicis lauri calculos rumpit,
suffitũ enecat fœtus.psoras cũ aceto Inunctũ spissandis unguẽtis adiũgitur.

NARDI SPICA VI

Ardi genera duo. Alterũ Indicũ. Alterũ Syriacũ. Non q̃ hoc in Syria
n nascatur.Sed q̃ mõtes eius,in quo legitur:pars una in Syriam: una in
Indiam spectet.Syriacũ melius,quo recentius, atq; leuius est. Item co-
mosum:colore ruffo:odore uehementer iucundo cyperũq; imitante:breui spica:
sapore amaro,maximeq; siccante os.Custodit suaue olentiam pertinaciter.Indi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ci alterum genus. Gangetidis nomine, ab fluuio Indię: qui montem, in quo nascitur: præfluit: uiribus languidū, ut quod proueniat aquoso solo, proindeq; in maiorem altitudinem, q̃ Syriacum adolescat, pluribus ab eadem radice Aristis fruticantibus: implicatis, & redolentibus uirus. Odoratius uero, quod locis celsioribus gignitur spica breui, Cyperū olente, In totūq; eisdem dotibus qbus Syriacū. Habetur & Sampharaticū frutice admodū pumilo: a loco: ubi carpitur, dictum, spicis ingentibus: candidum: caule, qui e medio prosilit, aliquando hircum spirante, damnatur in totum. Ac uenūdari quidem hæc solet elota. Sed candore spicę, squaloreq; coarguitur, & q̄ lanugine careat. Adulterant flatum stibio, cum aqua palmeoue uino. spissitatis & ponderis causa. In usu lutum: qui hęserit radici: decutimus, & puluerem ipsum cribro succretum reponimus, utilem futurum manibus lauandis. Nardo uis excalfacere: siccare: urinas mouere: quo fit, ut aluum sistat repercusso liquore: Abundantias certe fœminarum appositu, saniemq; cohibet. In nausea bibitur cum frigida: Tremoribus cordis: inflationibus stomachi: laborantibus Iocinore: morbo regio, renibus subuenit. Decoctū in aqua inflamationes uuluę insidentium fouet. Pilorum defluuia in genis coercet, astringendo eos obiter, sarciendoq;. Corporibus quoq; humetis comminutæ puluis inspergitur. additurq; in antidota. Ad oculorum desideria conditur nouo fictili: cui tectorium nō sit inductū. In uino trita & in pastillos coacta.

NARDVM GALLICVM VII

n Ardus Gallica in Ligurię alpibus nascitur, Aliuca uernaculo indigenis nomine. Nascitur & in Istria. Frutex pusillus cū radice uellitur, & in fasciculos manuales digeritur. Folia ei longiuscula, leuiter flauescentia: Flos luteus. Vsus eius in caule tantum atq; radicibus, quoniam odorata solum hæc habentur. Cæterum pridie q̃ repurges, aspergere aqua manipulos conueniet, & pauimento humenti: sed charta prius istrato, componere. postridie eius diei terrenum & sordes eximere. Ita. n. paleatum, alienūq; omne ab eo, quod frugi, sincerumq; erit. lētitia, beneficio madoris quęsita, sine iniuria secernitur. Cū Gallico Nardo reponi solet herba, quæ a grauitate odoris Hirculus uocat̃, qua maxime adulteratur. Alioquin distinctio facilis, Distat q̄ sine cauliculo est: & q̄ cādidior & q̄ minoribus foliis. q̄q; radicis neq; amarę, neq; odorate, qualis uera Nardus. Radicē et caulē seponi oportet. foliū abiici. Mox: si fuare collibeat: e uino teri: & pastillos defingi, atq; in figlinū nouū cōponi debet: operculo probe, ac diligenter iniecto. Optimum, quod recentissimum odoratissimumq; est: Radice multiplici, plena nec fragili. Eosdem effectus habet: quos Syriacum: Nisi q̄ urinam acrius ciet: stomachoq; utilior probatur. Inflammationibus quoq; Iocinoris confert. Item arquatis, & inflationibus stomachi, si cum decocto absinthii bibatur. Eodem modo lienibus, uesicæ morbis: ac Renum: Contra uenenatos uero ictus ex uino. Malagmatis: potionibus, unguentis ex calfactoriis miscetur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

NARDVM MONTANVM VIII

n Ardus Montana: quam aliqui Thylacitin. Alii Nerin appellant in Syria Ciliciaq; nascentem, caule atq; foliis Eringio similis est: minoribus tamen, neq; scabris spinosisq;. Radice nigra: odorata duplici, Triplici q;, atq; omnino multiplici ad morem hastulę regiæ: q̄q̄ multo graciliore, minoreq;. Neq; caulem, neq; semen, neq; florem reddit. Radicis utilitas ad quęcunq; Gallicum Nardum.

ASARVM VIIII

a Sarum: alii Nardum sylvestre: Prophetę Hema areos. hoc est sanguinē Martis. Osthanes Thesam. Ægyptii Cercerta. Romani Perpēsam. alii baccharem. Etrusci succinum. alii Nardum Rusticum. Galli uocāt Bacar Asarum: herba est odorata. usus eius ad coronas, hederę foliis, uerum multo minoribus, Rotundioribusq;: flore inter folia erumpente ad radicem: purpureo. beneolente: cytino herbæ apollinaris, quam Hyoscyamon uocāt, simili. Semē in floribus acinosum. coliculi angulati. leuiter asperi, ac soluti. Radices multę geniculatę, subtiles, obliquę, similes gramini. utiq; graciliores multo & odoratę, quasi Cinnamomum. Gaudet macris, & sitientibus locis. Radice utuntur ad rupta: cōuulsa: difficultates anelitus. ueterem tussim, Item ad eos quibus ęgre lotium eat. Item ad menses auxiliatur, & contra serpētes in uino. foliis natura astrictoria. Illinuntur doloribus capitis: oculorum epiphoris: ęgylopię incipienti. Mammis tumentibus a partu: ignibus sacris. odor somnum gignit de Asaro crateias herbarius ita scribit ad uerbum. Asarum excalfactoriam habet naturam, efficacemq; ad urinas ciendas. hydropicis prodest & ischiacis longinquis. feminas purgat in mulso mixto sumptum radice sex drachmis. aluum deiicit elebori albi modo. Miscetur unguentis. Nascitur umbrosis montibus, plurimūq; in Ponto: Phrygia: Illyrico: & in Italię Iustina.

PHV X

p Hu: quidam & hanc nardum sylvestre appellant nascentem in Ponto: folio Elephobosci, siue etiam olusatri: caule cubitali: eoq; interim maiore: leui: tenero: subpurpureo: cauo: geniculato: flore Narcissi: sed ampliusculo, molliusculoq;, & in purpuram candicante: Radice primori, digitum minimum crassa. De cętero in obliquum uillosa, ut Iuncus & ater elleborus, Implicataq;. color fibris sufflauus: odor Iucundus: & nardi uim referens: non sine grauitate quadam uirosa. Potest excalfacere: urinas mouere. Datur potui sicca, uel decoctum: Item ad lateris dolores. Menses quoq; cit. Additur & in antidota. Adulterātur radicibus Rusci permixtis, hoc est Oxymyrsinæ: Sed discrimen in promptu, q̄ illę asperæ ac difficiles frangi, nec odoratę.

MALABATRVM XI

m Alabatrum sunt qui folium Indici Nardi putent esse ob similitudinem odoris decepti, cum & alia perinde multa sint: quę nardi uim Reddant, ut Phu, ut Asarum, ut Neris. Proinde sui generis folium est. In paludibus Indię genitum, aquisq; innatans, palustris modo lenticulæ, Nulla Radice.

protinus collectum pertunditur: linum immittitur: siccatur. reponitur. Tradunt exustis æstu paludibus cremiis & sarmentis inuri locum: non prouenturo: ni ita fiat, genere illo. laudatur recens: & in albico nigricans, contumax frági, solidũ, integrũq; odore qui nares feriat, & qui summoto quoq; eo persistat. Sapor eius similis esse debet nardo sub lingua, scaberq;, nec ullo salis gustu. Damnatur infirmum, & quod pertusum minute situm quẽdam marcentem ob nares summittit. Nardi uim habet, q̃q̃ Nardus in omnia efficacior: sane urinis pellendis & stomacho Malabathrum utilius est. Oculorum epiphoras uino inferuefactũ: uel farina iunctum persanat. oris halitus, & suauitatem cõmẽdat linguę subditũ foliũ: sicut & uestium odorem interpositũ. Noxia quoq; animaliũ obiter arcendo.

CASSIA XII

Cassiæ genera perhibentur multa. in parte Arabiæ odorifera gignitur. c Surculi eius corticis crassi: folium Piperis. eligenda quæ rubescat, colorataq; sit, quasi corallus: foramine uehementer angusto, Pręlonga, crassaq;, fistulis & conferta: gustu mordaci, q̃ maxime feruens, linguam astringens: odorata, uinũq; naribus obolens: atq; hæc ab indigenis appellatur achy. ab Alexandrinis mercatoribus daphnitis. Aliud genus Zegir uocatum, purpuræ nigrantis aspectu, crassiore sarmento: Rosam expirans, utilissima medicis: quæ & præfertur priori. Tertia laus est ei: quę blastos hoc est germen Mosyleticũ dicitur. Reliquæ uiliores, inter quas asymphęmon dicta, colore pullo: odore ingrato, prætenui tunica: aut etiã quę ultro dehiscat, & abscedat a corpore: ut quę Citto & Darca cognominãtur. Importatur & pseudo cassia hoc est mentiẽs cassia: Infinitum q̃ germana & persimili specie: sed coarguitur gustu, neq; acri, neq; odorato, corticem obtinens adhærentem medullæ. Inuenitur & lata quædam fistula minimo pondere: tenera, fruticosa qualis & pręfertur. Scabiosam & subalbidam improbant: redolentem uirus quasi de hirco: neq; fistulis crassis. Sed prætenuibus scabiosisq;. uis eius excalfacere: urinas mouere: siccare: astringere leniter, Medicaminibus oculorum ad claritatem uisus compositis adhibetur. Item malagmatis. cum melle lita eximit lentes. Cõmouet menstrua. Viperarũ ictibus potu auxiliatur. cõtra inflamationes internas omnes utiliter bibitur. Itemq; ad renum dolores. contractionibus uuluæ suffitu insessuq; subuenit: ubi Cinnamomum desit. uicaria pro eo succedit, duplicato dationis modo. Tantũdemq; pollet. Omnino plurifariam profectu suo medicinam instruit.

CINNAMOMVM XIII

Cinnamomum in species multas descendit: quæ ab ea regione: cui gentiles sunt, suis quæq; nominibus separantur. Pręstantissimũ dicitur Mo- c sylon ex quadam similitudine cum cassia ea, quæ Mosyletios uocatur. probamus recens maxime, & quod sit colore nigro, aritudine cineris fuluũ, uirgultis gracilibus ac leuibus: nodis frequentibus, odoratumq; uehementer: nec temere alio discrimine bonitas præcipua intelligitur, q̃ proprietate illa odoris,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

neq; translatii, neq; promiscui. Nam cum optimo ac sincero inuenitur semper odor: fere qualis in Cardamomo: Nec illa tamen incerta existimatio, si sit acre: mordensq; gustu, & quodam sapore, quasi salsuginis, feruens atq; ut inter se tritum tarde horrescat: & quod in confringendo puluerem scobemq; spargat: & cui nodorum interstitia inoffensa. Experimentum facturus debet ab radice una surculum integrum capere: quoniam fragmenta, & assulæ, adulteria, miscellæq; sunt: statimq; inter initia experimenti, optima quæq; aura euolans, subit olfactũ, proindeq; occupatis opimo halitu naribus: deterioris sensum excludi contingit. Est & quod Montanum uocatur: Crassum & breue admodum: colore subruffo: Tertium quoq; habetur nigrum, ut & Mosylon appellatum: odore uehementer iucundo: surculosum: minus multis geniculis. Est & quartum fastigium candidi fungosi: tumidi aspectu uili, protinus fragilis, grandi radice Cassiam redolente. Redditur et quintum, cui cortex subruffus & ad similitudinem cassię rubræ coloratum, solidum firmumq; tactu: nec magnopere neruosum, stirpibus crassis: Quod ex his spirat, amomo: thure: cassia suauitate odoris & gratia uincitur. selige, cui albet cortex: scabiosum, rugosum, Itẽ lęue lignosumq;: Nam radix omnino superuacua & reiicienda est. Traditur & cinnamomum mentitum: unde nomen pseudocinnamomo. Deprehenditur odore languido: uiribus marcidis: Appellatur uero & Zinziber, quod Xylocinnamomũ est. ipsum quoq; cognationem quandam cum cinnamomo habens. Est autem id cinnamomum lignosum, distans proceritate, firmitateq; uirgultorum. Item odore multo inferiore, q̃q̃ sunt qui affirment Xylocinnamomũ a cinnamomo etiam genere, naturaq; disiungi. Cinnamomi uis feruens urinas aperiendi: emolliendi: concoquendi. Trahendi menses & partus, si datum potui sit: & appositum quoq; cum Myrrha. Serpentium & animalium omnium morsibus, & cæteris uenenis resistit. Caligines oculorum discutit, cõcalfacit: extenuat: lotium uehementer impellit: lentigines & uitia faciem dehonestantia cum melle illitum exterit. Ad tussim, ad distillationem pituitæ: ad aquam inter cutem: Renum dolores: urinæ difficultatem expetitur. Solet & preciosis unguentis confundi: prorsus multis rebus patere usus eius uidetur. Porro ut diutius seruetur, terere cinnamomum oportet: & in pastillos ex uino digestum in umbra siccare. Cinnamomi genus: quod aliqui cinnamomum Mentitum appellant: surculosum impendio est: crassioribus uirgis: sed cinnamomo partibus multis ignauius cum odore, tum gustu.

AMOMVM XIIII

Momum frutex est pusillus, ceu racemus e ligno conuolutus, atq; Implicitus sibi ipsi: flore perparuo ut uiolæ candidę: folio uitis syluestris eius, quam bryoniam uocamus. Laudatur q̃ maxime Armenium, colore aurum imitante: ligno subruffo, abũdeq; odoratum. Nascitur & in Media: sed in planis dilutisq; Regionibus: ideoq; imbecillius priore, sed grãdius. herbaceũ: tenerũ tactu: uenosum Origani acrimonia. Pontico color subruffus: id neq; oblongũ, neq; frangi difficile est. Pręterea racemosum: seminis plenũ, odore nares

cōuulnerat. Prę fertur recens & candidū, aut etiā subruffum, quod neq; obstipatū cohæreat, neq; se cōuoluat, sed quod solutū fusumq; sit: farctū semine, acinosumq; uuę modo, ponderosum, egregie odoratum: situmq; non sentiens. gustu acri & mordēte: colore uno, nec uarium. natura ei constat in calfaciendo: spissando, siccando. illitum fronti conciliat somnum, abigens dolorem. collectiones, & meliceridas maturat atq; discutit. compunctos a scorpionibus cum Ocimo impositum curat. Podagricis confert & subuenit. inflāmationibus oculorum & uiscerū medetur cum Vua passa. muliebribus malis appositu & assesu remedio est. decoctum eius bibendum Epaticis datur. datur item ad renes & ad Podagras. inditur & in Antidota unguentis quoq; uel maxime nobilibus petitur. adulteratur planta simili, quæ Amomis uocatur. cæterum neq; odorata ea est. neq; fructifera. Nascitur & ipsa in Armenia flore Origani: commonendi uero nobis sunt, qui species hoc genus probant, ut fragmenta semper & hastulas uitent. sed frutices solidos petant, hoc est, qui surculos, atq; ramos incolumes ab una radice sustineant.

COSTVM XV

COstum maxime laudatur Arabicum. candicans id & minimo pondere, odore plurimo atq; eximio est. proximum huic nobilitate Indicum redditur: crassum hoc: leue: nigrum, ut ferula. tertio loco Syriacum: graue hoc, colore Buxi, nares ualide feriens. probatur recens & candidum: plenum ex toto: pr ę densum: exaridum: sine teredinibus minime uirulentum: gustu mordens, ac feruens. Natura generi concalfatrix. urinam, mensesq; cit. uuluas admotu: fotu: suffituq; adiuuat. Morsis a Vipera bibitur, pondere unciarum duarum: Laborantibus pectore: inflationibus: conuulsis cum uino & Absinthio administratur. in mulso Venerem stimulat. ex aqua tineas latas pellit. In horroribus febrium ante accessiones inungitur. Quo modo & resolutiōibus utile est, cū aqua uel melle uitia cutis emendat. Malagmatis & antidotis miscetur. adulterant ualidissimis Helenii comageni radicibus: Sed facile coarguitur dolus, qđ Heleniū neq; linguam accendit, neq; odorem, perinde intentum & uulnerantem remitti t.

IVNCVS ODORATVS XVI

IVncum odoratum: alium reddit Africa, alium Arabia, alium Nabathea, qui & laudatissimus. secundum eum Arabicus: quem nonnulli Babylonium, nonnulli Theuchitin malunt appellare. Africanus omnium deterrimus. legiturq; recentissimus, rubensq; folibus: flore copioso: & cuius desissi fragmenta in purpuram uergant. Scapo exili, odorem Rosæ in confricando emittens. Mordacitatis ad linguam urentis uapore lento. usus eius multiplex, radice, floribus, culmo urinam mensesq; trahit. inflationes dissoluit. Caput tentat. Modice astringit. Erumpit: Suppurat, aperit, urinam exigit. flos eius in potiones adhibitus reiectiones sanguinis sistit. utilis est & doloribus pectoris pulmonū, Iocinoris, renum. Miscetur antidotis. radix eius aliquāto ad dēfendū aptior est: proinde fastidiētibus stomachis datur. hydropicos & cōuulsa cū pari pipe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ris pondere, continuis diebus exibitum leuat. decocti ſucco inflammationes uul
uæ inſidentium placantur.

CALAMVS ODORATVS XXVII

Alamus odoratus ex India eſt. præcipua bonitas ruffo, geniculis freque
c tibus, & qui confractus: in aſſulas multas diſſiliat, plenis araneo fiſtulis,
ſubalbidus, in cõmanducando glutinoſus, aſtringenſq; linguam guſtu
ſubacri. urinam potus elidit: eoq; cum gramine aut Apii ſemine incoctus, ſubſtil
lo, hydropi, renibus: ruptis: conuulſis bibendus pręcipitur. menſes quoq; admo
tu potuq; detrahit, tuſſi, euaporatus per ſe, aut cum Reſina Terebinthina, fumo
per fiſtulam attracto in os, medetur. ad muliebres uſus decoquitur: infeſſione, in
fuſioneq; profuturus. Eodem in malagmatis, ſuffimentiſq; ad odorem utuntur.

BALSAMVM XXVIII

Alſamum arbuſculi magnitudine cernitur, candidæ Violæ: aut Lycii,
b ſiue Pyracanthę. folium proximum Rutę, ſed candicantius multo: co
ma perpetua: uni terrarum Iudeæ quadam conualle, & Ægypto conceſ
ſa. diſcrimen arboris eius in tria faſtigia digeritur, ſcabro aſpectu: alterum proce
rius cæteris: tertiũ gracilius proinde quod tenui & cappillacea coma eſt. uocãt
Theriſton. forte, quia præ ſua exilitate meti facile ſit. arbor inciditur unguibus
ferreis circiter Canis ortum flagrãtiſſimo æſtu: ſuccus e plaga manat: quẽ Opo
balſamum uocant, tam tenui ploratu: ut ex omni uindemia, non plures ſenos, ſep
tenoſue congios impleant. duplo ibi argento rependitur. Lachrymę probatio ut
ſit recens: odore uegeto, ac ſincero: non ſubacida. facilis dilui: & lęuis: guſtũ aſtri
gens, & quadamtenus remordens. uitiatur aliquotfariam oleo Terebinthi: Cy
pri: Lentiſci: Lilii: Balani, ac Metopio. Item Melle, Cera Myrtea, Cypriaq; li
quida, beneq; ſubacta. Maleficium facile intelligitur: nam ſi gutta ueſti laneæ in
ſperſa & eluta nihil maculę reliquerit aut ſordis: ægregia eſt. Quę mutata fuerit,
pertinaciter hęrebit. probatio alia, ut Lac coagulet: quod quidem adulterina nõ
facit. præterea ſincerę gutta in lacte uel aqua celeriter ſidet, elacteſcitq;. Adultera
ta olei modo innatat: contrahendo ſeſe, ſtellatimue diffundendo. Sane uel ſincera
ſentit ætatem: craſſeſcit enim atq; ita deterior fit. Errant uero, qui putant, ſince
rum, ſi in aquam addatur, primum deſidere ad ima uaſis: mox reciprocare com
meareq;: nec diffundi. Interputantur ſarmenta eius & ſurculi: Xylobalſamum
uocant. Ratio probi, ut recens ſit, feſtucis prætenuibus: ruffum, beneq; odora
tum, & modice Opobalſamum redolens. Fertur e petra ſemen Hyperico ſimi
le: quo Balſami fructum adulterant. Coarguitur magnitudine: inanitate, ignauia
effectus: ſapore Piperis: ualidiſſima ſucco natura. excalfactoriaq;: oculorũ obſcu
ritates detergit: perfrictionibus uuluę cũ Cera roſacea applicatus medetur. cit &
menſtrua & ſecũdas & partus. febres cũ horrore uenietes perunctis leuiores moli
tur: ulcera ſordida illitus purgat. concoctiones adiuuat potu, urinaſq; eiicit.

anelantibus confert: aduersatur Aconito e lacte sumptus. Quemadmodũ & contra serpentes. idem expetitur Acopis: Malagmatis: Antidotis. omnino præcipua lachrymę gratia est: Secunda semini: minima surculo: semen illatum potu compunctionibus laterum & pulmonibus prodest. tussientibus: ischiadicis. comitialibus: uertiginosis, & iis: qui non nisi recta ceruice spiritum trahunt. Item torminibus: percussis a fera: ęgre mincturiẽtibus. muliebribus malis. ad suffiẽdũ & insidendum decocto: corrigit enim, resoluitq; uuluas, & humores earum exugit. in eosdem usus & lignum adiungitur, minore tantum effectu. decoctũ in aqua torminibus: cruditatibus: bestiarum uenenis: conuulsionibus, auxilio est. datur & quibus urina difficile it, cum Iride sicca, uulneribus capitis conuenit. & squamas quoq; detrahit. additum in unguenta oleum domat.

ASPALATHVS XVIIII

a Spalathũ alii Erysisceptrũ: alii Sphagnon, siue Phasganõ. Syri Diaxylõ uocãt, frutex est lignosus obsessusq; spinis. Nascit̃ ad Istrũ. & Nisyrũ. i Syria quoq; ac Rhodo. unguentarii eo spissãdis oleis utunt̃. optimus qui minime ferulaceus pondere est. Pręterea subrubens & in purpuram uergens detracto cortice, tactuq; spisso, suaui odore: gustu amarulento. habetur & aliud genus cãdidi: surculosi, sine odore, quod & deterius. uis ei excalfacere: astringereq;. Ideo tetra oris ulcera in uino decoctus: collutusq; sanat. Genitalium Nomas & putrilagines purgat. Adhibetur in feminarum pessos ut pecus elidat. decoctũ eius aluũ sistit: & sanguinem reddentibus medetur. Inflationes potu discutit & strangurias.

BRYON XX

m Vscus a quibusdam Splachnõ uocatur. Alii Bryon inuenitur in arboribus: Cedro: Quercu: Populo candida. laus prima Cedrino: proxima populeo. Meliores candidi odoratiq;: deteriores nigri. potentia ei astrictoria. uuluis decocto insidentium utilis. miscetur unguẽtis e Balano, atq; oleis: quę spissare oporteat. Item odoribus ad suffitum & acopis.

AGALOCVM XXI

a Galocum ex Arabia & India lignum aduehitur. Thyino assimile: uarium punctis. odoratum, gustu spissante cum quadam amaritudine, obducitur cute uerius q̃ cortice: qui ei pene uersicolor: commanducatum aut collutum decocto suauitatem cõmẽdat animæ. conspergi eo & corpus totum perutile. Diapasmatis exemplo. uritur uice Turis. radix denarii sumpta pondere medetur: quibus lentore putri languet, aut resoluitur. aut interęstuat stomachus. latera & Iecur dolẽtibus, intestinis exulceratis, torminibus, per aquam pota pręsidio est.

NASCAPHTHVM XXII

n Ascaphthum, ab aliis Narcaphthum uocatur: & hoc ex India importatur: Corticosum natura: & putaminibus arboris Mori. Laudatur odor per se accensi: additur & in suffimenta quoq; cum aliis uuluas: quæ astrictæ sint, suffumigatum recludit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

propter astrictoriam uim probatur. Gingiuas supprimit, si contineatur in ore. stabilitatem dentium custodit. Sudores cohibet sane. medicamentis uetustissimũ & pinguissimum quæritur.

OLEVM VVLGARE XXX

Mni autem oleo tepefit, molliturq; corpus, & cõtra persrictiones mu-
o nitur. Rebus gerendis uigorem, & robur accipit. Aluum mouet, lenitq;.
Idem commixtum medicamentis exulcerantibus: acrimoniam eorum retundit. contra omnia uenena laudatissimum crebro potum, redditumq; uomitionibus. soluit aluum heminæ mensura cum ptisanæ succo pari portione aut cũ aqua. Tormina calidum potũ cyathis. VI. magisq; ruta simul decocta pellit. Itẽ uẽtris animalia. utilissime uero in aluum datur mulieribus: quas Ileos hoc est, tenuioris intestini morbus tentare soleat. uetus autem magis excalfacit corpora, magisq; discutit sudores. Oculorum claritati sublinitur. Et si uetusti non sit occasio: tẽperabitur hoc modo: quod aderit optimũ: In seriolam dehaurito: decoquitoq;, in igne usq; eo dũ fiat, tam crassũ, q̃ mel, postea utitor. uetustatẽ repr̃tabit.

OLEVM EX OLEASTRO XXXI

Leum ex Oliua syluestri uehementius quidem astringit. sed usus eius per
o sanitatem secundus. Rosacei uice doloribus capitis conuenit. sudores,
& capilli defluuium reprimit, ac cõpescit. furfures, ulcera in capite manantia, scabiem: leprasq; sanat. Quorum caput illinitur, quot diebus, in eo cani serius funduntur.

OLEVM CANDIDVM XXXII

Leum candidum facis hoc genere. Albicans oleum capis anniculum,
o nec uetustius. Tum dimittis in fictile, ampli oris: nouum, heminas cẽtũ
Deinde in sole ponis, & per singulos dies concha in altitudinem depressa: mox elata inuicem: refundis, idq; brachio per q̃ sublimi, ut conturbatione crebra, diuerberatiõeq; spumescat. Octauo die fenũ gręcũ aqua calida maceratũ, remollitumq;, ita ut substillat, ac madet: denariis quinquaginta in oleum supradictum confundito: mox & titionem pinus q̃ pinguissimæ atq; in assulas minutatim concisæ super indito mensura pari. Ab eo patitor bene consudent dies octo. Tum rite iterum concha refunditur, tandemq; si respondet desiderio, in dolium nouum: quod ueteri uino prius imbueris, decapulas: subdito ex insolubilibus serte campanicæ coronis strato: undecim drachmis: & Iridis ęquali portione. Q đ si non dum probe mutauerit: in solem denuo ut repetas oportebit: & operam iugem impendas, quo ad dum plane candidum fiat.

OLEVM SICYONIVM XXXIII

Leum Sicyonium ita conficitur, in lebetem plumbatum lati oris: om-
o phacini olei, recentis, atq; candidi congium mittito, eodemq; semicon
gium aquę confundito: Deinde flamma leui decõquito. Rudicula molliter agitato. facito bis inferueat. postea ignem subducito, refrigerato, elutriato, rursus aquam indito, conferuefacitoq; ignibus subiectis. Vbi omnia feceris, perinde ut mõstrauimus: reponito. Genus hoc in Sicyonia celebre est, unde nomen

Sicyonio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Sicyonio.modice concalfacit.febribus:neruisq; utilẽ.utũtur eo feminæ ad cutis nitorem in facie.

STRIGMENTA A BALNEIS XXXIIII

s Trigmenta porro, atq; sordes, quę a labris & balneis corraduntur: ad calfaciendum: emolliendum: discutiendumq; pollent. Condylomata iis: & rimas sedis inungimus.

STRIGMENTA A PALÆSTRIS XXXV

s Ed & illa: quę sunt e ceromate luctantium permixto ceno, sordibus simi lia nodis articulorum imponuntur. iis & coxarum dolores, malagma- tis: aut fomenti uice oblinimus.

STRIGM. GYMNASIORVM XXXVI

s Ordes quoq; parietinis gymnasiorum & statuis decussę, atq; imposite, concalfaciunt: Tubercula suppurationis morosę discutiunt. desquama tis illinuntur: & ulceribus senum peculiariter medentur.

ELÆOMELI XXXVII

e Lęomeli appellatur in Syrię palmyris manans e caudice arborum pin gue: crassius melle: sapore dulci. cruditates & Bilem præcipue detrahit p Inferna duobus cyathis, in hemina aquę datis. Qui bibere: torpescũt marcore. Nec tamen ob id pauendum. sed excitandi sunt crebro uellicandiq;: nec ferendum uti somno corripiantur. e Taleis quoq; ipsis oleum præparant. com- mendatio eius, ut crassum, ut uetus, ut pingue: nec turbidũ sit. uim obtinet excal- factoriam: priuatimq; ad discutienda: quę oculis officiant: linitur: Lepras & ner uorum dolores utiliter perungit.

OLEVM CICINVM XXXVII

n Omen oleo Cicinum. facito ad huc modum. Ricinos eius maturos, q̃tũ putabis ei rei satis esse: in solem conferto: expansosq; uuarum more ster- nito ut perrarescant: nec dimoueto: anteq̃ cortex spõte rumpatur & ca- dat: tum fraces eorum collectas in mortarium diligenter contundito: & in lebe- tem plumbatum relatas: igne inferuefacito. ubi uero succum omnem ita reddi- derunt: ignem subtrahito, atq; oleum omne: quod innatat: tollito: & in parua col ligito cornua. in Ægypto: ubi abundat: usus eius aliter temperatur. repurgati: de glubitiq; ad Trusatiles molas ferũtur: ubi probe, ac diligenter frangantur. pinsi tos in sportulam coniiciunt: deinde machinamentis cremor omnis exprimitur. tempestiuitas Ricini ad decerpendum, cum folliculis: quibus ambitur, abscedũt. prodesse dicitur psorę: ulceribus capitis erumpentibus. sedis inflammationibus: uuluis: quę occlusę: conuersęq; obstrangulent. cicatricibus fœdis: aurium dolo- ribus. additum in Emplastra effectus eorũ accendit. bibitur & ad purgationes uẽ tris: si qui aquis grauantur: & ad lumbricos intestina occupantes.

OLEVM AMYGDALINVM XXXVIII

n Omen oleo Amygdalinum aliqui Metopion uocant. ratio eius hæc est. Amygdalę amarę sextarios octo purgant assicantq;. ubi adaruerint: pi stillo ligneo in mortarium collatas: leuiter contundunt, quoad massa fi

at, atque balteum. Hoc Heminis duabus aquę feruentis aspersum, semihoram dimittunt, ut perbibat. postea uehementius iterum tundũt: deinde ad tabellam prementes: cremorem excipiunt: & quod in digitis pingue obhęsit, in cornicula effingunt ac tergunt, rursusque in id, quod presserunt: heminam aquę unam infundunt, & spatio, ut combibat, interposito: iterum exprimunt forma: qua prius. iustum est. ut octo sextarii heminam reddant. facit ad dolores matricis, ad strangulatus: conuersiones: inflammationes eorundem locorum. prodest & capitis doloribus: aurium grauitatem: sonos incertos: tinnitusque discutit: quibus renes laborent: Quibus urina difficile transeat: calculos: suspiria: lienosos recurat: neuos & uitia cętera cum radice Lilii, atque melle: cera Cypria uel rosacea tollit a facie: pari modo & cutem erugat: confert & quibus oculi hebetes sunt. ulcera manantia & furfures cum uino expurgat.

OLEVM BALANINVM XXXX

o Lei balanini concinnatio eadem, cum mox tradita est. repurgat maculas Varos: léticulas: Cicatrices atras. Soluit aluũ. sed inutile stomacho est. dolores aurium: sonitus: stridores cũ adipe anserino iniectũ emẽdat.

OLEVM SESAMIN. XXXXI

s Esaminũ e Sesama conditur, ut superius ad eademque pollet.

OLEVM CARYIN. XXXXII

Aryinũ e Nuce Iuglãdi cõficit eodẽ modo ad pares effectus cũ Balano.

OLEVM HYOSCYAMINVM XXXXIII

h Yoscyaminum ita fit. semen candidum arefactum recens contundito: calda conspergito, ut nuces amaras docuimus insolatoque: quod sub manum idẽtidem siccescit, interpolato, cõdepsitoque: idque sæpius, usque adeo dum nigrescat, uirusque oleat. deinde collo excusum reponito. Aurium dolores sanabit. in pessos adiunctum emolliet.

OLEVM GNID. XXXXIIII

c Nidium e Grano fit nominis sui, purgato prius atque tuso. Bibitur ad purgationes uentris:

OLEVM CNICIN. XXXXV

c Nicinum fingitur ad eundem modum. proficeret æque ut Gnidium, nisi paulo esset infirmius.

OLEVM RHAPHANIN. XXXXVI

r Haphaninum, componitur ex semine radicis, ut cętera. phthiriases ualitudine cõtractas finit. scabritias cutis in facie discutit. utũtur eo Ægyptii obsonandis cibis decocto una.

MELANTHINVM XXXXVII

m Elanthinum eandem uim cum dicto mox obtinet.

SINAPINVM XXXXVIII

s Inapinum. paratur Sinapi fracto & aqua feruenti perfuso. Deinde oleum additur: simul exprimitur. Facit ad inueteratos dolores: ex alto id, quod infestat, euocans.

MYRTEVM XLIX

m Yrteum ita facito. Myrti nigrę syluestris aut satiuæ foliorum mollissima tundito: premitoq; in succum eum tantundem olei Omphacini confundito: mox calefacito in pruna ociose, donec coquatur: Tollitoq; qđ innatat. Alii deiecta ea in oleum, prius sole maturant. Sũt qui oleum prius inspissent: Malicorio: Cupsso: Iunco quadrato: Lentisco. Efficacius quo amarius: pinguiusq; & quo uiridius colore: Translucidum: subolens Myrtum. astringit, indurat. Ideoq; medicamentis ad cicatricem uulnera trahentibus miscetur. Sanat ambusta: furfures, ulcera emanantia: pustulas erumpentes. Attritus sedis fissa: condylomata: articulos laxatos: sudores. In summa quęcunq; spissari addẽsariq; opus.

LAVRINVM L

l Aurinum e Baccis, priusq̃ maturę sint, Iam tum colorem mutãtibus fit: hoc est e drupis has in aqua decoquito. pinguitudinem quandam circũdati cortices reddent. Euocabitur ea diuerberatis manu. Tum cremoré in cornua colligito. Quidam in oleo Omphacino folia Lauri q̃ tenerrima decoquũt: non illo quidem meraco sinceroue: sed castigato ante astringentibus medicamentis: Calamo odorato: Iunco triquetro: Lentisco. Nonnulli addunt & Baccas, quantum sufficere arbitrantur ad odorem. Alii Styracen Myrtumq; adiiciunt: optime ad id montana Laurus latifoliaq; utilius oleum: quo recentius atq; uiridius. probať & amarissimum gustu et acre. uis ei excalfactoria. emollit: recludit: discutit lassitudines. Omnibus neruis, algoribus: aurium doloribus: distillationibus: renibus qui frigore patiantur, utilissime oblinitur: proinde, ut nihil supra. Iis qui bibere: nauseam commouet.

LENTISCINVM LI

l Entiscinum ex maturis Lentisci seminibus instruitur, hoc Laurini modo prius astrictum: scabiem iumentorum canumq; sanat. pesso: acopo: lepricis additur. utuntur eo & contra sudores.

TEREBINTHINVM LII

t Erebinthinum pręparatur ratione simili, natura refrigerãdi, spissandiq;

MASTICHINVM LIII

m Astichinum ex trita Mastiche reponitur, omnibus morbis uuluarum salutare habetur: leniter excalfaciens & astringẽs & molliens. duritias omnes in stomacho: uẽtre intestinis exulceratis diffundit. uitia quæ in facie sunt, depellit: colorem cutis cõmendat. laudatissimũ in Chio insula temperatur.

VNGVENTA LIIII

q Voniam uero unguẽta quoq; in aliquos casus prodesse noscuntur. (Nã & in medicamenta commode ueniunt, & per se affusa corporibus, olfactaq; usui esse possunt.) consequẽs uidetur, uti de his quoq; prodendum edisserendumq; nobis sit. Porro in uniuersum illa tenenda probatio est, ut unguẽta repręsentent tibi odore id e quo parata & confecta quæq; fuerint. Neq; alio argumento bonitas ęque decernitur. Alioquin ratio hæc perpetua non est: sępe fallit: pręualentibus interim succis odoramentisq; offundentibus: ut in Sansucino:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Crocino: Telino: quibusdam aliis: quæ non ex eo censentur, qđ auctores suos, prout quiq; odores fuere, testantur: sed ex eo qđ bene: uel cõtra in usu respõdent.

VNGVENTVM ROSACEVM LV

Omen unguento. Rhodinon, hoc est Rosaceum. constat ex sequẽtibus. u capito Lentisci: P. V. uncias octo. olei. p. ii. uncias. v. contundito: aquã adiicito: coquito: rude misceto: deinde in dolium percollato: quod habeat olei. p. xx. denarios. xxxv. eo Rosas: quæ rorulentæ non sint, addito numerum mille: agitatoq; sæpius oblitis manibus melle: idẽtidem exprimẽdo: sed molliter. finito noctem consudẽt, post premito, ubi feculẽta pars desedit, dolium mutato, in capulam diffundito: Sed quam melle prius obleueris: deinde rosas eximito in labellum & olei preparati astrictiq; libras. viii. denarios. xxi. Insuper fundito: iterum premito. secundarium hoc uocabitur. Et si collibeat, usq; tertias quartasq; uices affundito: macerato: exprimito. Ita primum: secundum: tertium quartumq; habebitur. Quotiens porro ita repetis: totiens capulas melle sublinito. Altera quoq; aggressio est, priori diuersa hoc modo. In oleum primo expressum rosas alias mille recentes nec humẽtes addimus agitamusq; litis melle manibus: subindeq; premimus. Eadem obseruatio in tertiam & quartam molitionem conueniet: quotiensq; id nouamus, totiens rosam recentem ungue detracto cõiicimus. Ita enim uis unguento maior accesserit: durat oleum ad infectiões rosarum septenas usq;, ultra non sustinet. in eo opere torcularium quoq; obungitur melle. separari oleum a succo magna cura oportet. Enim uero, si quid in eo uel minimum substiterit: totus modus deperit. Alia ratio est, cum detractis unguibus: reliqua pars oleo maceratur in sole: neq; odor externus adiicitur. in sextarium olei unciæ sex Rosarum probantur. Subiunguntur diebus septem: Quadraginta in sole cõtinentur usq; in tertiationẽ hoc ẽ in tertiam suppletionem. abinde reponitur. Aliqui oleum prius astringunt addentes eo calamum & asphalathum. Quidam & salem admiscent, & Anchusam. hanc ad commendandum colorem: Illum ad coercendam Olacitatem. usus eius in spissando refrigerandoq;. Item ad perfusiones: & cataplasmata. in potu aluum soluit. feruores stomachi extinguit: caua ulcerum nutrit: & ea quæ Cacoethe appellantur. impositum placat. uitiis in capite erũpentibus, pustulisq; illinitur. capiti in dolore infunditur. principio dentium dolor colluitur. palpebris: quæ obriguerint: inungitur. Ad rosiones intestinorum & uuluæ Clysteribus inditur.

VNGVENTVM ELATINVM LVI

Omen unguento Elatinum. Palmam cognomento Abietem frangito, n scalpitoq;: in labrum coniicito. oleum Omphacinum insuper dato: triduum combibat: facito. ab ea fini sublatam in sportula exprimito, utriusq; par quęritur pondus. puro uase reponito: utitor. effectum habet proximum Rosaceo: nisi qđ alluum non mollit.

VNGVENTVM MELINVM LVII

Omen unguento Melinum. Facis hoc modo. sextarios olei sex: aquæ n unum cõmisces: palmę Abietis fressæ uncias tris. Lentisci unam immer

gis.diem ut commadeant:finis:postea decoquis.deinde oleum in seriam lati oris percollas.insuper fiscellā uitilē harundineā, aut tegetē palmeā ueterem sternes.super e Mala cotonea iponis & uestibus circundas:ut sit qua interspirent. Idq; in aliquot dies:usq; adeo, quo subiecta olei natura:pendentis pomi uim trahat in se. Quidam mala primum ipsa culcitris inuoluta obstipant diebus decē:uti adempto interculsis spiramento omni:contineatur odor in corpore:neu deuolet, euanescatq;.tum deinde oleū affundūt, diebusq; binis ac noctibus relinquūt. demum expressis malis exēptisq;, oleū recōdunt.potētia ei refrigeratrix & astrictoria.prodest ulceribus scabiosis ad furfures:perniones:mala quę serpūt:exulcerationibus uuluæ infūdit, urinęq; rosiōibus.ualet & ad sudores cohercēdos. bibit̃ cōtra erucas pinorū.cōtra cātharides:cōtra bupstini.ꝓbatissimū ex eo habet̃, qd̃cūq; Cōtonium maxime redoleat.

VNGVENTVM OENANTHINVM LVIII

n Omen unguento Oenanthinum.Oenanthen:quā uites albę, syluestresq; ferunt:odoratum siccamus & cum marcuerit:in oleum Omphacinū demergimus, permiscemus crebro, tribulamusq;.biduū intermittit̃:una exprimit̃:tollitur:oleū cōditur.natura constringēs, proficiensq;, ad quæ Rosaceum, ꝑterq̃ ꝙ aluū neq; cit, neq; mollit, laudatissimū qd̃ oenāthē ipsā referat odore

VNGVENTtVM TELINVM LVIIII

n Omen unguento Telinū.Feno gręci.p.v.olei.p.viii. Calami.p.i.Iunci triāguli.p.ii.diebus septē in oleo macerātur.quotidie ter miscet̃. postea eximuntur premūturq;.oleū reponit̃.Quidā uice Calami, Cardamomū addere malūt & xylobasamū loco Iunci trianguli.Sūt qui oleū iis ante castigēt, postea Fenogręcū in eo madefaciāt exprimātq;.uis ei emollire abscessus:pus mouere.ad oēs uuluę duritias maxime cōuenit.feminis:quę difficile pariāt:quia loc profluuio uehemēti obaruerint:in lana succurrit collectionibus sedis medetur.in desisēgi cupiditate, hoc est tenasmo ex inferiore parte induitur utiliter. furfures & erūpentia in capite discutit, Ambusta, Pernionesq; sanat cum cera. emēdat asperculas decolores cutis in facie.Additur in ea:quæ feminis ad nitorem finguntur.Probatur recēs:etiā quod obfactu siliculā nō magnopere præsentet. qd̃q; in fricādo egregie manus exterat.sapore īter dulcē amarūq; mixto.notę optimi hę.

SAMPSVCHINVM LX

u Omen unguēto Sāpsuchinum.Serpilli Casię, Abrotoni: Sisymbrii floris:Myrti foliorū:Sansuchi: singulorū modus pro uirium cōiectura & proportione capitur.Omnia hęc pariter tunduntur.Omphacinū tusis additur ratione adhibita:sie immodice affusum probitatem succorū & efficaciā obliteret.Quatriduū perbibāt oportet.præterea exprimuntur.iterū noua alia pari mēsura & tēpore:in eodē oleo maceranda sunt:& ubi expessa fuerūt, adimēda. euadet hac forma cōsiciendi ualidius.Ad hoc opus Sāsuchū legi præcipiūt. quæ ex atro uiridis sit:quę plurimū oleat:qnę acrimoniā modice pręferat. uis ei excalfactoria:extēuatoria:acuta feminarū.pluribus malis, siue cōtractio, siue cōuersio uuluæ fuerit, auxilio futura.Menses, secundasq; pellit.Exanimatis partuq; natu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

turalibus earum impositum recreat. lumborum & inguinum dolori præsidio est. usus eius cum melle commendatior; in magna cōstrictione locos indurat. lassitudines illitum soluit. Cataplasmatis ad opisthotonum commodissime addiicitur. Itemq; ad quoscunq; conuulsos.

OCIMINVM LXI

n Omen ungueto Ociminum. cōpositio eius talis. Cyprini olei. p. xx. ocimi. p. xi. unciasq;. viii. foliis detractis pariter confundis, ut noctem & diem bene commadeant. post premantur, colleturq;. primitiuum hoc erit. Mox depleto in labrum: quod in sporta obhęsit Ocimi. oleum nouum pari mensura infundito & exprimito. Secundarium hoc fuerit. iterationé tolerat. Tertiam uicem nō patitur. huius altera constitutio est ut tantundem Ocimi recentis in oleum prius addatur. et post ęquale spacium temporis exprimatur, reponaturq;, ut in rosaceo monstrauimus. Idem, si ter si quater collibitum sit, seruabitur: ocimum nouum semper indetur. potest uero ex Omphacio fieri sed superior ratio pfertur. Eosdem effectus agit: quos Sampsuchinum, utiq; paulo inertius.

ABROTONINVM LXII

n Omen unguento Abrotoninum. Fingitur sic pote. olei: quod ad Cyprinum odoribus cōditū sit instar librarū noué & unciarū. v. in libras octo foliorum Abrotoni spargimus. post integrā noctē & diem exprimimus quotiensq; diuturnius efficere id lubet, prioribus scopis foras exemptis, recentes alias mergimus premimusq;. potentia ei excalfącere: compressiones & duritias uuluarum mollire, secundas & menses excutere.

ANETHINVM LXIII

n Omen unguento Anethinum. in oleum octo libris & unciis nouem flores Anethi. p. xi. unciis. viii. demergimus: diem perbibant relinquimus, dein manu expressum reponimus. dilutius fiet uolētibus: si flores anethi recentes addātur. Emollit & aperit locos. horroribus medetur circuitu certo cō meantibus. Excalfacit corpora. lassitudines reficit. dolores articularios subleuat

SVSINVM LXIIII

n Omen unguento Susinum, quod aliqui Crininum hoc est Lilinum appellant. olei nouem. p. & uncias. v. Calami odorati. p. v. & uncias tris. Myrrhę quincuncem. confundito. uinum adiicito odoratum quod sit. Ita decoquito. post ea oleū percollato: in dolium: quod habeat cardamomi tusi, & macerati aqua cœlesti. p. iii. uncias. vi. interuallum ut bene fracescat: iniicito: ubi bene fracuerit: premito. olei huius astricti tres selibras in labrum latiusculū: nec profundum conferto, in quo sint Lilia mille conuulsa. hæc manibus melle oblinito: remisceto bene, tribulatoq;. Tum diem & noctem interquiescere patitor. Mane Repetito: in Pyxidem premito. Et quod defertur: in collum subinde corriuato: & oleum ab aqua pariter expressa probe discludito. Aliter ætatem non perfert: quod & in Rosaceo demonstrauimus: Si quidem concalfactum Referuet: putrescitq;. Decapulato elutriatoq; sæpius: sed uasa Melle prius allinito: Salem addito adfriatoq; minutatim. Repurgamenta in hoc opere collacta di-

ligenter eximito. Mox odores expressos e sportula in labellum transferto. Rursusq; olei odorati æquale superiori pondus affundito & cardamomi tusi denarios decem adiicito: commode manibus uersato,& morula iniecta premito. Quod defluit: obiter ab aqua dispescito. Idem & tertio fit, tantundē addendo & olei & cardamomi & Salis: manibus perinde Roscidis melle. Optimū primę notæ hoc est e prima pressura. Proximū e secunda. Nouissimū tertia. Alia huic contraria pręceptio est. uti non oleum nouū, sed lilia cōparentur alia mille: quæ in labro disposita & conuulsa: In oleum prius expressum mergantur: cætera dispensentur: & fiant. ut supra: Cardamomū miscendo, exprimendoq;. Eadē ratio in secundam & tertiā conditurā retinenda est: Cardamomo in singulas adhibito: & nouissime materia omni prælo subiecta. Enim uero q̄ plurimas uices liliū recens adiectum fuerit, tam efficacissimū tibi unguentū redditur. In fine cum satis esse putaueris in singulas conditiones myrrhæ probę denarios. Lxxii. croci. x. cardamomi. Lxxii. (alii crocum & cinnamomū pari mensura:) contūdito: cribro tusa incernito: In labrū cū aqua deponito: & unguentū primo expressum: insuper depleto: post interuallū breue in uasa parua: & sicca diffundito: Sed quę tamē prius gummi: croco: myrrha: melle distritis & aqua solutis imbuendo elueris. Idem facito in secundam expressionem ac tertiam. Quibusdam simplicius concinnare placet: ex oleo balanino alioue id genus, ac lilio. In Phœnice atq; ęgypto laudatissimum fit. Vbiq; optimum: quod maxime lilium odore prodit. usus eius excalfacere: duritias uuluarū mollire: cōtractiones laxare: Inflāmatiōes arcere. In uniuersumq; muliebribus uitiis magnifice occurrere. ulcera capitis manantia: furfures uaros: eruptionesq; sanat: Vibices plagarū celeriter emēdat: concoloresq; reddit cętero corpori: oīnoq; attenuans ei & discussoria inest ꝓprietas. Datū bibere deiectionē bilis molit᷑: urinā ciet. Stomacho inimicū: & Nauseā cōtrahens.

NARCISSINVM LXV

n Omen unguēto Narcissinū. Spissatur hoc more. Capis olei eloti. p. lxx. & uncias. v. aspalathi. p. vi. uncias. ii. cōtundis: madefacis aqua: in tertiā partē olei confundis & decoquis. Mox aspalatho exempto calami odorati. p. v. uncias octo substituis. Glebā myrrhæ tritā cribro cernis, & uino accepto uetere, odorato cū cęteris misces & coquis. ubi totus modus ebulliit: subducis ignē & oleū: ꝓtinus q̄ refrixit, percollas. Deinde in labrū partē eius effundis, eoq; flores Narcissi q̄plurimos cōgeris: biduū agitas: ut in susino: exprimis: deplesq; sæpius die: quoniā & hoc facile cōputrescat. utile ad uuluas: quę obduruerint: coierintq;: sed capitis dolores facit.

CROCINVM LXVI

n Omen unguēto Crocinū. Ita cōparatur, prius domare oleū oportet ratione: qua in Susino: neq; speciebus, neq; ponderibus aliis. olei quod ad susinū odoramētis coercitū sit. p. iii. semissem accipiunt. eo uncias croci octo demittunt: uersantq; sæpius die usq; ad quintū. Luce sexta oleum a croco diffundunt, operam dando, ut q̄ maxime pura in eo sinceritas constet. Deinde in Reliquias prioris croci oleum nouum pari mensura insuper dant: & die

bus continuis.xiii.manibus tribulant. Postea in mortarium refuso:myrrhę tusę cribratęq;.xxxx.denarios miscent: & q̃tum usus est:cōmouent: dein reponunt. Alii ad hoc genus oleo utuntur:quale in Cyprinum paratur. Pręcipua bonitas: si crocum impense olfactu reddat: quod quidem maxime pertinet ad medicos. Secunda si myrrham oleat.usus eius excalfacit corpus,somnum accersit:Ideoq; phreneticis,sæpe remedio est,modo in caput datū:modo in olfactorio admotū: modo naribus sublitum: eodem & pus mouetur & ulcera perpurgantur: Feminas quibus aut rigentes: aut astrictæ sunt uuluæ.Item: quarum obscenas partes ulcera cocoethe dicta crassantur:cū cera & croco:medulla & oleo partibus duabus sanat:concoquit enim,emollit,humettat & mitigat. Glaucomatis cū aqua illinitut.Butyrinum: onychinum: Styracinum pares crocino uires obtinent. Nominibus modo dissonant:corporatura & ęffectu congruunt.

CYPRINVM LXVII

Omen unguento Cyprinum.Astringitur concinnaturq; ad hæc exem-
n pla,omphacium lotū parte.i.Aquam Imbriū,parte.i.& semisse. Alterū oleo infunde.Alterum odoramētis:quę addenda sunt:misce. Tum aspalathi cape.p.v.Semissem calami.p.vi.semiss.Myrrhę p.i.Cardamomi.p.iii. Dodrantem olei.p.viiii.quincūcem.Aspalathum tunde: & madefactū aqua cū oleo decoque donec inferueat.Myrrham uino uetere odorato solue:calamum tunde: cum myrrha confunde.Aspalathum exime: calami distrimentum & myrrhæ in locum eius da:ubi cum iis quoq; adbullierit:oleum ex aheno percolla in labrum ubi cardamomum sit tusum:& cum Residuo aquę permistum: Tum spatha moue:Nunq̃ cessa,quin uerses,quousq; refrigeretur.Iterum liqua:& floris Cypri.p. xxxxvi.bessem:in olei.p.xxviii.merge:ubi probe cōmaduit exprime sportula.Si ultra quęritur:florem eius recentem ęquali modo coniice:ubi perbiberit:exprime.Idem secundo,si lubeat face,Idem & tertio:Quippe tanto pręstantius fuerit. Eligere oportet quod probum sit:quodq; cum suauitate odoris nares quoq; feriat.Quidam & cinnamomū prædictis rebus addiiciunt. Vsus ad duritias emolliendas:calfaciendi quę alserint.Astricta laxandi:uulnerum affectus: Neruorum & laterum corrigit.Collisa per se & cum cera impositū curat. Malagmatis quæ ad opisthotonum componuntur:miscetur.Item quę ad anginas & Inguinum tumores.Vtilitas eius & in acopum uenit.

IRINTM LXVIII

Omen unguento Irium.Palmę abietis.p.vi.bessem olei.p.Lxxiii.quin-
n cūcem,depromito:Palmam q̃ minutissime tundito.Heminam aquę misceto:In cortina usq; decoqnito:donec odor in oleum transeat. Deinde in Capulam deliquato:quam prius melle,perunxeris. Ex hoc oleo Irium Primū componito.Irin ut modo præscribemus in oleū ita coercitū:addito. Sunt & qui aliter oleū præparent.Olei.p.Lxx.quincūcem Surculorum balsami.p.v.Sextātem accipiunt:Tundūt:& ut dictū est:coquunt.Deinde balsami Surculos detrahunt:In uicemq; horum,calami odorati contusi.p.viiii.& unciam.Myrrhę granū uino uetere odorato,affuso coniiciunt.Ex oleo ita spissato & odoribus cōdi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

to.xiiii.pondo in totidem Iridis tusæ diffundito.biduum cum noctibus consudent permittito:Postea uiolenter & fortiter premito. Efficacius post iteratioñe & tertiationem futurum, hoc est, si secundo & tertio mensuram parem intuleris: & post certũ diem expresseris.Cõmendatio prima, ne aliud extra q̃ Iridem oleat. Tale a Perga Pamphylię.Item ab Elide in achaia est.Potẽtia eius emollit.excalfacit:crustas, putredines sordesq; purgat. Causis uuluę oĩbus utilis est. Inflãmationibus:strangulatibus:Partubus euocãdis:hemorrhoidas:quę astrictę sint, resoluit.Auribus:quæ intra seipsas sonant, cũ aceto:ruta, nucibus amaris iniicit̃. Distillationes uetustas coercet, si nares illinantur eo:sic & ozenas. Trahere aluũ uolentibus cyathi pondere bibendũ:ad torsiones intestini gracilioris medet̃.urinas cit.Difficile uomẽtibus digiti eo & uomitoria illinũtur.In angina quoq; gargarissatũ cũ melle mixto aut perunctũ opitulatur. Prodest & contra scabritiem arteriæ:Datur iis:qui cicutam:fungos:coriandrum sorbuerint.

GLEVCINVM LXVIIII

nOmen unguento Gleucinum hoc est Musteum.simplex cõpositio eius hæc est.Omphacium:lẽtiscus:Nardum Gallicũ:Palma elate:calamus: costũ, aspalathũ: Serta cãpanica & mustũ. uinaceis in quo illa sint uase circũdatis permiscendo diebus.xxx.bis singulis.Ab inde unguentũ exprimitur: conditur.ualet excalfaciẽdo:emolliendo, Remittendoq;.horroribus: Neruis & uuluę præsidium est.omni acopo efficacius molliendi profectu.

AMARACINVM LXX

nOmen unguento amaracinum Cyzici optimũ.constat omphacio & balanino, iuncoq; odorato:surculis balsami:lentisco, calamo, quę astricta fuerint, & odoribus:amaraco:myrrha:costo:semine balsami:amomo condita.Quidã ut preciosius faciant: cinnamomũ admiscent. Accipitur & uinum & mel, tam illinendis uasis, q̃ soluendis odoribus:qui terantur. Vis ei excalfacere:caput tentare.duritias mollire:astricta recludere:corpus adurere. urinas impellere.Medicamentis erodentibus.fistulis: hydrocelis imponitur, utiq; post manum scalprũq;.Margines ulcerum resoluit:Theriomata: quæ ulceribus superueniant:perrumpit.Ægre lotium facientibus medetur. Ano circunlito inflãmationes eius extinguit:& hæmorrhoidas: quibus sunt compressæ, restituet. admotu menses Appellat.Duritias uuluę, tumoresq; discutit.Quibus nerui sunt pręcisi, aut musculi confert in centunculo:modice resperfum impositũq; ita.

MEGALIVM LXXI

nOmen unguento Megalium celebratum ueteribus. Nunc compositio eius exoleta obliterataq; est. Neu tamen desiderari hoc quoq; in historia nostra possit:ab re non fuerit demonstrasse locum, commonuisseq;: mixturam huic deberi, qualis amaracino.Nisi q; additur Resina in Megalium: quę in illo nõ quęritur, hoc distant:cętero conueniunt.Natura ei duritias resoluendi molliter. Ac Resina quidem in unguenta expetitur: non ad durationem: uoluptatem ue aliquam:Sed coloris & spissamenti gratia.Miscetur ei Resina terebinthina:quę tandiu igne decoquitur:donec desinat olere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

HEDYCHRVM LXXII

Omen unguēto hedychrum.temperatur in eo:effectu & ratione ama-
n racini:tantum odore præstantius.

METOPIVM LXXIII

Omen unguento Metopium.Conficitur in ægypto:nominatur ita de
n galbano,unde constat:cuius lignum Indigenæ loci metopium uocant,
expressum amaris amygdalis : cui addidere omphacium,cardamomū:
lentiscum:mel:calamum:uinum:myrrham:semen balsami: galbanū,Resinam.
Probatur odore graui & pingue:cardamomūq; potius , atq; myrrhā q̄ galbanū
subolens.uehemēter excalfacit:cōburit:quæ cōpressa sunt,resoluit.Præterea ex-
trahit:purgatq; ulcera.Neruis pręcisis & musculis ꝓdest. Quibus humor iners
ī̄n Scroto cōcreuit:simul cū exedentibus imponit᷑.Malagmatis ceratisq; addit᷑:
horroribus & inflexibiliter cōuulsis medet᷑.Sudoribus euocādis utile est. Ad uul
uas aperiēdas & ad durities eaꝝ placādas illinit᷑.Oīno usus ei⁹ emolliēdo ꝯsistit.

MENDESIVM LXXIIII

Omen unguento Mendesium:ex oleo balanino:Myrrha,cassia: Resi-
n na,conficitur.Quidam exiguum cinnamomi post condituram, appen
sionemq; spargunt,Idq; inutiliter,quia non eadem est uis odoribus,nisi
una decoctis.Vtilitas huius,quę metopii:tantum ignauior.

STACTE LXXV

Omen unguento stacte. Pinguitudo ea est recentis myrrhæ. Tunditur
n hæc cum paruo aquæ:dein per machinas aqua foras exprimitur.Odo-
ratissima hęc,& preciosa impendio est:& per se unguētū facit sine oleo
stacten uocatū.Cōmendatissima uero:quę impromiscua & libera oleo sit:& quæ
minima portione plurimū calfaciat:similēq; uim,tum myrrhæ,tum unguētorū
excalfatoriis obtineat.

CINNAMOMINVM LXXVI

Omen unguento cinnamominum.Constat oleo balanino:et ad domā-
n dam olei naturam,lentisco,surculis balsami:calamo sicut ad condiendā
suauitatē,cinnamomo semine balsami:myrrha partibus quatuor q̄ cin
namomū fuerit.addiicit᷑ diluendis & cōspergēdis iis mel.laus unguēto in odore
neu acer sit:sed perblandus,myrrhāq; pręsentans.Itē in corpore, uti crassissimū
sit:uti odoratissimū,& si degustes amaritudine uehementi.hoc eueniet: quotiens
crassitudinē a myrrha,nō a Resina cōtraxerit.Resina.n.neq; amara,neq; odora
ta est.Natura unguēto acerrima:excalfatoria:persalsa. feruore igitur suo aperit
discutit:diffundit:extrahitq; humores & flatus: qui parte corporis aliqua coie-
rint.Vuluis cū oleo partibus duabus & cera & medulla sublinitur.Ita.n.acrimo
nia eius frangitur:& ad usum emolliendi prope retrahit᷑.nisi sic emollias, adurit
corpora,obiterq; indurat.Ex oībus crassis unguentis unū proinde ad fistulas &
putria carniū erodenda adsciscitur efficaciter. herniam aquæ foris impositum.
Ad carbunculos & Gangrænas addito cardamomo. Algores in febribus : quæ
obambulant:& tremores excalfacit. Morsibus uenenatis illinitur : priuatimq;
scorpionū.phalangiorūq; ictibus cū Primitiua ficu:quę trita sit: imponitur.

NARDINVM LXXXVII

n Omen unguentum Nardinũ. uarie conditur. Modo enim Malabathri folium accipit: modo non accipit. fere uero balaninum oleum, aut omphacium: cui additur lentiscus: ad castigandam olacitatem: costũ: amomum Nardum: Myrrha: balsamum ad odorem. Probatur tenuitate, acrimonia, odore nardi aridę, aut amomi. Vis ei attenuandi: acuta: extergendiq; humores: qui aliqua parte collecti fuerint: dissipandi: calfaciendiq;. Præfertur uero liquidum: qđ.n. strigmẽti modo lentescit: adulteratũ Resina cognoscit̃. Illa simplex, frugiq; cõpositio est ex omphacio: cui costũ: lẽtiscus: Nardũ calamus accesserit.

MALABATHRINVM LXXVIII

n Omen unguento Malabathrinum: coercetur spissaminibus: Nardini exemplo. Ex odoribus uero myrrhę plus habet. Propterea excalfactorium fit: pari effectu crocino amaracinoq;.

IASME LXXVIIII

n Omen unguento Iasme. Componitur Persidi ex floribus candidis uiolæ. horum sextantem libræ in sextarium Italicũ olei sesamini admiscẽt: flores mutare sępius conuenit: ut in lilino. usus eius in conuictu Persis ad accersendum odorem. Sed & corpora tota lini eo in balneis utile: quotiens ex calfieri ea resoluiq; opus est. grauior huic suauitas: Ideoq; aliquibus execrata.

MYRRHA LXXX

m Yrrha uero arabicę arboris lachryma est. hanc ægyptiæ spinæ persimilem esse tradũt: laxatur plaga cortex, & prosilit spuma Tegete palmea excipiente. Quod hęsit in caudice: addensatur. Genera plura. Pediasimos pinguis, de qua exprimitur stacte. Gabiræa & hęc pinguissima, solo crasso restibili: stactem plurimã sudans. Troglodytica omnibus antefertur. Nomen habet a loco, unde cõuehitur: colore subuiridis: mordax perlucida. Colligit̃ & alia tenuior. Secũda post troglodyticam facile remollescens sub digito, ut bdellium odore putidiuscula: In locis soli ostentis Caucalis uocatur, alia maturitate insignis: colore atro: Retorrida. Ergasime appellatur: quæ pessima inter omnes squarosa, macilenta, gustu acri. Aspectu & uiribus gũmi. Damnatur & quæ minnęa dicitur. Porro myrrha defingitur in pastillos: pinguis in pingues, odoratosq;: arens in aridos atq; inertes. Languida est: cuicumq; a digerentibus additum oleum est. Adulteratur Gummi permixto: quod prius diluto myrrhę perfundunt. Deligitur recens aspero quidem situ obducta minime ponderosa: ex omni parte concolor: & quæ confracta candidas unguium modo læuesq; uenas intus habeat. Iam minutis glebis: gustu amaro: acri: odorato: calido. Nam ponderosa colore piceo, superuacua. Vis myrrhæ in medicina excalfacere: caput tentare: agglutinare: siccare: astringere. uuluas, quæ contractæ sint: mollire: diducere. Menses trahere. Partus uelociter pellere: cum absinthio aut aqua: in qua lupinum maduerit: aut succo Rutæ naturalibus apposita. Contra ueterem tussim, magnitudine fabæ deuoratur. Eodem modo ad orthopnœam: ad laterum dolores & pectoris: ad aluum constituendam: ad dysenterias. Ea-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

dem mensura cum pipere atq; aqua in horroribus febrium datur bibenda, utiq; ante accessionem duabus horis. Arterias scabras: uocem obtusam linguę subiecta in suctum emendat. Lumbricos interficit. halitus oris commanducata: & cū alumine liquido inuncta uirus alarum extinguit. Quibus gingiuę dentesq; labāt: cum uino & oleo colluit os. uulneribus capitis inspersa glutini uicē reddit. Auriū fracta: ossium nuda conuestit adiecto limacis interiore callo. Quorum auribus effluat pus: & quibus intra eas collectio aliqua sentiatur: cum Meconio: Castorio: Glaucioq; illinitur. Ad uaros cum Cassia & melle. Ad impetigines cum aceto: ad capillum fluentem, cum Ladano: uino & oleo myrteo. si destillat humor ex capite naribus penna sublinitur. Eadem & ulcera oculorum explet albugines: caligines & scabras genas exterit. Fuligo e myrrha colligitur qualis e thure: paulo mox nobis dicenda eodem effectu.

MYRRHA BOEOTIA LXXXI

m Yrrha boeotię quoq; communis e quadam arbore ibi erumpit Radicis uulnere. melior, quo myrrhę suauitati uicinior est. uim habet calfaciēdi: emolliendi: discutiendi utilem ad suffitus.

STYRAX LXXXII

s Tyrax lachryma est arboris Cotonio malo similis. probat̄ colore rufo: pinguis resinosusq;. albicantibus fragmentis odore perseueranti: & cum subigitur, quodam mellis succo lentescens. huiusmodi est e Catabalis: Pisidia: Cilicia q; inuectus. deterior niger & arēidus: furiosusq;. inuenitur & lachryma similis Gūmi translucida, redolens myrrham. sed hęc per q̄ exigua. adulteratur uero Scobe arboris suę quam uermiculi erodentes pertundunt. Accepto etiam mellę, atq; Iridis sedimento & aliis item pluscculis. Nonnulli ceram & seuū odoribus condunt & flagrantissimis diebus in sole condepsant, subiguntq; cum Styrace: Mox uermiculis per collum, foraminibus solutis amplisq; peruium exprimunt aqua frigida excipiente. ita confictum uenalem proponūt Scolecitem quasi uermiculatum uocantes. Nec difficile minus gnaris peritisq; imponitur pro sincero eūmercantibus. Alioquin odoris ignauia, depręhendere adulterium est. Is enim ubi dolus absit, uehementer acutus pręsentiscitur. Mollit: excalfacit: concoquit: Medetur tussi, distillationibus: grauedini: faucibus: uoci oblisæ: Item uuluę pręclusæ, duritia ue laboranti. ciet menses potu, appositūq;. aluum leuiter mollit. modico potu cū Resina Terebinthina. additur in malagmata: quę discutiant, acopisq; utiliter. uritur: inflammatur: torreturq; ad fuliginem ut Tus: Fuligo ipsa effectus eosdem præstat: quos e Ture. oleum quod in Syria e Styrace fit. calfacit & mollit insigniter. Cęterum inimicum capiti. Dolores creat, grauatq; Soporifera etiam ui.

BDELLIVM LXXXIII

b Dellium aliis Blochon: aliis Maldacon appellatum. Lachryma est Saracenicæ arboris. Esse autem debet amarum gustu, translucidum: Taurino glutini simile interius pingue: ad tactum: si subigatur: mollescens. liberum cortice: liberum sordibus: odor marini unguis accenso. Alterum genus

inquinatum

inquinatum, Nigrumq; grandioribus glebis: Hadrobolum uocatur: Conuolutũ in offas aduectum ex India. Est & tertium Bdellium a petra simile arido: Resinaceum colore propemodum liuido: cui secunda bonitas. uitiatur Gũmi. proditur gustu minori amaritudine: Item olfactu. odore minus iucundo cum uritur: Natura eius excalfacit: mollit: Bronchocelas: duritias, humorem: qui scrotum copiosus distringat: egregie discutit. Sed in id Saliua ieiuni hominis soluendum præcipiunt. uuluas contractas resoluit impositum uaporatumq; subter: partus humoremq; omnem ex utero detrahit. calculos potu cõminuit. urinas molitur. Tussientibus quoq; utiliter datur: & ueneno quoq; animalium percussis. probatur & ad rupta, conuulsa: laterum dolores: spiritus discurrentes coercet. Malagmatis ꝯtra rigores neruorũ: nodosq; addit̃. Efficacius reddit̃ ꝓfusũ uino, calidaue aqua.

TVS LXXXIIII

TVs in Arabia nascitur parte eius una: quæ ob id turifera cognominatur præfertur masculum Tus quod & Stagoniam uocant. huic natiua rotũditas guttę: Tali modo & Atomum appellatur: hoc est indiuiduum foris candidum: & si frangas: interius pingue. positum in Carbone ardet celeriter. habetur & indicum Tus: subruffum & liuidum colore. Adulterio quoq; rotunditas quęritur, circuncisum in quadrantalem formam coniiciũt in fictile, circũagũtq; donec partes prominulę attritu in figurã absoluti orbis quasi reciprocent. Tẽpore post ruffescit. Atomũ Syagrũq; noĩant. ꝓxima cõmẽdatio eius qd' Arrabias dictũ est & eius: qd' ĩ Smilo copiscõ ab aliqbus uocari animaduerto. Minus magnũ hoc magisq; ruffum. celebratur & Amomitis: candidũ & cũ fricatur: digito consentiens ut Mastiche. omne autem Tus adulteratur Resina Piceæ, atq; Gummi subiectis pro eo. Alioquin præstigia facile colluditur: Nam Gummi non flãmatur. Resina in fumum exoluitur. Tus statim accenditur. Distinctio & ab odore facilis. natura Turis excalfactoria, astrictoriaq;: discutit oculorũ obscuritates: caua ulcerum replet, cicatricibusq; includit. uulnera quoq; agglutinat protinus. cruentis iisdem iniectum & omnem sanguinis abundantiam reprimit, priuatimq; eum: qui e membranis cerebri erumpat. uulceribus: quę dicantur Cacoethe, circiter sedem natis & cæteras partes medetur cum lacte tritum: linamentoq; imposítum. Formicas incipientes & Impetiginem cum aceto & pice tollit perunctis. Ambusta, Pernionesq; cum suillo pingui, Anserinoue additum sanat. Erumpentia in capite cum Nitro infricatum. Paronychiis cum melle. Aurium fractis cũ pice, prodest & aduersus dolores earum quoscũq; instillatum cum uino dulci. Mãmas a partu inflammatas cum cimolia & rosaceo iungit. medicinis ad Arteriam utiliter miscetur. Itemq; iis: quę ad uiscerum morbos conduntur. Sanguinem expuentibus confert in potu datum. Qui ualent, si bibant: insania periclitantur. largiori ex uino (tanta uis) interficit. uritur Tus puro fictili de lucerna granatim succensum: donec conflagret: ubi ad plenũ exarserit: operitur usq; quo se restinguat. Ita enim in cinerem uertitur. Quidam patellæ uas aheneum circundant cauum: pertusumq; in medio ad fuliginem capiendam: ut in mentione huius rei paulo infra docebimus. Alii in crudam fictilem componũt & oblinunt luto atq; ita in fornace urunt. Torretur uero in noua testa carbone ardenti: usq; adeo dum, neq; am

plius bullet:neq; lẽtorẽ & halitum reddat.qđ deustum nõ sit, facile frangitur.

CORTEX TVRIS LXXXV

c Ortex Turis melior:qui crassus:pinguis:odoratus:recẽs:lęuis neq; porriginosus, aut membranaceus. Adulteratur cortice arboris Pinus & Picceę. Et huius exploratio ab igne. mutatus in eo non ardet: Sed in uaporem sine odore soluitur. Sincerus accenditur, & odorem in suffiendo reddit. uritꝰ & cortex Turis modo, quo Tus ipsum: effectus eosdem habens, tantum ualẽtior magisq; astrictorius. utilior & sanguinem screãtibus, feminas defluuio laborantis appositus iuuat. cicatricibus oculorum & cauitatibus atq; lacunulis prodest, purgatq; sordes. Tostus pruritum: qui in iisdem sit: tollit.

MANNA TVRIS LXXXVI

m Anna Turis probatur alba: pura: cartilaginea: potest quęcunq; Tus ipsum: duntaxat infirmius. Quidam Resina Piceæ cribro effusa uel puluere molarum, uel cortice Turis contuso adulterant. Et hæc quoq; fraus igne coarguitur: quoniam fumus dissimilis attollitur: nec perìde cõspicuus ut in sincera: Sed ater atq; impurus. odore quoq; mixturam prodente.

FVLIGO TVRIS LXXXVII

t Vris Fuligo ita quęritur. Grana Turis forficula comprehendito, singulatimq; ad lucernam accendito & in patinam concauam: quæ fictilis & noua sit: imponito. superne ahenum cauum, purum: cuius media testudine foramen insit, applicato: sed lapillos ad latus eius alterutrũ, aut etiã utrũq; subiicito altos semidodrantem, ut sit, qui possit introspici, ecquid probe, crematũ sit Tus, obiterq; aditus pateat: grana Turis alia suggerẽti. prius uero q̃ granũ primum extinguitur, subinde alterum supplere oportet, Idq; iungis facito, quoad fuliginis modus satisfaciat. cæterum habenda tibi præ manibus spongia est: qua partes summi æris forinsecus ex aqua identidem refrigeres: Ita. n. fuligo: quę subierit, adherescet omnis, agglomerabiturq;. si minus multa inflammatio fornicis eius fuerit. Alioquin uapore non castigato commeabit retro, naturaliq; leuitate reciprocãdo cineribus Turis confundet sese. detersa ergo prima fuligine iterum grana succendito, Succenturatoq; ad eandem formam: quousq; sat sit. Cineres quoq; tollendi: qui desederunt: Ture combusto separatimq; ad medicinam seruandi. Vis eius ad oculos: qui inflammati sint placandos. Fluctiones in iisdẽ constituendas ulcera perpurganda, caua implenda: cancros arcendos.

FVLIGINES E CÆTERIS REBVS LXXXVIII

h Oc exemplo Fuligo de Myrrha: Resina: Styrace: omni demum Lachryma colligitur ad easdem utilitates.

PICEA ET PINVS ET STROBILVS, TEDA LXXXIX

p Icea arbor percognita. huius generis est: & quæ Pinus appellatur, spetie tantum a priore dissidens. In utraq; astrictoria cortici uis: intertrigines tritus & illitus sanat. uulceribus cutis, ambustionibusq; cum spuma Argenti & mãna Turis imponitur. collectus cera Myrtea ulceribus mollium & feminei corporis medetur. cum Atramento sutorio ulceribus: quæ serpunt interitur. Partus & secundas morantes eiicit suffitus. Aluum fluentem potu constituit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

urinas ciet. folia earum trita inflãmationibus litu auxiliãtur. uulnera quoq; ne inflammentur iniecta custodiunt. Trita & decocta in aceto: si colluatur os calidis, Dẽtium dolori ꝓsunt. priuatim & iocinori utilia sunt Drachmę põdere in aqua uel melle mixto pota. Eandem uim habent & cortices appellatæ Strobili: & folia si bibantur. Teda earum in tenues assulas pręscissa decoquitur in aceto ad dẽtium dolores contento decocto parte qua dolent. Ex eadem materia fiunt hastulæ ad medicamenta lassitudinis: & ad ea quæ lana molli excipiuntur feminarum desideriis. Fuligo ex his ad condituram accipitur atramenti eius: quo ad uoluminа scribenda utuntur. Item ad calliblepharum. Emendat & angulos oculorum erosos: Raritatem superciliorum. Dilachrymationes.

PITYIDES LXXXX

p Ytyida uocant fructum e Picea Pinuq; in conis uel metis repertũ. Inest ei uis astringẽdi, calfaciẽdiq; aliquatenus. p se uero & cũ melle aduersus tussim & uitia pectoris adhibetur.

NVCLEI PINEI LXXXXI

n Vclei Pinei tam per se q̃ cum passo & Cucumeris semine si bibatur. urinam cient. Vesicę renumq; acrimonias hebetant. Miscetur iis cõtra stomachi rosiones Portulacę succus. infirmitatem uirium Roborant. humores in stomacho cõsistentes: qui computrescãt: retundũt, recẽtes ab arbore in passo cõfracti coquũtur ad ueteres tusses & tabẽ: ut liquor quoq; p singulo dies bibat᷑ põdere cyathoꝝ triũ.

LENTISCVS LXXXXII

l Entiscus arbor nota. concretu toto astrictoria est. Semini foliis cortici tã e radice q̃ ramis eadẽ uis. Exprimitur succus e cortice: foliis: Radice cũ aqua percoctis post coctionem folia eximuntur aqua. iterũ coquitur. donec fiat crassitudo mellis. huic natura spissãdi. sanguinẽ reiiciẽtibus: uẽtris solutionibus: Dysentericis bibẽdus datur. prodest & cõtra sanguinẽ mulieribus erũpentẽ: & ad uuluę, sedisq; procidentiã. In totum Acacię & Hypocistidis more in usu respõdet. Eadẽ pstat & foliorũ succus tm̃ expressus. decocto eorũ fouẽdo aliena explentur. Ossa cõfracta resarciũtur. Abundantia mẽsium in feminis sistit᷑. ulcera: quæ depascunt, arcentur. urinas molit᷑. dentium mobiles colluit. Cremia eius uirentia dentibus Calamistri uice atteruntur: exteruntq; eos. oleo ex semine eius facto proprietas Styptica est. promitur ad quæcunq; pręstringi opus sit.

MASTICHE LXXXXIII

f It & e Lentisco Resina lentiscina: quam aliqui Mastichen uocant. Adhibetur sanguinem Reiicientibus. tussi longinquæ. Stomacho utilis eadem est, ructumq; mouens. Additur in dentifricia & in unguenta: quę ad exterendam cutem in facie componãtur: Item ad replicandas palpebras: commãducata suauitatẽ halitus facit, Gingiuasq; reprimit. Laudatissima copiosissimaq; in Chio insula gignit᷑. probatur quodã ignis fulgore splẽdida: cãdorẽ cerę Tyrenicę pferẽs: crassa: retorrida: odorata: friabilis. minus ꝓba ẽ colore uiridi. Adulterat᷑ ture pmisto Resinaq;.

TEREBINTVS LXXXXV

t Erebinthus & ipsa inter cõpertas. Cortici: semini: foliis astringendi uis adest. profectus iidem: qui e Lentisco. temperatur sumiturq; ad eundem

modum. Semen eius uescendo est. stomachum lædit. excalfacit; ualet & contra difficultatem urinæ. magnificum & ad Venerem excitandam. cõtra phalangiorum ictus ex uino propinatur.

RESINÆ LXXXXV

r Esina Terebinthi e multis locis cõuehitur. Arabia petrea Iudea: Cypro Syria: Africa: Insulis Cycladibus: quæ & præstãtior. Est enim alba: perlucida: colore uitri: cerulea: odorata: & Terebinthi plus referens: ex omnibus Resinis principatus Terebinthinæ datur: post eam Lentiscinæ: tum ei: quę de picea raditur: & Abiete. ultimum locum Pinea strobilinaq; obtinet. Natura in medẽdo excalfacere: mollire: purgare: discutere. In tussi & tabe dilingitur & p se, & melle accepto. Item ad pectoris uitia. urinam exigit: cruda concoquit: uentrem emollit. palpebrarum pilos incommodos replicat. Lepris illinitur cum nitro: ærugine: atramento sutorio. utilissima & auribus saniosis, cum oleo atq; melle. Item in pruritu genitalium. Miscetur emplastro; Malagmati. Acopo: laterum dolores finit per se iuncta & imposita.

RESINÆ ALIÆ LXXXXVI

r Esina liquida e Pinu & Picea gignitur, utiq; non omni lono: sed in Gallia & Tyrrenia. pridem & a Colophone inuehebatur. unde nomen Colophonię. Importatur & e Gallia subalpina patrio laricis nomine singularis remedii aduersus ueterem tussim in eclegmate tradita & per se. differentia earum & in colore habetur. Aliis candido: aliis oleagino: Quibusdam melleo qualis Larici appellatæ. raditur & Cupresso ad eadem utilis Liquida. siccas partim e Strobilo & Abiete. partim e Pinu & Picea colligũt. In sicco genere quærũt ut sit odoratissima atq; perlucida. displicet russa: dilutaq;. placet similis ceræ nec contumax frangi. antecedit alias bonitate: quam Piceæ & abietes redunt quoniã odorata sit, Redolensq; Turis. Resinam excellentem & Ebusus mittit: Insula ea est secundum Hispaniam obiacens. e Strobilo: Pinu: Cupresso: Inferiores multo funduntur: neq; in opera respondentes ut illę. Cæterum ad eosdem usus: cum has, tum illas conuertimus. Lentiscina Terebinthinę utilitates pręsentat sane.

FVLIGO RESINÆ LXXXXVII

o Mnis Resina liquida uritur sic. uase partibus quatuor maiore q̃ liquoris infundendi modus sit: congius Resinæ in duobus aquę pluuiæ coquitur ociosę carbonibus: atq; identidem uentilatur: donec olere desinat: simulq; fiat fragilis hiulca lentescens. ubi refrixerit: conditur fictili minime loricato, id autem est non picato: ita euadit insigniter candida: prius uero liquanda colandaq; est, ut uitia eius & cortices separentur. alii utilius putãt sine aqua coquere, lento igne primum deinde cum in eo est, ut confluat: aceruatim carbones accumulant: & in triduũ iustum coquunt die ac nocte interuallo nullo: usq; dum notę illę: quas diximus: existant. postremo ratione qua superius recõdunt. siccas earum coxisse tota die sufficiet: postea reponantur. Resina usta, malagmatis odoratis & acopis miscetur: colorandis quoq; unguentis. Excipitur & Fuligo Resinę ita ut Turis tempestiua i calliblepharum: angulos oculorum exesos: glabra supercilia: oculos lachrymantes. fit ex ea & atramentum librarium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PIX LXXXXVIII

Icis summæ species duæ. sicca & liquida. liquidā nōnulli Conō appellāt.
p Largit̄ hanc Pinus & Picea ex assulis arboris suæ pinguissimis. melior Intelligit̄: quo nitidior: leuior: purior. Aduersat̄ uenenis: quæ quis in cibo potione ue sumpserit. phthisicis pus spuētibus: tussi: suspirio excreationibus pectoris difficilibus. cyathi mensura in linctum damus cum melle. Tonsillas inflammationes uuę anginas perungit. purulentis auribus infunditur cum rosaceo. Morsibus serpentium cum sale trito illinitur. cum cera pari portione ungues scabros emendat: uuluę Tubercula: & duritias sedis discutit strumas cum farina hordacea & pueri impubis lotio decocta ad suppurationem perducit. ulcera: q̄ serpunt cū Piceę cortice, aut sulphure, aut furfuribus sistit. cū māna turis & cera uulneribus cōtrahendis: q̄ profunda sunt: iniicit̄. Rhagadas sedis pedūq; sanat: Explet ulcera & purgat ex melle cum uua passa & melle carbunculos & putrescentia circumscarificat. Medicamentis addita exedentibus proficit.

OLEVM PICINVM XCIIX

Pice oleū fit: qd̄ picinū appellāt separata parte aquosa eius. Innatat. n.
e hæc, ut in lacte serū. Excipitur uero dū coquitur Pix: uelleribus puris supra halitū eius expāsis: & cum illa ꝑmaduerūt, expressis in uas: atq; hoc fit, q̄diu Pix coquit̄. ualet ad q̄cūq; pix liquida cū farina hordeacea. pilos alopeciis reddit: ad quas & pice liq̄da utuntur. sicut ad iumētorū quoq; ulcera & scabiē.

FVLIGO PICIS C

Onficitur & e liquida pice Fuligo. in lucernam nouam accensam datur
e aliquid picis, ut conflagret: mox lucerna operta in nouum fictile demittitur. uasi forma debet esse: quæ clibano superne angusta, orbiculataq;: ab imo pertusa. hoc modo composita relinquitur, ut ardeat, priore uero absumpta. inuicem alia subinde infunditur: idq; sepius, usq; adeo dum collectæ fuliginis copia satisfaciat. Ita Reponunt: & utuntur. Natura eius acris & astrictoria est. Vsus ad Calliblephara: oris circūli tiones: palpebras: quibus pilos renasci uelimus: Imbecillas illachrymantes. Exulceratos oculos.

PALIMPISSA CI

Ix sicca e pice liquida fit decocta. Quidam uocant Palimpissam: & eius
p duo genera. uiscosum & aridum. priori nomen Boscas. optima est: pura pinguis: odorata: subrutilans. Resinosa: Excalfacit: mollit: suppurat: tubercula: panosq; discutit. ulcera explet. in uulnerarias medicinas utiliter sciscit̄.

ZOPISSA CII

Opissa: quam aliqui Apochyma uocare maluerunt: derasa nauibus Re
z sina est cum cera: discutiendis collectioni bus potens: uidelicet marino Sale macerata. Quidam in eo nomine Resinam e picea capiunt.

BITVMEN CIII

S Itumen e lacu Iudeæ prę cæteris censetur. probatio eius ut modo purpu
b ræ splendeat: sitq; odoris contenti ponderosum ac graue. Damnatur nigrum & sordidum. Adulteratur Pice. nascitur & Phoenice circa Sidonem. habet̄ & Zacynthum: & quod a Babylone inuehitur, in Agrigētino quoq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

agro liquidū innatat fontibus: quo utūtur ad lucernarū lumina olei uice: Siculū oleū uocātes, errore manifesto: qm̄ oleū nō est: sed genus ut dixi bituminis liqdi.

PISSASPHALTON CIIII

e St & quod Pissasp halton appellant ex argumento picis & bituminis natum in Appollomiatarū agro: qui ad Epidaurum sunt: defertur hoc fluminis impetu pariter a Ceraunijs montibus: & erumpit in littora: tum ad glebæ similitudinē spissatur: & in densitatē coit redolēs mixtā bitumini picē.

NAPHTHE CV

n Aphthe bituminis Babylōii colatura est colore cādida, īuēitur & nigra. natura igniū rapax. ut qui transiliāt ī eā quis procul uisam. prodest cōtra suffusiōes. albuginesq; oīa autē bitumīis genera īflāmatiōes defēdūt: collectiones discutiūt: agglutināt: emolliūt: uuluarū strāgulationes & pcidētias, suffitu olfactu, appositūq; reprimūt: comitiales morbos ustū explorat, gagatę lapidis modo. Purgatiōes feminarū ī uino & Castoreo potū elicit. tussim ueterē: anelitus difficiles atq; suspiriosos emendat. serpentium morsibus: coxendicum & laterum doloribus resistit. Coeliacis catapotium est: cum aceto uero potum discutit concretum sanguinem. Dysentericis liquefactum cum ptisana infunditur. distillationes pituitę consumit accensum. dentibus in dolore circūlitum medetur. aridum excalfactum radiolo pilos, genarum incommoditates reclinant. Illinitur & podagris: articularibus morbis: lethargo cum farina hordacea, nitro & cera. uis pissasphalto. quę pici confussæ bitumini.

CVPRESSVS CVI

c Vpressus astringit: refrigerat. folia eius cum passo & Myrrhæ exiguo: uesicæ fluctionibus & urinę difficultatibus medentur. Galbuli eius sanguinem eiicientibus tusi cum uino bibuntur. Dysentericis quoq;: Alui rheumatismis: orthopnoicis: tussientibus utiles sunt. Eadem & decocti eorū opera est. tusi cum fico duritias molliunt. polypos naribus eximunt. scabritias unguibus tollunt cum aceto decocti: Mox triti additis lupinis. hernias interanei coercent illitu. Folio natura: quę pilulis. uidentur his abigi culices quoq; si accendātur cum coma. uulneribus glutinandis folia trita per se illinimus. Eadem imposita sanguinem cohibent. Capillum denigrant ex aceto trita. per se uero & cum polenta: ignibus sacris ulceribus: quę serpunt: carbunculis prosunt: oculorū quoq; inflammationibus linuntur. cum cera si imponantur: adiuuant stomachum.

IVNIPERVS CVII

a Rceuthis minor: alii Arceuthidam: alii Mnesitheon alii Acatalidā, Punici Zuorin sipet. Ægyptii libium. Romani Iuniperum. Galli Iunipicelium. Eius duo genera. altera maior. altera minor. Vtraq; ingenio acri. Vrinam trahit: excalfacit. Fugat nidore Serpentes. Semen in eo magnitudine Nucis Iuglandis. Alterum Auellanæ: odoratum: rotundum: & in commanducando e dulci subsalsum: Arceuthis hoc est Iuniperus uocatum. Excalfaciens modice atq; constringens: Stomacho: Pectori, tussibus utile. inflationes & tormina discutit. Bibit̃ & cōtra Serpētes. Vrinas cit. eo dat̃ & conuulsis & ruptis & strāgulatibus uuluę. folia quoq; acria sūt, pindeq; tā ipsa q̄ succus ipsoɥ illi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nitur bibiturq; cũ uino, si uipera quem momorderit. Cineres corticis lepras exterminant. Ramenta ligni pota hominem interimunt.

IVNIPERVS MAIVSCVLA CVIII

Rceuthis maior. Quidã cupressum syluestrem appellant. Aliqui Mnesi a theon. Alii acaterã. Romani Iuniperũ. Et ipsa plurimis cognita: cupsso persimilis. Nascit̃ in asperis a fere maritimis. Pollet ad quęcũq; supior.

SAVINA CIX

Rathy: Alii Baryton: Alii Barathron: Romani herbam Sabinam. Et a hæc duorum generũ est. Altera cupresso. Altera Tamarici folio similis est. Priori spinosior q̃ cupresso frutex: odore graui: acuto: gustu feruenti. Breuis atq; in latitudinẽ fusior. utũtur quidã foliis ad suffitus pro ture assumptis. Ex utraq; folium nomas compescit. Inflãmationes minuit. Nigritias cum melle sordesq; purgat. Carbũculos ad suppurationẽ perducit. Cum uino pota & sanguinẽ per urinam exigat. Pecus in utero emortuũ apposita & suffita detrahit. In unguenta excalfactoria priuatimq; in gleucinũ id autẽ musteũ est: adiicitur.

CEDRVS CX

Edrus de magnis arboribus est: ea: quæ picem dat cedriam appellatam. c Fructum fert ut Iuniperus. Mirti magnitudine rotundum.

CEDRIA CXI

Edria optima: quæ crassa translucida: odore q̃ minimum languido: & c quæ guttatim stillata in unitate sua permanet: neq; se diffundit. Vitam aufert spirantibus: Defuncta corpora incorrupta conseruat. Proinde quidam huic nomen dedere Necruzoen hoc est defuncti uitã uestes quoq; & calceamina corrumpit calfaciendi & arescendi ui. Magnus ei usus ad luminũ claritatem perunctę. Albugines cicatricesq; oculorum cũ aceto colluit. Auribus uermiosis instillata necat tedia ea. sonos: tinnitusq; cum decoctura hysopi cõstituit: Dentium doloribus utilissima in cauernas addita: frãgit. n. eos & extrahit: dolores sedat. Idem facit, cum ex aceto colluitur. Inter abortiua est: si ante uenerem perfusa uirilitas sit. Anginas circunlinere, tonsillasq; inflãmatas utile est. Perunꝰcta lendes pedesq; necat. Ictibus Cerastę imposita cum Sale remedio est. Contra lepores marinos datur in passo. Elephantias curat: linctu & litu. Aduersus pulmonis ulcera prodest cyathum eius sorbere: aduersus uermes & Tineas clystere iniecta pręsidium est. Fit ex ea oleum, separaturq; a cedria: cum cõcoquitur: uelleribus supra uaporem eius suspensis, atq; expressis ut in pice indicatum est: eiusdem ad omnia eadem usus: Priuatim contra quadrupedum scabiem: canum & boum. Sed infricandum uiriliter est. Ricinos quoq; earum applicatum partibus: ubi crassantur, interficit: & exulcerationes occasione tondendi factas, cicatricibus includit.

CEDRIDES CXII

Edrides hoc est fructus Cedri: excalfaciunt: stomacho noxii: Tussim sa c nant. utiles Ruptis: conuulsis: stranguriæ: mensibus cum Pipere trito poti. contra uenenũ leporis marini cum uino, perunctos iis corpora cũ ceruino pingui, aut medulla fugiunt uenenata omnia. Conferũtur & in antido

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ta. Fuliginem colligunt e cedria, ut e pice, ualentem ad eadem, quę supra.

LAVRVS CXIII

l Aurus altera lato folio est. Altera tenui. Vtraq; excalfatoriam habet naturam: emollientemq;. Quamobrem decoctum uuluæ ad insidēdum uesicęq; uitiis conuenit. Folium uiride leniter substringit. tritum illinitur ictibus uesparum & apium. Inflammationes omnis cum pane, polentaq; illinitum mitigat. Stomachum potu: uomitiones mouet.

DAPHNIDES CXIIII

d Aphnides uocantur lauri baccę, calidiores etiamnūq̄ folia, ipsa cum melle uel passo tabescentibus Prosunt & orthopnoicis: eodem modo & omnibus thoracis rheumatismis. Aduersus scorpiones ex uino bibunt. uitiligines exterunt. Succus e baccis auriū dolores: tinnitus: grauitatem cum uino uetere, ac Rosaceo instillatus coercet. Miscetur & acopis, & unguibus calfactoriis discutientibus. Cortex radicis rūpit calculos. Grauidis cauendus, enecans partus. Iocinori datur tribus unciis denarii ex uino odorato potui.

PLATANVS CXV

p Latani folia e tenerioribus in uino decocta & lita Pituitas oculorum compescunt: tumores inflammationesq; leuant. Cortex dentium in aceto remedium est. Pilulę uirides in uino sumptę aduersantur serpentium morsibus. Ambusta igni sanant cum axūgia: Lanugo foliorum, pilularumq; auribus, & oculis apposita inutilis.

FRAXINVS CXVI

f Raxinus arbor est pernota. foliorum succo & foliis quoq; ipsis & potu & appositu, uiperarum ictus restinguit. Corticis cinere cum aqua lepris illinitur. Ramēta eius & scobem tradunt esse mortifera, si bibantur.

POPVLVS ALBA CXVII

p Opuli albæ cortex denario ponderis sumptus coxendicum dolori & stillicidiis urinarum medetur. Non omittendum, quod a quibusdam prædicitur: abortiuum esse eum: si cum rene muli bibatur. Foliis quoq; in uino a purgatione potis idem maleficium præstari. Foliorum succus aurium dolori calidus instillatur. Pilulis: quę in hac sunt cum folia primum funduntur: tritis cum melle aciem oculorum inertiorem perungimus. Quidam tradidere corticem huius & nigræ concisum in minutias & segetibus stercoratis inspersum fungos utiles, innocentesq; parere qui anno toto restibiles sint.

MACIR CXVIII

m Acer e Barbaria inuehitur. Cortex subruffus & crassus: gustu satis astricto. bibitur cōtra sanguinis excreatus: dysenterias alui, rheumatismos.

POPVLVS NIGRA CXIX

p Opulus nigra foliis ex aceto podagris imponitur. Fundit illa & Resinam: qua utuntur ad malagmata. Comitialibus semen ex aceto utile.

Iuxta Eridanum amnem e populis destillare lachrymā narrant: quę densendo in spissitudinē coeat: & uocetur electrū. ab aliquibus uero chrysophoron: ex attritu odoratū, colore auroso. Trita hęc stomachi & uētris fluxū Potu sistit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

VLMVS CXX

Lmi folia: cortices, rami astrictoriam naturã obtinẽt. Foliũ tritũ ex ace
u to lepris illinitur: quo modo & uulnera cõtrahendi uim habet, magisq;
cortex ipse pro uinculo deligandis iniectus ut qui Tiliaceus & modo ui
tiliũ sequax, lentusq; fit. Corticis crassioris unciæ pondus potũ in uino uel aqua
frigida trahit pituitas. Foliorũ decoctũ, Itẽ corticis detracti radicibus fouendo
confracta celeriter sarcit. humor in folliculis arboris huius nascẽs germinatiõe
prima ori circũlitus cuti nitorẽ inducit. Idẽ humor: cũ inaruerit: trãsit in anima
lia culicũ figura. Recentia eiusdem folia obsonãtur igni olerũ modo ad esus.

CARIES LIGNORVM CXXI

Aries, putrilagoq; ueteris ligni & caudicum: farinæ modo cõcreta ulce
c ribus: quæ purganda sint: Illinitur: cicatricẽq; illis obducit. Mala: quæ
serpunt: intercipit. mixta uino, cum anisi æqua portione.

HARVNDO CXXII

Arundinum plura genera. Sagittarium: quam Naston. hoc est Farctam
h uocant. Item quę thelys appellatur: quo femina ĩtelligitur: de qua ligu-
læ tibiarũ cęduntur. Tertia syringias dicitur crassiore callo: densiorq;
geniculis, unde scriptorius calamus. Amnica & in aquaticis nata Donax uoca-
tur, ab aliquibus harundo cypria. Corpulentus hic, atq; cauus. Est & quæ phra-
gmitis nomen habet, tenuata leui fastigio in cacumen & candida: uulgaris hæc
omnibusq; nota. huius radix per se: aut cum bulbo extrahit aculeos: & quę infixa
sunt corpori. Medet̃ & luxatis & lumbi doloribus illita ex aceto. Foliis tusis uiri
dibus contra ignes sacros inflãmationesq; oẽs utunt̃. Cortex alopecias emẽdat
ustus & in aceto perlitus. Panniculę flos, si aures subierit, exurdat. Harundinis
Cyprię opera eadem est.

PAPYRVS CXXIII

Ognita res & Papyrũ: unde chartę conficiũtur. Præcipuæ utilitatis cũ
c madefactũ & lino circũuolutũ inaruit ad laxandas, quæ pręclusę sint:
fistulas. Si quidẽ astrictũ demissumq; ita implet̃ uligine. Intumescẽdoq;
ad ĩtroitũ medicamẽtoꝝ fistulas resoluit exaperitq;. habet radix eius alibile quid
dam ac teneꝝ esui: quod mãdũt ægyptii. Nec ut deuoret̃ corpus, uerũ ut expuat̃,
succo modo expsso. Radicibus incolę ꝓ ligno utunt̃. cinis cõbusti nomas ĩ ore:
ac cęteris partibꝰ crassantes cõpescit. Sed efficacius charta: q̃ ex eo fit: cremata.

MYRICE CXXIIII

Yrice, hoc est Tamarice arbor & ipsa inter uulgatas. Nascitur proxime
m paludes, quiescẽtesq; aquas. fructũ fert ad similitudinẽ floris muscosum
concretu. Mitior in Ægypto & Syria gignitur. Cętera similis syluestri:
sed fructũ habens lignosum, ut galla inęqualiter asperũ gustu: quo medici utunt̃
uice gallę ĩ cõpositionibus stomaticis. Itemq; medicaminibus oculoꝝ. Datur &
sanguinem expuentibus potui: cœliacis & contra profluuia feminarum: Necnõ
morbum Regium: aduersusq; phalangium. Idem tusus: impositusq; collectio-
nes oẽs inhibet. Cortex in eosdem usus adungitur. Foliorũ decoctũ ad lienem
præcipuum est, ut quod in uino sumptum uiscus illud consumat. Ad dentiũ do-
lorẽ salutare colluẽtibus est. Mulierũ abũdãtiã sistit insidẽtiũ. phtiriasi lẽdibusq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

infundit᷑. Cinis arboris applicatus fluores uuluarũ immodicos supprimit. Quidam in remedium homini splenetico potum dant in uasis e trunco eius factis.

ERICE CXXV

e Ricem uocamus fruticosi generis arborem: nec magnopere differentem ab Tamarice, q̃q̃ amplitudine multo inferiorem. Vescuntur florem eius apes, de quo mellatio minime probata. huius cacumina & flores illiti serpentium ictibus aduersantur.

ACACALIS CXXVI

a Cacalis semen est fruticis in Ægypto nascentis similitudinem cum fructu Tamaricis obtinens: aqua in qua id maduerit, additur in collyria, claritati oculorum facientia.

RHAMNVS CXXVII

r Hamnus alii persephonion, Alii leucacantham. Romani spinam albã. Alii spinam cerualem. Punici atadim. Frutex est nascens in septis: Ramos spargit rectos: Itemq; aculeos rectos Oxyacanthę modo. folium paruum, sublongũ: pinguiusculũ: molle. Alterũ genus cãdidius. Tertiũ fuscius: latioribus foliis quadantenus rubens. uirgis procerioribus, ac pene cubitorum quinq;: spinosius supradictis q̃q̃ minus firmum: & aculeo mucronato. Fructus e candidus: latus: prætenuis: folliculari specie assimilis Verticillo. Folia omniun generum ignibus sacris, & ulcerum serpentibus illinuntur. Rami ex ea foribu fenestrisq; additi remedio esse contra mala medicamenta existimantur.

HALIMOS CXXVIII

h Alimos & ipsa in nominũ ambitu est. Alii enim Damasonion. Alii erymon. Alii britanicam. Alii rhabdion, hoc est uirgulã. Alii basilion. Prophetæ hermubasin, hoc est basin Mercurii: iideq; sapsida. Nõnulli diadema osiridis: Quidã Elistephanon. Alii hieros caulos hoc est sacer caulis. Pythagoras Anthenoron. Ægyptii asontiri. Alii asphe. Alii asealenri. Alii Esariphe. Romani albutium. Aliqui ampelutiã uocãt. Frutex est uallaris & similis Rhamno: Sed sine spina. foliis oleę dũtaxat latioribus nascit᷑ in maritimis circa sepes. laudata in cibis folio eius instar oleris decocto. Radix drachmæ põdere in aqua mulsa pota discutit tormina: Rupta: conuulsa. Vbertatem Lactis facit.

PALIVRVS CXXIX

p Aliurus frutex notus creber aculeis: ualidus. Semen pingue: fuliginosum. Efficax cõtra tussim Potũ & calculos uesicę frangẽdos. Serpẽtiũ quoq; uenena debellat. Folia & radix astrictoriam uim habẽt: eoꝝ decocto aluus sistitur: urinæ pellũtur. Aduersus potũ ueneni: & bestiarũ percussus utũtur. Radix trita & illita discutit uomicas Recentes: collectionesq; omnas.

OXYACANTHOS CXXX

o Xyacãthos hoc est spina acuta: quã alii Pyrena. Alii Pityanthem appellant. Arbor est similis Piro syluestri: sed minor & uehemẽter spinosa. fructum gerit Myrti similitudine grandiusculũ, rubentẽ: frangiq; facilẽ. Intus nuclei sunt. Radice alta, multis diuisuris præscissa. baccę huius Potu uel cibo aluum liquidam contrahunt. Profluuia feminarum tenent. Radix tri-

ta & illita extrahit infixa corpori: sagittas: hastulas: spicula. Auctores sunt uetre pregnantis leui ictu ter percusso aut reuncto radice: abortum comitti.

CYNOSBATOS CXXXI

C Ynosbatos. hoc est canis Rubus. Aliqui & hác oxyacanthem idest acutam sentem uocant. Frutex est multo amplior rubo. Arboreus foliis latioribus longe q̃ myrtus. Aculeis circa uirgas robustis: flore albo, Semine oblõgo simili nucleis oliuarũ: & cũ maturescit rubente lanea intus natura. hoc ubi adaruerit in uino deferuefactum efficaciter bibitur: quibus uenter fluat: In quo usu lanugo detrahitur: quoniam arteriæ inutilis sit.

CYPRVS CXXXII

C Yprus arbor est foliis oleę circiter ramos: latioribus: mollioribus: colore uiridioribus. Flore muscaceo: candido odorato: Semẽ ei atrũ. simile sambucino acino. Nascit̃ ascaloni Iudeę optima. Itẽ Canopo. Natura foliis astrictoria: unde cõmanducata oris ulceribus imponũtur. Eadẽ illita collectionibus feruidis medẽtur, Itẽ carbũculis. Decocto eorũ fouere ambusta prodest. Ipsa ruffant capillũ tusa adiecto struthei mali succo. Flos capitis dolores sedat cũ aceto illitus fronti. Quemadmodum ex ea fieret oleum: docuimus. Natura eius excalfacit, emollitq; neruos: si adurentia misceantur.

TILIA CXXXIII

T Ilia est arbor magnitudine: qua Cyprus: foliis oleæ nigrioribus latioribusq;: fructu lentisci nigro subdulci, Vuarũ more congesto. locis asperis prouenit. Folia huius astringunt eodem profectu quo folia oleastri: Ideoq; ad omnia: quę spissanda sunt: pertinent. Cõmanducata ulceribus oris Infantium utilissime imponuntur. Ad idem & decocto colluere, salutare est. Pota urinam ciunt: sanguinem mensium detrahunt.

CISTHOS CXXXIIII

C Isthos quem aliqui citharon siue cissaron uocant: frutex in saxis prouetiens. Ramosus, foliosus: nec præaltus: folio circinatæ rotunditatis: hirsuto, gustu acerbo: flos masculo punici. Feminæ albet. Proprietas astrictoria. Itaq; dysentericis prodest in uino austero flore bis die poto. Per se nomis illinitur: cum cerato ambustis & uetustis ulceribus.

HYPOCISTIS CXXXV

S Vb cistho ad radices nascitur hypocisthis a quibusdã orobethron: sicut ab aliis cytinus dicta. Malogranato imaturo similis. Tria eius genera. Ruffum: herbaceũ: candidũ: cui Succus exprimit̃: ut acacię. Aliqui arefactam cõfringũt: madefaciũt: decoquũt: cætera ut in Lycio faciũt. uis ei qualis Acacię: constringentior tantũ. atq; siccantior: In morbo coeliaco, Dysenteria: sanguinis excreatu, proluuie mulierũ utiliter bibitur: utiliter & infunditur.

CISTHOS ALIA CXXXVI

E St & aliud genus cisthi a quibusdã ledon uocatũ. frutice simili nigrioribus tantũ & longioribus foliis: hęc uere pinguedinem Roscidam contrahunt. usus in foliis ut astringant ad eadem omnia utilis atq; ipsa cisthos, Ex hac herba ladanum conditur duobus modis, Si quidem folia eius, ca-

prę atq; hirci. carpentes insidentem iis succum uillo barbarum & femorum abstergũt: qui natura tenax & lentus facile sequitur ad contactũ ut uiscũ. Detractus hic purgatur, atq; in offas cõuolutus reponitur. Alii funiculis: ubi syluæ sunt attractis, Pingue: quod adhęrescit iis: depectunt, atq; ita in panes diuidũt. Laus optimi ut odoratum sit, ut colore subuiridi, ut statim tactu mollescat. ut pingue sine arenis: sine scabritie Resinosumq; sit. Tale habetur e Cypro insula. Fit & in Arabia Africaq;: sed minus nobile. Vis siccandi: emolliendi: calfaciendi: aperiendi. Vino accepto: myrrha: & oleo myrteo capillũ fluentem continet. Cicatrices cũ elegantia ad colorem reducit: cum uino illitum. Auribus: quæ doleant: cum hydromelite, aut Rosaceo infunditur. Secundas euocat suffitum. Duritias uuluę in lana resoluit. Miscetur allicientibus somnum: Medicinis ad tussim & malagmati. Potum ex uino uetere aluum fluidam supprimit: urinas appellat.

HEBENVS CXXXVII

Ebenus laudatur ęthiopica nigri splendoris, sine lęuore cornus expoliti arte. Prędensa materie: si frangatur. Mordax substringensq; linguam & quę in carbone posita citra flammam & fumum uratur. Odore iucũdo gratuita. Nam recẽs hebenus propter pinguitudinẽ succensa igni cõflagrat: ligno ad cotem trito ruffescit. Inuehitur & idica Hebenus uenas habens fuluas & candidas maculis frequentibus. Alioquin melior quæ supradicta est. Quidam ligna sesamina atq; Acanthĩ pro Ebeno uenditant: sed deprehendũtur ꝙ hiant, solutioraq; sunt, & ꝙ in taleolas minutas & colore quasi purpureas fatiscũt: ꝙq; admota linguæ non mordent: nec accensa fragrant. Ebenus oculorum caliginẽ discutit. Efficacissime autem ueteres fluxiones & pustulas ligno Pręsertim: quod ad cotem teratur, addito in collyria scobem & ramenta eius in uino chio macerata noctem & diem mox trita recte in collyriũ digerũt. Alii terunt prius: deinde percollant: cætera eadem: quibusdam pro uino aquæ usus placet. Hebenum cruda fidelia donec abeat in carbonem urito exemptam, ut plumbum ustum lauito: contra lippitudines siccas utitor.

ROSA CXXXVIII

Hodon uel Rhoda Romanis dicitur rosa, refrigerat: & astringit: magisq; hoc posterius, etiannũ arida. Succus exprimitur tenerę unguibus forcipe detractis. Partes. n. candidę foliorũ ungues uocãtur. Reliquũ premito, teritoq; in umbra mortario usq; dum se contrahat: Ita comparatus ad oculorũ circũlitiones promẽdus reponitur. Folia quoq; in umbra siccãtur: crebro uersanda, ne situs iis insideat. horũ: quæ in uino decocta sint: cremor probat̃ ad capitis, oculoꝝ, & auriũ dolores, gingiuas. uitiis sedis Intestini recti, uuluarũ collutus pẽnaue illitus medetur. Folia quidẽ citra expressionẽ cõtusa contra humores in stomacho consistentes imponimus: sic & inflãmationibus præcordiorum & ignibus sacris illinimus: femora siccis & tritis aspergimus. eadem compositionibus: quas antheras uocant & uulnerariis quoq; remediis miscentur. Vruntur & in calliblepharum folia. Inuenti media in rosa flores adsiccantur. & fluitionibus gingiuarum farina eorum atteritur. Capita pota proluuiem uentris & sanguinem: qui reiiciatur: constituunt.

rhodides

RHODIDES CXXXVIIII

Hodides uocantur e Rosa pastilli. quos ita componunt. Rosę uirentis:
r quę non madeat: flaccidæ id est: quę modo marcuerit. denarios. xxxx.
Nardi Indici. x. Myrrhæ. vi. terunt: & in orbiculos ponderis obolorum ternum effingunt, siccantq; in umbra: mox condunt fictili non picato: Sed arcte operculato. Quidam adiiciunt superioribus Costi denarios binos & Iris Illyricę totidem: affuso quoq; uino Chio cum melle. usus horum ad feminas collo circũdato uice Moniliũ, cõtra sudoris uirus. tritis his utũtur, & in diaplasmata collisionesq;: ad coercẽdos sudores: ita ut a balneis parescãt in corpe, dein frigida abluantur.

LYCIVM CXXXX~~IIII~~

Ycium aliqui Pyxacantham appellant armatam aculeis arborem, ra-
l mis trium cubitorum, aut etiamnum maioribus. folia densa Buxo simi-
lia. fructus Piperis, niger: amorulentus. læuis, densus. arbor ipsa cortice pallido & colore medicamenti sui cum soluitur. radice multiplici obliqua, lignosa. Cappadociæ Lyciæq; abundat, nascens & locis aliis pluribus. prouenire amat solo gracili. radices huius cum ramis suis contusæ macerantur aqua multis diebus: tum coquuntur semel: iterumq; ligno exempto donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur aliquotfariam, primum amurca dum coquitur, coniecta: succo Absinthii. felle bubulo. spuma quidem eius ac flos in coquendo innatans cortinę detrahitur oculorum medicamentis. reliquus cremor ad alia idoneus conditur. ipsum quoq; semen expressum & contentum in sole dat utilem medicinę succum. cõmendatio Lycii ut in carbone ardeat: & in restinctu spumam rubentem obtineat. glebis extrinsecus nigris: intus ruffis. cum fregeris: minime pæminosum olfactu gustum astringẽs cum amaritudine: Croci colore. omniaq; hęc discrimina Indici sunt. id enim pręstantissimum existimatur, efficacissimumq;. uis Lycio spissandi. Quibus oculi caligant obungitur. in iis & Psoras sanat & pruritus & ueteres fluctiones, aures purulentas: tonsillas, gingiuas exulceratas labia rimosa. rhagadas sedis: attritus. Iam cœliacis dysentericisq; utralibet medetur: seu bibi, seu in aluum dari conueniat. sanguinis excreationes & tussim in aqua sumptum cohibet. aduersus canis rabiosę morsum in pilula deuoratur, aut sorbetur ex aqua. capillum ruffat. curantur eo & ulcera digitorum & serpentia ac putrescentia. admouetur mulierum uuluę contra profluuia. iis quos animal in rabie percusserit: dat' bibendum in lacte. aut more Catapotii sincerum. Nasci uero Lycium Indicũ tradunt e frutice: qui Lonchitis dicatur. Est autem Lonchitis ea genus sentis: uirgas habens subrectas tricubitas, aut eo etiam ampliores protinus ab radice multas crassioresq; Rubo. cortex abscedens cruentus. folia oleę. fertur herba eius in aceto cocta & pota inflammationes Lienis & auriginem tolli. feminas purgari. crudam quoq; ac tritam in eosdem usus conferri: seminis duobus mystris aquas detrahi potu: uenena: quæ quis sorbuerit: frangi.

ACACIA CXXXXI

Cacia in Ægypto exit Spina, magnitudine arboris fructicosę: nec in
a rectitudinem assurgentis. Flore candido: Semine Lupini in siliquis. ex
quo siccatur in umbra. Succus: qui ex maturo eo niger euadit: e crudo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

russescit. Probato:q quadãtenus rubeat:odoratusq; sit, tanq̃ Acacia. Quidam cũ semine folia quoq; ipsa exprimũt. Ex spina colligit gummi. uis ei ad spissandũ, refrigerãdũq; est. oculorũ medicamẽtis succus accõmodatur. Sanat & ignẽ sacrum & mala, quę serpũt, & perniones, & pterygia:& quę in ore sunt ulcera. oculos pci dentes reponit. abundãtiã mensium in feminis sistit. uuluã prociduam resilire cõpellit. aluum fluentem potu, infusuq; cõprimit. ab eo capilli tingunt. lauatur uero ad oculorum utilitates in aqua tritus effuso tã diu superiore illo, quasi spumæ tectorio, q̃diu pura supernatantis aquę sinceritas cõstet. postea defingitur in pastillos. uritur & in cruda fidelia usq; dũ figlina fornacibus percoquatur. ab aliis in carbone torretur identidem follibus flata. decocto spinę articulos dissolutos fouemus. gummi optimum esse conueniunt ex hac spina uermiculatum colore uitri:perlucidum:sine corticibus. Secunda probitas candido. Resinosum, & Sordidum improbatur. Effectus ei conglutinandi Medicamentis additum acrimonias hebetat. Ambustis prodest, & pustulas gigni prohibet illitum cum ouo.

ACACIA ALIA CXLII

a Liud genus acacię in Ponto & Cappadocia nascit:figura quidẽ ægyptiæ: cęterũ minus magna multo atq; humi se continens. tenerior, & spinosior acacia cruciformi sẽticũ implexu:foliis rutę. autumno fert semẽ folliculis iugatis:q modo triloci, modo quadriloci sunt:minus grano lẽticulę fit & ex hac expressa tota succus ad astringẽdũ:sed minus efficax. oculorũ certe utilitatibus minime cõuenit.

AMVRCA CXLIII

a Murca, retrimẽtum, & sanies est:quę fracta:& expressa Oliua subsedit. hęc ad crassitudinem mellis decocta in ære cyprio:facultatem astringẽdi nanciscitur:confertq; omnibus iis: quibus Lycium. Ex abundanti doloribus dentium, & uulneribus subuenit:ususq; eius cum aceto aut uino, aut mulso, ut quęq; curatio exigat:illinendę. additur & in ea quę oculis temperantur. ĩtemq; in Emplastra. Multo autem omnis amurca inueterata efficacior. Exulcerationibus uuluę uirilitatis & sedis infunditur:uitiatos dentes extrahit. Si uero cum Omphacio decoquatur, ad mellis spissitudinem:iumentorum Scabiem cum decocto lupini & chamęleonte herba inunctu sanat cruda amurca & recenti podagras & articularios morbos foueri calida utilissimum. illita in corio & imposita reprimit hydropicorum tumores.

VITEX CXXXXIIII

a Gnos alias Agonos, alias Lygon:alias Amictomiæ nõ, alias Tridactylon, hoc est Tridigitum. Prophetæ Semnon, alii æma Ideos hoc est sanguinẽ Ideos: Ægyptii Sum. Romani Salicem amerinã. alii Piper agreste. alii Lecristicon. frutex est arboreus secundum amnes solo asperso & conuallibus nascens:uirgas habens lentas:proceras:folia oleacea tãtum teneriora. uni generi eius flos cum purpureo candidus:alteri tantum purpureus:semine piperis facultas ei excalfactoria, & astrictoria est. fructus aduersantur serpentium uenenis: Ad aquam inter cutem, ad lienem per q̃ utiles noscuntur. Lactis ubertatem faciunt. ciunt & menses poti, quantum denarii pondus in uino. Genituram quoq; absumunt. Caput tentant, Grauitatem, Soporemq; afferentes. Insidentium

decocto herbę atq; seminis affectus & inflammationes uuluæ placantur. Semen potum cum Pulegio & suffitum & appositum feminas purgat. capitis dolorē dissoluit adiectum. instillatur cum aceto & oleo capiti in lethargia & phrenesi. folia nidore aut substratu fugāt uenenata. morsosq; ab iis leuāt uel illitu. duritias testium cum Butyro & foliis uitium discutit. rhagadas sedis cum aqua semen illitū: luxatis cum folio & uulneribus medetur. uirgæ quoq; eius gestatæ modo uiatori metum intertriginis auferūt. Agnon uocant, id est castum, quoniam matronę in thesmophoriis atheniēsium castitatem custodientes iis foliis cubitus sibi sternūt. Lygos uero hoc est uitex appellantur ex argumento naturæ pollentis usu uitiliū.

SALIX CXXXXV

s Alix notissima & hæc. spissantia habet omnia: folium, semen, corticem, succum. Folia eius contrita cum modico Piperis dantur bibenda in uino gracilioris intestini morbo. per se uero ex aqua cōceptionē potu adimunt. fructus sanguinem expuentibus prodest. utilitas corticis eadem. cinis eius callum & clauum aceto misto sanat. foliorum & corticis succus in calice punico excalfactus cum rosaceo auribus infunditur: quæ doleant. Eorundem decocto podagras foueri utilissimum: quo furfures quoq; purgantur. Manat ex ea succus cum exciso cortice qui concretus in plaga colligitur ad purganda quę obstent oculis.

OLEA SYLVESTRIS CXXXXVI

o Lea syluestris: quam alii cotinon hoc est oleastrum uocant. sunt qui oleā Æthiopicam nuncupent: folia eius astringunt. trita igni sacro: ulceribus: quæ serpunt: epinyctidi admouentur: carbunculos: nomas: paronychia inhibent. ulceribus sordidis illinuntur: panos & collectiones cum melle discutiunt. crustas resoluunt cum melle iniecta: cutem in capite auulsam conglutinant. commanducata oris ulceribus & priuatim infantium medentur. Iidem effectus expressis & cocto eorum respondent. proluuiem sanguinis & abundantiam feminarum coercent succo apposito. hic & Acinas oculorum & pustulas sanat: ulcera & ueteres fluctiones: proinde in collyria expetitur. Erosiones genarum emendat. Excipitur autem succus tusis uino affuso, uel aqua: siccatusq; in pastillos digerit̄: q̄q̄ discrimē illud, qd' effectus succo in uino ualidior q̄ in aqua, & diuturnitas maior. hic utiliter īstillat̄ auribus: si pus effluat, exulceratę ue sint. foliis in coeliaco uenter illinit̄ cum farina ordeacea. Vruntur hęc cum floribus ut Spodii uicem cinis pręstet. componuntur cruda olla: quæ oblinitur: & in fornace habetur usq; dum torreatur figlinū: deinde uino restringuitur: quo peride infuso acceptoq; iterum uritur. Postea eluitur ut cerussa. Postremo pastilli conduntur Miscentur ita oculorum medicamentis non alio usu q̄ spodii.

OLEA CXXXXVII

o Leæ foliorum eadem natura: nisi quod minus uehemens q̄ priorum intelligitur, eoq; magis blanda & commodior oculis uidetur. succus: qui ligno recenti accēso distillat: furfures: psoras: lichenasq; sanat. Fructus quoq; ipsarum & nomas repurgat & furfures discutit, sansarum hoc ē nucleorū medulla cum axungia & polline farraceo scabris unguibus mponitur.

OLIVÆ COLYMBADES CXLVIII

Liuæ colymbades tritę ambustis pustulas defendunt. sordida ulcerũ pur
o gant. succus earum e muria colluentium gingiuas compescit. dentes in-
firmos commotosq; stabilit. oliuæ subruffæ, ac recentes alienę uẽtri, sto
macho utiles sunt. contra nigrę ac maturæ faciliores uẽtri: difficiles stomacho:
ne oculis quidem conueniunt. capiti dolorem inferunt. tostæ & impositæ nomas
amoliuntur: carbunculos rumpunt.

OLEVM OLEASTRI CXLVIIII

Ylueſtris oleo gingiuas uligine laborantes imbuimus, ad dentium mo-
s bilitatẽ colluitur os. Ex calfacto rheumatismos gingiuarũ foueri utilis-
simũ. inuoluta. n. stilo lana intingit' oleo & gingiuis applicat' usq; dũ al
bescant.

OLEA ÆTHIOPICA CL

Achryma: quæ ex arbore ipsa destillat, ęthiopicæ oleę quadãtenus simi
l lis Scamonio est: ruffiuscula & stillicidiis minutis mammosa: gustu mor
daci. damnatur Gummi aspectu & Hammoniaci nigricans inersq; in
lingua. Eandem guttam nostrates quoq; fundunt oleæ atq; etiam in oleastro quæ
rẽdam. oculos hebetiores clarificat. cicatrices in iis & albugines exterit. urinam
& menses molitur: dentium dolores: cauernis addita efficaciter illinit'. Ascribit'
& inter uenena: enectos partus in utero extrahit. Impetigines leprasq; tollit. olea
strum quoq; Olea Æthiopica nominatur.

QVERCVS SIVE ROBVR CLI

Obur omne astringendi uim habet, præsertimq; interior & subiecta cor
r tici Tilia: quę ligno membranacea cohęret. Idẽ pollet & tunica ea: quę
glãdẽ sub caliculo obducit. decocta earũ iuuãt coeliacos, dysẽtericos, sã
guinẽ excreãtes. tritę feminis cõtra ꝓfusiones immodicas admouẽtur in uellere.

GLANDES CLII

Imili & glandibus natura: urinam trahunt: capiti dolores creant deuo-
s ratę inflationesq; pariunt: Auxiliares contra serpentium percussus ue-
scentibus sunt. Succus decocti prodest contra toxica cum uaccino la-
cte potus. Glande cruda intrita collectiones tolluntur. duritias: quas cacoethæ
uocant & ulcera maligniora sanat cum salsa suis axungia illita. Eadem omni-
bus uis: Sed ilignis maior.

FAGVS ET ILEX CLIII

Ago & ilici: quę species roboris sunt: pares effectus redduntur. Ilex cor
f tice: qui ablatus radice sit: decocto in aqua: quoad dum remollitus dista
bescat: illito nocte una capillos denigrat utiq; Cimolia terra ꝓparatos
extritosq; ante. Folia omnium tusa tritaq; siccant tumores: Torpentia membra
corroborant.

CASTANEA CLIIII

Ardianę Balani: quas modo Lopima, modo castaneas uocamus: aliqui:
s mota: reperti sunt qui & Iouis glandem appellare mallent. Astringunt
profectu eodẽ cũ sũpioribus. maxime uero id facit proxima corpori mẽ
brana: q̃ putamini cernit' subiecta. caro ipsa iis: qui ephemerũ biberint. opifera.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

GALLA CLV

g Alla fructus est Roboris.genera eius multa. Omphacitis uocať parua: nodosa:ponderosa non perforata. aliud genus inoffensæ rotūditatis le ue,ptusum.pręferť Omphacitis maiore in medicina effectu.utriq; spis sandi magna uis inest.tritæ supercrescentem carnem in corpore adimunt.fluctio nibus gingiuarum & uuæ prosunt.Exulcerationi oris infantium medētur. nucle us commanducatus atq; impositus ubi dens cauus infestat:dolorem sedat.cr ema tæcarbonibus usq; quo excandescāt, & in uino extinctæ uel aceto meraco, uel sal so proluuiem sanguinis supprimunt:insidentium decocto sistunt procidētias, flu ctionesq; uuluę.maceratę aceto uel aqua capillos denigrāt.tritę in uino aut aqua coeliacis & dysentericis illinuntur:bibuntur.in cibos adduntur:aliqui prius co quunt in aqua integras gallas, in qua coquendum ad eos usus aliquid fit. in uni uersum. quæ præstringi afficariq; opus est:ad oīa ea gallarū opera utuntur.

RHVS CLVI

r Hus quod opsoniis pro sale aspergitur:ab aliquibus erythros appellať. semen est excoriarii fruticis eiusdem nominis. porro Excoriarius is uo catur, quoniam qui pelles condepsant, spissandis coriis folio eius utanť. arbuscula est in petrosis duorum cubitum altitudine proueniēs. folium ei sublon gum modiceq; rutilum serratimq; & incisum per oras.Fructus in racemulis den sus magnitudine Terrebinthi latiusculus:pars corticia:quę semē ipsum cōplecti tur:medicinę percommoda est.huius fructicis foliū uim habet astringendi:uelut Acacia.decoctum capillos infuscat.dysentericis utile infusione:potu:assessu. In stillatur & auribus purulentis. Pterygia & gangrenas folia ex aceto uel mel le compescunt.foliis arefactis decoctisq; Lycii modo in aqua dum mellis crassi tudinem habeat.succus ad omnia eadem est:quę & Lycio curantur.Fructus coe liacis estur & Dysentericis.inflammationes arcet percussis, liuidis, Desquamatis impositus cum aqua.Idem medetur asperitati linguę cum melle.profluuia femi narum alba constituit.Hęmorrhoidas cum carbone Quercus intrito atq; imposi to comprimit.aqua ipsa in qua semen id maduerit coquitur & concrescit:Meli or medicinæ q̄ ipsum semen. Stillat & Gummi Frutex, hoc contra dentium do lores:qua exesi sunt, inditur.

PALMA CLVII

p Alma:quæ in Ægypto erumpit:stringitur crudiuscula fereq; media ma turitate:Myrobalani arabicæ figura:nomen ei Poma, uiridis, odore, maliCotonei.quod relinquitur solibus coquendum. phoenicobalanus uocatur:natura ei acerba & astrictoria inest. aluum & Menses sistit in uino auste ro & Hæmorrhoidas quoq;.uulnera conglutinat illitu. Ratio Phœnicobalanis astringendi recentibus maior q̄ siccis.capiti dolorem afferunt.Largiore cibo in ebriant.Siccæ commanducantur excreantibus sanguinem, Stomacho labo rantibus: Intestina exulceratis. Vesicę tollunt cum Cotonio Malo tritæ ad dita cera Oenanthes & illitę.

CARIOTÆ CLVIII

c Ariotę appellantur alię, cōtra scabritias arteriarum manduntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PALMA THEBAICA CLVIIII

t Hebaicarum palmularum decocto contra ęstus ardoresq; utimur. ęgris ad recreandas uires cum aqua mulsa uetere bibendum damus. ipsę quoq; si edantur, utilitates easdem pręsentant. fiunt ex iis & uina tantundem cum fructu pollentia. decoctum earum in potu gargarissatuq; uehementer spissat & reprimit. Nuclei palmarum cremati crudo fictili. ut aliæ quoq; res: Deinde uino extincti ac loto cinere Spodii uicem efficiunt: & in calliblepharum utiles cõduntur: aut si minus recte uideantur combusti, Secundo torrentur. Facultas iis spissandi adglutinandiq;. Pustulas oculorum & Staphylomata exterendi: pilos agglutinandi addito Nardo. Excrescentia erodendi cum uino: ulcera contrahẽdi: in quem usum pręferuntur ægyptiæ pumilarum.

PALMA ELATE CLX

p Alma: quam modo Elatẽ hoc est abietem modo Spathem uocamus: in uolucrum est fructus e Palma nascẽtis cum statu maxime integro ea florenteq; est utũtur eo. Vnguẽtarii ad domandũ oleũ spissamẽti loco: Pręcipua odoratę auctoritas gustu astricto: ponderosæ: præclusæ: Internum pingue habenti. usus ei astringere. ulceribus: quę pascuntur iniicitur. Malagmatis & cataplasmatis trita hiantes articulos cogit. Emplastris ut quęq; causa exigat: addita pręcordiis: stomacho torpenti, iocinorum morbis imponitur. decocto capillum denigrat crebro. abluta datur succus idem bibendus renum uitiis & uisceribus & uesicæ. uẽtris ac uuluæ fluctionem sistit. psoras cortex eius tener cum resina & cera sanat diebus. xx. contentus quoq; intra eum fructus elate nominatur: a quibusdam Borassus: astrictoria & ipse ui: usu quoq; ad omnia eadem pari cum Spathe, præterq̃ qđ unguento inutilis est. Medulla siue cerebrum arboris candidum recens comesum, Itemq; decoctura eius ualet: in quę Borrassus.

MALVM PVNICVM CLXI

m Alum Granatum omne boni succi est. Stomachum addiuuat: carnes minus alit. Ex iis dulcia sapore grato: sed inutilia stomacho habentur utiq; non omnino: Sed quatenus partem illam quodam modo excalfaciunt: iflammationesq; pariunt. proinde in febri danda non sunt. acerba uero feruoribus stomachi conueniunt: Melius sistunt. urinas moliuntur facilius. cæterum minus gustu accepta sapore astricto: mediam inter hęc naturam uinosa quæ appellantur: habẽt. In acidis nuclei acinorum siccati sole ac cibo insperși & incocti bibuntur ad supprimendam aluum & contra stomachi fluctiones. madescunt aqua cœlesti & ita reiicientibus sanguinem prosunt: dysentericis & profluuio patientibus feminis insidetur. Succus e nucleis expressis decoctus Melle confunditur. utilissimus oris & Genitalium atq; sedis ulceribus. Pterygiis digitorum & iis quæ Nomas uocant, & quę in ulceribus excrescunt, Aurium doloribus: Narium uitiis pręcipueq; ex acerbo.

CYTINVS CLXII

m Ali punicę floribus: quos & Cytinos uocamus: uis adest spissandi, siccandi: sistendi uulnera: glutinandi uel protinus in cruenta exceptis. pror susq; cõferũt ad q̃cũq; pomũ ipsũ. madidis pituita gigiuis & dẽtibus me

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

dentur, uel si mobiles sint decocto succo. additi: emplastra hernias interanei procidentis reclinant. Si quis ex iis minimum ternos deuorauerit, affirmatur nullã oculorum imbecillitatem passurum eo anno. Exprimuntur hypocistidis more.

MALICORIVM CLXIII

p Vtamina mali granati: quæ malicorium nonnulli appellant: astringendi & ipsa uim continent: iisdem quoq; utilitatibus pollent: quibus & cytini. radix decocta succum emittit: qui tineas latas expellit & necat.

BALAVSTIVM CLXIIII

b Alaustium flos est syluestris punicę. Genera eius multa: candidi: Rubri: Rosacei. Proxima cytino supradicto germanitate. Succus ut hypocistidis premitur. Natura ei spissare: cytini & hypocistidis effectibus.

MYRTVS CLXV

m Yrtus urbana utilior medicinæ nigra, q̃ candida: Et inter nigras montana, semẽ habet minus ualidũ: cuius sicut & arboris natura sit ut astringat. Datur autem uirens & siccum potu ciboq; sanguinẽ excreantibus, uesicæ Rosionibus succo uiridium eadem proprietas. Stomacho utilis est. urinã cit. bibitur contra phalangium in uino & scorpionis ictus. Seminis Cocto inficitur capillus. Vlcera in extremitatibus corporis nata cum uino sufferuefactum & illitum sanat. Inflãmationibus oculorum imponitur, cũ polenta illinitur ęgylopi. Ex eodẽ semine uinũ fit expresso cremore & leuiter decocto: uitiatur enim acore: quod ita præparatum non sit, præsumentes id in cibis crapulam negantur sentire: prodestq; ad omnia quę semen. Abundantiam feminarum insessione prohibet. Item uuluam sedemq; procidentem. utile & furfuribus: ulceribus manantibus. Pustularum eruptionibus, capillis fluentibus. Additur quoq; in medicamenta: quæ liparas uocant eadem de causa, qua oleum: quod e foliis eius conficitur. Decoquuntur ad insidendum & folia quo modo & articulos dissolutos, collisosq; fouent: & ossa fracta: Vitiligines purgant: eodem decocto utuntur ad aures purulentas: capillorum nigritiam. Pares effectus & succo. Folium tritum illinitur ex aqua ulceribus atq; locis: quę in humore sunt: omnibus: itemq; & cœliacis. Cum olei uero acerbi aut Rosacei exiguo atq; uini: ulceribus: quę serpũt: Igni sacro: Testium tumoribus: epinyctidi: condylomatis. Eorundem arentium farina, paronychiis: pterygiisq; inspergitur. uirus alarum & feminum mitigat. cardiacis sudores imposita cohibet. Cremata & cruda cum cerato purgant ambusta igni: pterygia: paronychia: Exprimitur foliis succus, affuso paulatim uino uetere, alias aqua cœlesti, atq; etiam expresso. Probatur qui tortiuus recensq; sit. Arefactum situs occupat, ignauus segnisq; redditur.

MYRTIDANVM CLXVI

m Yrtidanum appellatur uirgultum myrto agnascens nodosum inæquale, prominens concolor ceu manus amplexæ caudicem. Astringit uehementius Myrto. Tunditur in pila & uino austero accepto diffingitur in pastillos: siccatumq; in umbra reponitur. Efficacius cortice, folioq; additum ceratis & pessis: Itemq; ad insessus & Cataplasmata ubi constringendum aliquid sit.

CERASIA CLXVII

c Erasia & ipsa cum uirent: aluum molliunt: eadem siccata aluum sistunt. Cerasorum gummi prodest tussi ueteri sumptum in mixto. Creditur & gratiorem colorem moliri: claritatemq; oculorum, ciborumq; appetentiam: calculosis prodesse cum uino potum.

SILIQVÆ CLXVIII

s Iliquæ recentes alienę stomacho sunt: aluum leuant: eædem siccatæ constringunt: & stomacho utiliores fiunt. urinas cient. maxime: quę uinaceis conduntur.

MALVS CLXIX

m Ali omnium generum flore, folio, germine, spissandi uiribus pollent, Pręsertimq; cotonee. Poma ipsa manduntur crudiuscula, ubi constringendum quid sit. Non idem possunt matura. Ex iis uerna bilem contrahunt. Neruos omnes lędunt: spiritus flatusq; aggenerant.

COTONEA CLXX

c Otonea conferunt stomacho: lotium trahunt. cocta suauiora. cruda tamen prosunt cœliacis, dysentericis, Purulenta excreātibus, cholericis. Dilutum eorum stomachi aluiq; fluctionibus. Succus crudorum ortopnoicis: decocto quoq; eorum fouentur si procidant uuluę & interanea. Quæ ex iis cruda in melle conduntur: urinam mouent. Mellis autem naturę Proprietatē suam adiiciunt: quippe quod astringendi & conspissandi uim combibat. Quę uero in melle conduntur cocta stomacho utilia sunt: Iucūda & gustu. Sed cōstringentem illam uim succi amittunt. Eadem cruda miscentur cataplasmatis: contra uentris solutiones: euersiones ardoresq; stomachi. Inflāmationes mammarū, duritias lienis, condylomata. Fit autē & uinum ex iis tusis expressisq; addito inueterandi causa mellis sextario in sextarios succi sexdecim, ni ita fiat, celeriter acescentis. ualet ad suppradicta omnia. Temperatur & oleum ex iis: quod Melinum uocauimus: utilissimum ad quęcūq; unguentum astrictorium opus est. Alethena maxime in hunc usum leguntur. Parua sunt hęc rotunditatisq; in orbē circumactę: uibrantiaq; odore. Minus utilia sunt: quæ struthea nominātur & grandia. Flos & uiridis & siccus illinitur omnibus: quę conspissare necesse est: Epiphoris oculorum: eiectionibus sanguinis: alui fluctionibus: feminarum mensibus e mero bibentium conuenit.

MELIMELA CXXI

m Elimela aluum emolliunt. Animalia uentris expellunt. Stomacho noxia. Siticulosa æstuosaq; sunt. Glycymela hoc est mala dulcia nonnulli appellant.

MALA EPIROTICA CLXXII

m Ala Epirotica Romani obiculata: stomacho amica: sistunt aluum: urinas cient. Effectus iis minores q̄ malo cotoneo.

MALVM SYLVESTRE CLXXIII

s Yluestria mala similia sunt uernis spissandi natura: in quem sane usum crudiuscula & immatura sunt opus.

PERSICA CLXXIIII

p Ersica stomacho idonea: uentri facilia dumtaxat matura: Nam crudis facultas stringendi, magisque etiamnum arentibus. Persicorum quę siccata sint, decocto Rheumatismi uentris & stomachi comprimuntur.

ARMENIACA CLXXV

i Nfra magnitudinem eorum sunt armeniaca: quæ in latino præcocia nomen habent: magis salutaria stomacho hæc superioribus sunt.

CITRUM CLXXVI

n Ota sunt omnibus Medica: quæ alii cedromela: alii Persica: Romani citria appellant. Arbor hęc omnibus horis pomifera est, ita ut antecedentem fructum subnascens identidem occupet nouus. Pomum ipsum oblongum, caperatumque rugis: colore in aurum inclinato: suaui odore, alioquin graui. Semen habet piro simile. Contra uenenum in uino bibuntur. Aluum laxant. Oris halitum & suauitatem commendant. Decocto eorum colluto aut succo expresso, feminis a conceptu deficientibus cum dicunt eas picari efficacissime manduntur. In uestiariis condita uidentur arcere animalium noxas.

PIRA CLXXVII

p Irorum species multę. Omnium usus astringit: proinde fiunt cataplasmata ex iis ad repercutienda corporum uitia. Siccorum decoctū & ipsa cruda sistendæ aluo accōmodantur. Inutilia cibo ieiunis.

PIRASTER CLXXVIII

p Irum syluestre achras uocatur, tardissime maturescens. Natura spissandi. Efficacius quoque q̄ satiuum: ad eadem omnia. foliis quoque ipsis astrictoria inest potestas. Pirorum ligni cinis contra fungos inutiles nauiter proficit. Quidam tradidere Piro syluestri una decocto debellari eorundem uirus innocentesque reddi uescentibus.

MESPILUS CLXXIX

m Espilus: quam nonnulli Aroniam uocant: arbor aculeigera est. folio Pyxacanthę. Pomum ferens paruo malo simile, gustu iocundum: ternis intus ossiculis unde nomen apud aliquos tricocco. Sera ei maturitas. Astringunt hęc esu: stomachum adiuuant, sistuntque aluum.

ALIA MESPILUS CLXXX

a Lterum genus mespili habetur nascentis Italiæ: quod quidam epimelida nominant. Aliqui sitanium. Arbor mali similitudine, folio tantum minor. Pomum quoque huic rotundum, esculentumque: fundo in latitudinem Resimo: astringentis ingenii & tarde maturescentis.

LOTUS CLXXXI

l Otus arbor: Planta est magnitudine arboris Iustę fructu maiore q̄ Piperis: dulci: graue olente: qui stomacho utilis sit: aluumque supprimat. Ramenta ligni decocta potu infusuque Dysentericis & abundantię mulierum medentur. Russant & capillum: uentrem quoque qui diffluat: cohibent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

CORNVS CLXXXII

Ornus arbor & ipsa de crassis: fructū fert similem oliuæ, oblongum ini-
c tio uiridem: postea cū maturuerit: ruffum: similéq; cerę, idoneum cibis:
Facultas ei astringere. Dysentericis & aluo citæ prodest. conditur sa-
pa. In esum quoq; inueteratur muria oliuæ modo. uirentium foliorum sudor: qui
crematis distillat: exceptus & illitus sanat lichenas.

SORBVS CLXXXIII

Orba cum adhuc luteola, nec dum matura sunt decerpta dissecantur ut
s adsiccescant in sole probabili remedio ad sistendā aluū. Farina e tusis in
pila ad modum polentæ: item succo decoctorum ad idem utuntur.

PRVNA CLXXXIIII

Anduntur & pruna, cognitę arboris fructus: aliena stomacho, uentrem
m emolliunt. Syriaca uero & maxime quę damasco monte nascuntur: sic-
cata stomacho utiliora: sistuntq; aluum. Pruni folia, gingiuis: uuę ton-
sillis: quę fluctionibus laborent, prosunt in uino decocta & subinde ore garga-
rissato. Syluestrium quoq; prunorum baccę: quę cōmaturuerint: siccatæ tantū-
dem ualent. Decoctę uero in sapa cōmodiores stomacho fiunt: & aluo spissandæ
utiliores. Gummi prunorum conglutinat. Sumptum in uino calculos frangit.
Ex aceto uero inunctum lichenas Infantium sanat.

ARBVTVS CLXXXV

Rbutus malo cotoneorum similis folio tenui fructum habet ad magni
a tudinem pruni, nullo intus osse quem memecylon hoc est unedonē uo-
camus, Ruffescentem plena maturitate, aut rubentem. In ore com-
manducantis in acus & furfures soluitur. Stomacho inimicus doloremq; infe-
rens capiti.

AMYGDALVS AMA. CLXXXVI

Mygdali amarę Radicum tritarum decoctum cutem in facie corrigit.
a Nuces quoq; ipsę in remedio sunt illitę. Admotu cient menses. In capi-
tis dolore, temporibus atq; fronti ex aceto & Rosaceo illinuntur. Epi-
nyctidas sanat e uino. ulcera putrescētia: serpentia: canum morsus cum melle in
cibo anodyni uicem implent. Aluum emolliunt, somnum faciunt. urinas expel-
lunt. Cum amylo sanguinem: qui reiiciatur: sistunt. uitiis pulmonum & renum,
ex aqua potæ occurrunt, aut datæ in linctum cum Resina Terebinthina calcu-
losis & difficili urinæ in passo, ex eclegmate uero Iocinori: tussi: inflationibus co-
li: sumiturq; hoc in melle atq; lacte nucis auellanę magnitudine, quinis, aut qua-
ternis pręsumptis ebrietas non sentitur: uulpes si ederint eas in cibo: cōmoriun-
tur. Gummi amygdalarum spissandi uiribus pollet. habet excalfatorias uires. In
potu reiicientibus sanguinem prodest. Impetigines summæ cutis ex aceto illi-
tum detrahit. Facit & ad tussim ueterem in mixto sumptum.

AMYGDALÆ DVLCES CLXXXVII

Inus ualent in remediis esculentę ac dulces amygdalę: & eę tamen pur-
m gant & urinam ciunt recentes cum putamine suo comesę, humores col-
lectos in stomacho discutiunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PISTACIA CLXXXVIII

p Istacea syriæ sunt: nucleis pineis similia: stomacho amica. Prodesse aduersus serpentiũ ictus trita produntur: siue edãtur, siue bibantur.

IVGLANS CLXXXIX

n Vces Iuglandes alii Regias. Alii Persicas nũcupãt Resides in corpore sunt: & difficile transeunt sumptæ. Stomacho inutiles: biliosę: dolorem capitis inferentes: Tussientibus inimicæ: sed uomituris ieiunis aptæ: antecedentes in cibis, & postea quoq; illatę cum caricis, atq; Ruta hebetant uenena: Quo plures quis nuces ederit: hoc facilius animalia uentris lata expellit. Mammarum inflãmationi abscessibus, luxatisq; imponuntur, cum exiguo mellis, & ruta. Cum cepa autem, & sale, & melle canis hominisq; morsui: cum cortice suo combustę iniectæq; umbilico discutiunt tormina. Ipsum putamen crematũ tritumq; in oleo atq; uino Infantium puerorum capite peruncto nutrit capillũ: & ad alopecias eo sic utuntur. Nuclei earum combusti cinere cum uino uluis apposito feminarum purgationes coercent. caro iuglandium: quę pręueteres sint medetur gangrenis carbunculis ęgylopiæ: cõmanducata, & protinus ex ore imposita: breui momento. Fingitur tusis expressisq; oleum. Recentes stomacho minus infensę Iucundioresq;: Ideo alliatis induntur ad leniendam, leuandamq; acrimoniam. Liuentibus medentur illitu.

AVELLANE CXC

a Vellanę: quę & Ponticę nuces uocantur & leptocaria a quibusdam: stomacho aduersantur. Tussi & ipsę ueteri medentur tritæ & in aqua mulsa potę: distillationem tostę maturant: Adiiciẽtibus grana piperis pauca. Tritę cum suo cortice comburuntur. Exceptęq; axungia, uel seuo ursino alopecias pilo restituũt. Auctores sunt, qui referant Putaminibus auellanarum crematis, & distritis in oleo capite puerorum Infantium perfuso: qui glaucos oculos habeant: nigras iis pupulas reddi.

MORVS CXCI

m Orus, siue sycaminus nota & ipsa est arbor. Pomum uentrem soluit: facileq; corrumpitur: inimicum & stomacho est. Idem pręstat & succus ex eo. Decoctus hic in uase ęreo, aut sole tostus efficitur astringentis naturę. Paruulo mellis adiecto fluxionibus: correptis nome partibus. Tonsillarum collectionibus facit. Accenditur medicamenti uis alumine fissili: galla: myrrha: croco adiectis. Aliqui addunt iis & semen Tamaricis, & Irin, & pollinem Turis. Immatura eorum siccata tunduntur in cibos conferentia obsoniorum Sapori, quemadmodum Rhus. In medicina uero cœliacis dantur. E radice corticis in aqua decocti succus aluum potu soluit. Lata uentris animalia extrahit. Aduersatur & aconito. Ipsa quoq; folia teruntur ad ambusta ex oleo illinenda. Tingunt & capillum cum uitis, & fici nigræ foliis simul coctis in aqua cœlesti. Foliorum succus aduersus araneos bibitur cyatho. Corticis & foliorum decocto colluuntur in dolore dentes. Radix per messes ablaqueata, circunfossaq; inciditur: Postridie succum expumat: aptissimum dentibns, & tuberculis, quæ opus sit discutere: aluum purgat.

FICVS ÆGYPTIA CXCII

f Icus ægyptia: quam alii Sycomoron: Alii Sycaminon appellant, Fructum fert cognominē Sycomorum uocatū ex argumēto gustus ignaui. Arbor ipsa de amplissimis: ficus similitudine, largo succo, foliis moro per q̃ proximis. Fructus anno quoq; ternos quaternosq; fundit: eosq; non ramis ut ficus: Sed caudice ipso gerit similes caprificis: dulcioresq; grossulis hoc est primitius in fico pomis sine granis interioribus: Nec maturescūt aliter q̃ scalpendo ferreis unguibns, magno prouentu eorum in caria & in Rhodo prorsusq; locis minime abundantibus tritico. Populis uero in penuria pro pane frumētoq; satisfaciunt. Tam restibilis pomi eius ubertas & copia est. Facile id uentri ac minimi cibi: stomachoq; iutilis. Excipit' arbori nouellę succus anteq̃ fructus exeat: cortice summo desquamato lapide. Altior plaga nihil remittit: colligitur penicillo, aut uellusculo adsiccatusq; & in pastillos diuulsus uase fictili reponit'. Molliendi medicamento uis. Vulnera conglutinat. Suppurationes difficiles discutit. Potu & illitu ictibus serpentium resistit. Duritias splenicis diffundit: stomachi dolores sedat. Illinitur & contra perfrictiones. Celerrime teredinem sentit.

FICVS CYPRIA CXCIII

g Ignitur & in Cypro insula sycomorus specie discrepans a prędicta. Genus id ulmi est etiā si fico ęgyptię quadantenus similis folio est. Magnitudo pruni: Pomo suauitas maior. Cętera uero supiorib⁹ obtinet paria

FICVS CXCIIII

f Icus recentes: maturæ: stomacho insalubres uentrem soluunt: qui facile tamen sistatur. Sudores & papulas mouent. Sitim sedant: caloremq; refrigerant. Siccę corpus alunt: natura iis excalfaciendi: sitim afferūt. faciles aluo habentur. Stomachi & alui rheumatismis contrariæ. Gutturi: faucibus: uesicæ: renibus propitiæ. A longa ualitudine decoloribus: suspiriosis: comitialibus & hydropicis. At coctę cum hysopo pectus purgant in potu: & ueterem tussim & longa in pulmone uitia. Tusæ cum nitro & croco esitatęq; aluum molliunt. Decocto ficorum inflāmationes arteriarum & tonsillarū gargarissantur. Succus idem emplastris farinæ ordeaceę utiliter adiicitur: & in ea: quibus feminæ fouentur cum fœnogręco uel ptisana. Decoctę uero cum ruta & infusæ torminibus prosunt. Duritias in corpore discutiunt coctę, tritęq; & impositę. Parotidas & furūculos molliunt. Panos ad suppurationem perducunt. efficacius Iride aut uiua calce, aut nitro admixto. crudę tusęq; cum eisdem rebus, Totidem ad effectus probantur. Pterygiis cum punici mali putamine imponuntur. Tibiarū ulceribus: quę distillāt, aliasq; insanabilia cacoetheq; sint: cum atramēto Sutorio. Hydropicis coctæ in uino & cum absinthio & farina hordeacea illinuntur. Crematę pernionibus cum cera tritę crudæ cum sinapi & in liquore aliquo auribus inditę, sonores earum incertos prurituśq; tollunt. Syluestri & satiuę fici lacteus succus aceti naturam habet. Nam & coaguli modo lac contrahit & contractum denuo resoluit, Exulcerandi uis inest ei adaperiendiq; corpora. Aluum soluit: utriculos feminarum relaxat cum amygdala nuce trita potus. Menstrua cum luteo oui appositus, aut cera tyrenica podragris illinitur cum farina fenogreci &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

græci & aceto.ad lepras:lichenas uitia cutis ĩ facie, uitiligines:psoras:ulcera manantia cum polēta:lactis ficulni natura instillati plagæ:Scorpionum uirus expurgat.item uenenatorum ictus.& canis morsus.dentium quoq; dolori hic succus appositus in lana prodest, aut in cauis eorum additus. idem cum axungia uerrucas eas:quę Myrmeciæ appellantur:tollit carne circumlita.

CAPRIFICVS CXCV

c Aprificus etiamnum ad eadem omnia efficax succo e tenerrimis ramorũ cum prægnantes sunt, anteq̃ oculi germinent: collecto.tunduntur, exprimũturq; ii.siccatur in umbra cremor:dein reponitur.miscētur exulceratoriis medicamentis & succus eius & lac. bubulas carnes cradæ syluestrium additæ in ahena coctibiles faciunt. Surculo quoq; earum uice spathæ utendo lac dilutius coagulatur in caseo.

GROSSI CXCVI

g Rossi:quas aliqui caprificos appellant: coctæ & illitæ strumas & omnem collectionem emolliunt.crudę Verrucas & Thymos Nitro & farina additis tollunt.pręstant hæc & per se folia.Grossuli cum aceto & sale ulcera manantia Furfures Epinictydas sanant.ulceribus Ficosis & asperitatibus palpebrarum attriti proficiunt. Vitiligines albas emaculant e nigra Ficu folia cauliculiq;. Eadem cum Melle aduersus canis morsus & ulcera, quæ ceria nominantur, imponimus.ipsę Grossi extrahunt infracta ossa cum Papaueris foliis syluestris.Furunculos cum cera dissoluunt Eruo admixto:& Vino, muris aranei morsibus illinuntur, & scolopendrę.

LIXIVIA E FICV CXCVII

l Ixiuia e cinere syluestris Fici & satiuæ ramis earum crematis fit.Quo sæpius iteratur, hoc melior.Inueteranda hęc est ad ea:quę adurere oporteat, & ad ulcera uitio Gangrenæ periclitantia. repurgat enim ea consumitq; obiter: quę excrescũt.usus eius in spōgia subinde insuccata mersaq; ac protinus imposita.Sunt uitia:quibus & infundit̃, tanq̃ Dysentericis:fluxibus uetustis.perluimus ea & ingentes & conditos ulcerum sinus. Abstergit enim & conglutinat:carnes accedere & coalescere faciens:pari utilitate:qua ea: quæ uulneribus cruentis iniiciuntur.bibitur & ad discutiendum sanguinem concretum.itē præcipitatis:conuulsis:Ruptis: cyathis aquæ singulis & olei exiguo nuperrime percollata.Eadem mensura cœliacis:Dysentericis datur. & si quis ea cum Oleo perungitur:excalfacit Neruos conuulsaq;. Attollit & sudores:Venena Gypsi & Phalangiorum morsus restinguit in potu. Idem usus & reliquis cineribus pręsertim robusteis.astringendi omnibus uires.

PERSEA CXCVIII

p. Ersea Ægypti arbor est. Fructum ferens cibo idoneum: Stomacho utilem:in quo phalangia inueniuntur:quę Cranocolapta nominant, maximeq; in Thebaide:folia huius sicca & trita eruptiones sanguinis illinunt:atq; sistunt. Quidam prodidere uenenatam in perside arborem eam gigni: Sed in Ægyptum translata mitigatum cœlo pomum euasisse tenerum esui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

HIBERIS CXCVIIII

h Iberis, siue Cardamantice folium habet Nasturtii. floret semper. Sed uere amplius: amplitudine sexquipedis, aut etiam minore. Nascitur locis incultis. lacteum florem æstate fundit: quo tempore efficacior quoq; habetur. Radicibus binis Nasturtio assimilibus nititur. quibus excalfaciēdi, & adurendi proprietas redditur. coxendicis cum suillo pingui salso emplastri modo adalligatur quaternis horis, ut dein in balneis descendatur, & postea Oleo ipsa loca cum uellere perungantur.

ALICACABVS CC

a Licacabus, alii Dirceon, alii Strychnon, alii Manicon, alii Dorychnion, alii Physalida hoc est Vesicariam, alii Callaida: Romani Apolinarem minorem, aut herbam Vlticanam, aut Obsaginem. Dacii Cacalida. Punici Cacabum. Frutex est surculis frequentibus contumacibus frangi, caudicosis: folio pingui, multoq; simili Cotoneo. Flore rubro. Fructu in folliculis paruis colore croci, ut ciceris, seminibus rotundis, ut Erui, quinis, senisq;. Gignitur in saxosis haud procul Mari, huius succo drachma in uino pota somnus allicitur perinde uti Papaueris Lachryma acini eius urinas pellūt: hydropicis Corybi duodecim medentur: ultra hanc mensuram excessum mentis committunt. remedio est aqua copiosa multa potui data. cortex uesicarię in pastillos, & in ea: quę ad dolorem leuandum somno quæruntur, expetitur. Idemq; in Vino coctus, contentusq; in ore dentium doloribus auxilio est. Succus Radicis cum Melle iunctus aciem oculorum perpurgat.

FINIT LIBER PRIMVS

PEDACII DIOSCORIDIS DE MEDICINALI MATERIA LIBER SECVNDVS HERMOLAO BARBARO PATRITIO VENETO, ET AQVILEIENSI PATRIARCHÆ INTERPRETE.

s Vperiore libro Amantissime Aree: qui primus inter eos est: quos de materia Medicinæ cōscripsimus. Dictum est de odoribus, Oleis, Vnguentis, Arboribus: Arborum Succis. Lachrymis: Fructibus. In hoc: qui secundus est: De Animalibus: de Melle: de Lacte: De Pingui: de Frugibus, & Oleribus agitur. Reddentur hoc loco quoq; propter gentilitatem ex Herbis quæcunq; acrementi uim Possident, tam q̄ Cepe: Allium: Sinapi. Ne mentione dilata congeneres facultates dispesci contingat.

HERINACEVS MARINVS CC

h Erinaceus Marinus stomacho Ventriq; facilis est: urinas molitur. testa eius cruda, tostaq; additur Smegmatis: quibus Psorę confricantur. cremati cinis ulceribus sordidis inspergitur. Reprimit excrescentia.

HERINACEVS TERRESTRIS CCII

h Erinaceus terrestris cute usta & imposita cũ Pice liquida inanitates alopeciarum frequenti pilo adobruit. Eiusdem caro inueterara bibitur ex aceto mulso contra Renes, & aquæ uitia subter cutem fusę: Distentiones neruorum, & Elephantias. Datur & iis salutariter: quorum corpus macie conficitur. uiscerum quoq; Rheumatismos adsiccat. Iecur Herinacei arefactum in fictili solibus cocto ad eosdem profectus reponitur.

HIPPOCAMPVS CCIII

h Ippocampinus cinis (Marinum id animal est, atq; paruum) Alopecias replet cum Pice liquida mixtus, aut sincerus ex Posca, Amaracino ue Vnguento.

PVRPVRÆ CCIIII

p Vrpuræ usus combustæ Natura siccifica. placet Dentifricio. superuacuas carnes consumit, Vlcera expurgat, ad cicatricem perducit.

BVCCINVM CCV

b Vccinorum cineri effectus iidem in adurendo q̃q̃ maiores. Si quis uero ea sale farcta in crudo cacabo excoquat: Dentibus exterēdis eximie laudantur, ambustisq; illinendis. Sinere autem oportet Medicamentum durari, quoniam cicatrice uulneri obducta ipsum sponte abscedit, caditq; protinus. Fit & calx ex iis, ut in mentione generis eius monstrabitur.

IONIA SIVE CIONIA CCVI

c Ionia uocantur partes in Buccino, atq; purpura medię, Secundum quas Silicei operimenti clauicula est. cremantur hæc similiter: ampliore corporibus adurendis successu, q̃ Buccinum ipsum, & purpura. quoniā constringentem & apprimentem quoq; uim obtinent Buccinorum callo sapor iocundus. Edulium stomacho utile. aluum non molliunt.

MYTVLI CCVII

m Ytuli e Ponto laudatissimi, ut Buccina cinere causticam uim habēt. laudantur uero priuatim plumbi modo ad oculorum utilitates: crassitudines genarum: albugines: Pupularum obscuritates cum Melle. carnes uero eorum ad canis morsus imponuntur.

TELLINÆ CCVIII

t Ellinę recentes aluum emolliunt, præsertimq; iure decoctarū poto. Salsę, Vstę: Tritę q̃ minutissimum, & instillatę cum cedria prohibent renasci pilos inutiles in palpebris euulsos.

CHAMÆ CCVIIII

c Hamis & cæteris conchulis iura cum exiguo decoctis aquę ad ciendam aluum bibuntur e uino.

VNGVIS ODORATVS CCX

u Nguis operculum conchilii est: quale in Purpura uisitur, In paludibus Indię nascitur, ubi Regio eius Nardifera est, Ideoq; odoratus conchiliis fruticem Nardi pascentibus. Legūtur hęc e lacu: cuius palustria æstate siccantur. Prima tamen auctoritas a Rubro Mari aduectis, colore subcan-

dido:pinguibus nigricant Babylonii, minoresq; sunt:utriq; generi odor suauis: castoreum aliquatenus imitans:cum suffitur:quomodo & mulieres locosas & cõcidentes exuscitat:Item comitiales. In pota uenter molitur. Ipsum conchilium crematum ad quęcunq; purpura Buccinumq; prodest.

COCHLEÆ TERRESTRES CCXI

Oclearum terrenarum cibus stomachum reficit ægreq; corrumpitur.
c Laudatissimæ autem sunt Sardoniæ, africanęq;. Item insulis Astypalea: Chio:Sicilia:Nec non Ligurum alpibus natę: quas Pomatias uocant. Sed & Marinę quoq; stomacho utiles sunt, facilesq; deiici. Fluuiatiles uirus habent, nec non syluestres adhęrescentes frutetis & sentibus: quorum genus Sesilon nominant:circumagunt aluum, & stomachũ:uomitiones mouent. omnium quidem cochlearum e tegmine siliceo cinis excalfacit & adurit: infricatus Lepras:uitiligines, dentium uitia exterit. Oculorum cicatrices albuginesq; extenuat:Aspreculas cutis in facie:aciem oculorum Retusam, cum carne sua combustę, tritęq; illinunt cum melle. Hydropicorum tumores crudę cum putaminibus suis impositæ Reprimunt atq; siccant:neq; prius abscedunt, q̃ aqua omnis inter cutem fugatur. Inflammationes quoq; Podagricas mitigant: Eodemq; modo illitę, assulas & affixa corporibus extrahunt. Menses & admotu ciunt contusę. callus interior contritus cum Myrrha & Turis Polline uulnera conglutinat, maximeq; neruorum. Sanguinem erumpentem e Naribus supprimunt, ex aceto subactæ caro exempta uiuentibus pręcipue africanis, pota doloribus stomachi auxilio est. Tritarum cum Testa sua puluis ex uino sumptus minima portione Intestini plenioris Dolores sedat. Itemq; cruciatus uesicæ punctis. & erasis acu carnibus Limacis:qui e Terestribus fit minus & saliua quędã sequax & lenta colligitur:quæ protinus applicata intempestiuos genarum pilos reglutinat.

CANCRI CCXII

Inis cancrorum Fluuiatilium acetabulis duobus cum acetabulo Gen-
c tianæ Radicis in uino potus per Triduum efficaciter prodest periclitantibus ex canis Rabiosi morsibus: cum Melle decocto Rhagadibus pedum & sedis Pernionibus carcinomatisq; illinitur. Triti crudiq; cum Lacte asinino poti contra serpentium uenena prosunt priuatim Phalangiorum. Scorpionumq; ictus. Cocti & cum iure suo accepti laudantur cibo is: quorum corpora male habet Tabes. Eadem uis & contra Leporem marinum pari modo sumptis. Necãt scorpiones triti cũ Ocymo admoti. Minus in omnibus iis marini ꝓsunt.

SCORPIVS TERRESTRIS CCXIII

Corpius Terrę sibi ipsi medicamentum est, crudus cõtritus imponitur
s super uulnus. Idem & tosto profectus.

SCORPIVS MARINVS CCXIIII

Corpionis Marini Fel oculorum suffusiones & albugines discutit. aci-
s em oculorum: quę hebetata sit: excitat.

DRACO MARINVS CCXV

Raco Marinus dissecatur & ad Spinæ suæ, qua ferit Venenum ita im-
d positus medetur.

SCOLOPENDRA CCXVI

c Olopendra maris in oleo coquitur illinéda partibus quas Depiles glabrasq; facere libeat. contacta prurigines mouet.

TORPEDO CCXVII

t Orpedo piscis apposita ueteribus capitis doloribus uehementiam eorum comminuit. interanei procidentis aut euersi morbum coercet.

VIPERA CCXVIII

u Iperinę carnes coctæ commanducatæq; oculorum claritati plurimum conferunt. Neruis sunt idoneæ; Strumas augescentes astringunt pelle detracta. caput iis pręciditur: atq; cauda, quoniam utrunq; collimitium sine carnibus sit. Alioquin commentitium est, quod præcipiunt oportere id genus certa aliqua utrinq; mensura præcidi. Quod reliquum est: lauatur & in frusta consectum decoquitur in oleo uino sale modico & anetho. Falsum est iis, qui utantur in cibo, pediculos facere. Præterea sunt qui referant prorogari spatium uitæ: qui carnibus iis uescantur: sal quoq;: qui præparatur ex Vipera totidem: sed minores utilitates affert. spirans Vipera in cacabum nouum includitur: eo salem & caricas conterunt: singularibus utriusq; sextariis cyathos Mellis senos adiiciunt: Deinde operculum oblinunt: & in camino torrent: usq; adeo dum sales in carbonem mutentur. Postea eximunt & in puluerem redactos asseruant. Est quando ad cōendandū saporē Spica Nardi uel Folium adiicitur: parumue Malabatri.

SENECTA SERPENTIS CCXVIIII

s Enectutis anguinę Membrana in uino decocta doloribus aurium prodest infusione: Dentium quoq; si colluantur. Eadem uernatio medicamētis oculorum aduocatur præcipue Viperarum.

LEPVS MARINVS CCXX

Epus marinus paruę Lolligini similis fertur. Tritus & illitus cum Vrtica Psilothri uim præfert, Itemq; sincerus.

LEPVS TERRESTRIS CCXXI

l Eporis terreni cerebrum inassatum Estur contra tremores: qui in morborum accessionibus contingunt: Dentitioni quoq; infantium puerorum, gingiuis attritum commanducatumq; prodest. Capitis cremati cinis cum seuo ursino, aut per se illitus ex aceto areas pilo contegit. sumpto animalis huius coagulo post purgationem tribus diebus feminas aiunt sterilescere. Inhibet & profluuia mulierum & uentris. Morbo Comitiali & cum aceto potum uenenis resistit omnibus. Priuatim datur iis: qui lacte concreto uexentur: Viperarumq; morsibus. Duritias cutis in facie Ferrugineas: Vitiligines: Lenticulas sanguis calidus Leporis impositus purgat.

PASTINACA PISCIS CCXXII

p Astinacę marinæ radio: qui ab cauda eius exiliens prominet, retrouersis squamis: Dentium cruciatus sedantur. Frangit enim eos & extrahit.

SEPIÆ CCXXIII

s Epiæ decoctæ atramentum reses in stomacho & concoctu difficile est: emollit aluum. Testa in collyrium format palpebris scabris conteri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tur. Crematæ in suo cortice, q̃ diu crusta sponte abscedat: farina Vitiligines: furfures dentes Ephelidas purgat. Lota medicamentis inseritur oculorum. Albugines iumentorum illata flatu emendat: ungues in oculis orientes extenuat districta, & applicata cum sale.

MVLVS PISCIS CCXXIIII

m Vlorum frequenti cibo aciem oculorum hebetari apparet. Mulus recēs diuulsus imponit̃ cōtra morsus draconis marini: scorpionis: aranei.

HIPPOPOTAMVS CCXXV

t Esticulus Hippotami siccatus, tritusq; bibitur contra serpētes ex uino.

FIBER CCXXVI

t Esticulus fibri castoreum uocatur: Ambiguū id animal est, & cui uictus iuxta in terris & aqua, q̃q̃ in hac propensior, ut quod pisciculis Cācrisq; alatur. uis ei serpentibus contraria. sternutamentis olfactu mouendis efficax in totumq; medicinam utilitatibus multis cōmuniens. Duabus drachmis potum cum Pulegio cit menses. partus secūdasq; pellit. Ex aceto discutit tormina, inflationes, singultus: uenena: peculiariter uiscum: Lethargicos: & quicunq; intempestiua ui somni corripiuntur, excitat cum Aceto & rosaceo infusum. itē suffitum olfactumq;. Tremulis spasticis: Neruorum omnibus uitiis subuenit potu & illitu. In uniuersum natura generi excalfactoria inest. Eligendi uero testes: qui ex uno principio committantur. Nam geminos folliculos ex uno nexu membranæ dependentes in nullo animalium comperias: Intus uero qui inuenitur liquor: probatur cerosus: odore graui: & redolente uirus. Gustu mordaci & acri, friabilis: interseptus tunicis continentibus, naturalibusq;: quod ipsum corrumpitur fraude coniicientibus Hamoniacum: aut Gummi conspersum sanguine & Castoreo, Deinde ita siccantibus. Temere proditum est amputari hos ab ipsis in fuga cum capiuntur. Nec enim adimere sibi eos possunt Substrictos & adhærentes ut Suibus. Oportet autem diducta cute Liquorem in ea parte Melleum tollere cum sua: qua circundatur membrana. Inueteratumq; ita promere ad desideria.

MVSTELLA CCXXVII

m Vstella uulgaris: quę in Domibus Nostris oberrat inassata, exemptisq; interaneis asseruata sale in umbraq; resiccata drachmis duabus bibitur in uino. efficacissime aduersus serpentiū omniū uenena pari pondere assumitur iis: qui Toxicum hauserint. Eiusdem uentriculus Coriandro farctus inueteratusq; dat̃ contra bestiarū percussus, comitialesq; morbos. urit̃ tota & cinere cum aceto illinit podagras. Ex eodē animali sanguis obūgit̃ strumis. comitialibus prodest.

RANÆ CCXXVIII

r Anarum e Sale, atq; Oleo decoctarū Succus contra Serpētium omniū Venena pro antidoto sumitur: pariter & ad ueteres circa ceruicis neruos abscesus Cinis ustarum inspergitur: ubicunq; uis Sanguinis rumpit. Alopeciis cum Pice liquida illinitur. uiridium Ranarum Sanguis inutiles pilos exemptos renasci non patitur, instillatus in uestigia euulsorum. Decocto ranarum in aqua & aceto colluuntur in dolore dentes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

SILVRVS CCXXIX

s Ilurus recens carnes alit: uentrem mollit. Salsus nō alit. Gurgulionem uocemq; adiuuat. caro salsi uel illita extrahit tela corporibus inhærentia. Eiusdem muria dysentericos incipientes foueri utilissimū, quia rheumatismos in apertum cutemq; sūmam retrahit. Ischiadicorum dolores clystere infusa emendat.

SMARIDES CCXXX

s Marides salsæ capitibus crematis in cinerem, excrescentes ulcerū carnes: nomas: clauos: thymos absumunt. Scorpione percussis, & rabido cane cōmorsis caro ipsa conuenit sicut omnia salsamenta.

MENÆ CCXXXI

m Enarum cinis e capite ad rimas sedis: quæ callum obduxerint: linitur. Garum ex his putrescentia in ore ulcera efficaciter colluit.

GOBIVS CCXXXII

g Obius recens in aluum suillam consutus decoquitur in sextariis aquæ duodecim, quoaddum sextarii duo subsidui sunt: Deinde saccis colatus & sub diuo cōtentus bibentes per inferna sine uexatione purgat. Idem uulneribus canum & serpentium impositus medetur.

OMOTARICHOS CCXXXIII

c Aro Thynoꝝ inueterata sale omotarichos uocatur. In cibo data suppe tias & serpentium ictibus: quas pręsteras appellant: In eo usu cōueniet salsamentum id largius sumi copioso mero subinde hausto atq; reddito uomitionibus. Acrimoniam esculenti quærentibus longe commendatissimum. Contra canis quoq; morsus impositum plagæ.

GARVM CCXXXIIII

g Arū omne, siue id e piscibus maceratis sale fiat: siue carnibus: prodest ulcetibus: q̄ pascunt̄ illitu: canū quoq; morsibus. Interim dysentericis & coxēdicū doloribus. Illis ut ulcera inurat: his ut q̄ ulcerata nō sunt: cōmordeat.

PISCES SAXATILES CCXXXV

r Ecentiū piscium ius modo per se, modo uini comitatu aluum emollit. Optimū e phycidibus, scorpiōibus, iulide, perca: & saxatilibus teneris: nec uirus recipiētibus. Coqui debēt simpliciter, in aqua oleo addito & anetho.

CIMECES LECTI CCXXXVI

c Imices lecticarii fabarum cauis inclusi numerum septeni quartanas exterminant deuorati ante accessiones. sine fabis aspidum morsibus illinuntur. Cōtra uuluarum exanimationes in olfactorio succurrunt. Sanguisugas cum uino aut aceto in potu dati eiiciunt. urinæ difficultatem impositi fistulę: qua meant urinę: corrigit.

ONOS CCXXXVII

o Nos appellatur animal e uermibus terrę sub situlis nascens, multis pedibus, tactuq; contrahens sese atq; in formam pilę conuoluens. In uino sumptum medetur arquatis: & quibus ęgre lotium transit. Cum melle coxendices perungunt. efficaciter sanant & aurium dolores in cortice punici mali calfacientes, subindeq; instillantes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

BLATTÆ CCXXXVIII

Lattarum: que in panificiis pistrinisq; uersantur: intestina exempta, con
b tritaq; in oleo, aut decocta, doloribus Aurium infunduntur.

MARINVS PVLMO CCXXXIX

m Arinus pulmo recens contritus illinitur podagris & pernionibus.

PVLMONES ANIMALIVM CCXXXX

p Vlmones suilli, agnini: ursini, attrit⁹ calciamētoꝝ iflāmari nō patiuut.

VVLPINVS PVLMO CCXXXXI

Vlpinus pulmo, siccatus potusq; suspiriosis medetur. Ex eodē animali
u seuum infunditur auribus liquatū, doloresq; partis eius, restinguit.

IECVR CCXXXXII

a Sininū Iecur retostū comitialibus manditur, ut sint ieiuni, quibus dat.

GENITALE CERVI CCXXXXIII

g Enitale cerui maris in uino tritū prodest in potu percussis a uipera.

VNGVES ASINI CCXXXXIIII

Nngularum ex asinis cinere continuis diebus accepto, cochlearibus
u binis, tradunt comitiales morbos iuuari. Dilutus idē oleo discutit stru-
mas: pernionibus illitu auxilium prestat.

LICHEM EQVI CCXXXXV

Ichenas Equoꝝ uocamus callos quosdā in genibus & super ungulas na
l scentes atq; indurescentes: cōtritos comitialibus in aceto bibisse ꝓdest.

VNGVLÆ CAPRARVM CCXXXXVI

c Aprarum ungues cremati alopecias ex aceto inuncti conuestiunt.

IECVR CAPRINVM CCXXXVII

Ocinoris caprini saniem: quę tosto eo distillat In patina Nuscitiosis il
i lincre conuenit. Iuuat & halitus in coquendo sublatus, si apertis oculis
excipiant superne. Ad idemq; proficitur inassatum edentibus.

IECVR HIRCINVM CCXXXXVIII

q Vidā scripsere iocinoris maxīe hircini cibo explorari comitialē morbū

IECVR APRINVM CCXXXXIX

Prinum Iecur recens siccatum & tritum præbetur in uino contra Ser-
a pentium uolucrumq; morsus.

IECVR ET DENS CANIS CCL

N canis rabiosi morsu tueri a pauore aquę creditur iecur canis eius, qui
i in rabie momorderit: tostūq; id mādat, præcipiūt. Eidē animali dente,
qui caninus uocat exēpto, & in uesicula brachiis ad alligato, ad inhibē
dos canū impetus utunt.

CORIVM CCLI

Orium combustum, melius si ex uetere calciamento sit, teritur ad am-
c busta: intertrigines, & iniurias a calciatu. Cinis eius partes attritas ad
cicatricem perducit Oleo lini perunctis prius.

IECVR MERGI CCLII

m Ergi epar inueteratur & ad secundas eiiciendas ex aqua mulsa datur bi-
bendum ligulis duabus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

GALLINACEUS CCLIII

c

Arnibus Gallinaceorum, ita, ut tepebunt auulsę appositis, uenena serpentium domantur: sed mutare crebro medicamentum oportet.

CEREBRUM GALLINACEI CCLIIII

c

Erebrum gallinacei datur ex uino hauriendum iis, quos bestiæ percusserunt: Sanguinem ex inuolucris cerebri erumpentem inhibet. Subiecta uentri gallinaceorum: qui mares sint, membrana: quę secti modo cornus translucida est, atq; abiici exempta solet in coquendo. Inueterata, & in uino trita stomacho laborantibus bibitur. Ius e uetere gallinaceo aluum soluit. Itaq; faciendi eius hęc Ratio sit. Interanea gallinaceo detrahuntur, inuicem sal inditur, atq; insuitur: Deinde in sextariis. xx. aquæ ad tres heminas coquitur, ita refrigeratum sub dio, mox bibitur. Aliqui efficacius arbitrantur cum brassica marina incoctum, aut herba mercuriali, aut polypodio, aut Cnico. Detrahit crassitudines crudas lentasq;, atq; nigras. Prodest & contra longinquas febres: suspiria: morbos articulares. Inflationibus stomachi. uentriculus sale custoditus, siccatusq; in umbra, exinanitis plus æquo Medicamenti occasione, præstantissimum auxilium est. Sistit enim purgationem ad præsens denariorum trium pondere insumptus. In quo usu teritur ad scobis modum: exinde cum aqua recte confunditur.

OVUM CCLIIII

o

Vum tenerum alibilius sorbili est. Contra tenero durum pręfertur. uitellus oui tostus dolores oculorum admixto croco mitigat & rosaceo. collectionibus ani & condylomatis cum serta campanica iniicitur cum uua eius, quod Rhum diximus atq; Galla. fructus ad proluuiē alui sistendā estur. idem & per se quoq; deuorato usus. candidum Oui crudum refrigerat: ferruminat: oculis inflammatis admotum medetur. ambusta: quæ albugine protinus occupentur: pustulas non sentiunt. Facies eo illita sole non aduritur. cum Turis polline frontibus perunctis rheumatismos reclinat. collectum in uellere cum rosaceo, uino, & Melle, inflammationibus oculorum placandis imponitur. priuatim contra Hęmorrhoidum morsus crudum sorbetur. calfactum summo corpore ꝑdest rosionibus uesicę: exulcerationibus renum: scabritię spiritalis Fistulæ: cruentis eiectionibus: Distillationibus. Thoracisq; fluctionibus.

CICADÆ CCLV

c

Icadæ in patellis tostę doloribus uesicę in cibo auxiliantur.

LOCUSTÆ CCLVI

l

Ocustarū suffitu strangurię potissimū feminarū iuuātur. carnes locustis inutiles sunt. Locustarū generis est: quę uocatur asiracos, a qbusdā onos sine pēnis: cruribus magnis: recēs hęc: sed siccata: & in uino sumpta ꝑcussis a scorpione magno profectu subuenit. in Africa ad Leptin uel cibo frequenti gratissima est.

OSSIFRAGUS CCLVII

p

Hinis auis est: quam romani ossifragum nominant. eius uentrem paulatim bibi pręcipiunt contra calculos per urinam pellendos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

GALERITA CCLVIII

Alerita nuncupatur auis exigua, continens apicem sũmo capite, ut pa-
g uus coli uitio liberantur: qui assam in cibo sumpserint.

HIRVNDINES CCLIX

Irundinum pullis cum primum peperint: dissectis crescente luna In-
h ueniuntur lapilli, e quibus duo: quorum alter uarius, alter purus, & uni-
color sit anteq̃ terram attingant, In pelle Iunicis, aut cerui lacerto an-
nexi, aut collo suspensi comitialibus prosunt: sæpius & in totum eliberant. Man
duntur hirundines modo ficedularum ad aciem excitandam. Pullorum, matrũq;
cinere in fictili crematarum utuntur ad claritatem perunctis cum melle, Itidéq;
ad anginas, collectiones uuę, tonsillas. In sale, quoq; seruatæ hirundines, earũ q;
pulli aduersus anginas bibuntur drachma.

EBVR CCLX

e Boris scobe paronychia tolluntur. Medicamento natura spissandi.

TALVS SVIS CCLXI

Alus suis combustus ita uti ex atro cãdidus fiat: Deinde in pollinem re-
t dactus inflationes coli, & tormina diuturna potu discutit.

CERVINVM CORNV CCLXII

Eruini cornus cinis elutus cochlearibus binis datur, cruenta excreanti
c bus, dysentericis, cœliacis, morbo regio: doloribus uesicæ cum Traga
cantho. Feminis profluuio patientibus cum liquore: qui ad illam affe-
ctionem conueniat. crematur uero in fornace olla cruda operculata luto circũ-
lita in taleolas consectum. Modus urendi donec albescat. lauatur, ut cadmia.
Oculorũ ulceribus, fluctionibusq; illinitur. Fiunt ex eo & dentifricia. Fugantur
crudi suffitu serpentes. Cum aceto deferuefactum: collutũq;, maxillarum a den-
titione mitigat dolores.

ERVCÆ OLERVM CCLXIII

e Rucęi oleribus uiuẽtes punctis ex oleo uenenatos ictus arcere credunt.

CANTHARIDES CCLXIIII

Antharides, probantur etiannum ex agro frumentario. Conduntur in
c calicem fictilem, non picatum, & linteo colligatum soluto, & candi-
do. postea suspenduntur uase inuerso super acetum asperrimum feruens:
donec per linteolum uaporentur, interimãturq; ita, deinde lino inforatæ custo-
diunt. Potẽtissimę inter oẽs uarię luteis lineis, quas ĩ penis trãsuersas habẽt: cor
pore oblongo, crassę, atq; subpingues, ut blatte. Inertissimę uero unius coloris.

BVPRESTIS ET PITYOCAMPÆ CCLXV

Imiliter & buprestis genus & ipsa cantharidũ similiter & Erucę nascẽ-
s tes in picea præparant. Atq; hę tamen torrent modice in cribro supra
halitũ cineris feruẽtis expãso. Postea reponũtur. uis omniũ generũ pro
miscua: corpus adurere: ulcerare: percalfacere: Ideo efficacissimę oẽs medicamẽ
tis ad cancros, ad lepras: ad impetigines feras. Additę molliẽtibus ciunt in lana
menses. Quidã cantharidas in antidotis mistas hydropicis dedere, qm̃ lotiũ mo
uerẽt. Aliqui existimãt, iis qui cãtharides bibissent: pẽnas earũ, & pedes auxiliari.

SALAMANDRA CCLXVI

s Alamandra lacertarũ generis, animal iners, & uariũ est. Temere creditũ non sentire flãmas. Vis exedendi, calfaciendi: exulcerandi Medicamentis inspergitur erodentibus corpora. & ad lepras, quẽadmodũ cantharides: & similiter præparat̃. Ex oleo liquefactis, & illitis corpori defluit pilus: propter eadẽ remedia interaneis, capite, Pedibusq; detractis in melle seruantur.

ARANEVS CCLXVII

a Raneus animal a quibusdã olcon, & lycos, idest lupus, uocatũ: cõdepsitus splenio, & in plagulã illitus fronti, aut tẽporibus tertianæ circuitus sanat. Textũ aranei sanguinẽ inhibet. Sũmę cutis ulcera inflãmari non patitur. Alterũ genus aranei telam cõdẽtis albã, gracilẽ, atq; pexã in pelle circũligatum lacerto ambitus quartanarum dicitur procurare. Succum decocti cum Rosaceo auribus instillari contra dolores.

LACERTA CCLXVIII

l Acertæ caput ad spicula, & ad quæcũq; infixa corporibus extrahẽda cõtritum imponitur. Tollit & formicas, & oẽs uerrucas & uaros. Inditum dentibus iecur earũ in caua: existimat̃ pręstare ne doleant. Lacerta diuulsa uulneribus scorpionũ iniicit̃.

SEPS CCLXIX

s Eps: quam aliqui lacertam chalcidicen appellauere in uino pota morsus suos sanat.

SCINCVS CCLXX

s Cincus ægyptius Nili accola est. Alius Indiæ, Alius a mari rubro affertur. Alius in Lybia Mauritanię inuenitur. Terrestris est crocodilus utiq; sui generis. Inueterantur carnes eius in nasturtio: callũ: qui a renibus sit, in uino singulis drachmis epotum inflammare cupiditates ad uenerem prædicant. Sed decocto lentis cum melle sumpto, aut semine lactucarum cum aqua inhiberi libidinis eius intemperantiam. In antidota quoq; additur.

VERMES TERRENI CCLXXI

u Ermes Terreni præcisiones neruoꝝ triti cõglutinãt, Triduoq; nõ soluũtur. Cũ adipe anserino uitiis auriũ medẽtur iniecti. Decoctũ in oleo Ius infusumq; auriculæ, cuius e Regione doleant dentes, pręstare leuamẽtũ creduntur. Ad urinas trahendas: farina eorum in passo combibitur.

MVS ARANEVS CCLXXII

m Vs araneus contra se remedio est diuulsus & impositus.

MVRES CCLXXIII

m Vs uerna dissectus imponit̃ scorpionũ plagę confessa utilitate. Infantibus tostum edisse prodest ad siccandam in osc illis eorũ saliuam.

LAC CCLXXIIII

g Eneratim lac omne boni succi, aut ualentis materiæ est: aluum mollit: Inflationes stomacho, Intestinisq; comparat. Omne autẽ uernũ æstiuo aquatius: magis uentrem soluit: quod e uiridi pabulo est. Probatissimũ uero candidum ęquali crassitudine: quodq; in ungue non diffluit: sed coalitu suo hæret. caprinum lac minus infestat aluos: quoniã pastiones: quas pecus id persequitur, maiori ex parte astringentis naturæ habentur, quercus: lentiscus: olea

Terebinthus. Ita & stomacho utilissimum est. ouillum uero scabrum: dulce, pinguissimum: stomacho minus idoneum. Aluus maxime soluitur, bubulo, asinino, equino: conturbaturq;: omne autem lac animalium, quæ aut scamoneam depauerint, aut ueratrum, aut herbam mercurialem, aut clematida: quod in iustinis montibus haberi traditum nobis est: circumagit stomachum: atq; uẽtrem. Nam capræ: quæ folia ueratri albi cum primum terra prosiliũt: inibi erosere: uomitionibus infestantur, & lacte suo fastidia, subuersionesq; stomacho moliuntur. Omne lac decoctum uentrem astringit, pręcipue cum calculis marinis, feruentibus coercetur abundantia succi elutioris. Vsus lactis ad omnia intus exulcerata, maxime fauces pulmones, Interanea, renes, uesicam. Foris pruritus cutis, papulas: malos succos in corpore consistentes. Datur cum melle crudo, & aqua modice admixta sale addito. Innocentius semper, minusq; inflat quodcũq; deferuefactũ uice simplici. Aluo liquidę: uel si ulcus intestina corripuit: auxilio est cum lapillis marinis decoctum ad dimidias.

SERVM CCLXXV

a Nnexus ẽ omni lacti humor aqueus. Serũ uocat᷑. hoc diuisũ a lacte, ualidius purgat. Datur quotiens sine acrimonia fieri deiectiones libeat, tãq̃ melancholicis, comitialibus: In lepris: elephantiis, eruptionibus, pituitę in quacũq; corporis parte.

LAC SCHISTON CCLXXVI

m Edici speciem unam addidere lactis generibus: quod Schiston appellauere. Id fiet hoc modo. Fictili nouo lac feruet: Ramisq; ficulneis recentibus miscetur, postq̃ bis, aut ter inferbuit: adduntur totidem cyathi aceti mulsi: quot heminę lactis fuere. Ita diuiditur & discedit serum a caseo. Cum feruet, ne circunfundatur: præstabit spongia e latice crebro suffusa, illataq; faucibus fidelię: Item cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita, ne quid infundatur. bibitur serum heminis per interualla singulis usq; ad quinas, Ita ut a potu: qui biberint: subinde per uices inambulent. Recens lac contra rosiones prębetur a uenenis medicamentisq; factas, cantharidum, salamandræ, buprestis, Pityocampes. herbę apollinaris: ephemeri: aconiti: dorychnii: Priuatimq; bubulum maxime ad hũc usum probatur. Collui quoq; ora exulcerata, & Tonsillas gargarissari utilissimum. Gingiuas, & mobiles dentium peculiariter asininum confirmat. Aluos etiam, si urat dysenteria, aut tenesmus: ex pecude: capra boue, decoctum cum marinis lapillis: astringit. Infunditur quoq; sincerum aut cũ ptisana hordeacea, aut succo halicę ad rosiones intestinorum ita mitigans efficaciter. Iniicitur & exulcerationibus uuluæ.

LAC HVMANVM CCLXXVII

d Vlcissimum hominis lac, ualentissimęq; materiæ habetur. Ex ipsis uberibus suctum prodest in stomachi rosionibus, & corporis tabitudine. Datur & iis: qui marinum leporem biberint. Oculo ab ictu cruore suffuso cum polline turis infunditur. Podagris Illinitur cum papauere, ac cerato. Lactis usus alias contrarius splenicis, epaticis, uertigini, comitialibus: Neruorum uitio: febres habentibus: capitis doloribus, extra q̃ purgationis gratia, ut dictum est.

ctum est, genus illud sumentibus: quod Sch iston appellari supra mox docuimus: Quidam mandauere literis Primiparæ canis lacte illito pilum excidere: quo in potum dato uenena depelli: partus immortuos eiici.

CASEVS CCLXXVIII

Aseus citra salem recẽsq; alibilis. Stomacho utilis: minime reses in cor
c pore, facilis reddi: carnes nutrit. uẽtrẽ modice laxat. Differentiæ caseo quales lacti, unde coagulãtur. aluũ sistit decoctus, expressus, iterumq; tostus oculorũ inflammationes & sugillata emẽdat impositus. Recẽtes salsi minus nutriunt. corpus emaciant. stomacho aduersantur. aluo intestinisq; alieni sunt, ac molesti. uetus aluo sistendæ accomodatur. Serum ex eo plurimo Canibus alimento est.

HIPPACE CCLXXIX

Ippacen uocamus equino ex lacte caseum. Is redolet uirus: multũq; alit:
h effectus habet: quos bubulus. Quidã hippacẽ audiũt coagulũ animalis eius.

BVTYRVM CCLXXX

Vtyrum laudatur e lacte q̃ pinguissimo, quale ouiũ est. Fit ex caprino in
b uasis crebro iactatu separato pingui: molliens id est, & oleosum natura. Ideo largius potũ exoluit aluos: & per se prodest cõtra uenena. nã si oleũ nõ fit, uicẽ eius pensat. cum Melle mixtũ infricatũq; dentitionem infantiũ facilẽ pręstat. cõmorsiones gingiuarũ & ulcera eorum in ore astringit. Foris perunctο corpus fit habitius, & feruẽtibus ulceribus, quę erumpãt penitus illesum seruatur Quod magis uirus respuit: neq; peruetus est: ad inflammationes & duritias uuluæ cõueniet: In Dysenteria exulcerationibus coli efficaciter infundetur. medicamentis ad pus mouendũ utiliter miscebit̃. priuatim supponi uulneribus ꝓdest: q̃ circũ neruos: cerebri mẽbrãas: uesicas & collũ habẽtur. uis eius replere: purgare, carnes obducere. Aspidis plagæ iniicit̃. In obsonia quoq; addit̃ ꝓ oleo: & in uncta placẽtasq; ꝓ adipe

FVLIGO BVTYRI CCLXXXI

Vliginẽ de Butyro hac forma cogito. i lucernã nouitiã butyrũ cõfundi
f to: deĩde succẽdito, adopitoq; uase fictili: cuius sũma spetiẽ fistulę habeant: infima foraminibus patescãt ut clibani. finito ita uratur: & materia priore absumpta obiter aliã sufficito: idq; sępius: quoad Fuliginis quantum uoles: reposueris. eam pẽna detergito: & utitor. Natura eius ad oculorũ utilitates siccifica, pręstrictoriaq;. sistit & fluctiones: ulceribus cicatricẽ inducit celeriter.

LANA SVCCIDA CCLXXXII

Ana succida præfertur q̃ mollissima, Item e pecoris collo, femoribusq;.
l Imponit̃ protinus uulneratis: collisis: desquamatis: liuentibus: confractis madificatum aceto & oleo aut uino. Nam sudor ipse, atq; sordes uelleri adhærens facile combibit succos: quibus immergitur: & pręterea molliendi proprietatem habet. Lanę capitis, stomachi, & quacunq; corporis parte doloribus ex aceto & rosaceo appositæ leuamentum afferunt.

LANA VSTA CCLXXXIII

Elleris cõbusti cinis inspersus crustas inducit. carnes superuacuas com-
u pescit. ulcera contrahit. uruntur lanæ purę carminatę cruda olla, ut cę-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

terræ quoq; species. in quẽ modũ fimbrias & Licia purpurarũ cremari oportet. quidã ipsis cũ sordibus detõsas carpunt, & in fictili crudo cõpositas melle pfundũt: similiterq; adurũt. Alii uericulis in figlino ampli oris uase per interualla dispositis hastulas tedę ptenues superponunt, Intersternũtq; lana pinde ut prius cõcerpta, & oleo aspsa insuccataq; sed ea tenus ne substillet: Rursus alia cremia leuiter cõponũt: & stragulũ aliud uelleris serie semp alterna cõponũt & accendũt: cinerẽq;: qui e cremiis defluit subtus p craticulã: reponũt: lauãtq; ad oculorum usus in Pocillo fictili aqua addita ualide confricantes manu, postea considere patiuntur: & aquam mutantes denuo manum contribulant: idq; tam diu, quoad illatus linguę omnino quidem non mordeat: Sed leniter tamen astringat.

OESYPVM CCLXXXIIII

o Esypum uocat pinguedo: q̃ sordidis pecudũ lanis adhęret. Id autẽ fieri hoc modo potest. capito q̃ mollissimũ uellus cũ sudore ac sordibus suis, & curatũ radicula agitato aqua feruẽti: simulq; illuuiẽ omnem exprimito in craterẽ: qui fauces latas habeat. Eodẽ aquam infundito, & ligula grãdi, resupinato, conturbatoq; uehementer, usq; adeodum spuma increscat, aut rude ligneo strenue cõmoueto, adagitatoq;: donec spuma consurgat, copiosa & sordida. Deinde marina cõspergito, & ubi consedit: pingue, quod natat: collectum in fictile alterũ transferto. Rursus in priorẽ craterẽ aquam adiungito, tribulatoq; similiter: Postea mari refrigerato spumã, & ubi resiliuit: tollito quod supernatat, idq; sepius donec pinguitudine omni abolita, sumptitataq; spumã reddere desinat materia. oesypũ ita exceptũ manu subigito glutũq; facito: & si p fricando immũditię offensant, eximito: priorẽq; aquam extillans Recentẽ affundito, & cõfricato manibus: donec linguã astringat modice, nec mordeat, oleosum & cãdidum fiat. ita tẽperatum in fictile cõponitur. omniaq; hęc in sole calido fieri pręceptũ sit Quidã pingue illud percolant: eluuntq; frigida & manibus depsant: quẽadmodũ mulieres ceratum. hoc modo albidius redditur. Alii succidã lauãt & sordes exceptas in æneo uase cũ aqua suffer uefaciunt lẽto Igni & pinguitudinẽ: quæ supernatat, colligũt, lauãtq; aqua: modo quo indicauimus: Deinde in patellam aquæ calidæ fictilẽ deliquatũ adoperiunt crasso linteo & in sole constituunt. donec recte crassescat & candidũ sit. Alii biduo demum acto mutare aquã malũt. probatio autẽ ut radiculã non prodat, ut lquor adsit, ut sordium succidarũ uirus oleat, & ut in corniculo fricante manu ex aqua frigida non liquetur: sed inalbescat, utq; nihil in eo sit durum aut concretum: quod quidem in adulterato cera, uel seuo contigit. uis inest excalfactoria: efficax replendis ulceribus: molliendisq; uitiis, maxime circa Sedem & uuluam cum Meliloto ac Butyro. Admotum in lana menses partusq; extrahit. cum Adipe Anseris, auribus & uerendis medetur. Angulis oculorum erosis, scabiosisq;: genis duris & pilo earum fluenti. Torretur uero in noua Testa, donec in cinerem abeat, pinguedinemq; amittat. Capitur & fuligo quemadmodum exposuimus ex accenso Medicamentis oculorum conueniens.

COAGVLVM CCXXXV

c Oagulum Leporis tribus unciis denarii sextiui acceptum in uino percussis a bestia salutare prȩsidium est. cœliacis & Dysentericis medetur.

profluuia mulierum sistit: & sanguinem conglobatum; aut si e pectore cruenta eiiciantur. Appositum uuluæ post purgationem conceptiones adiuuat Butyro admixto. In potu partus necat: Sumptum a Puerperio abortiuum est. Equi coagulum: quod aliqui Hippacen uocant: priuatim Aluinis & Dysentericis prodest. Eandem uim habent coagula ex Hædo: Agno: Inuleo: Dorcade: Platycerote: Dorco: Ceruo: Bubalo: Vitulo. Aconitum cum uino illata expugnant. Lacte concreto uexatis bibendum præcipiunt ex Aceto. Coagulo Inuli post redditos mēses apposito feminalibus; neq; triduum soluto prohibentur partus. Coagulum Vituli marini effectu Castorei celebre est præcipuum morbo comitiali & strangulatibus uuluæ propinatum. Probatio sit Vituli marini nec ne; ita capitur. Sumito animalis alicuius coagulum præcipueq; Agninum: & aqua perfundito: pauxillumq; uti combibat; permittito: Deinde aquam in qua Coagulum Agni maduerit: fundito in coagulum: cuius experimentum quæris. Si erit sincerum: facile consudabit; ac diluetur. Adulteratum nihil mutabit. Eximitur hoc coagulum prius; q̃ natare Catuli cum parente sua incipiant. In uniuersum omne coagulum soluta contrahit: Spissata soluit.

ADEPS CCLXXXVI

a Deps recens ex Ansere; aut e Gallinaceo citra salem inueteratus utriculis feminarum probatur: salsi aut in acrimoniam conuersi ætate uuluas infestant. Protinus igitur detractis membranas eximito & in patinam fictilem nouam coniicito capientem bis tantum q̃ sint adipes: quos curare oportet; Adoperitoq; diligenter: Deinde in solem acerrimum conferto; ut distabescat. quod subinde colliquefit: in alterum fictile corriuato: excolatoq;: Donec modus totus absumatur: postea condito locis frigidis; utitorq;: Quidam ferventi aqua fictilibus subdita operam Solis præsentant. Apud alios eundem usum exhiben t molles & lenti carbones. Alius modus est uti post uenas exemptas terantur & liquefiāt In patina exiguo salis addito: minutatim fresi: Deinde per linteum crassum effusi custodiantur. Ita curati medicamenta ingrediuntur: quę confricatis membris itinerum lassitudines & fatigationes leuant.

ADEPS SVILLVS ET AGNINVS CCLXXXVII

a Villus uero & Agninus adeps hoc genere pręparantur. Recentem & q̃ pinguissimum cape; quales semper a Renibus sunt: exemptisq; inis in aquam cœlestem copiosam q̃ gelidissimam Refrica manibus egregie atterendo; quasi extergas: Mutata demum sępius aqua in fict ile altero tanto capacius transfer: affuso aquę; quod adipem modo integat: Deinde positum in carbone leni commisce spatha: ubi distabuerit; percola linteo aqua excipiente frigida. Rursus ut extillauerit bene: manu expresso humore omni coniice in fideliam prius collutam: & perfusum aqua ut prius: atq; in prunas datum; procura ociose; ac molliter colliquescat. Mox igni detractum parumper q; ut subsidant Retrimenta; relictum in mortario colloca madefacto spongia. Simul uero totus refrixit conglaciauitq;: mortario exemptum repurgamentis detersis: quę ad hæsissent fundo; liquefieri tertio iube sine aqua. Postremo in mortarium rela tus ac recte purgatus in fictili reponitur ore pręligato locis algentibus.

ADEPS HIRCINUS, OVILLUS, CERVINUS. CCLXXXVIII

h Ircinus, Ouillus, Ceruinus reuocantur ad curam hoc modo. Ex quoq; horum acceptus lauatur primum exemptis omẽtis, ut in Suillo pręcepimus: Deinde in mortarium datur, ut remollescat: fricaturq; manu affusa paulatim aqua: donec neq; sanies amplius excernatur: neq; pinguis eluuies innatet. Sed splendidius, atq; translucidus fiat: postea in fictilem cacabum mittitur addito aquæ tanto, ut adipi humor superstet. Ita igni admotus uapore lento decoquitur: Rude miscetur: Recalfactus in frigidam ut cõcrescat, depletur rursus. fictili abluto iterum liquefit. Tum cætera: quæ supra monstrauimns: fiunt. tertio sine aqua deliquatus excipitur in mortarium madidum aspergine, refrigeratusq; ita reponitur in languncula fictili more quo axungia.

ADEPS BUBULUS CCLXXXVIIII

a Deps e boue pficitur hoc modo. renibus detractũ & exẽptis inuolucris lauãt petita ex alto aqua, tũdũtq; in mortario aspsum marina: & ubi diluerit se, cõiiciũt in fictile affuso mari, ne minus dodrãte supnatet: postea decoquũt, usq; dũ omnis aboleat odor: deinde ĩ singulas minas atticas seui denarios quaternos ceræ Tyrenicę adiiciẽtes pcolãt: ipuritateq; omni exẽpta: q̃ imo subsedit, ĩ fictili nouo cõponũt, adoptũq; quot diebus sole assiduo retorrẽdũ relinquũt. Donec & cãdor q̃situs accedat, & olacitas omnis uirosa exanimetur.

ADEPS TAURINUS: PHANTHERINUS LEONINUS. CCXC

t Aurinũ uero sic cõficis. Seuũ recẽs a renibus fluuiali unda lauas tunicis demptis: compositumq; in nouo fictili sale modico asperso liquefacis igni. Deinde collo effusum in aquam perq̃ limpidam: cum primum incipit coalescere: manibus uehementius fricas: lauando identidem crebro mutatis aquis: donec elutum recte uideatur: mox coniectum in fictile iterum decoquis affuso uino odorato æquis portionibus: postq̃ bis inferbuit, ablatum igni seuum noctem unam in suo uase conquiescat patitor. Postridie eius Diei matutino inuisis. & si Virus etiamnum obolet: decapulas in Cacabum fictile nouũ, affundisq; odoratũ uinum, & cętera: quæ præcepimus, facis. quousq; malus omnis odor expiret. Soluitur seuum & sine sale ad quasdam affectiones: quibus ille cõtrarius est: Sed quod ita curatum fuerit: minus candidum q̃ cum sale euadet. Eodem modo aguntur Pantherini pinguis, & Leonini curationes.

ADIPES ODORATI E VITULO, TAURO, CERVO, ITEM MEDULLA CERVI CCXCI

u Itulinum, Taurinum, Ceruinum, & animalis eiusdem medullam odoramentis quoq; cõdiri mos est: id fiet hac forma. Pingue, quod ad hũc usũ recipitur: uenis exemptis lauatum ut demonstrauimus: sufferuefieri debet in uino odorato, mareq; non experto: Deinde subductis ignibus nocte interquiescat: & uinum eiusdem notæ pari mensura, qua prius, accipiat. Deliquatumq; igni puriter coletur. Arabicus Iuncus addiciatur. In heminas pinguis nouenas, drachmę odoramenti septenæ poscuntur: aut si facere odoratius libeat, quadragenę floris, totidem Palmę. Totidem Casię, Totidem Calami. Additur & Asphalathũ & surculus Balsami singularibus utriusq; drachmis. Cinamomum quoq; &

Cardamomum & Nardum singulis unciis omniũ. Tunduntur uero omnia hęc, non tamen ad Scobis modum, & uino consperfa odoratissimo continentur in pruna operculato uase: donec ter inferueāt: mox exempta carbonibus noctem ut frementescāt, quiescunt: Postera die uinum eiusdem generis infunditur priore abiecto, & ad prunas repetita sufferuescere ter coguntur, nocteq; interposita & mane pingui exempto uinum effunditur. Vas imbuitur: Recrementa fundi terguntur: Iterũ colliquatur. In fine collo transmittitur, conditurq; ad usus. Eodem modo & Adeps ita ut indicatum est: curatus accendi odoramentis potest. Illud noscendum pinguia in quę facilem transitum habituri sunt odores, coercenda prius esse spissamentis quibusdam hoc genere. Quibuscunq; uino incoctis ut ferueant indito Surculum Myrthi, Serpillium, Asphalatum, Cyperum ocio se omnia & paulo hebetius contusa. In hoc usu quidam satis, habent uno aliquo ex his domare. Vbi ergo ter deferbuit: Remouetur, collaturq; linteo & odoribus temperatur, quo præceptum est ordine: Sed & alio quoq; modo Seuum astringitur. Quodcunq; acceperis, oportet esse recens, & impromiscuum sanguine, cæteraq; habere commemorata nobis sæpius. Tunditur hoc & in fictili nouo componitur Vino albo uetere odorato affuso, ita uti semipedem contegat, deinde concoquitur tepore leui, donec genuinum uirus obliteretur. Vini odore concepto: mox igne summoto refrigeratur: & in. P. bina pinguis exempta in patellam acetabula. xvi. uini eiusdem mittuntur, adiiciendo loti eius, cuius lignum ad Tibiarum cantus expetitur, Fructus libras quaternas tusas: Postea iterum coquitur lente, agitaturq; sine fine: donec seuosus ille pedor exalet, abolescatq; omnis. Emittitur deinde per collum, Refrigeraturq;. Tum Asphalathi tusi. p. i. Amaracini floris. p. iiii. Vino uetere accepto confundunt: & interposita ebibendo succo nocte, In Laguncularn fictilem nouam congiorum ternum: Postridie omnia hæc transfundunt, Seuumq; coniiciunt, & congium semis uini, sufferuefaciuntq; una, quousq; spissamentorum uires & odor in adipem transeat. Postremo exemptum liquant igni, excolantq; ac reponunt. Q đ si odoratius facere collibuerit: octo denarios Myrrhæ q̃ pinguissimæ uino diluunt q̃ maxime annoso, superinfunduntq;.

ADIPES GALLINACEORVM ET ANSERVM CCLXXXXII

Gallinâceorum & Anserum adipes conduntur odoramentis hoc pacto. curatis his ex utrolibet heminas quatuor capiant & in fictili cõditis misceant. Erysisceptrum Xylobalsamum, Palmam i Abietem: Calamum. tusa hæc, sed non ad scobem oportet esse: duodenasq; drachmas e singulis addito uini ueteris Lesbii cyatho: deinde in pruna sufferuefaciant ter: postea eximãt patiãtur q; noctem & diem bene refrigerentur. postridie liquefaciant: & per linteum crassum & candidum exprimant in fideliam mundam. ubi refrixerit: concha exceptum in fictile transferant nouum arctissime præligato ore: locis frigidis: atq; omnia hæc hyeme faciant: quoniã pinguia p̧ calores ęstatibus addẽsari nõ possunt. porro aliqui ut facilius cõsistãt hæc atq; coagulẽtur: admiscent tyrenicę cerę momẽtũ. eadẽ ratio cõmẽdandi odoribus & suillũ ursinũ, & cęteros adipes sit.

ADEPS SAMPSVCHINVS CCLXXXXIII

c Oncinnãtur & e Sampſuco pinguia hoc more. In libram ſeui bene curati (ad quem uſum præfertur e Tauro) Sampſuchi recẽtis & diligẽter cõfractæ pondo ſemiſſem inferto: offaſq; facito large uino conſperſas, deinde confractę in uaſe componito, adopertaſq; patitor nocte una conſudent. mane coniectas in fictile affuſa aqua leuiter coquito. ubi halitus omnis euanuit, percolato, recteq; obturato. & integram noctem conſidat, relinquito. Poſtridie reſerto paſtillum & ſordes imi fundi extergito. Iterum meiuranam miſceto, contuſam menſura qua prius: ſimiliterq; in offas digerito: & cætera: quę tradidimus facito. Meminiſſe autem oportet: in quocunq; pingui, ut decoctum, colatumq; ac ſordibus fundi detractis collocetur, aquiloniis, alſioſiſq; regionibus.

ADEPS ANSERI: GALLINACEI: VITVLINI CCLXXXXIIII

p Ingue Anſerinum, Gallinaceum, Vitulinum, & cętera quę non ſunt curata, ne computreſcant: hoc modo cuſtodiuntur. recens detracta lauito bene: per cribrũ in umbra refrigerato exareſacitoq;. ſiccata in plagulam candidam mittito, utraq; manu fortiter premito: linum infigito. locis opacis appendito. Poſt dies aliq̃ multos ſegeſtribus e charta noua includito frigidis conclauibus. Eadem incorrupta ſeruantur in Melle.

ADIPVM MEDICINÆ CCLXXXXV

Hic sunt errata quę a Gal.o notant: cap. de pinguedine ii.o de simpl: m. fac:

o Mnium adipum ſeuum modice aſtringit, Item bubulum uitulinumq;: quibus & leoninum affinitate inungitur Aiuntq; hoc amuletum eſſe cõtra mala medicamenta inſidiantium. Elephantinum Ceruinumq; fugat ſerpentes illitum. Caprino ſeuo aſtrictioria uis maior: ideo cum polenta coctum & ſemine fruticis excoriarii & caſeo dyſentericis datur: cum ſucco uero Ptiſanę, clyſteribus infunditur. Sorbetur ex eo iuſculum phthiſicis. Sumitur ſalutariter & ab iis: qui cantharidum potu periclitentur. hircinum ſeuum ui pollet q̃ maxime diſcuſſoria. cum fimo Capræ impoſitum atq; Croco podagricis prodeſt. huic Ouillũ effectus pares habet. Axungia ſuilla medetur uitiis ſedis & uuluæ: ignis combuſtionibus inueterata excalfacit, mollit tanto utilior quanto ſit uetuſtior. cum uino abluta compunctionibus laterum conuenit: ſi cum cinere colligatur: & calce uiuo. Itemq; ad tumores: inflammationes & fiſtulas. Aſininum concolores facere cicatrices traditur. Anſerinum & Gallinaceum ad muliebres uſus confertur. labiis, ſi ſint aliqua parte rupta illinitur. utroq; uero aptiſſime utuntur ad cultum in facie mulieris: & aurium dolores. Adeps urſinus fertilis pilo ad alopecias emẽdandas illitus perniones tollit. Vulpinus aurium dolores ſanat. pingue fluuiatilium piſcium aciem excitat: ſi protinus a ſole: quo diſtabuerit: perungantur oculi Melle addito. Viperinum hebetioribus oculis utile eſt & contra ſuffuſiones cũ Cedria: Melle attico & olei ueteris pari portione. pilos alarum euulſos ſincerum & recens illitum in ueſtigia euulſorum renaſci non patitur.

MEDVLLÆ ANIMALIVM CCLXXXXVI

m Edullarum laudatiſſima eſt Ceruina: Mox Vitulina, dein Taurina. Caprina: Ouilla. Colliguntur omnes Æſtate præcipiti & Autumno proxima. Namq; aliis temporibus ſuffuſę inueniuntur cruore & tanq̃ friabi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

les quędã in ossibus carunculæ est, alioquin nec facile dignoscantur sincerę: nisi quis exemptas a se ossibus contempletur ipse ac reponat. Omnes molliunt: soluunt excalfaciunt, curant, explentq; ulcera. Non feriunt serpentes cerui medulla circunlitos. Reuocantur ad curam recentes subactę, quemadmodum adipes perfusę aqua ossibus detractis expressæ per linteum sępius lotę quoad dum aqua sordibus profligatis candida, puraq; influat: Postea uase dupondiario liquefactæ retrimentisq;: quæ supernatant: pinna detersis: colatæ in mortariolum: & postq̃ alsere, figlino uase nouo compositæ: purgamentis, quæ subsedissent: abrasis. Si quis uero inueteratas sine curatione omni habere uoluerint: obseruãda ei: quæcũq; in adipem anserinum & Gallinaceum præcepimus.

FEL ANIMALIVM CCXCVII

t Ile medicinis & animalium fel. Curatur omne recens, Pręligato eius ore lino: demissum in feruentem aquam, contentumq; inibi, q̃diu quis decursionem stadiorum trium exigat. Deinde siccatum sine sole: nec humidis locis: ad oculorum medicamenta religatum lino & in melle conditum uitreis pocillis suspenso, circumactoq; eiusdem lini capite faucibus uitri: deinde operculatum repositumq; ita Omne fel mordet: excalfacit, plus minus, pro ut animalium differentię sunt. Pręstantissima in effectu existimãtur e scorpione marino, e pisce, qui callionymus dicitur: e Marina testudine: ex hyęna: perdice, aquila: gallina alba: Capra syluestri: Peculiariter cõtra suffusiones incipientes argemas, caligines asperas palpebras, Ouillum: Hircinum: Suillum: Vrsinum: Taurinum cui & uis pręcipua: faciles reddunt egestiones per aluum maxime puerorum: si quis fimbriam uestis ex felle intinctam admoliatur ano. Taurino cũ melle anginas illinimus: Idem fel sedis uitiis pręclare medetur, rimasq; in parte perducit ad cicatricem. Auribus: quę suppurent: infunditur: In ea parte rupta cum lacte Caprino, aut mulieris efficaciter sanat. In tinnitu cum succo porri perluimus. Placer additum & in uulneraria emplastra & circũlitiones contra Serpentium morsus Thoracis ulceribus: phagędenis: uerendorum & scroti doloribus cum melle, Ad lepras etiannum & furfures cum nitro, & cimolia terra infricatur profectu maximo. eadem omnia ueruecinum hoc est ouillum, ursinumq; pręstant: sed languidius. Vrsinum comitialibus delingendum offertur. Fel testudinis prodest aduersus anginas & nomas infantium in ore. Comitialibus inditum naribus, Capręsyluestris felle sanantur lusciosi: quos nyctilopas appellant. hircino quoq; utilitas eadem est. Tolluntur eo faui, & uerucosa elephantiarum. Suillum quidem priuatim ulceribus aurium & ad cęteros omnes usus assumitur.

SANGVIS CCXCVIII

s Anguinem anserinum: hędi: anatis salutariter miscent antidotis. Palũbi: turturis: columbæ perdicis ictibus oculorum recentibus: lusciosis: suffusionibus sanguinis illinunt. Columbinus eruptiones sanguinis e cerebri membrana suspendit. Ex hirco: Capra: Ceruo Lepore inassati: & protinus a sartagine cibo sumpti dysenterias & uentris fluctiones sistunt. Cum uino accepti potu aduersantur toxico sanguine Leporis tepido, ut est exemptus: uitia: quę discolorem faciunt cutem emendant. Lentigines abigunt. Ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ninus in potione proficit: percussis a rabioso cane: Item cōtra toxica. testudinis terrestris comitialibus traditur prodesse. Testudinis marinæ cum uino & coagulo leporis & cymino: bestiarum ictibus resistit, & ranę rupetæ: si quis hāc hauserit uenenis. Taurinus sanguis duritias discutit, atq; mollit impositus cum polenta. Ex admissario equo medicamentis emarginantibus, ulcerantibusq; miscetur. E chamæleonte illitus creditur pilos genarum detrahere: idem præstare narrant Ranarum uiridium sanguinem. Feminarum uirus menstruum inhibere uidetur conceptus perunctis omnino ue supergressis mulieribus. uexationes podagræ ignesq; sacros leniri eodem affirmant.

FIMVM CCXCIX

Rmentarię atq; in agro pastę bouis fimum recentem ad impetus uul-
a nerum mitigandos imponimus: excalfactum in foliis cinere: quo modo & coxendicis dolores foueri utilissimum. Illitus cum aceto, duritias strumas & panos dissoluit. idem e mare boue mulieribus prodest suffitu cum procidunt uuluæ. Fimus incensi culices abigit. Fimo caprarum, priuatimq; montanarum, ex uino Regius Morbus curatur. Cum specie uero aliqua ex odoratis menses cientur. partus eiiciuntur. Farina sicci cum polline turis in lana profluuium mulieribus sistit. Cum aceto eruptiones alias sanguinis. Cinerem cremati cum Oxymelite, aut aceto: si quis illinat alopecię adoperiet areas pilo. Cum posca podagris inspergitur. Cum uino aut aceto incoctum superimponitur ictibus serpentium: ulceribus: quæ serpunt & ignibus sacris & contra parotidas. Quin & Ischiadicos uri sub pollicibus parte caua, brachialiq; propinqua utillissimū lana ex oleo substrata & fimo feruente super imposito singulis baccis: donec sensus per brachium subiens descēdat ad coxendicem: doloremq; tollat. Quod quidem genus medicamēti Arabicum appellatur. Ouillum cum aceto illitum, epinyctidas sanat: clauos: Thymia & uerucas. In rosaceo cerato exceptum medetur ambustis. E sue syluestri aridum ex aqua uel mero in potu sanguinem eiectantibus prodest: & laterū doloribus uetustis. ad rupta, conuulsaq; bibitur cū aceto. collectū uero in cera ex unguine Rosaceo eluxatis medetur. Asininus, equinusq;, sanguinem erumpentem coercet, crudum, crematumq; aceto admixto. E fimo gregarii & herba pasti sicco exprimunt succum in uino & bibi mire percussis a scorpione prodest. Columbarum fimus urentior cum farina Hordeacea ex aceto strumis adhibitus discutit. Subactus in melle oleo & lini semine rumpit carbunculos: sanat ambusta. Gallinarum fimo idem usus, q̄q̄ ignauior. alioquin prę clare uenena fungorum astringit & cruciatus coli cum aceto aut uino potus. Morbo comitiali ciconiarum fimum ex aqua bibendum censent. Vulturis fimo incenso fœtus expelli traduntur. Murinum tritum & illitum cum aceto alopecias replet. Ad calculos reddendos admixto turis polline atq; mulso diluitur in potum. Aluum ciunt muscerdæ infantibus subditæ pro balano. uentris incontinentiam inhibent sordes caninæ sub syderis æstus collectæ adarefactæq; in uino uel aqua sumptæ. Humanum fimum recens appositum uulnera inflammari non finit, obiterq; agglutinat. eiusdem siccati puluere anginas cum melle sanari est traditum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

CROCODILEA CCC

c Rocodilea(sic.n. Terrestris crocodili fimũ appellant)Malas rubescere,nitoreq; custodiri faciẽ illinentiũ cõstat.optimaq; est:quæ candidissima & friabilis minimeq; ponderosa,similitudine amyli,& humore affuso celeriter se diluens & cũ terat̃,subacida & fermẽtescens odore.Adulterãt fimo sturnorũ:quos captos oryza obescãt:tã similibus excremẽtis ut uenẽat pro uero. alii amylo,aut cimolia modice colorãtes anchusa effundẽtesq; cribro solutiore tabellis excipientibus:dein siccãtes specie uermiculorũ.Canis & hominis excremẽta:quę inaruerint,cũ melle mixta & gutturi applicata cõperimus anginis mederi nunq̃ fallente cura.

VRINA CCCI

u Iperarum ictus efficacissime curari produnt hausta a percussis ipsorum urina:quo modo & uenena quoq; oĩa debellari placet.Aduersus aquam intercutem morbo incipiente suum cuiq; lotium auxiliatur bibẽti. Eodem plagas foueri utilissimũ ab echino marino factas, scorpioneq; ac dracone pariter marinis.Morsus Canis canina perfundi:lepras & corporis pruritus nitro addito cõfricari.Efficacior ea quãto sit uetustior:ulcera capitũ:furfures:papulas:prurigines,nomas præcipue genitaliũ suspendit. Prodest & contra pituitas aurium,uermiculosq; decocta in malicorio.Impubiũ puerorũ urina sorbetur ab orthopnoicis contra obscuritates,argemata:cicatrices in aheno decoquitur cum melle. temperatur urina inuestium puerorum & Cyprio ære ferrumen agglutinando auro necessariũ.in urina quod subsidit,id illinere ad sacros ignes prodest.Inferuefactum cũ Cyprino, & admotum locis dolores in ea parte mitigat.Intermortuis strangulatu mulieribus leuamentũ præstat. Palpebras repurgat:cicatrices emendat oculorum.Eadem ratio urinę in medicina ex apro.peculiariter frangit calculos uesicæ,eliditq; in potu sumpta.hydropicis:quibus corpus inæqualiter tumet: auxiliatur urina caprarũ cũ spica nardi singulis matutinis & aqua cyathis duobus data in potus. Vrinã.n.detrahit ꝑ aluũ. Medetur & auriũ doloribus instillata.Lotiũ asini prodesse dicit̃ iis:quos renes male habent.

LYNCVRION CCCII

u Rina Lyncũ bestiarũ:quã Lyncurion uocant:simul egesta est, Solidari credit̃ in lapidẽ.Proinde superfluo medicinas ex eo cõminiscunt̃. quãdo quidẽ nõ sit alia res a succino:quod quidã electrũ appellauere cognomento pterygophoron.Potum hoc in aqua stomachi uitiis:& alui fluctionibus medetur.

MEL CCCIII

p Rima melli auctoritas atticæ Regionis Hymetto mõte.secũda insulis cycladibus:& Sicilię quod Simblion uocamus.Maxime autẽ laudabile est:quod dulcissimũ gustuq; cõpungente odoratũ: subrutilũ:nec succo liquidũ:Sed ponderosum tactu prętenuia fila mittẽs atq; ualidũ, & cũ trahat̃, neq; abrũpentibus se,neq; resilientibus guttis:sed digitũ uersus quasi reciprocãtibus.natura eius abstergere:pręclusa resoluere:humores exalto arcessere:Ideoq; ulceribus sordidis & ꝓfundis ifundit̃.Decoctũ impositũ carnibus:quę abscesserint pro glutino est.cũ alumine liquido incoctũ & illitũ impetigines sanat.Ad sonorẽ auriũ & dolorẽ cũ sale fossili terit̃ instillaturq; tepefactũ.Lẽdes & fœda ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ptiis aīalia infricatū necat. Glandem coli nudam utiq; cui naturale id est, non cui quarūdā gentiū more circūcisus sit: mollito ita præputio cōtegit: maxime si statim a balneo id agatur dierum triginta continuatione. Oculorū obscuritates & offensantia pupulas discutit. faucibus: tonsillis anginæ utilissimum: inunctione: gargarissationeq; cit urinas. Tussiētibus datur & a serpēte cōmorsis. aduersus papaueris potū cū Rosaceo sumitur sorbitione calida. fungorū uenenis: & canum: qui in Rabie momorderint: linctu uel potu monstratur in remediis: crudo inflatur aluus: Tussis accenditur: quo circa usus despumati semper aptior. Pręcipua bonitas uerna mellatione: sequens ęstiua cōuecto: hyberna uindemia crassulentum eximitur, & concretius minime laudatum, & obolens rhitacen.

MEL SARDOVM — CCCIIII

In sardinia quoq; mel nascitur asperum gustu: quod pabulo euenit absinthii. enascentes in facie molestias, neuosq; tollit.

MEL PONTICVM — CCCV

aLiud genus heraclię in Ponto ex annona mellis: quibusdam annis perniciosissimum flore quarūdam herbarū contracta nocendi proprietate. Qui edere, tentant̄ excessu mentis: & difluunt sudore. In remedio salsamenta, mulsum & ruta: si reiiciantur, crebro sumpta. uenenati notæ sunt: odor acer, & alienus, sternutamētaq; ptinus mouens. Feminarū cutē emēdat cū costo sugillata e sale.

SACCHARON — CCCVI

sAccharon appellatur glaciati mellis genus: quod in India prouenit, & Arabia: quæ fœlix cognominatur collectū in Arundinibus: & saliū modo cōcretū: & dentibus fragile. uetri ac stomacho, si soluat̄ aqua & bibatur: idoneū est. Vesicæ uitiatæ prodest & renibus. Oculoꝝ obscuritates inunctione detrahit.

CERA — CCCVII

cEra optima colore fuluo: subpinguis: odorata: & modice refens halitū mellis & pura. Natione autem Cretica uel pontica. proximus locus exalbidæ cui naturale id sit: nec quęsitus arte candor pręinguis. Cādida porro Cera sic fiet. Vnguiculis scalpitur flos ipsa id est candidissima quæq;, ac purissima: coniiciturq; in fictile: quod nouum sit: quodq; marinam habeat, quātum sit satis, petitam ex alto. Mox ita decoquatur exiguo nitri addito: donec bis inferueat aut ter. Dehinc uas ipsum refrigerāt: massa eximitur: sordes: quæ circū obhęserint: effingūtur. Rursus affunditur marina & coquitur: ubi deferbuit modo quo prius carbone subducto: ollę nouę fundus immittitur madidus frigida Libramēto manus adhibito, ne qua parte desidat in ceram: sed summa eius ęqualiter quasi corradat. Si quidem ad contactum illum sequetur exiguum quiddam, celeriusq; ita coagulabit̄. Inde primo glomere deterso fundus idē suffusus aqua demittitur secundo, Idq; tam diu dum totus modus aboleatur: deinde in Rotulas digestam filo per interualla suspendunt & sub diuo siccant interdiu sole, crebro refrigerātes aqua: Noctu sub lunā, quoad cādor placeat. Candidissima uero fit post insolationē etiannū recocta. Quidā pro aqua marina in salsilagine decoquunt q̄ asperrima uice simplici, sumūq; altera: tū eximūt lagūcula tenui & rotūdā ansam habēte, coactāq; in orbiculos substratu herbę prędenso: cōtinēt ī sole:

donec q̃ candidissimima euadat. pręcipiũt uerno hęc agi languidiore tũ sole, ac defluuium quoddã aspergnis præbẽte: ne globuli distabescãt. Omnis cera excalfacit, mollit, Repletq; quadãtenus. Datur in sorbitione dysentericis. Decem ceręgrana milii magnitudine deuorata non patiunt colostrari lac nutricibus.

PROPOLIS CCCVIII

p Ropolis capienda: quæ flauescat, & odorata, styraceq; præferens. Item quæ in præarido lẽtescat & subigi facilis sit: mittatq; fila, cũ trahit mastiches modo, excalfacit ualde: aculeos & omnia infixa corpori extrahit. uaporatio eius excepta ore tusses ueteres finit. Apposita impetigines tollit. Inuenitur hæc circum ora mellariorum natura persimilis ceræ.

TRITICVM CCCIX

t Riticum sanis corporibus laudatissimũ: quod recẽs sit, Perfecteq; adoleuerit, colore in luteũ uergente. Ab hoc trimestre, quod a quibusdã Sitaniũ uocatur. Crudũ si deuorauerit aliquis, tineas sentiet rotũdas. Cõmanducatũ protinusq; ab ore impositũ morsibus canis: inter auxilia ostenditur. Simila ex tritico fit: Panis ex ea plus alit q̃ syncomistos uocatus. Leuiorẽ cibũ & reddi faciliorẽ sitanius prębet. Farina triticea, neruoꝝ, rheumatismis, & inflationibus intestinorũ cũ succo appollinaris herbę illinitur. Cũ aceto mulso lentigini. Furfures cũ aceto aspero decocti luxuriantes ac rigentes Lacte mãmas coercent. Iidem pollẽt ad uiperarũ morsus & tormina. Fermẽtũ e farina triticea, uim obtinet excalfactoriã: extractoriãq;: priuatim callos in planta pedũ nascẽtes extenuat: & alia tubera. Cũ sale uero furũculos cõcoquit, atq; aperit. Trimestriũ farina imponitur cõtra ictus uenenatoꝝ. Ad crassitudinẽ glutinis decocta prodest sanguinẽ excreantibus linctu. Eadẽ tussibus confert & arteriis exasperatis decocta cũ butyro & menta. farina in pollinẽ subacta, decoctaq; cum aqua mulsa, uel aqua & oleo discutit inflãmationes oẽs. Panis cũ aqua melle coctus & crudus mitigat Impetus collectionũ emolliendo efficacissime, atq; obiter refrigerando: si herbis quibusdam & succis admisceatur. Inueteratus & obaridus comitatu quarundam rerum: Sed & sincerus quoq; sistit aluum citam. Recens e muria impetigines ueteres illinit. Gluten e similagine, atq; polline Molari: quo glutinandis libris chartariæ officinę utuntur: sanguinem excreantibus datur, elutius & tepidum sorbendum singulis cochlearibus.

HORDEVM CCCX

h Ordeum optimum, quod candidissimũ, atq; mundissimum, minus ualentis materiæ q̃ triticum. Ptysana hordeacea magis alit, q̃ polenta ex eodem: quoniam hordeum coquendo succulentum fit. Ptysanę usus ad acrimonias prodest, & arterię scabræ exulceratęq;. Fit & ex tritico ptysana utilis ad eadem maioris tantum alimenti, & ad urinas ciendas efficacioris. Hordeacea ubertatem lactis facit incocto feniculi semine. lotium: quibus ægre & euocat: interaneaq; abstergit: inflationes molitur, & stomachum lædit. Tumores concoquit. Farina ex hordeo si coquatur in mulsa aqua, & fico sicca, collectiones impetusq; discutiet. Cum pice: Resina, & columbarum fimo duritias suppurat: cum sertula campana, & papaueris capitibus leuamentum est ad lateris do-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

lores. Cum lini seminibus, Ruta, & fenogręco ad tumores intestinorum. Ad strumas cum pice liquida, oleo, cera. Impubis pueri urina. Ad proluuiem uentris cũ myrto uel mero, uel piris syluestribus uel Rubo, uel malicorio. Ad inflammationes podagrę cum cotoneo aut aceto. Ad lepras decoctam cum aceto acri, quẽadmodum & cruda solet: superimponi calidam pręcipiunt. Dilutam & in succatam aqua & in oleo ac pice coctam ad extrahendas suppurationes. Subactam cũ aceto & decoctam cũ pice ad Articulos: qui pituitæ fluctionibus patiantur. Polenta: quę fiat ex hordeo aluum sistit, & impetus rubicũdi Tumoris.

ZYTHUM CCCXI

f Iunt & potus ex hordeo resoluto aqua. Zythum appellauere. urinas impellit: sed renes: neruosq; afficit. Maxime uero membranas cerebri & omenta: quibus inuoluitur tentat. Flatus quoq; aggenerat, malosq; succos. Elephãtiasin cõtrahit. perfusum Zytho ebur obsequiosum & tractabile. operi.

CURMI CCCXII

e Xordeo cõstat, & qđ curmi noĩauere. ipsum quoq; ꝑ uino in potus accõmodatũ dolores capiti afferens & nocẽtis succi: neruis infestũ. Hispania quoq; occidẽtalis & britania ex tritico similes potus excogitauit.

ZEA CCCXIII

s Eminis, hoc est zeæ species duę. Altera simplicis grani. Altera gemini & duobus armamẽtis inuoluti: ob id dicoccos cognominata. Semẽ in panificio alimonia est maiore q̃ hordeum. Minore q̃ triticum.

CRIMNON CCCXIIII

c Rimnon pars est crassulenta farinæ tritici atq; Zeę. Puls ex eo fit egregie alibilis: & quę perficitur ex facili. e Zea uero aluũ contrahit: in quẽ usum torretur ante.

OLLYRA SIVE SILIGO CCCXV

o Llyra eiusdẽ cuius & Zea generis habetur minore dũtaxat cibo. Fingitur & hęc in panem. Ex ea quoq; conficitur crimnon.

ATHERA CCCXVI

a Theram appellauere Medicamentum e Zea in subtilem formam emolita, & in sorbitiones decocta pultecule modo elutioris: infantibus utilissimum: sed & adultos illinunt eo.

TRAGOS CCCXVII

t Ragus aspectu persimilis est chondro: sed inferior longe Zea in alimẽto est: quoniam multum retinet in furfure: ideoq; deiectu in cibo difficilis: Aluum: quæ substiterit molliens.

BROMOS SIVE AVENA CCCXVIII

a Venę genus est bromos folia & stipula triticum imitatur. herba geniculata in cacuminibus dependentes habet paruulas ueluti bipedes locustas: quibus includitur semen, utile ad cataplasmata, perinde ut hordeũ. Puls Auenacea efficax aluo cõstituendæ. succus ex eo tussiẽtibus ꝓdest sorbitiõe.

ORIZA CCCXIX

o Riza frugis & ipsa genus uliginoso & palustri solo proueniẽs. Alit mediocriter:

diocriter:uentremq; supprimit.

ALICA SIVE CHONDROS CCCXXXVIIII

Hondros fit e Zea:quam nominauimus Dicoccon ex argumento du=
c plicis grani, ualentioris cibi, & ad continendam aluum utilioris & sto=
macho quoq; commodioris q̃ Oryza. Illinitur lepris cocta cũ aceto &
unguibus scabris & ægylopię incipienti. succus decoctę infunditur dysenteri=
cis dolentibus.

MILIVM CCCXXXX

Enchros id est, quod a Romanis Milium uocatur, formatum in panem
c ex aliis frugibus minimo alimento est. In pulte aluus sistitur: urina pelli
tur. Discutiuntur tormina:in quem usum torretur, & excalfactum in sac
co ponitur:qua forma & aliis quoq; doloribus p uaporandi sint, salutaris habet'.

PANICVM CCCXXXXI

Lymos alii Melinem. Romani Panicum. Inter cerealia & ipse dignatio
c nem suam sortitus. similitudinem obtinet Milii. Defingitur in cibos ut
milium effectus habet: quos miliũ:minus tñ alibile est. minus astringit.

SESAMVM CCCXXXXII

Esama stomacho inutilis cibus:& animę grauitatem facit. reliquiis sub
s sistentibus inter dentes. pituitę crassitudines:quę in neruo coierint:dis=
soluit. aurium fracturæ, inflammationiq;. illinitur & ambustis:dolori=
bus coli & serpentis Cerastæ morsibus resistit. capitis dolores: quos ęstus excita=
uerit, discutit cum rosaceo. Eadem efficit decocta in uino herba. amplius hoc epi
phoris oculorũ imponitur & doloribus. ex ea quoq; fit oleũ:quo utũtur ægyptii.

LOLIVM CCCXXXXIII

Era, uel Thyaros:quod Romani Lolium appellant. Nascitur in triti=
a cea segete. Molitum nomas circumscarificat, & ulcera putrescentia &
Gangrenas salibus mixtis & Rhaphano. Impetigines syluestres. & Le=
pras cum Sulfure uiuo impositum & aceto sanat. eadem farina Strumas in fimo
columborum & lini semine decocta in uino exoluit. difficiles pãnos & suppuran=
tias perrũpit. Medetur & Coxẽdicum doloribus cum aqua mulsa, & illitum. cum
polẽta uero aut Myrrha, aut Croco, aut Ture conceptiones suffitu adiuuat.

AMYLVM CCCXXXXIIII

Mylum appellatur ab eo qđ sine mola fiat. optimum ex Trimestri. Ma=
a xime laudatur Creticum, Ægyptium. purgatur Sitanium & madescit
aqua dulci quinquies in die mutata, melius si fieri potest & noctu. Emoli
tum atteritur pedibus sed non anteq̃ summa teneritas constet, Effuso prius hu=
more tam diligenter ocioseq;, ne quid cremoris cum aqua effluat. Deinde infu=
sa aqua iterum confricatur denuo & furfure:qui supernatat ligulis perforatis ex=
empto:Reliquum percolatur:mox linteo aut sportis siccatum obiter tegulę in=
funditur nouę:Atq; ita calidissimo in sole densatur:alioquin breui acescat madi=
dum relictum:Fluctiones oculorum inhibet. ulcera caua sanat. Item pustulas. da=
tur in potu iis:qui sanguinem reiecerint pręsertim ex arteria. Miscetur & lacti:&
obsanandis plerisq;. Amylum & e semine fit:quod appellauimus Zeam:macera=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

to aqua die uel biduo, & axungiæ instar expresso manibus & acerrimo in sole sicca to ut prius. hoc genere amyli ad medēdū nō utūtur. ad cæteros usus conuertunt.

FENVM GRÆCVM CCCXXV

t Elis alii Carphos, alii Buceros: alii Ægoceros: alii Ceratis, alii Lotum: Romani Fenogręcum: Ægyptii Itasin uocant. Farinæ uis emollire: dif fundere: cum aqua & melle decoctis subacta collectionibus foris: & in tus illinitur. Splenem addito nitro & aceto imposita extenuat. Succus decocti fe minarum pluribus malis subuenit: Siue duritia, siue tumor, siue cōtractio sit uul uæ: Fouētur: Insidunt. Ius decocti aqua expressiq; furfures corporis & capillum & ulcera capitis manantia expurgat. cum Adipe anserino in lana subiicitur mu lieribus ad moliēdos earum locos, aut si præclusi sint, Resoluendos: uirens ex ace to torpentibus locis, exulceratisq; conuenit. Tenesmum & grauëolentiam sedi menti in Dysentericis decoctum eius emendat. Oleum ex Fenogræco exterit ca pillatium cum Myrto & genitalium cicatricibus medetur.

LINVM CCCXXVI

l Inum quidam Linocalamis. aliqui Annon. alii Linon agrion. Romani Linomurum. siue Linum agreste appellauerunt. Punici Zeraphœst. No ta res. semini eadem natura: quę Fenogræco, discutiendi, emolliendiq; inflammationes omnes extra & intus: decocto cum Melle, Oleo & aquæ paruo, aut collecto in melle: quod sit coctum. Vitia mulierum cutis & uaros emendat in facie cum nitro & lixiuia ficulnea illitum crudum. Parotidas quoq; & duritias dis soluit. serpere ulcus in uino decoctum prohibet. Fauos quoq; detrahit, atq; un gues scabros cum melle, ac pari modo Nasturtii. Semine fiunt & eclegmata ex trahendis a pectore Pituitis, finiendisq; tussibus, cū melle, ac Pipere. accepta pla centę modo cupiditates ueneris in cibo copioso accendit. decoctum eius ad ro siones intestinorum & uuluæ infunditur: & ad alluū exonerādā. Feminæ succū de cocti contra inflammationes suas insidunt, eodem profectu, quo Fenogręci.

CICER CCCXXVII

c Icer satiuum in aluo proficit. urinas molitur. Inflationem contrahit. co loris hilaritatem facit. Menses partusq; trahit. Lac in cibo nutricibus gignit: decoctum cum eruo collectionibus testium: formicis: psorę: li chenis: ulceribus capitis erumpentibus: cancris: & iis: quę cacoethe nominan tur, cū melle, hordeoq; illinitur. Arietinum uocatur alterum genus eius. utrunq; appellat urinas: eoq; ius decocti cum Rosmarino emendat hydropicos, Regi uumq; morbum. Ledunt omnia. hęc genera exulceratam uesicam & renes, ueru carum in omni genere prima luna. singulis granis singulas tangunt. eaq; grana in linteolo deligata abiiciunt post se. Ita fugari uitium arbitrātes. Cicer & sylue stre est foliis satiuo simile, odore graui. discrimē in semine. facit ad quæ satiuum.

FABA CCCXXVIII

f Aba nostri Orbis spiritosa inflansq; est. pertinax concoctu. Insom nia prębet imaginosa & mala. sumitur contra tusses. Augetur fabarum esu corpus. Decoctæ in posca cum suis fabalibus dysenterias cibo, flui tionesq; alui compescūt: uomitiones inhibet. Redduntur innocētiores, minusq;

inflāt priore aqua dum coquitur: mutata uirens infensior stomacho, pluresq; flatus contrahens. Lomento per se lito, aut cum polenta inflammationes incussionum plagarumq; arcet. cicatrices ad colorem cęteri corporis reducit. coagulationes & abundantias lactis & impetus rubicundos mammarum extinguit. parotidas sugillataq; ac liuores oculorum melle addito. & farina Siliciæ discutit cum rosa & oui candido & Turis polline procidentibus oculis: Tumoribus staphylomatisq; imponitur. Dilutum cum uino suffusiones & ictus in eadem parte sanat. Commanducatæ sine corticibus imponuntur fronti ad reclinandas pituitæ fluctiones. Sicut in uino decoctæ ad testium tumores. Illitæ puerorum imo uentri glabellos diu & raripiles custodiunt. uitiligines exterunt. cortices in uestigia illiti euulsorum pilorū, gracilentes eos, & uescos renasci cogunt. cū alumine scissili & polenta & olei uetustate discutiūt strumas. decocto earum & lanę tinguntur. putamine ablato eruptiones sanguinis factas ab hirudinibus reprimunt. In quem usum dimidiantur, qua naturaliter cohęrēt, atq; ipsa dimidia iubent applicari.

FABA ÆGYPTIA CCCXXVIIII

f Abam Ægyptiacam nonnulli appellare malunt pōticam. plurima hæc in Ægypto prouenit. Nascitur & in Syria Ciliciaq; in lacustribus. Folia eius latissima, etiam si arboreis comparentur. Lōgitudo cubitalis scapo amplissima: crassitudine circiter pollicari Simile caput Papaueri: colore roseo: Sed duplici magnitudine. Quod ubi defloruit uesparia fert similitudine quasillorum in quibus Faba operculo suo exerta leuiter extuberat bullantis ampullæ modo. Vocantur & ciborium aut cibotion ex ratione satus, quasi arculam interpreteris quoniam madefacto luto condita demittatur ita in aquam radix arundini similis, uerum pleniuscula. Incolarum cibus cruda & cocta: cui priuatim nomen est Colocasion. Faba ipsa Estur quidem omnino & uirens: Sed siccata nigritiam contrahit & efficitur maior, q̄ uulgaris. Natura eius astringere: Stomachum iuuare. Lomentum eius inspersum Polentæ modo & in pulticulam formatum Dysentericis datur & Cœliacis. Efficacius cortices decocti cum Mulso Cyathis tribus. Viriditas in mediis his reperta sapore amaro, trita decoctaq; cum rosaceo utiliter perluit aurium dolores.

LENS CCCXXX

p Hacos Romani Lentem atq; Lenticulam uocant. Esitata crebro aciem oculorum obtūdit: seroq; deiicitur. Stomacho quoq; inimica est. inflat eum pariterq; intestina. cum cortice deuorata emollit aluos. optima uero Lens est: quæ facillime coquitur: & quæ nihil remittit in madescendo atri. uires habet & astringendi. eoq; sistit aluum utiq; corticibus ademptis: Discoctaq; in duabus aquis. contra iusculum decoctę soluit. Insomnia fieri Lente sumpta in cibis Non est dubium. pulmoni est inutilis: & capitis dolori: neruosisq; omnibus. In uentris profluuio melius semper eam coquere in aceto cum Intubo satiuo, aut Portulaca, aut Beta nigra, aut Myrto, aut putamine Punici, aut Sorbo arido, aut Mespilo, aut Cotoneo malo, aut Piro, aut Palma thebaica, aut Intubo erratico, aut Plantagine. omniaq; hęc post coctionem abiiciuntur. Sunt qui semine utantur excoriarii fruticis: quod additur in obsonia. In hoc usu acetum cū Len-

te diligenter coquendum: alioquin turbari aluum contingat propter redundantiam: dissolutionemq; Stomachi. xxx. Grana Lentis decorticata, oppistaq; deuorantur. Elixam prius: Dein cum Polenta frictam illinimus Podagris. Sinus ex Melle conglutinant: Crustulas ulcerum rumpit, eaq; sordibus purgat. In aceto quidem decocta duritias & Strumas discutit. Oculorum autem Epiphoras cum Meliloto, aut Cotoneo, ad collectiones Sedis adhibetur cum Rosaceo. In iis: quæ acrius remedium exigunt: tanq̃ sunt inflammationes magnę in ano & sinus, decocta cum Punici tegmine: aut Rosa sicca Melle modico adiecto. Qua forma & aduersus pascentes Gangrænas imponitur, aut mari admixto. Ad pustulas quoq; utilis & Vlceribus: quę serpunt: & Igni sacro & Pernionibus: more quo diximus. Mammis in lacte coagulato, Item quæ sunt pannosæ: Illinitur decocta in aqua marina.

PHASIOLVS CCCXXXI

p Hasiolus quoq; flatuosam habet naturam. Ægreq; perficitur. uirens decoctus sumptusq; mollit aluum: uomitionibus tempestiuum existimát.

ERVVM CCCXXXII

o Rrobus: quem Romani dicunt Eruum: Inter notissima est. Frutex pusillus: folio angusto: prætenui: Siliquas ferens In quibus grana. Ex iis farina teritur: cui nomen Eruinę. Ad medicinę usus. Grauedinosum capiti, onerosumq; est uescentibus. Aluum conturbat: & Sanguinem per urinam expellit. Bubus in cibo decoctum saginat eos. Eruina uero sic fit. Candidissima queq; Semina leguntur: & aqua madescunt, ita ut misceantur, tribulenturq; pariter, diuq; uti potent: contineantur inibi: postea eximuntur: frigunturq; donec a se cortex abscedat. Tum moluntur: & arctiore cribro incernuntur. Quod excussum ita est, Eruina appellatur: & conditur. Facilis ea uentri. urinam arcessit. Discolorem hominem in cibo exhilarat. Frequentior uero in potu uel esu contrahere creditur tormina, & sanguinem per inferna tam aluo q̃ uesica exigere. ulcera extergit cum Melle. Molestias cutis in facie, maculas: Lentigines, ex toto etiam corpore detrahit. compascere ulcera & crassari non patitur. Inhibet & Gangręnas. Mammarum dura emollit. Vlceribus feris imponitur: Carbunculos Fauosq; rumpit. contra serpentium canumq; morsus in uino diluitur. Vrinæ difficultati: Torminibus: Tenesmo illinere comitatu aceti proficit. Ea: quę cibum non sentiant Atropha appellata tostum & in Nucis Auellanę magnitudinem Melle collectum, deuoratumq; corriget. Aqua decocti Perniones & Corporis pruritus sanabit fouendo.

LVPINVM SATIVVM CCCXXXIII

t Hermos satiuus Romani Lupinum, Ægyptii Brechu uulgo Nascitur. Farina cum melle in Linctum, aut cum aceto in potum datur ad uentris animalia pellenda, necandaq;. Ipsi quoq; perfusi aqua, etiamq; num amari sumpti ad eadem prosunt: Et alio genere succus decoctorum cum Ruta & Pipere: Ideo expedit ad Lienem bibere: quo etiam fouere Gangrænas: Theriomata: Psoras incipientes Maculas: Vitiligines: Vlcera manantia: Eruptiones pituitę utillissimum, cum Myrrha & melle mẽstruis hęrentibus: partubusq; sub-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

iicere. Farina eorum cutem & liuores in ea corrigit. Inflammationes cum polenta & aqua mitigat. Eadem subacta ex aceto coxendicum dolores & papulas cohibet: In aceto cocti atq; illiti minuunt Strumas. Rumpunt Carbunculos. Si uero cœlesti aqua decoquantur, usq; dum fatiscant, resoluāturq;. Succus ille Smegma fit cuti. cum Chamæleontis nigri radice decocti: Pecoris scabiem persanant. Sed ita ut excalfacto liquore illo spargātur eleuenturq; Quadrupedes. radix quoq; ipsa decoctorum aqua urinas in potu pellit: Lupini pluribus diebus madefacti aqua mitescunt: Tales potionibus inspersi auiditatem cibi faciunt. Stomachoq; fastidiū detrahūt.

LVPINVM SYLVESTRE CCCXXXIIII

l Vpini quoq; syluestres inueniuntur similes quidem: Sed omnimodo minores satiuis: quorum in medicina effectus quoq; pares sunt.

RAPA SATIVA CCCXXXV

g Ongyle, siue Gongylis, siue Gorgosiō dicitur a Romanis Rapa. huius radix cocta inflat, alitq; corpus: Sed carne inutili & fluuida. Venerem stimulat. Decoctura eius Podagras pellit & frigus e pedibus fotu. Ipsa quoq; met trita utilitates easdem præsentat, si illinatur. Si quis uero insculpat & excauet Rapum: deinde inanitatem illam rosacco cerato impleat: & in calido cinere liquefaciat, Succus ille Perniones exulceratos curabit. Thyrsus, qui inter folia emicat Asparagi similitudine māditur decoctus: Vrinasq; emolitur. Semen in Antidota & Theriacas additur contra dolores. potum uero aduersus Venena salutare est. Idem cupiditates Libidinis accendit. Custoditur hæc in Muria minus ita enutriens. cęterum appetentiam cibi recolligit.

RAPA SYLVESTRIS CCCXXXVI

n Ascitur & Rapum syluestre in Segetibus cubitali altitudine fruticosum & cacuminibus lęue. folio glabro ad altitudinem pollicis aut etiā maiore. Fructus in siliquis abditur calyculaceis quibus dehiscentibus alia intus capitulata continetur siliqua nigris seminibus: quæ confracta candicant interius: hoc ad albicandam cutem in facie totoq; corpore utuntur addito in smegmata. quę lupinorum farina: uel triticea, uel ærina, uel eruina conficiuntur.

NAPVM BVNIAS CCCXXXVII

n Api quoq; eius: quam Buniada appellant: Radix elixa inflationes committit cibo, minus alibilis q̄ Rapicium. seminis pręclari contra uenena: ob id & in antidotis quoq; utuntur illo. Asseruatur & radix huius salsugine.

RHAPHANVS CCCXXXVIII

n Aphanum: alii Polyides heryngium. Romani radicē nostratem: Punici Trophath. Natura ei colligere spiritus: excalfacere. rahpanorū sapor iucūdus: sed stomacho minus utilis. Iidem ructū laxandi: urinas eiiciendi: aluū soluēdi uim habēt: deiicere uolētibus per inferna postremo cibo esse eos cōueniet. nam summo suspendūt illata ne sidant. uomiturisq; tm̄ apti habentur p̄sumpti. Exquisitiores quoq; sensus existimantur pręstare. decoquūtur ad ueterem tussim & crassitudines extrahendas e pectore. cortex cum aceto mulso, uomitiones efficacius mouet. Hydropicos quoq; adiuuans illitu & lienē extenuans. insignita ex melle tollunt. medētur & cōtra serpētium morsus. alopecias explent. lē-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ticulas cum farina Lolii emēdant. Salutares & cōtra fungorum uenena cibo iuxta & potu. Exercent & menses. semen quoq; uomitiones molitur, & lotiū cit. Ex aceto sumptum Lienem comminuit. Gangrænas impositum mirabilem in modum excarificat. Anginis decoctum cum Oxymelle opitulatur calidum in Gargarissationem: aduersus Ceraftæ ictus occurrit in uino datum bibere.

AGRIORHAPHANOS CCCXXXIX

a Grioraphanus id est syluestris Rhaphanus. Romani Armoracium, alii rhaphanum Orinen, hoc est mōtanā: alii Apion, alii Ischada: alii Chamębalanon agrian, alii Linozostin, alii radicem syluestrē, Punici Throphath sadoe. Iuncos duos siue tres spargit, gracilentes, rubentes: Foliis Rutæ syluestris: longioribus duntaxat angustioribusq;. Semen minutum. radix ad speciem Verticilli: sed turbinata ut piro tantum rotundior: succulenta: Intus habet materiam candidam: extra cortices nigros. Superior pars eius uomitione biles & pituitas extrahit: inferior per aluū. utrinq; tota sumpta. Si libeat lac excipere: tundantur radices & fictili pleno aqua mergantur: conturbenturq;. Tum deiecto pēna quod supnatat, eradito. hūc q biberint sesquiobolo. utraq; parte purgāt.

RHAPHANOS AGRIA CCCXL

r Haphanus agria id est syluestris: quā Romani uocant Armoracium. folia satiuo habet similia: magisq; etiamnum Cymæ syluestri: quam Lapsanen uocant. radix ei macilenta: & mollis, sapore subaspero. Folia & radix in cibum coquuntur uice Oleris. Natura excalfactoria: ęstuosaq;. utilis urinę dumtaxat eiiciendæ.

SISER CCCXLI

s Iser & ipsum inter exploratissima. Radix eius decocta commendatur sapore. Idonea Stomacho est. Vrinam ciet: & Venerem.

LAPATHVM CCCXLII

l Apathi genera perhibentur multa. Oxylapathon nō nisi in palustribus nascens: acutiora parte sui postrema & duriora habet Folia. Alterum genus Hortensis priori dissimile: Tertium syluestre: paruum & specie proximum Plantagini: Folio molli humiliter fruticans. Est & Quartum fastigium: quod alii Oxalidem appellant: alii Anaxyridem. alii Lapathum syluaticum: cuius folia syluestri & paruo illi similia sunt. Caulis non magnus: Semine in mucronem emisso & Rubro: sapore acri e Scapo & agnascentibus colliculis erumpente. Omnium generum foliis decoctis mollitur aluus. Cruda illita Melicerias rosaceo aut Croco adiecto discutiunt. Semen syluestris & Oxylapathi, & Oxalidis erga Cœliacos & Dysentericos ualidi effectus potum ex uino uel aqua existimatur. Stomacho detrahit fastidia, scorpionum ictibus medetur. & qui pręsumpserit, etiam percussus nihil patietur. radices coctę cum aceto, uel crudę impositę læpras & Impetigines curant. ungues scabrosos detrahunt: in quo desiderio defricare prius locum in sole Nitro acetoq; oportebit. decocti succo discutiunt corporis pruritus fouendo: atterendoue additum in solia balnearum. Ipsa radix in uino cocta doloribus aurium Dentiumq; prodest: si colluantur iure. Strumas quoq; ac Parotidas elixa in Vino dissoluit cum aceto & lienes. Quidā cōtra strumas radicem licio suspensam gerūt e collo profluuia mulierum tirtæ radices admo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tæq; cohibent. Costę in uino morbo Regio auxiliantur. Calculos uesicæ comminuunt. Menstrua cōmouent. Scorpionum uenena restringunt.

HIPPOLAPATHVM CCCXLIII

St & quod hippolapathon Nominant, olus magnum & in paludibus
e natum: uires habens: quas indicata superius genera.

LAPSANA CCCXLIIII

Apsana: quam Romani Napium: Ægyptii euthmoe appellant: olus est
l syluestre: Maioris & stomacho utilioris cibi q̄ lapathum. Folia huius & caules in esu coquuntur.

BVNION SIVE NAPVM CCCXLV

Vnion quidam aton: quidam actinen: Alii anemosphoron: prophetæ
b paradacry: Ægyptii Erxoen. Romani scopam regiam: Punici Zigar: Nonnulli Thempso. Caulem mittit quadrangulum: In quo Ramusculi uisitantur frequentes & prętenuibus foliis atq; floribus pleni: longitudine digitali: Folia quoq; ad Radicem sparguntur: apio similia: uerum multo exiliora: Propiusq; ad effigiem Tribuli, coriandri ue accedentia. Flore anethi: Semine odorato, minore q̄ herbæ apollinaris. Natura eius urinam ciet: excalfacit: secūdas pellit. utilis lieni & renibus, & uesicæ. Vsus & recentis & aridi. Sed & succus excipitur cum Radicibus suis & caulibus tuso ex aqua mulsa.

BLITVM CCCXLVI

Letum Ægyptii Echlotoriplam, Alii Rhiplam. Romani blitum: daci
b bles. Oleris & hoc uice in cibos uenit: & facile aluo habetur. De cætero iners, & nullo in medicina momento.

MALVA CCCXLVII

Alache hortensis Romani Malua. Pythagora Anthęma: Zoroastres
m Dyadisma: Ægyptii chocorten Prophetæ splen ægos: hoc est lien capre: Alii ura myos, hoc est lotium siue caudam muris appellant. Esculentior est hortensiana, q̄ quę terrestris id est chersęa cognominatur. Stomacho noxia: facilis uentri: prębertimq; cauliculis. Idonea uero interaneis & uesicę. Folia eius cruda cōmanducata: mox imposita ęgylopas confutant: adiecto sale modico, atq; melle. Pari modo ad cicatrices partis eius ducendas utuntur sine sale. Contra ictus aculeatos ut apum uesparumq; sublinitur. Sed & cruda quoq; trita cum oleo peruncti ante non feriuntur. Putrefacta in urina sanat ulcera manantia in capite furfuresq;. Sacris ignibus & ambustis decocta in oleum folia tritaq; imponuntur. Vuluas decoctum eius emollit insessione. Rosionibus intestinorū: matricis & sedis infunditur. Ius decoctę cum Radice ualet cōtra uenena omnia utiq; si potū identidem uomatur. Prodest & cōtra phalangium. Elicit lac. Semen eius potum cū uino & semine loti syluestris uesicæ doloribus leuamento est.

ATRIPLEX CCCXLVIII

Ntraphaxis. Alii chrysolachanon: hoc est aureum olus Romani atri-
a plicem. Ægyptii ochi, Notum olus. Duo eius genera. hortense. Alterū syluestre. Coctum estur ut olus: aluū mollit: Pannos crudo uel cocto discuties. In Morbo Regio semen atriplicis bibendum cum aqua mulsa datur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

BRASSICA SATIVA CCCXLIX

c Rambe satiua: Quidam Cramben hortensiam. Romani brassicã nominant. Aluum soluit non percocta: discocta sistit: atq; amplius etiã biscocta & in lexiuia. Ac æstiua quidẽ cõtraria est stomacho, & acriusculo est. Ægyptiæ uero amaritudo tanta ut esse nõ sit. Oculorũ quidem aciem cibo excitant: prosuntq; tremulis. Vitia ebrietatis & Crapulæ postea sumptæ discutiunt. Cyma earũ stomacho quidẽ utilior: uerũ asperiuscula: & urinę citantior est. Inueterata sale stomacho aduersatur: aluũ perturbat. Succus crudę cũ Iri & nitro uẽtrem emollit. Per uinũ pota serpentiũ ictus leuant. Cũ farina fenogræci & aceto podagrę, articulariis: ulceribus sordidis & uetustis illinit. Per se inditus naribus caput purgat. Cũ farina lolii appositus detrahit menstrua. Folia per se illita, siue in polentã contrita ad omnẽ tumorẽ collectionẽq; faciũt. Ignibus sacris medẽtur. Epinyctidas leuant: & lepras. Cũ sale carbũculos frãgũt. Capillũ capitis defluum retinent. Eadẽ cocta & mixta cũ melle Gangrænas pascentes impediunt. Cruda ex aceto lieni mandũtur. Cõmãducata uocẽ ademptã restituunt deuorato succo. Decoctura herbę aluũ & menses ciet in potu. Flos a ꝯceptu uirginali subditus in lana abortiuũ est. Semẽ ꝑsertim ægyptię aĩalia Interaneoꝝ pellit bibẽtibus. Aduocat idẽ antidotis aluinoꝝ. Faciẽ & lẽtigines exterit. Cauliũ uirẽtiũ: & stirpiũ cinis cũ axũgię uetustate collect⁹ dolores lateris iueteratos apposit⁹ finit.

BRASSICA SYLVESTRIS CCCL

c Rãbe syluestris: quã Romãi brassicã Rusticã nũcupãt: in maritimis parte plurima & rupib⁹ diruptis nascit satiuę similis: cęterũ cãdidior: & hirsutior: Nõ sine amaritudie. Cyma ei⁹ i lixiuio coqt nõ Iniucũdo sapore. Natura foliis contrahere uulnera: Tumores discutere. Inflãmationibus mederi.

BRASSICA MARINA CCCLI

b Rassica Marina in totũ a satiua diuersa. foliis tenuibus: prælõgis: similibus Aristolochiæ rotũdę. singula ramulis ꝓdeũt, subrubẽtibus ex uno pediculo, ut hederacea. Cãdidus succus incisæ, nec largus: gustu subsalsus: & quadã fini amarus: concretu oleoso: Tota herba stomacho inimicissima: cõtrahit acrimoniã uehemẽtissime ex oibns, aluũ ciet: elixa cibo coquitur ab aliquibus ꝓpter acrimoniã cũ pingui carne.

BETA CCCLII

t Eutlon mega: Romani Beta syluatica. Duo eius geneta facimus: Nigrã & candidã. coquitur nigra cũ lente inhibendo uentri. ualidius radix. At soluit inuicẽ cãdida. utrãq; culpãt mali succi: Propter uim nitri quã præferũt. Ideoq; eorũ succus Indit cũ melle in nares ut caput purget: dolores quoq; auriũ sedat: Radicis & folioꝝ decocto furfures tollunt & lendes. Pernionibus fotis occurritur. Vitiligines illitæ foliis crudis inducto ante nitro emaculantur. Implent & alopeciæ, sed scalpello prius exasperatę. Illo modo & ulcera depascẽtia finiunt. Eadẽ cocta eruptiõibus papulaꝝ: Ambustis, & ignib⁹ sacris medent.

ANDRACHNE SYLVESTRIS CCCLIII

a Ndrachne syluestris. Aliqui Aizoum syluestre. Aliqui Telephion. Italia ilecebrã. Alii portulacã, Punici Mœmoem. Daci Lax. Ægyptii Mochmutim paruis & latioribus foliis, q̃ portulacę hirsutis. Nascit i petrosis.

Est quãdo & in hortis. Folia oleæ, sed minora multo, uerũ plura tenuioraq́; coliculis Rubricãtibus ab radice una frequẽtibus inclinatis ĩ terrã: hi mãsi facile ĩn succũ soluunt tenacẽ liquore cũ quodã salis gustu. Facultas eius calfacere: Acrementi uim obtinens: & ex ulcerans. strumis illinitur cum axungia ut discutiat.

PORTVLACA CCCLIIII

p Ortulacæ uis guttantia astringere. Cum polenta illitę capitis dolores, oculorum & alias inflãmationes corrigere: Ardoribus stomachi: dolotibus uesicę: Ignibus sacris opitulari. Data uero in cibum cõmanducataq́; dentiũ stuporem: stomachi & intestinorum feruores fluctionesq́; reprimit. Rosionibus renum, uesiceq́; utilissima. ueneris impetus retardat. Iidem effectus & succus redduntur. Febres refrigerat: Animalia uentris rotunda pellit. Dysentericos liberat. Item si ore sanguis eiiciatur siue e naribus siue aluo fluat, siue feminarum utero, ualidius cocta: & aduersus Sepis dictę morsus ualet: & oculorũ medicamentis utiliter asseritur. Interaneorum quoq́; Rheumatismis, & rosionibus uuluæ infunditur. Eodem & capitis dolores solatis, hoc est sole correptis foueri proficiet cum rosaceo. Eruptiones pituitæ in capite abstergit cũ uino: uulneribus sideratione periclitantibus inungitur efficaciter cum polenta.

ASPARAGVS CCCLV

a Sparagus petræus siue Myacantha: quẽ aliqui Myon appellauere: uulgaris est herba. Ex eo cauliculus decoctus cibo lenit aluum: urinas cit. Radicis decoctũ ægre Micturientibus prodest. Eodem iure proficitur contra coxendices: morbum arquatũ & renes ictusq́; phalangii. dentibus: si ore contineatur succus in uino decoctæ: qua doleant: medetur. Idem effectus & semini dato in potũ. Decoctũ huius: si canibus detur: occidi eos tradunt. Sunt qui prodiderint nasci & Arietis cornibus tusis, atq́; defossis asparagum: quod mihi non creditur. Asparagus autẽ hic fruticosa est herba frequentibus ramulis folio copioso & paruo quale feniculi. Radice magna rotunda: nodum habente: huius cauliculum in uino albo tritum phreniticis propinant. Idem coctus tostusq́; distillationes urinę difficultatesq́; in cibo finit. Dysentericis prodest. Radix quoq́; decocta in uino acetoue eluxatis medet. Decocta cũ fico & cicere Regiũ morbũ extenuat. Eodẽ modo sumpta strangurias: & lumborũ dolores. Feminę adalligata quoq́; aut decoctũ eius bibẽtes abortiũtur: & maribus geniturã consumit.

PLATAGO CCCLVI

a Rnoglosson: Aliqui Arnion: Alii probation, Alii Cynoglosson. Alii heptapleuron: Alii polyneuron. Prophetæ. Ægyptii Asuth. Romani plantaginẽ minorẽ. Galli Tarbalodathion. Hispani thasaricã. Punici atiercon. Duc eius genera minor & maior. Minor angustioribus foliis: minoribus, mollioribus: leuioribus: atq́; tenuioribus. Caule anguloso in terrã inclinato: Flore pallido. Semine cacuminibus caulium imposito. Maior plantę habitu probior, excellentior: Folio latiore, oleraceoq́;. Caulis ei angulosus, subruber: Altitudine cubiti. A medio sui usq́; ad fastigium tenui semine circundatus. Radicibus teneris pilosis, & cãdidis: crassitudine digitali. Nascit in palustribus locis, secus aggeres, atq́; septa: omninoq́; in humidis multo efficacior. Vis folio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

mira in ficcando desandoq; corpore. Ideoq; ad ulcera: quę cacoethe appellātur, & elephantias illinuntur. conueniunt & ad ea: quæ in humore sunt ulcera. Item ad sordida & quæ purgari facile non possint. Nulla res æque sistit eruptiones sanguinis Nomas: carbūculos: Mala serpētia: epinyctidas, ulcera uetera & inæqualia si apponantur, persanant: ad planum reducunt. Medentur & iis: quę chironia nuncupantur ulcera. Sinus conglutinant. Morsibus canum: ambustis: collectionibus prosunt. Parotidas panosq; discutiūt. Strumas & ægylopiam cum sale cōpescunt. Coctum ex ea olus in aceto & sale dysentericis & cœliacis datur. Coquitur & cum lenticula eodem more quo beta hydropicis. Si id uitium sit cui phlegmatia nomen est: corpore inæquali tumoribus aliter aliterq; per totū id orientibus: Elixa datur herba: cum prius panem siccum comederint: ut media cibis interueniat. Comitialibus eadem laudatur, atq; suspiriosis. Foliorum siccus oris ulcera colluendo sæpe assiccat. Cum creta cimolia & cerussa medetur ignibus sacris. Fistulas curat infusus. Aurium doloribus instillatur: & lippitudini. Collyriis quoq; additur. Vtilis est uel si sanguine gingiuę putrescāt. Reiectiones cruētas coercet. Dysentericis clystere iniicitur. In corporis tabe proficit potu. Idem succus feminali appositus in uellere pręfocari nō patitur mulieres locosas. Sistit & fluctiones uuluarum: sicut semen alui. Rheumatismos potum in uino: excreationesq; sanguinis. In dentium dolore cōmanducatur & plantaginis radix: & colluuntur eiusdem decoctæ succo: Ad uesicæ ulcera renūq; uitia foliis & Radice in passo præbetur. Quidam ternas eius radices in uino Cyathis tribus epotas cum pari aquæ modo ad tertianas dedere: In quartanis quaternas fecerunt. Produnt etiam, si quis illigatam licio Radicem eius e collo suspenderit: Prohiberi strumas & discuti. Syrorum expromissio est: si ius plantaginis & Nepitę propinetur cum melle iis: quos paretos appellant hoc est defectos, & resolutos, Idq; fiat interpositis diebus: secunda: quarta: & parasceue: cito sanos fore hac cura. Pro arcano habe: uerissimum & expertum est.

SIVM CCCLVII

S Ium in aqua nascens: & a quibusdam aquatica anagallis uocatum: ab aliis Schœnus aromaticus idest, iuncus odoratus: Ab aliis Darenion. Ab aliis Lauberde. frutex est pusillus in aquis, ut dictū est inuētus. habitu, subrecto & pingui: Folio lato: & ad similitudinē olusatri: minore dūtaxat, odoratoq;. Coctū hoc atq; crudū eiicit & cōminuit calculos. ꝓdest urinis: partubus pellēdis: mulierūq; mensibus. Dysentericis mādit᷑. De Sio Crateię uerba subteximus. herba est, inquit, fruticea: foliis paucis, in orbemq; circumactis maioribus ꝗ̄ mentę: nigris erucęq; propinquantibus.

SISYMBRIVM CCCLVIII

S Isymbriū, Alii Serpyllum, Alii Stephanon aphrodites hoc est coronā ueneris. Romani Austeralis. Nōnulli herba ueneria. Nascit᷑ in terrenis: hortēsianę mētę similis Latioribus foliis odoratioribusq;. Coronis inserit᷑. Natura eius excalfacere. Semē i uino strāgurias finit & calculos: Tormina singultusq; cohibet. cōtra capitis dolores folia tēporibus illinunt᷑, & frōti efficacia sunt: & aduersus aculeata aīalia ut apes & uespas. In potu uomitiōes sistit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

SISYMBRIVM AQVATICVM AVT SYLVESTRE CCCLIX

s Isymbrium altero genere cardaminē appellāt. Sūt qui & hoc Sion uocent. herba enim est aquatica eodē modo in Riguis nata: quo Sion. Cardaminē uero cognominānt: quia similis sit sapore Nasturtio. Foliū habet cū primū emicat: rotundū: simul accreuit, in foliū erucæ laciniať. Ex calfactorii generis, urináq; molientis. Ad quæ uel crudū estur. Idem lentigini illitum & mulierū uitiis in facie nocte tota oppositū: & ubi Dies illuxit: detractū: emendat.

CRETHMON CCCLX

c Rethmon Alii Critamon uocant. Herbula est fruticosa: per ambitūq; opacans: circiter cubitū unū alta. Nascitur in maritimis petrosis: folio copiosa pingui, subalbicāte, ueluti portulaca: sed latiusculo longiusculoq; ad gustū salso. Floribus cādidis. Semen ceu libanotidis, molle, odoratū, Rotūdum. siccatū rūpitur. habet intus nucleū tritici modo candidū. Radices digiti crassitudine tres, aut quatuor: odorati saporis, & iocūdi. Eius usus ad urinę difficultates: & auriginē. folio, uel semine uel radice in uino decoctis. Mouet & menses. Estur crudum, coctumue cum olere. Seruatur etiam in muria.

CORONOPVS CCCLXI

c Oronopus alii Ammonos, Alii Astrion. Punici Atirsiten. Romani calcatricem, quidam stilaginem. Nonnulli sanguinariam. Herba est oblonga: caule per humum serpente: folio cum fissuris. Manditur cocta pro olere: Radicem habet exilem: spissantis naturę. Per cibum præclare cœliacis facientem. Nascitur in terrenis: & domi, secusq; uias.

SONCHOS CCCLXII

s Onchos trachys, hoc est Sonchus asper. Nonnulli cichorium: Romani cicerbitam asperam nominant. Punici Gathuonem. Generū est duorum. Altera syluestrior, atq; spinosior. Altera tenerior esculentaq;: Angulоso caule interim subrubro. foliis per oras ex interuallo scissis. Vis utriq; refrigeratoria, leniter substringens. Ambo feruoribus stomachi & inflammationibus cōmode illinuntur. Datur & in sorbitionem succus stomachi Rosionibus: Mammas uberiores nutricibus facit. Collectionibus sedis & uuluæ appositus in lana pręsidio est. Aduersus scorpionum uenena Radix & herba ipsa opponitur. Alterum genus: quod & molle cognominatur Arborosum & latifolium est. Folia ipsa caulem discriminant: exeuntem in ramos eiusdem effectus.

SERIS CCCLXIII

s Eris satiua: quam picridem aliqui uocauerunt. Ægyptii agon. Romani intubum syluestrem. Duum & ipsa generum traditur: quorum: quod syluestre est picris, eademq; Cichorium dicitur. Alterū folio extentiore: gustuq; gratiore q̄ hortensis. Iterūq; hoc in species binas distrahitur. Vnā lactucæ similiorē & latifoliam. Alteram folio angusto amarulentam. Vtraq; tamen astringit & refrigerat, stomachūq; adiuuat. Si in aceto decoquantur: uentrē cibo constituunt. Syluestres stomacho utilissimæ. Si quidem deuoratæ torpentem & dissolutum astringunt: Ardores in eo refrigerant. Per se uero & cum polēta cardiacis illinūtur. Omnes hę & podagricis utiles: & contra oculorū impetus. Per

cussis a Scorpione ipsa herba & radix illitu medetur: & ignibus sacris cum polenta. Succo earum cũ cerussa & aceto inunguntur quęcũq; refrigerari opus sit.

CHONDRILLA CCCLXIIII

Hondrilla: quidam & hanc cichorium siue serin dixere: folium, caliculos: floscellum similis cichorio: ideoq; a quibusdam inter intubos syluestres adnumeratur. Sed per omnia tenuior intubo est. E ramusculis Mastichem sudat tuberculo fabę: quæ cum Myrrha in uellere ad magnitudinem oliuæ apposita feminarum menses trahit. Tusa cum radicibus tota diuiditur in pastillos melle cõmixto. hi uitiligines diluti aqua cum nitro discutiunt. Eadem mastiche palpebrarum inconditos pilos pro gummi reclinat efficacissime. Radici recenti par uis. Si acus imbuta succo eius applicetur ciliis. Contra serpentes in uino præcipitur bibenda. Succus decoctæ aluum sistit cum uino & sincerus. habetur & aliud genus chondrillæ folia habens intubi: circunrosis similia: oblongum, stratumq; humi & medentem succo scapum. Radice tenui mucronata, Minimi ponderis rotunda: subflaua: lactosa. Folium & coliculi ad concoctionem sunt utiles. Natura succo inordinatos palpebrarum pilos, regendi. Nascitur in terrosis cultisq; locis.

CVCVRBITA CCCLXV

Olocyntha hoc est Cucurbita esculenta. Si pisatur cruda illinaturq; mitigabit tumores & suppurantias: quæ abscessus & apostemata appellantur. Ramenta corticis ardores infantium capitis, distillationesq; quas Siriasin uocant: illita Regione, qua cerebrum conditur: refrigerãt. Quem admodum & podagras & oculorum epiphoras. Succus de strigmentis rasæ tam per se, q̃ cum Rosaceo instillatus in aurium dolore opitulatur: Quomodo & febrium ardores cute lita refrigerat. Decoctæ uero uniuersę succus: cum exiguo melle atq; nitro potus aluum modice liquat. Idem præstabit: si quis in crudam & excauatam merum infundat: dein contentum sub diuo temperatumq; quibus suppressa est: propinet.

CVCVMIS CCCLXVI

Vcumis satiuus aluo & stomacho facilis: refrigerat: Nec corrumpitur ut qui humano perfici uentre nequeat. Prodest uesicę. Defectum animi collectus in olfactoriũ odore naribus rapto emendat. Semen urinas cit mediocriter. Præbetur in lacte uel defruto quibus uesica exulcerata est. Foliis eius ex uino canum morsus illini iubent & epinyctidas cum melle.

PEPO CCCLXVII

Eponum caro cit locium cibo. Illita oculorum inflammationibus medetur. Corium ipsum ad Siriasin puerorum infantium anteriore parte capitis opponitur. Oculis ab humore uexatis ad alligatũ fronti efficacissime fluctiones reclinat. Succus cum semine in farina siccatus sole smegma fit ad cutem purgandam & nitorem in facie. Radix arida cum aqua mulsa denarii pondere uomitiones mouet. Quod si quis modice a coena Reiicere concupierit: Partes duę sextiui denarii satisfacient. Eadem radix ex melle sanat ulcera concreta in modum faui: quem cerion uocant.

Lactuca

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

LACTVCA CCCLXVIII

t Hridax satiua. Romani Lactucam. Ægyptii Embrosi. stomachum iuuandi: æstum refrigerandi somnum conciliandi: uentris emolliendi: lactis eliciendi uim obtinet. decocta plus alit. si non lauetur dissolutũ stomachũ cibo confirmat. semine trito & poto. crebras libidinum imaginationes in somno compescit: Veneremq; summouet. Frequentiores tamen in cibo claritati oculorum officiunt. Asseruantur in muria, simulatq; decaulescunt. succo & lacte quadantenus præstant quæcunq; Lactuca syluestris.

LACTVCA SYLVESTRIS CCCLXVIIII

t Hridax agria. Prophetis Hæma Titani: hoc est sanguis Titani Zoroastro Pherũbros. Italicis Lactuca syluatica. satiuæ similis est: caule ampliore: folio candidiore, graciliore, magisq; aspero: gustu amarulẽto. uiribus quasi Papaueris: eoq; succũ eius nonnulli adiiciunt in Meconium. hic cum aceto mulso potus ad duos obolos aquas per inferna detrahit. oculorum uitia: caligines, Argemas, adustiones inunctis cum lacte mulierum emendat. omnino generi uis somnifica & ad dolores quos per quietem leuari aut transmitti quis uelit. euocat Menstrua. scorpionum Phalangiorumq; ictibus resistit in potu. Semẽ huius quemadmodum & satiuæ insumptum genituram per ludibria somniorum fluentem coercet: & Venerem inhibet. Eosdem effectus sed inertiores succus repręsentat. hunc fictilibus condunt: sed insolatũ ante sicut & cæteros succos.

GIGIDIVM CCCLXX

g Igidium alii Lepidium. Romani Bisacutum Ægyptii Dorisastru. Syri Adoriu. Aphri Tricta. Nascitur in Cilicia & Syria plurimum. herba est erraticæ Pastinacæ: quam Staphylinum uocãt simillima. tenuis tamen & dẽsitudinis maioris, radicula cãdicante amara. uenit in cibos crudũ & coctũ, & salsum stomachi magna utilitate. urinã mouet. decocto eius ꝑ uinũ sumpto affectus uesicæ curãtur.

SCANDIX CCCLXXI

s Candix Romani herbã scanariã: Nonnulli Acuculam uocãt. Et hęc in syluestri ponitur olere: gustu acriusculo, subamaroq;. cocta & cruda in cibos admittitur: sed cruda Ventrem soluit: & stomachum iuuat. Succus Decoctę potu medetur Renibus: Vesicæ: Iocinori.

CAVCALIS CCCLXXII

c Aucalis alii Caucon, alii Daucõ syluestre, alii Myiten. Democritus Bryon. Romani Pes gallinaceus: siue pes Pullę: Ægyptii Seseliæ. cauliculum dodrantalem, aut eo quoq; ampliusculum subhirsutum quoq; habet. foliis Apii: sed in cacumine Feniculi modo tenuiter scissis, pilosisq;. In summo Vmbella opacat: Candida: Odorataq;. Oleris & hæc uice in cibum conditur. Solent & crudam esse. Vrinæ usus adiuuat.

ERVCA CCCLXXIII

z Vzomon Italici Erucam. cruda hæc largius sumpta libidinem stimulat Eundem usum pręstat, & semen. urinas cit. prodest concoctioni, emollit aluum. utuntur semine condiendis obsoniis: quodquidem uti diutius seruetur: Subactum aceto uel lacte & in pastillos digestum reponunt. Funditur &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Sylueſtris Eruca familiaris Hiſpaniæ: cuius Seminio regionis eius Homines Sinapis uice ueſcuntur.hæc ad pellendum Vrinam ualidior q̃ Satiua exiſtimatur & acrementi maioris.

OCIMVM CCCLXXIIII

o Cimum uulgo Naſcitu.r.copioſius Eſitatum inutile oculorum claritati habetur. Natura uentrem mollire.Flatus contrahere: Vrinam ciere.Mulieribus prouentum lactis pręſtare:Humano uentri peragi contumax.Illitum cum Polenta, Roſaceo, & aceto inflammationibus Pulmonis ſalutare intelligitur. Draconis Marini plagis & ſcorpionum imponitur. Oculorum quoq; doloribus cum Vino Chio.Succus caligines litus & Fluctiones eorum exiccat.Semen contra Bilem atram & difficiles quoq; Vrinas bibitur. Diſſoluit inflationes. Tritum & hauſtum Naribus continentia mouet ſternutamenta: Idemq; facit Herba.cętero conniuere oportet inſtante ſternutamento. Quidam Ocimum damnauere cibis:quoniam commanducatum & in Sole poſitum Vermes afferret.Libyes aſſeuerant:ſi eo Die feriatur quiſpiam a Scorpione:quo ederit Ocimum, ledi non poſſe.

AROBANCHE CCCLXXV

a Robanche ab aliis Cynomorion:ab quibuſdam Leon, a Cypriis Thy ſine:cuius cauliculus eſt Duos palmos altus:aut puſillo excelſior.Subrubens ſine Foliis hirſutulus pinguis: Tener Flore ſubalbido & in luteum uergente.Radicem habet pollicis craſſitudine.Dehiſcentem cum inareſcit Scapus.Leguminum quędam inter quę naſcitur:ſtrangulat:& Inde nomen adepta eſt:quia ſcilicet Eruum circumligando ſe necat.Eſtur cum olere:placetq; Tum cruda: Tum in patinis decocta ſicut Aſparagi.Additur leguminibus dum coquũtur:facit ea celerius percoqui.

TRAGOPOGON CCCLXXVI

t Ragopogon ſiue Tetrapogon aliqui appellant Comen:caule breui foliis Croco ſimillimis:Radice oblonga:dulci ſupina.in Scapo ipſo calix ingens cuius in parte poſtrema ſemen nigrum de quo nomen accepe rit.herba eſt ex iis:quibus in cibos utimur.

ORNITHOGALE CCCLXXVII

o Rnithogalon herba eſt, caule tenero, candido:binum palmorum ſupra tribus aut quatuor agnatis mollibus:unde flores exeunt foris herbacei.ſed interius candicantes lacte.In medio capitulũ Canchryos modo inciſum & commẽdatũ Piſtrinis:ad Panes cereali ſapore condiẽdos, ut Gith Radice bulboſa cuius crudæ in cibis & coctę uſus.

TVBER CCCLXXVIII

t Vber Radix eſt globoſa ſine Foliis, ſinę caule.color Suffuluus:Foditur Vere.cruda & cocta ueſcuntur.

SMILAX HORTENSIS CCCLXXVIIII

s Milax hortenſiana:cuius fructum Lobia, nonnulli Aſparagum uocauere.Folio Hederaceo:molliore dumtaxat:caule gracili.Flexu caluicularum adiunctos impediente frutices.Adoleſcit in tantum ut Rami ſuf-

ficiant operi Topiario. siliqua Fenogręci oblongiore Torosioreq;. Inibi semina continentur renunculis similia: nec colore uno: Sed ex parte subruffentia. paratur igni folliculus cibo cum semine tanq̃ Asparagus. Vrinãq; pellit insomnio sos facit.

MEDICA CCCLXXX

m Edica recens edita similis est Trifolio: in Fenisecis & pabularibus nascenti: processu contractioribus subinde foliis. Colliculos quoq; Trifolio proximos emittit. In quibus semen Lenticulę magnitudine cohęrens: intortumq;, ut cornicula. siccatur hoc & suauitatis gratia in condimentarios sales adiicitur. iis quę Refrigerari usus sit. Viride illinitur. Pecoris Magistri utuntur herba tota in pabulum pro Gramine.

APHACE CCCLXXXI

a Phace in aruis Nascitur. tenuia admodum folia habet. Pusillo altior q̃ Lenticula est. Maiores siliquas ferẽs. In quibus terna semina, & quaterna nigriora & minora lenticula. Natura seminibus ad spissandum: Ideo stomachi, aluiq; fluctiones sistunt: Tosta, confractaq; ac decocta ut lens.

PORRVM CCCLXXXII

p Rason cephaloton, Porrum capitatum Romani appellant. Inflationes committit: & Insomnia. Mali succi est. Vrinam cit. Ventrem mollit crassitudines extenuat. aciem Oculorum hebetat: purgationes feminis reddit. Vesicam exulceratam Renesq; lædit. cum Ptisana decoctum pectoris uitia excludit. Coma eius in marina aqua & aceto decocta conctractiones uuluę duritiasq; tollit uel assidentium. Mitescit uero Porrum: minusq; inflat: bis mutata aqua coctum deinde frigida perfusum. Maior semini acrimonia est: Nec sine ui quadam astrictoria. Proinde succus ex aceto profluuium sanguinis sistit præsertim Naribus: adiecto Turis polline: aut Manna: sed Venerem stimulat. ad omnes quoq; difficultates Thoracis Eclegma datur cum melle, conferens & Phthisicis arteriæq;, uoci splendorem in cibo faciens, q̃q̃ frequentius sumptum obscuritatem ut diximus oculis contrahit: & nocet stomacho. Ad bestiarum morsus ibibitur succus ex Melle. Ipsum quoq; impositum uulneribus auxilium pręstat. Idem & aurium dolores stridoresq; cum aceto & Ture ac Lacte uel cum Rosaceo instillatus emendat. Folio illito persanantur Vari cum Rhuse: quod in obsonia expetitur pro Sale: & Epinctydes. Crustas oppositum cum salibus perrumpit: longis eiectionibus Sanguinis semen Drachmis duabus bibendum datur cum pari mensura Myrtarum.

AMPELOPRASSON CCCLXXXIII

a Mpeloprasson longe nocentius Stomacho est: calidioris Item naturæ: q̃ Porrum. Vrinas trahit uehementius: purgationesq; mulierum. Contra serpentium percussus efficacissimum cibo.

CEPA CCCLXXXIIII

c Rommyon alii Polyedes. Prophetę Calabotis. Romani Cepam, acrior oblonga est q̃ rotunda: Item fulua q̃ candida. Item siccata q̃ uirens. cruda q̃ cocta. Recens q̃ sale condita. Mordent inflantq; omnia genera: cupiditatemq; afferunt Libidinis: exinaniunt & lætitiam. pituitæ digerunt, & atte

nuant:sitimq; ac fastidium stomacho faciunt.purgant.Ventri facilia sunt. Meatus aperiunt corporis omnibus excrementis: Sed potissimum Hemorrhoidas pellunt:Detractis corticibus & ex oleo subdita pro Balanis.caligines oculorum Argemas suffusiones; incipiẽtes Nubeculas cum melle inungimus succo:Qui & contra Anginas illitus proficit.Menses mouet & detrahit quoq;.Infusus per Nares caput purgat.Eodem canum morsus cum sale Ruta Melleq; oblinũtur.cum aceto in sole Vitiligines sanat.cum pari modo Spodii scabiem oculorum extergit.Varos cum sale depellit.cum adipe Gallinaceo attritus calciamẽtorum.iam Ventris fluorem; Aurium grauitatem & sonitum:aut si pus inde manet humorue aquaticus subsistat.Et alopeciç confricantur succo:fœcunditatem capilli celerius ita q̃ Halcyonio consequi solitæ.Iniquus omnino capiti cibus ex iis.Dolores creant deuoratę largius:Vrinas melius exigunt decoctæ.si quis in ualitudine aliqua copiosius iis uescatur; incidit Letargum.Cepis elixis & illitis cum Vua passa uel Fico Tubercula maturantur; momentoq; aperiuntur.

ALLIVM CCCLXXXV

Corodõ alii Gyboscon.alii Elaphoboschon.Allium Romani uocant.
In duplici genere habetur.Satiuũ & Hortense unũ.atq; hoc in Ægypto singulis capitibus prouenit:ceu Porrum.Dulce leuiter purpureum; atq; paruum.Aliubi grandius multis capitibus.candidum. Nucleos:quibus coagmentatur:spicas appellant.alterum Syluestre Ophioscordon uocatur. Vis omnibus acuta & feruens:exulcerans:excretoria:spiritosa; si quis eo in cibis utatur; conturbat aluum:& stomacho siccitatem affert:sitim gignit.Inflationesq; facit; Intotumq; rubicundiora corpora.pares Ophioscordo quod & Elaphoscordon uocatur; Debentur effectus.ad Animalia uentris lata & urinas pellendas uescendum datur.Bestiarum omnium ictibus medetur:priuatim contra Hæmorrhoidas prodest ut nihil magis mero continenter hausto:uel distritum & potum cum uino, uel in uulnera quoq; impositum.sicut iis quoq;:quos canis in rabie momorderit: potu: cibo:uel illitu. Magnæ allio utiltates & contra aquarum mutationes.raucitatem extenuat uocem Splendoris restituens. Ad Tusses uetustas utũtur uel crudo uel cocto.ad pediculos tollendos lendesq; cum Origani decocto bibitur.combustum ex Melle sugillata aut liuentia ad colorem reducit:& Alopecias curat:& in iis cum Nardino unguento & Oleo & sale pustulas erumpentes.Sed & Vitiligines:Lichenas:Lentigines:Vlcera capitis manantia:Furfures; Lepras cum Melle Dentium dolorem cum Teda & Ture decoctum imminuit si ore contineatur.contra araneorum quoq; murium uenenatos morsus cumino adiecto & foliis Ficus illinitur.comas eius inferuefactas Feminæ ad euocandos Menses & ad secundos Partus insidunt: Ad quę suffitu quoq; proficitur. pulmentum ex eo & oleis nigris additum promittit in cibo urinam reddere; meatus adaperire, hydropicis prodesse.Genus id Mytoton appellant.

SCORODOPRASSON CCCLXXXVI

Corodoprasson Nascitur ceu grande porrum.Natura ei promiscua est; Allii porriq;:uidelicet utriusq; in eo proprietatibus tẽperatis:unde co augmẽtatur & nomen.proinde ualet ad quęcunq; ambo illa docuimus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

uires tantum minores. Paratur cibo coctum oleris qui uicem præbet ubi dulcedinem imbiberit Porri modo.

SINAPIS CCCLXXXVII

S Inapis Hortensis. Quidam Napy. Sinape a Romanis uocatur. probant quod non obaruerit: quod rubens, adultumq; sit: quod cõfractum interius uirescat: & quasi succo lactescat: colore cesio. tale intelligitur recens & florente statu lectum. Excalfacit. attenuat: extrahit: contra pituitam tenetur in ore commanducaturq;. Succus in aqua mulsa gargarissatur contra tonsillas & scabritiem Arteriæ ueterem & callosam. Tritum naribus illatum sternutamenta capitis purgat. Suffitum morbo Comitiali & Vuluarum conuersioni remedio est. Excitat & Letargicos capiti raso illitum: cum Ficu uero impositum super coxas: donec locum perforet: exulceret. Dolores in ea parte subleuat: Item Lienis omninoq; ueteres molestias & in quacunq; parte corporis ex alto uitia extrahenda sunt: Illitum ad Dolorem mutandum ferramenti modo candentis emendat. Vtuntur ad Alopecias cum rubrica. Illinitur & Liuoribus, sugillatisq; Melle aut Adipe, aut cerato. Ad Lepras & Impetigines erraticas febrium. Polentæ modo inspersum potionibus. Additur in emplastra: quibus materia inutilis euocatur: Aduersusq; scabiem: Aurium sonitus Tarditatemq; tritum impositum cũ Fico discutit. hebetiores Oculos cum Melle succo inũgunt: & scabras genas. succus exprimitur semine adhuc recenti siccatur in sole.

NASTVRTIVM CCCLXXXVIII

C Ardamon alii Cynocardamon, alii Hiberis, alii Cardaminacam. ægyptii Semeth. Romani Nasturtium. uidetur autem optimum esse Babylonicum. Vtriusq; semen excalfacit: sapore acri: Stomacho inimicum. Aluo negocium facessit & omnia intestinorum animalia expellit. Lienem extenuat. partus in utero enecat. Purgationes mensium ciet. Venerem quoq; stimulat. Natura ei omnino Sinapis Erucæq; similis est: Lepras & Impetigines tollit. Turgidum lienem cum Melle inunctis reprimit & comminuit. Vlcera Faui modo densata persanat. uitia pectoris decoctum sorbitionibus: Venena serpentim potu. suffitum quoq; refugiunt Serpentes. capillum in capite deciduum continet. Carbunculos ad suppurationem perducit & rumpit Ischiadicis cum polenta ex aceto illinitur. Tumores collectionesq; discutit. Furunculos concoquit cum fermento: herbę uero ipsi ad omnia ea effectus: sed minor.

THLASPE CCCLXXXVIIII

T Hlaspi ab aliis Thlaspidion: ab aliis Sinapi persicum: ab aliis Sinapi syluestre: ab aliis Myites: ab aliis Myopteron: ab aliis Dæmophõ ab aliquibus Bitron uocatur. Ægyptii Suitempsu. Romani scandulaceũ: alii Capsellam: alii Pedem Gallinaceum. Herbula est angustis foliis digitali longitudine in terram uersis leuiter pinguibus: In cacumine diuisis cauliculo tenui Semipedali, ramulis paucis: circa uero p ambitũ continetur fructus summa sui parte in latitudinem modice affusus: semine incluso Nasturtii: Lenticulæ uasis effigies nisi qđ infringitur: unde nomen. Flos albicat. Nascitur in semitis & sepibus: monumentisq;. Semen asperi gustus excalfactorium. Bilem utrinq; detrahit. Modus

sumendi acetabuli mensura. Prodest & ischiadicis infusum: & potu sanguinem trahit. Abscessus interiores & uomicas Rumpit. Menses quoq; ciet: sed partus necat. Crateias reddit & alterum Thlaspi: quod aliqui Persicum sinapi uocant: latis foliis: Radicibus magnis: & ipsum utile Ischiadicorum infusioni.

ARABA VEL DRABA CCCXC

o Rabe cubitum alta est. Herba gracilibus uirgulis quarũ latera utrinq; uestiunt folia: quæ Lepidii uiderentur: nisi teneriora essent candidiora q;. in cacumine umbella, ut sambuco: & in ea flos cãdidus. huius herba incoquitur ptisanę. frequenti cappadocum cibo. Seminibus aridis pro Pipere in obsonia utuntur.

ERYSIMON CCCXCI

e Rysimon alii Chamæpleon. Prophetę alphita heracleos hoc est Herculis polentam. Ægyptii Erethmu. Romani Erionem. Nascitur circa urbes & in ruderibus atq; hortis. Folio Erucæ syluestris. Caule obsequioso ac lento quasi lorum: floribus luteis. in cacumine siliquas sustinet graciles & corniculis similes: ut silicula: in quibus semina continentur parua: Nasturtii specie: gustu ardenti. Utile in fluctionibus thoracis: excreationibus purulentis & tussientibus. Datur & morbo regio & coxendicibus linctu cũ melle: contra uenena etiam efficax potu. Illinitur uero parotidum & carcinomatum malis: quę sint occulta. Et contra duritias. Testium quoq; ardoribus & mammarum. Extenuandi natura erysimo, atq; calfaciendi est quotiensq; uehementer in perluendo uentre urigo eius timetur: mitescit immadefactum aqua, refrigeratumq; aut tostum igni linteolo iniecto & adipe circumlito.

PIPER CCCXCII

p Iper Arbor esse traditur in India breuis: fructu inter Initia oblongo: effigie siliquarum: quæ collectæ Piper longum uocantur. Interius quiddam milio tenui simile est: quod quidem si consumatum sit, Piper fiat. Hoc igitur temporibus suis dehiscens. Pandensq; sese recemulos fundit, ferentes qualia ipsi nouimus Piperis grana: e quibus acida & ante q̃ maturescant decerpta: candidum Piper appellant. Inter pauca utile oculorum medicamentis: Quæsitum & in antidota & in theriacos pastillos: ac longum quidem Piper intentius Remordet subamarumq; est: quoniam cruditate summa carpitur: proindeq; in antidota & theriacas facultates expetitur. Nigrum asperius: Iocundius & commendabilius sapore q̃ candidum: Præterea & odoratius: quoniam maturuerit solibus, tempestiuumq; a parente sit detractum. Idem in condimenta plus conuenit. Inertius utroq; acerbum candidumq;. Porro ut quicq; ponderosissimum: farctissimum, nigerrimum, ita & optimum intelligitur. Addendum ne sit impendio rugosum, ut recens & musteum sit: ut furfuribus uacent. cęterum nigro in genere Semina quædam inuenias alimentum non sentientia & cassa: Inania: minimi ponderis: quod brægma uocant. Excalfactoria omnibus potestas. Ualent ad urinas mouendas, ad concoquenda, extrahenda: discutienda quæ libeat. Oculorum claritati obstantia summouent. Horrores excutiunt ambientium febrium potu uel illitu. Auxilium afferunt & percussis a bestia. Par

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tus quoq; trahunt. Si femina post congressum cum uiro admoliatur uuluę, oportet fieri uti abortiatur. Ad tussim & uitia pectoris omnia in eclegmate atq; potu proficiunt. Anginas cum melle inunctis curant. Torminibus medentur bibentium additis lauri foliis q̃ tenerimis. Contra pituitam cum uua passa commanducantur. Dolores somno leuant omninoq; salubria in cibo existimantur. Auiditatem mouent: concoctionemq; adiuuant iussulentis inspersa: quæ ad intinctus parantur. Strumas collecta in pice dissoluunt: Vitiligines cum nitro. Torrentur noua testa in carbone commouenturq; Sępius ut lenticula. Non est huius arboris Radix, ut aliqui putauere quam uocant Zinziberim: quod paulo mox docebimus. uerius est similem costo esse Piperis radicem. Accendit hæc ora gustantium: saliuamq; elicit. Lienem ex aceto illita & in potu data comminuit. Ad pituitam manditur cum herbę pedicularis semine.

ZINZIBER CCCXCIII

z Inziberis planta est sui generis in Arabia & troglodytica magni prouentus. Herbæ usus apud illos ad multa: nec temere alius q̃ apud nos Rutæ propinamentis addentes hanc & obsoniis. Radiculæ subsunt paruæ Cyperi modo & candidę odoratęq; Piperis gustu. Probantur quę cariem non senserint. Inueterant eas aliqui: quoniam celeriter malum id contrahunt. In Italiamq; ita fictilibus aduehuntur utiles cibo cum salsamentis. Virtus Zinziberi calfactoria excoctoriaq;. Aluum mollit. Stomachum ualide adiuuat. Offensantia oculis abigit. Miscetur & in antidotis: prorsusq; ad Piperis naturam quodammodo habet responsum.

HYDROPIPER CCCXCIIII

h Ydropeperi hoc est Piper aquaticum maxime secus aquas stagnãtes & leuiter profluentes gignitur. Caulem habet geniculatum: robustum: circa quem alę panduntur & folia: qualibus menta spectatur. Maiora uero candidiora tenerioraq; gustu amara ut piper: Nec tamen odorata: fructum gerit e ramulis pusillis secundum folia continenti acinorum serie aggestũq; uuę modo. Ipsum quoq; amarulentum. Vtile est folia cum semine ad Tumores & cõtra duritias ueteres subleuisse. Radicem exiguam & inutilem obtinet.

PTARMICE CCCXCV

p Tarmice fruticulus est paruulis & frequentibus Ramis orbicularibus abrotono similibus: qui folio numeroso & longo & oleaceo uestiuntur. In cacumine Anthemidis more obũbrat capitulũ rotũdũ: gustu asperũ: sternutaméta irritans: unde nomen. Folio ptarmicę illito cũ suis floribus insigni ta emẽdat. Sternutaméta flos efficacius mouet. Nascit̃ ĩ mõtanis saxosisq; locis.

STHRVTHION CCCXCVI

s Truthion alii Cedron, alii Catharsis, hoc est purgatio, alii Struthocamelus, alii Chamerrhytrõ. Prophetę Chalirhyton. Romani radix sanaria: sed a nõnullis herba lanaria. Ægyptii oeno. Aphri Syris: Nota uulgo. utunt̃ ea: q lanas lauãt cãdoré ita uelleribus q̃rẽtes. Radix eius sapore aspera. Cõmorãtes urinas trãsmittit. utilis & Iocinori. Prodest ad tussim & Orthopnœã cũ melle cochleatis mẽsura. aluũ soluit. Eadẽ cũ panace: & capparis radice calcu

los frangit: pellitq; per urinam. Duratum lienem diffundit. Menses allicit subdita. Partus in utero efficaciter perimit. Cum polenta & aceto illita discutit lepras: cum farina Ordeacea uino decocta uomicas. Miscetur & malagmatis & collyriis claritatis causa. Ad sternutamenta quoq; ualida est: & si cum melle infundatur trita in nares purgat per os.

CYCLAMINOS CCCXCVII

c Yclaminon. Alii cissanthemon, Alii cissophyllon, Alii chelonen. Alii Ichthyotheran. Alii Cylinen. Alii Silenen Zoroastres Trimphalites osthanes aspho. Prophetæ measpho. Egyptii thesce. Romani Rapum terræ. Alii umbilicum terrę. Quidam archara appellant. folia habet hederę purpurea & uaria: in quibus supra infraq; albicant maculæ. Cauliculo digitorum quatuor carente foliis: Flore in modum rosæ purpureo. Radice corticis nigri: tam lata ut rapum uideri possit. Pota hęc cum aqua mulsa pituitam & tentantes aquas per inferna detrahit. Menses admotu potuq;. Tradunt etiam si prægnās mulier radicem transgrediatur: fieri oportere abortum. Adalligata certe partus accelerat. Aduersatur uenenis in uino sumpta potissimum Leporis marini. Ad Serpentium quoq; ictus illinitur. Ebrietatem in uinum additu repręsentat. Morbos arquatos denariorum trium mensura cum passo & melle mixto ac bene diluto in potu compescit: ut qui biberint: conclaui cubent calido, & a perfrictionibus tuto subindeq; obruantur pannis, usq; dum commadeant sudore. Ita enim saniem luteam: id est felleos sudores excerni continget. Succus in Nares additus cum melle caput purgat. Sedi appositus in lana excrementis uiam molitur: sed & illitus umbilico & pubi & coxendicibus emollit aluum. Abortus facit. Suffusos & habetes oculos cum melle inungit. Miscetur & corrumpentibus fœtum. Procidentem sedem cum aceto litus resilire cogit. Excipitur succus radice Tunsa expressaq; ut decoquatur ad crassitudinem mellis. Purgatur eo & cutis. Eruptiones pituitæ coercentur. Cum aceto uulneribus medetur: sinceraq; ac melle adiecto. Lienem consumat illita. Molestias in facie & Alopecias tollit. Prodest & ad podagras: ulcuscula capitis: perniones decoctura eius fouēdo emēdat. In oleo ueteri deferuescit: ad cicatrices ducendas perunctis ante partibus oleo. Excauata quoq; impletur oleo: & in cinere calido ponitur: quandoq; pusillo ceræ addito tyrenicæ, ut glutinosum fiat. Pręstantissimo remedio iis: quibus pedes a frigore Alserint: intumuerintq;. Radix siccata & scillæ modo conscissa reponitur. Tradunt tusam eam & in pastillos diuisam ualere in amatoriis. Nascitur in umbrosis: Maximeq; sub arboribus.

ALTERA CYCLAMINOS CCCXCVIII

d Emonstratur & Altera Cyclaminos, cognomine Cissanthemos siue Cissamphyllos: foliis hederæ sed minoribus: crassis uero geniculatisq; Caulibus: circa arbores se uoluens clauiculatim: flore candido: acinis ut in uite similibus hederę, sed mollibus & modice acribus gustu & lentis. Radice superuacua. Prouenit asperis locis. Acini huius drachma sumpta in uini albi cyathis duobus per. xl. Dies lienem paulatim emittunt per urinam & aluum. Sumuntur & orthopnoicis & puerperis: si a partu non purgantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

DRACVNCVLVS MAIOR CCCXCIX

Racuntium maius. Alii aron, Alii Isaron, Alii biaron. Alii hieracicon.
d Alii harmiagrion, Alii Cyperida. Romani lurumem, Alii mauriariam uocant. Alii Serpentalis. Nascitur in opacis & circum septa uillarum. Caule glabro, leuiq; recto cubitis duobus alto: baculi crassitudine: colore uario, ut uideri possit draconis. Subrutilæ in eo maculæ habentur maiore numero. Foliis lapathi mutuo implexu aduersis. In cacumine caulium flos Racemi figura Initio cineraceus. Postea cum percoctus est Croceus ac puniceus. Radicem habet amplitudinis iustæ: candidam: rotundam: cortice tenui: carpitur: exprimitur cum nigrescit maturitate. Siccaturq; in umbra. Radix effoditur messibus: & abluta conciditur: deinde funiculis inforata suspenditur locis opacis, ut obarescat. Excalfacit cum cõmixto. Elixa & tosta e melle in eclegma datur Orthopnoicis: tussientibus: ruptis: conuulsis: distillationibus pituitæ. In uino sumpta cupiditates ad uenerẽ mouet. Vlcera cacoethe: phagedenasq; sanat subacta cum melle aut illita: maxime si cũ uite misceatur alba. Collyriis quoq; utũtur ex ea factis ad fistulas cũ melle. Item ad partus eliciendos. Vitiligines cũ melle abigit. Polypos in naribus & carcinomata omniũ generũ dissipat. Succus ipse oculorum medicamẽtis asciscitur: caligines: nubeculas & albugines discutit. herba & radix grauidis: quæ recens cõceperint: abortũ olfactu inferũt. Idẽ præstant triginta seminis grana, utiq; si bibantur in posca. Quidã succũ infudere cum oleo auriũ dolori. Folia ceu spissantia imposuere uulneribus etiãnũ Cruentis: sicut in uino decocta pniones habẽtibus. Eum qui folia manibus cõtriuerit: feriri posse a serpẽtibus negant. Radicẽ quoq; oĩno habẽtẽ effossam animalia eadẽ fugiũt.

DRACVNCVLVS MINOR CCCC

Racuntiũ minus folia hederę habet, sed magna candidis respersa ma-
d culis: caulibus subrectis bicubitalibus pictis, uersicoloribus tanq̃ sunt serpentes nõ sine purpureis lituris: crassitudine baculi. Fructus in uertice uuarũ modo collectus herbaceo primũ colore: post luteo: cũ maturescit: gustu aliquatenus mordaci. Radicem gerit bulbosam rotundã & similem raphano: tenuem cortice. Nascitur circa sepes, & senticeta uillarũ in umbrosis. Succo e semine profectus ad auriũ dolores: si cum oleo infundatur. Eodem in lana obturatis naribus consumatur polypus. Illito carcinomata repellũtur. Acinis triginta potis feminę in posca contrahitur abortus. Olfactu quoq; tradunt: cũ flores marcescere occipiunt: recentes conceptus extingui. Radix natura excalfactoria, orthopnoicis prodest: rupta: conuulsa, distillationem tussesq; finit. Excreationes thoracis faciles constituit. Sumpta in cibo elixa uel tosta cum melle, uel sola in eosdem usus teritur sicca, ut in melle proficiat linctu. Vrinas & uenerem excitat pota e uino, ulcera phagedænas & quæ uocantur cacoethe intrita cum uite alba & melle purgat & cicatricem perducit. Ex hac collyria digeruntur ad fistulas, partusq; detrahendos. Eadem Radice qui manus sibi fricuerit: tutum fore a Serpentium ictibus produnt. Cum aceto & Vitiligines tolluntur: folia eius contrita uulneribus linamenti loco Recentibus imponuntur. In uino Decoctum pernionibus. In foliis Dracuntii Caseus optime custoditur a Ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

rie. Succo Radicis nubeculæ oculorum albugo, caligines exteruntur. Paratur Radix ut olus: cibo sanis futura uel cocta, uel cruda. Gymnesiæ insulę sunt baleares uocatę in quibus Radix hæc cum melle cocta conuiuis apponitur uicem placentæ implens. Reconditur Radix effossa per messes: deinde lota concisaq; in filo ad umbram siccatur.

ARON CCCCI

a Ron: quam Syri lupha uocant: folia emittit Dracunculi: sed minora & sine maculis: Dodrantali scapo: in purpuram leuiter tendente pistilli specie super quem croci colore fructus. Radix alba similis Dracontio, hæc & manditur cocta: minorem q̃ superior acrimoniam præferens. Folia quoq; inueterantur sale cibis. Eadem siccata, incoctaq; manducantur per se se. Radici, foliis: semini natura dracũculi. Priuatim radix podagris illinit͛. Reponũt & hãc ut dracunculũ, omninoq; inter edulia est: quoniam admodum nõ sit aspera.

ARISARON CCCCII

a Risarõ pusilla est herba. Radix ei oliuę tuberculo, acrior gustu q̃ aron. Proinde nomas sistit illitu. Medet͛ & fistulis efficaciter collyrio imixta, contacto genitali cuiusq; feminini sexus. animal in pernitiem agitur.

ASPHODELVS CCCCIII

a Sphodelus siue Narthecion Romani appellauerunt albucum. Planta est plurimis cognita: foliis grandi porro similibus: Scapo leui florem habente cacuminibus: Anthericon uocant. Radices longę rotundę, similes glandibus gustu acri: Vis excalfactoria. Prodest urinę pota radix, & menstruis & laterum doloribus: Item conuulsis: ruptis: & Tussibus drachmæ pondere in uino pota. Eadem commanducata & uomitiones adiuuat: astragali mensura. Contra serpentes datur in mero denariis tribus. ipsis quoq; ictibus illinuntur ex uino folia: Radix: flores. Prodest & ulceribus imposuisse sordidis: & quę nomas uocant. Item mammarum & Testium ardoribus: Tuberculis & furunculis radice cum uini fece decocta. Quæritut & ad recentes inflammationes cum polenta. Succus radicis cum uino dulci uetusto & Myrrha & croco pariter decoctis medicamentum efficitur utile oculis inungendis. Auribus purulentis sincerus immittitur: Tepidusq;. Aliqui pollinem turis admiscent & Myrrham & uinum & mel. A contraria uero aure in dentium dolore per se. Radicis crematæ cinis Alopecias ad pilum reducit: Oleum: quod cum Radicibus uulsis decoquatur in carbone: perniones exulceratos ambustaq; illitum emendat. Ad aurium tarditatem infunditnr. Radix candidam uitiliginem tollit: sed confricatam ante linteolo in sole. Radix & flores in uino poti magnifice Scolopendris & scorpionibus aduersantur: uentremq; laxant. Floret asphodelus per messes triticeas. Albus post æquinoctium uernum, nõ dum semine eius intumescente metitur. Radix sumpta potu appetitiones ueneris traditur finire. Quod & Crateias herbarius comprobat: superq; addiicit Radicem in uino datam drachmæ pondere aduersum dolores podagrę auxilio esse.

BVLBVS VOMITORIVS CCCCIIII

b Vlbus: quem uomitorium uocant: folia obtinet lentiora, multoq; lon-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

giora q̃ esculentus. Radicem Bulbo similem cortex niger integit. hęc per se deuorata, Item decoctum eius Vesicarum uitiis medetur. uomitiones repræsentat.

BVLBVS ESCVLENTVS CCCCV

b Vlbos utiles esculẽtosq; nemo non scit: uulgo manduntur. Adiuuant stomachum: faciles uẽtri qui sunt ruffi ex his, quiq; ex africa inuehũtur. amari uero & scillacei stomacho habentur cõmodiores opem concoctionibus ferentes. Omnium generum bulbi natura sunt acri, excalfactoriaq;, uenerem accendentes. Linguam: tonsillas exasperant. In cibo ualentis materiæ sunt. Augentur esu eo carnes. Inflationibus nocent. Teruntur ad eluxata: collisaq;: sagittariorũq; spicula. Articulorum doloribus: gangrænis podagris cum melle sinceriq; illinuntur. Similiter & ad tumores intercutis: Canumq; morsus: cum melle uero ac piperis farina sudoribus inhibendis. sedant & stomachi dolores. Manantia capitis ulcera & furfures cum nitro tosto emendant, sugillata & uaros per se aut uitellum oui addendo. Lentiginem cum aceto uel melle. Auriculas fractas cum polenta & ungues incussos. ulceribus: quę a fici similitudine nominantur: opponi bulbum tostum in calido cinere cum menarum capitibus crematis est utilissimum. Iidem combusti Halcyonio accepto uitia cutis in facie auferunt: & cicatrices nigras in sole corporibus illitis. Cum aceto elixi manduntur ad rupta. obseruenda cibi eius copia est: quoniam partes neruosas tentarent: coctus cum polenta & suillo adipe collectiones & pãnos suppurat: perrumpitq; compendio.

SCILLA CCCCVI

s Cilla uim habet ardentem & exacutam: pluribus modis utilis redditur tosta. Luto hęc adipe ue circunlita mittitur in clibanum aut sub prunas occulitur: Donec circundans tectorium abunde tostum appareat: eo exempto si nondum probe contabuit: Alterum statumen superinducitur. Cætera denuo: quæ præcepimus: faciendo. Alioquin sine curatione ista nocenter interaneis maxime dabitur. Torreri etiam solet in ollula: quæ bene aperta coniiciatur in clibanum. Tosta quoq; purgatur: & medium eius in taleolas consectæ iterum in aqua coquitur totiens mutata: usq; dum acrimonia eius aboleatur. Et cruda quoq; conciditur: & in umbra suspenditur lino modicis interuallis ut adsiccetur. Postea in oleum, uinum, acetumq; immergitur: quę genera in usu Scillitica nuncupantur. Crudæ aridis tunicis direptis quod reliquum e uino est: inferuefactum oleo aut cum Resina liquefactum ad Rimas pedum imponitur. In aceto cocta serpentium plagis illinitur: Cum sale datur tosta ita, ut in singulas portiones octonæ salis tosti molantur Cochlearis unius uel duorum mensura molliendo uentri Ieiunis. Inspergitur & potionibus & odoramentariis pastillis: & ad lotium mouendum & ad hydropicos & stomachicos quibus innatet cibus: Regios morbos: Tormina ueterem tussim: cum suspirio: & reiectione uitiosa. In hæc satis est tribus obolis sumpta cum melle in eclegma. Coquitur ad easdem causas in Melle cibi gratia: maxime uti concoctionem faciat. Crassitudinum strigmenta detrahit per inferna. Facit elixa in eosdem usus sumpta similiter. Cauendus hic cibus iis est: qui ulcus interius sentiunt. Prodest uerrucis & pernionibus tosta; semẽ tritũ tostũq;, exceptũq; fico sicca uel melle: si edatur: aluum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

emolliet. Ante ianuam suspensa remedio est contra ueneficorum noxam.

PANCRATION CCCCVII

p Ancrantion aliqui & hanc quoq; appellare Scillam malunt, radice Bulbi magni colore ruffo, purpurascenteue, gustu amaro qui os accendat: foliis Lilii, uerũ lõgioribus. potest ad quę Scilla. Paratur: ministraturq; eodẽ modo. Morbos quoq; oĩo quos illa pellens: q̃q̃ lenitas huius maior q̃ scillæ. Radix eius extunsa cum eruo in pollinem redacto miscetur: postea in panes digerunt: qui cum aqua mulsa spleneticis & hydropicis utiles sunt.

CAPPARIS CCCCVIII

c Apparis, Alii cynosbaton, Alii caprian, Alii coracos melon id est malum coruinũ, Alii ophioscordon, Alii Phyllostaphylon, Alii petraeam Alii olophyton, Alii ioniten, Alii oligochloron, alii aconiton, alii hyppomanes, alii Trichomanes. Prophetæ potera, alii Peutheron, alii cardia lycu, hoc est cor lupinum, alii holoscordon, alii crimon, alii Thlaspin. Romani sinape persicum. Aliqui uero Inturim. Punici herbiaeathum. Frutex est spinosi generis. humi se spargens per gyrum, aculeos in hamum curuatos habens, ut rubus. Folia cotonei: fructum oliuæ: quo dehiscente flos candidus erumpit. Post quem (deciduus. n. est) coalescit oblonga ceu glans: quę se se demum pandens acinulos complectitur rubentes, quales in punico malo spectantur. Radicibus surculosis & plurimis: grandibusq;. Nascitur in asperis omnino gracilibusq;. Familiare insulis ac ruderibus. Caulis eius & semen asseruatur in cibos sale. Aluum conturbat: & officit stomacho: sitim contrahit. Crudos coctis minus utiles stomacho adiiciunt esse. Semen ipsum duabus drachmis in uino haustis per. xl. Dies lienem obliterat urinas trahit, Cruentaq; sedimenta. Prodest in lumborum doloribus ac paralysi. Item ad rupta: conuulsa. Purgationibus feminas reddit. Pituitam elicit. Dentiũ dolores sedat: ex aceto semen decoctũ: si colluatur os. Eosdem habet effectus & cortex radicis aridus. Prærterq; omnia ulcera uel longinqua & sordida: Itẽ quæ occalluerint, purgat. Illinitur & spleneticis cũ farina ordeacea. Radix apprehensa dente: qui doleat: malum id leuat. Vitiligines candidas tollit cum aceto trita. Foliis & radice molitis in farinã duritias sanat & Strumas. cõtra uermiculos auriũ succus infunditur. Peregrinũ capari quod e Marmarica libyę importatur: facit inflationes magnas. Appulum uomitus. Asperimum africum & quod e Mari rubro cõuehitur. Pustulas in ore attollit. Inimicũ gingiuis. Corrodit eas mansum donec nudentur omnes: ob id cibo ineptum.

LEPIDIVM CCCCIX

l Epidium: quod nõnulli Gingidion uocant. Perspicua omnibus plantula est. Coniectũ in murias Lactis inueterat᷑. Foliorũ natura exulceratrix & aspera est. Per hoc ischiadicis illinunt᷑ mirabili effectu: trita cũ radice inulę, impositaq; ita uti post quartã horę partẽ soluant᷑. Pariter & ad spleneticos adhibent᷑. Lepras emẽdãt eadẽ. Radix dentiũ dolorẽ ad alligata collo cõpescit.

BATRACHION CCCCX

b Atrachion id est ranunculus. alii Selenon agrion hoc est apium syluestre appellant. Plura eius genera demonstrantur: acrẽq; uim habẽt omnia ea

nia ea & uehementer exulcerant. Vnum Coriandri foliis: latioribus: albicantibus, pinguibus: Flore luteo: & quandoq; purpureo. caule gracili, altitudine cubiti. radice breui candida & amara. Fibras Ellebori modo habente. Nascitur in limitibus humidis. Alterum lanuginis copiosioris: minori caule: pluribus frondium incisuris. In Sardinia copiosissimum. Gustus acerrimi: quod & priuatim Apium syluestre cognominant. Tertium minimũ est graui odore. Flore aureo: Quartum simile huic flore lacte, ofoliis. Floribus: caulibus cũ teneri sunt: Vis inest exulcerandi: Pustulasq; ut Ignis, faciunt cũ dolore: Ideoq; ad scabros ungues & psoras utuntur: & ad delenda Stigmata. Formicis quidem: Verrucisq; omnibus: Alopeciisq; imponunt celeriter remouentes. ad Perniones decoquitur, ut tepido foueãtur. Radix sicca concisa Sternutamentũ est illata naribus. In dolore applicata diutius rumpit dentes.

ANEMONE CCCCXI

a Nemone: quam alii Agriam hoc est syluestrem. alii Melænam uocant & Anemone Phœnicea: quam Enemion: siue Meconion appellitãt. Sunt qui Tragoceros: alii Gesparinẽ, aut Barbyllẽ. Osthanes Beryliõ. Omoeos Ornion Geranion. Pythagoras Atractylida. Prophetę Cnicon: siue Cnecon Agrion hoc est Cnicũ syluestre. Romãi Orci tunicã. Punici Chuph Phoest. Duo eius genera. Syluestris prima: altera ĩ cultis nascẽs: huiusq; species statim plures. aut enim sanguineũ florem habet, aut candidũ: aut lacteum, aut purpureum. Folia Coriandro similia: cęterum scissa tenuius: inclinantur in terram cauliculi Iulacei: exiles: super quos Flores sunt Papaueris: & in medio capitula coloris nigri aut cerulei. Radix quę Oliuę impleat magnitudinem pauloue excedat uelut geniculis distincta. syluestri per omnia amplitudo maior: latioribus foliis durioribusq;. Caput oblõgius, Flos phœniceus. Radiculę plures, ac tenues. Aliud genus foliis nigrantibus, acrioribus gustu. utrũq; asperã habet naturã. Ideo radicis succo in nares infuso caput purgatur. Radix cõmanducata Pituitam trahit. Decocta in passo medetur Epiphoris oculoꝝ: quibus & cicatrices & Hebetudines discutit. Sordida quoq; ulcerum purgat. Folia & caulis cum Ptisana decoquuntur ut cibo sumpti Lac euocent. appositi Menstrua cieant. Illiti Lepras amoliantur. Nonnulli herbam Argemida & Papauer erraticum: quod Rhoeas uacatur ut indicabimus in Papauerum mentione: discernere non habentes ab Anemona syluestri, Floribus in utraq; concoloribus Phœniceisq; inuentis: In magno errore uersantur, Argemonem Eupatorium nominantes. cæterum Distinctio euidens: quoniam Phœniceus color in Argemona, & Papauere in minorem altitudinem descendit. Nec illud discrimen paruũ, qđ utraq; hæc etiam tardius floret. ad hęc Argemone succum reddit Croci colore acrimoniaq; insigni. Papauer erraticum candidiorem & asperum. In utrisq; mediis capitella Papaueris syluestris: q̃q̃ differentia ea, qđ in Argemone capitulum superne latiusculum, crassiusculũq; est. contra in erratico Papauere, subangustum. Anemonę uero nec succũ illarũ fundunt, aut calices habẽt, nec nisi tãq̃ Asparagi cacumẽ. Nascũturq; in aruis parte plurima.

ARGEMONE CCCCXII

a Rgemone quam quidam Oenonen, alii Anthemida, alii Homonoean, alii Anthos pedinon hoc est florem campestrem. Romani Liburniam,

ſiue concordialem, ſiue Pergaliam uocauere. Galli Cornam: ſimilis eſt ſyluestri Papaueri. Foliis Anemones diuiſis. caulem habet in flore puniceum, capite papaueris: quod Rhoeadem appellauimus, dumtaxat oblongiore, ſuperniſq; partibus fuſo in latitudinem maiorem: Radice rotunda. ſuccus colore Crocco acer ſapore, Argemas, Nubeculas, Inflammationes illita ex foliis purgat. Crateias herbaruis Argemonem inquit tuſam cum Axungia Strumas diſcutere: Vitiligines nigras cum Nitro & Sulfure Vino concorporare: In hoc deſiderium adſiccari: contundi: cribrari, ut qui utuntur: confricent ea ſe in balneis anteq̃ in Solium deſcendant. Eandem & contra ſcabiem corporum prodeſſe.

ARGEMONÆ ALTERA CCCCXIII

Rgemonæ alterum genus: quam Artemonem & Arſellam uocant: a qui
a buſdã Sarcocolla: Romanis Artemonia. habet hæc ſyluestris papaueris folia: quę cum uirent, trita infricataq; & impoſita præciſiones ſanat. Epiphoris oculorum medentur. Dyſentericis bibenda dantur cum aqua. cõglutinãt & uulnera. collectionibus efficaciter illinuntur. Eodemq; modo conuulſis punctiſq; auxilio ſunt: beſtiarum quoq; in uino ſumpta percuſſibus reſiſtunt.

ANAGALLIS CCCCXIIII

Nagallis phœnicia id eſt rubens, alii Aeritis, alii Ægitis, alii Gauritis.
a Prophetæ Hema Ophthalmu hoc eſt ſanguinem oculi. Sunt qui Chelidonion. Romani Maciam uocant. Ethruſci Maſſytepos. Galli Stipanam: Daci Cerceraphron. Anagallis Cyanea, alii Chorchoron, alii Alicacabon alii Zeliauros, Prophetæ Nycteritis: Ægyptii Mecie, Romani Maciago, Punici Aſirriſoe. Duo genera eius. Dirimuntur Flore ceruleo Femina, Mas phœniceo. Iacet in terra utrunq;. Folia in cauliculis quadratis puſilla & rotunda obtinet ad ſimilitudinem Helxines. Semen quoq; orbiculatum. Leniendi uis ambobus: Inflammationeſq; depellendi. Spicula e corporibus eiicit. Vlcera erratica compeſcit. Succus gargariſſatus pituitam capitis purgat: per Nares infuſus dentium ſedat dolorem, Ita ut a contraria Denti qui doleat: parte iniciatur. Diſcutit & oculorum caliginem: & Argema cum attico Melle inunctis. Datur bibendus in uino contra Serpentes. Item Iocinoris renumq; Morbos: Tradunt aliqui eã quæ Florẽ ceruleũ habeat ſedis ꝓcidentiã comprimere quæ phœniceum illitu ꝓuocare.

HEDERA CCCCXV

Iſſos alii Citharom, alii Ciſſarõ, alii Chryſocarpon, alii Poeticam, alii
c Corymbethram, alii Cyſion, alii Ithitherion alii Perſida, alii Cemos, alii Aſplenon, Romani Sylua mater. ſunt qui Hedera uocent. Galli Suibites. Plurimas ſigillatim habet differentias Hedera: Sed ſummas ſpecies omnium generum tris. Eſt enim candida & nigra Hedera: tertiaq;: quę uocatur Helix. Candida fructum quoq; candidum fert. Nigrum nigra, aut Crocatum: quã uulgo Dionyſiam id eſt Bacchicam uocant. Helix fructum non gignit: tenuibus farmẽtis folio paruo anguloſo Coccineo. Natura omnium acuta & aſtrictoria eſt: nocenſq; neruis. Flos cuiuſcũq; generis digitorum triũ carptu Dyſentericos emẽdat in uino bis die potus. Et ambuſtus illinitur utiliter ſubactus cum cera. teneriorìbus foliis cum aceto decocto, aut crudis cum pane commanducatis lieni pro

dest. Foliorum succus, acinorumque infusus per Nares cum Irino unguẽto uel melle, uel Nitro cõuenit & ad ueteres capitis dolores: cum aceto quoque & rosaceo in eundem usum caput fouet. Immittitur & Dolentibus purulentisque auribus cum Oleo. Succus uero e nigra, & Corymbi eiusdem poti torpidos sensus faciũt. mẽtemque turbant largius sumpti. pilulis quinque tritis in oleo rosaceo calefactisque in cortice Punici: si ab aure contraria instillentur: Dentium dolor discutitur. Denigrant capillum Corymbi: decocta in Vino folia illinuntur omnium ulcerum generibus. Adustiones, Cacoethe uitia cutis in facie, ut prædiximus cocta emundant. Corymbi triti trahunt & menses apposita. Iidem a purgationibus poti drachmę mẽsura Feminas steriles faciunt. pediculi foliorum madefacti melle, uuluisque subditi partus expellunt & menstrua. Succus graue olentiam narium & putredines purgat, ac sanat. Lachryma Hederę psilothrum est. Phthiriasinque tollit. radicis succus in aceto potus contra phalangia prodest.

CHELIDONIVM MAIVS CCCCXVI

c Helidoniũ maius, alii Pęoniã, alii Cratęã, alii Aubios, alii Glaucios, alii Pandios Rhiza, alii Philomedion, alii Othoniõ, Romani Fabiũ, Galli Thonam, Ægyptii Mothon, Daci Crustanen. Caulis ei altitudine cubiti assurgit & amplius pusillis aliis agnascentibus iuxtim. foliosis. Frutici folia sunt ranunculi teneriora tamen, coloreque subglauco: singulis foliis: assidet flos Violæ Matronalis. Succus Croci acer & mordax non sine quadam amaritudine graueolentiaque. radix superne singularis. Inferne multiplex Croci effigie. fructus cornuti Papaueris tenuitate & longitudine in figuram Metę: in quo Semuncula papaueris maiora. Succus exprimitur & in æreo uase cum melle in pruna decoquitur remedio contra caligines oculorum. Excipitur hic e radice folio: Floribus æstatis initio. & siccatus in umbra digeritur. Radix cum Aniso & uino albo pota morbum Regium impugnat: Vlceribus quæ serpunt, imponitur. medeturque ex uino illita Dentiũ dolorem cõmanducata sedat. Nomẽ ei uidetur inditum: quoniã floret aduentu Hirundinum: Discessu marcescit. Sunt qui scribant Hirũdines matres pullis suis in nido mederi illa: Inunctisque luminum sedibus cæcitatem momento depelli: Visum Restitui.

CHELIDONIVM MINVS CCCCXVII

c Helidonium Minus, alii Pyrinõ agriõ uocauere parua herba: pediculis modo annexa radici caule nullo: per ambitũ folia Hederę rotũdiora minoraque. Item tenera: & aliquatenus pinguia. radices habet pusillas frequentes ab eodem callo, ceu Triticum aceruatim congestas. Tres earum aut quatuor lõgę cõsistunt. In limitibus humidis & palustribus gignitur. potentia ei acuta, quẽadmodũ Anemones: Inter caustica intelligitur. Psoras & ungues scabros tollit. radicũ succus intra nares cũ melle illatus ad purgationẽ capitis ptinet. sed & decoctũ eius cũ melle gargarissatũ magnifice id prẽstat. tedia oĩa pectoris discutit.

OTHONNA CCCCXVIII

o Thonnam alii cremorem Chelidoniæ maioris intelligunt. alii succum Glaucii, alii Florem papaueris cornuti. Sunt qui Miscellam triplicis succi ex Anagallide cerulea: ex Hyoscyamo: ex papauere interpretẽtur.

Non desunt qui saporem esse cōtēdant Herbæ cuiusdā Troglodyticę. quæ Othōna dicatur. Nasci eam in Arabia: quę secundum Ægyptum sit similem Erucę. perforatis crebro foliis tanq̄ si a Tineis esset pertusa scabris minime copiosis: Flore Croci latifolio: quare a quibusdam inter Anemonæ species collocata est. Succus eius oculorum medicamentis excipitur: Natura ubi purgare opus esset: mordente, discutienteq; quicquid claritati eorum officiat. Aiuntq; liquorem quendam ex ea Herba defluere: quem lauantes exarenātesq; digerant in pastillos ad eadem utiles: Aliquibus non Herbam esse, sed Lapidem placet in Thebaide Ægypti nascētem æris colore: amplitudinis modicæ: gustu mordaci: cum quadam ambustione, Spissationeq; accendentem Linguæ.

MYOSOTIS CCCCXIX

m Yosota, alii Myoton. quidam Anthyllion. Nonnulli Alsinen. Sunt qui Myortochon, & Myrtosplenon malint uocare. Italia Muris auriculam. Punici Laba Tholabat. Nomen inuenit a foliis: quibus auriculas Musculorum imitatur. Eadem Alsine dicta, quoniam in Lucis nascatur oppacitatibusq; gaudeat. hęc eadem erat: quę Helxine, nisi humilior esset: & minoribus foliis, nec hirsutis Cucumeris odore cū teritur. usus eius ad refrigerandū astringendumq;. Cum polenta Epiphoris oculorum imponitur. Succus in dolore auribus infunditur in Vniuersumq; emendat omnia: quę Helxine.

MYOSOTIS ALTERA CCCCXX

a ltera Myosotis uocatur caulibus pluribus ab una radice aliquatenus rubentibus, concauis ab imo foliis angustis oblongis dorso acuto nigris per interualla assidue geminatis, ab latitudine in mucronem paulatim se cōtrahentibus: Et tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus Flore ceruleo, ut Anagallidis. Radix digiti crassitudine, multis capillamentis fibrata. In plenum Herba ipsa Scolopendrio similis est: Leuior dūtaxat & minor. huius radix illita ęgylopas sanat. Non desuere qui Helxinem ipsam hoc nomine appellauerint.

ISATIS CCCCXXI

i Satis satiua: siue Augion, siue Egne. Prophetæ Arusion, Romani Rutam. Isatis qua infectores lanarum utuntur, similis erat Plantagini foliis: nisi qđ pinguiora habet & nigriora. Caule cubitorum duorum & ampliore. tumores omnes & panos foliis impositis discutit. uulneribus quoq; obducendis recentibus & cruentis iniicitur. Erumpētem apposita sanguinem sistit. Phagedenas: & quæ serpunt ulcera: Ignem sacrum & putrescentia.

ISATIS ALTERA CCCCXXII

i Satis syluatica siue parua Egne. Romani Rutam minorem appellant. similis superiori est: Maioribus foliis, qualibus Lactucæ cernuntur. caules habet tenuiores diuisos crebro: quadantenus rubentes e quorum cacuminibus uascula numerosa linguæ similia dependent: In quibus semen. Flore pręterea gracili luteo. Prodest quibus supra mox dicta. Lieni quoq; pota uel Illita. cęterum scire oportet mentitas descriptiones esse: quas modo posuimus. Nā Luteum florem & scapos tenuiores ac multifidos & cacuminum ligulas illas folliculares Isatis habet satiua: non Syluestris. continetur in iis Semen nigrum si-

mile Git. caule supra cubitos duos alto:non ut quidam dixere:cubitali tantum. Syluestris nigriora fert folia:cauliculum minorem crassioremq;.Florem purpureum:aut ceruleum.Fructu aspero, cruciformi:semen inclusum foliis pusillis & assidue per interualla quinis.

ARABIS CCCCXXIII

a Rabis herba circiter cubitum alta:tenuibus uirgis.cingunt hanc folia utrinquæ ut Lepidium:sed tenuiora, candidioraq;. Vertex umbella sambuci obtegitur floribus candidis. coquitur herba cum Ptisana præsertim in Cappadocia.semen siccatum obsonia piperis uice condit.

TELEPHION CCCCXXIIII

t Elephion aliqui Aizoon Agrion idest syluestrem : appellant.sunt qui & Andrachnen agriam : hoc est Portulacam agrestem nominitent. Romani Illecebram Ægyptii Anoth. Punici Atirtoppuris. Portulacæ similis & caule & foliis : alas binas in singulis geniculis foliorum annectit. ramuli ab radice seni, septeniq; fruticant foliis referti ceruleis:crassis, lentis, carnosis .Flore luteo alboue: Nascitur inter Vites & locis cultis & Vere.Folia senis horis contenta Vitiligines concorporant:ut postea farina hordeacea illinatur. Illinuntur & Lentigines cum aceto in sole, ut cum inaruerint:terantur.

LIBRI SECVNDI DIOSCORIDIS FINIS.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBENSIS DE MATERIA MEDICINÆ LIBER TERTIVS INTERPRETE HERMOLAO BARBARO. PATRIARCHA AQVILEIENSI.

PROEMIVM DIOSCORIDIS

p Roximis Voluminibus beneuolentissime Aree Odores: Vnguẽta:Olea:Arbores: Fructus & Lachrymas Diximus. His Animalia:Cerealia. Oleracea:& acrium Genera continenter adiecimus. In Tertio:quod modo in manibus habetur, Exequemur tibi Radicum:Liquamentorum:Herbarum ac Seminum potestates:quæ cognata iis existere Medicataq; uideantur.

AGARICVM CCCCXXV

a Garicum a quibusdam intelligitur esse radix quædam similis Laserpitio.sed superficie minus cõpacta. Textu quoq; tota raro ac soluto. Duo eius genera faciunt Feminam quam & præferunt mari cursu uenarum intrinsecus recto.rotundus est mas, & quaquauersum coalitu suo spissus.utriq; gustus Initio dulcis:Mox ex interuallo in amaritudinem transit. Gigni eam apud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

sarmatas regione quæ syluestris appellatur, Alii non radicem alicuius esse fruticis putant. Sed in arborum caudicibus: quæ computruerint: e nasci more fungorum. Prouenit & in galatia ciliciaq; in arboribus, sed friabile, atq; infirmũ. Natura ei astrictoria: concalfatrix: ualens ad Tormina: cruditates: rupta: contusis ex sublimi deuolutis. Datur obolis duobus cum Vino mulso: Si febres absint: cum febribus uero in aqua melle admixto. Iocinori: Suspirio: Aurigini: Dysenteriæ, renibus, urinæ difficultatibus, præfocationibus uuluę, Decoloribus drachmę mensura. Phthisicis cum passo. Lieni cum aceto mulso: stomachicis commanducandum, Sic uti est: sine humore aliquo, eiectionibus sanguinis cum aqua sumendum trioboli pondere. Coxendicum & articulorum doloribus: morbo comitiali ex aceto mulso pari mensura. Prȩterea mensibus trahendis: Inflationibus uuluę discutiendis tãtũdem: Datum ante accessiones horroribus febrium resistit. Aluum quoq; purgat singulis denariis aut binis cum aqua mulsa. Et aduersus uenena in mixto Denarius sufficiet. Ad serpẽtiũ plagas & morsus obolis tribus potum in uino unice occurrit: In totumq; ad mala intus omnia salutariter præbetur, utiq; habita ratione ætatum & uiriũ corporis. Huic in aqua: huic in uino. Illi in aceto mulso, alteri in melle mixto.

RHA PONTICVM — CCCCXXVI

r Ha quod Alii Rhion siue Rhian appellant. Romani Rha ponticum: Affertur ex iis: quę supra bosphorũ sunt Regionibus, ubi & gignitur. Radix nigra maiori Centaurio similis. Minor & ruffior paulo sine odore: fungosa: exigui ponderis. Optima quæ teredine libera est. Glutinosa in gustu, & astringens quadantenus. Eadem trita cõmanducataq; impallescit & colorem reddit ad Crocum inclinantem. Bibitur contra inflationes stomachi, aut si dissolutio eius sit: omninoq; ad dolores uarios: usum suum præstat. Datur ad rupta: conuulsa: Item epaticis: spleneticis: ad renum uitia & uesicæ: ad tormina. Si pectoris sint uitia si tenta præcordia, Si uteri mulieres infestent: Ischiadicis: sanguinem expuentibus: & suspiriis. Item cõtra singultus: cœliacos, ambitus febrium: uenena Serpentium. Mixtiones & modi conueniunt prorsus ut in agarico. Si febri careant in uino: sin aliter in aqua, utroq; mulso. Tabitis cum passo: lienosis cum aceto mulso. Stomacho laborantibus mansum per se, deuoratumq; sine liquido. Insignita & liuentia emendat, Lichenes quoq; impositum ex aceto purgat. collectiones inflammationesq; omnes ex aqua illitũ etiam ueteres & inolitas diffundit. Porro uis eius pręcipua intelligitur spissandi & comprimendi guttantia cum quadam excalfactione.

GENTIANA — CCCCXVII

g Entiana. Quidam radicem Centauriam. Sunt qui Aloen gallicam uocent: aut Narcen, aut chironion. Dardani aloetis. Romani genium, alii Cicendam, alii Ciminalem. a Gentio rege illyriorum inuenta primum existimatur: unde nomen. folia circa radicem plantaginis aut nucis Iuglãdis similitudine aliquatenus rubentia. A medio caule præsertimq; Cacuminibus leuiter diuisa. Scapum habet inanem: crassitudine pollicis altitudine cubitorum duum, læuem, geniculatumq;. Folia per eum non Iugi serie: sed ex interuallis &

quidem maiusculis funduntur. Semen in calicibus latum sine pondere, paleaceum quale spondylio. Radice prelonga ut Aristolochię alterius: crassa: gustu amaro. Altissimis montium crepidinibus in nascitur opacis & humentibus locis. Radici natura est excalfactoria, præstrictoriaq;. Contra bestiarum plagas auxilio est duabus drachmis pota cum Pipere in uino & Ruta. Succi uero singulis drachmis & ad laterum dolores: ex alto præcipitatos: rupta conuulsa. Vtilis est & Epaticis & stomachicis sumpta cum aqua. Radix collyrii tenuitate admota partus expellit. Eadem uulneraria est conferens ęque ut lycium: ulceribus profundis & Radix & pręcipuæ succus remedio sunt. Epiphoris oculorum inunctione prodest. Additurq; in acria collyriorum succus uice opii. Radix ipsa uitiligines fugat. colligitur succus radice tusa & diebus quinq; madefacta in aqua, tũ decocta usq; dum aquæ radices superstent. Deinde refrigeratur aqua & linteolo percollata iterum coquitur ad crassamẽtum mellis. Demum in fictile conditur.

ARISTOLOCHIA CCCCXXVIII

Ristolochię grauidas nomen dedisse par est: quoniam parientibus maxime salutaris intelligatur. Vnum eius genus tuberibus Radicum rotundis feminam uocant foliis hederę odoratis cum acrimonia leuiter rotundatis & mollibus. Numeroso ab radice una germine Longiusculis palmitibus. Flore ad pilei similitudinem cãdido: graui odore: qua intus rubet.

a

ARISTOLOCHIA ALTERA CCCCXXIX

Lterum Masculæ: quam dactylitin appellant. Alii Melocarpon, Alii Teuxinon. Romani Herbam aristolochiam. Radice longa. Proceriori bus foliis: exilioribus ramis: Dodrãtalibusq;. Flore purpureo: mali odoris: qui cũ emicuerit, Turbinatus in pirum aspicit. Radix rotũdę in orbẽ globata similis rapo. Altera crassitudine pollicis quatuor digitorũ lõgitudine, maiorue paulo. Vtriq; intus magna parte buxeus colos: gustus amarus uirulentusq;.

a

ARISTOLOCHIA TERTIA CCCCXXX

Eruatur & Tertium genus oblongę: quę clematitis uocatur tenuissimos habens ramulos foliososq;. Rotunda fere ea & Sedo minori similia floribus rutę. Radices longissimę tenuitatis: carnosi corticis odoratiq;: priuatim unguentis quæsiti pro spissamento. At rotunda quidem medicamentis quoq; aliis resistit. Oblonga serpentibus & uenenis Drachma in uino pota uel ictibus opposita: Nam & menses & secundas morantes a partu cit: & pecus emortuum extrahit: Myrrha & Pipere additis pota uel subdita in pesso. Rotunda ualet ad quæcũq; longa: superq; ad suspiria & singultus: febres frigidas: lienem: rupta: conuulsa: laterum dolores ex aqua. Eiicit & spicula e corporibus & surculos, squamasq; ossium illita. Excarificat putrescentia: ulcerum sordes expurgat. Caua replet cum Iri & melle. Gingiuis quoq; placet ac dentibus pro smegmate. Ipsa quoq; clematitis cognominata eosdem usus uidetur Repræsentare: q̃q̃ ignauius. Hanc aliqui Ararezan uocant, Alii Melecaprum, Alii Ephestion, Nonnulli Lestitin: & Pyxionycen & Dardanon: & Iontitin. Galli Theximon, Ægyptii Sophosph. Siculi Chamæmilon. Itali malum terrę. Daci absinthiũ Choricon. Prouenit in mõtosis, calidis: campestribus

s

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

asperis, petrosis. In febri: quæ sit difficilis: paratur hoc modo: contineri præcipiunt in carbone, ut qui febrit, suffumigetur uapore: liberabitur febri. Eadē uulneribus medetur illitu: cū cypero autē & dracunculi semine adiecto melle carcinomatis nariū resistit. Cū oleo decocta: & suillo adipe horrores algētiū discutit.

GLYCYRIZA CCCCXXXI

Lycirrhizon, alii Páticam, alii Glycyraton, alii Glycyphyton, aliqui g Scythion, aliqui adipson, Symphyton: Leonticam: Syslithrá: Libyestason, Hymenomœon: Peenthaomœon. Romani Dulcem Radicem Plurima in Ponto & Cappadocia nascitur. Frutex est uirgas spargens: binum cubitorum altitudine: foliis densis: echinatis, pinguibus, tactuq; gummosis: flore Hyacinti. Fructu pilularum platani magnitudinis Scabriore dūtaxat: Siliquis lenticulę rubescentibus radice longa: coloris buxei, quemadmodum gentiana: gustus astrictiusculi atq; dulcis: succum reddente Lycii modo curata. Vsus succi ad arterias exasperatas, sic ut spissatus est: linguæ subditi: dilutiq; pituita: Item thoraci, iocinori: & ardoribus stomachi. Sanat & uesicæ scabies, & renum dolores: ad quę potui datur in passo, sitim sedat suggentium. uulneribus prodest circumlita: stomacho cōmanducata. Radicum recentium decocto utilitas eadem. Radix sicca in farinamq; trita pterygiis illinendis probatur.

CENTAVRIVM MAIVS CCCCXXXII

Entaurium Maius, alii Narcon, alii Maronion aut Limnesion, aut plec ctronias, aut chironion & chironias aut limnestis. Prophetę hęma heracleos, id est sanguis herculeus. Romani Vnefera siue fel terræ appellant. Folia ei sunt nucis Iuglandis oblonga & uirentia, colore: quo brassica in circuitum serrata: Caulibus rumicis binum ternumq; cubitorum, ab Radiceq; fruticantibus: multiplici sobole, super hos capita ceu Papaueris in longitudinē quandam rotunda. Flos in ceruleum inclinatus & in eo semen farctum ut in lanigeris solet floribus. Radix uasta solidaq; ac ponderosa bicubitalis: succo madida & amara cum quadam astrictione: Nec citra dulcedinem rubescens. Rubet & succus. Nasci amat pingui solo, apricis, arborosisq; locis in collibus. Abundat in lycia, peloponneso, Arcadia, Helide, Messenia, Pholoe, ac Lyceo & Smyrna. Datur radix ad rupta, conuulsa, laterum dolores, anelitus, ueteres tusses: Excreationes cruentas in uino si febris non sit: sit sit: in aqua trita duabus drachmis bibenda. Eodem modo torminibus medetur: uuluarūq; doloribus. Menses & partus in collyrii tenuitatem corrasa & subdita euocat. Potentia eadem & Succo. Tunditur radix. mustea contrahit & conglutinat uulnera. Quin & coherescunt etiam carnes, si cum tusa ea simul coquantur. Medicantes in Lycia de succo expressæ Lycium faciunt. cognominata est & Panacea: quoniam mederetur omnium morbis: ubi aliqua inflammatio timeretur omninoq; multis modis opifera esset. Illisa uulnerum labra consolidat. Sustillum urinę calculososq; sanat iniectione. Legenda pręcipitur cum in eo sol est, ut emergat hora pura: dum luce syderis erumpentis uniuersa complentur.

CENTAVREA MINVS CCCCXXXIII

c St & Centaurium minus Limnesion cognomine apud alios Ellebori-

tes uocatum. Sunt qui Amarantum. Prophetæ hæma heracleos, id est sanguinem Herculis appellant. Romani Febrifugiam, ab aliquibus Herba Multiradix. Daci tulbelam. Limnesion uidetur dicta, ꝙ in Riguis nascatur: Hyperici similis & Origani: anguloso caule: Digitorum quatuor altitudine. Floribus in puniceo purpurantibus: quales in Lychnide. Foliis minutis & longiusculis ad modum Rutæ. Semen tritico simile. Parua radice, superuacuaq; : amara gustanti. Recens tusa obducit uulnera. Vlceribus uetustis illinitur: Expurgat ea & ad cicatrices perducit. Decocta humores felleos, & pituitam crassam potu exiccat per aluum. Infuso eiusdem decocto coxendicum dolores leuantur sanguinem trahendo, alleuandoq;. Succus medicamentis oculorũ per q̃ utilis. Purgat enim obstantia luminum claritati cum melle. Admouetur & mensibus depellendis & partubus. Priuatim uero articulariis morbis auxilium in potu prębet. Exprimitur cum prægnans est semine. Ac primo quidem maceratur a qua diebus quinq;: Mox coquitur, donec aqua integere desinat. Post refrigeratur, & per linteolum premititur herba detracta. Iterum coquitur ad mellis crassitudinem. Aliqui uirente ac turgente cõtusa liquorem excipiunt: quem coniectum in fictile non picatum in sole uersant rudicula miscentes lignea: & quod lateribus ambitu cohærescit: terentes decutiunt in humorem Noctu probe operientes. Cauentur enim Rores, ut qui Succos spiscescere, colostrariq; prohibeant. Radices porro herbasq; omnes: quæ adaruerint: exprimere oportet decoctas, curatasq; ut gentianam docuimus: Contra e recentibus libris, Radicibus, foliis Succum in sole haberi donec crassescat ut diximus paulo mox. Sic Thapsia: sic Mandragora: sic Omphax idest acida uua & cętera id genus premenda. Lycium & absinthiũ, & Hypocistis & similia iis coquũtur: uersant́: coagulant́ more, quo indicauimus.

CHAMÆLEON ALBVS CCCCXXXIIII

Hamęleontem album, Alii Chrysisceptrum & Ixiam: Romani Carduum uariam, Alii Carduum pineam. Ægyptii Epher, Alii Ephthoschin. Appellatur uero Ixia: quoniam quibusdam in locis ad Radices eius funditur uiscum, quo ut mastiche utuntur mulieres. Folia Silybi habet: aut Scolymi: crassiora & acutiora q̃ Niger. Deficitur caule: In cuius uicem e medio se Marini modo echini: aut cinaræ spinas erigit. Flore purpureo & crinito: qui se in lanugines pappos uocatas dissoluat. Fructus assimilis cnico. Radice locis in pinguibus crassa: in montuosis gracili: candida interius, odorataq;: sed olente uirus, atq; dulci. Valet hæc pellendis interaneorum animalibus latis acetabuli mensura in uino austero sumpta cum Origani decocto. Bibitur & Hydropicis drachma: Extenuat enim tumores. Decocturę aqua difficultatem urinę tollit potu. Eadem in mero uim theriacę obtinet. Canes sues muresq; occidit: si in polenta exhibeatur aqua & oleo additis.

CHAMÆLEON NIGER CCCCXXXV

Hamęleon Niger, Alii pancarpon. Alii ulophonon. Alii Ixian. Alii cynomazon. Alii Ocimoides, Alii Gnidium coccum, Alii Cynozolon. Romani Carduus Nigra, Alii Vernilago. Ægyptii Sobil. Foliis & hæc Scolymo similibus cernitur tantum minoribus; tenuioribus ac Rubenti-

bus caulem mittit baculi crassitudine Dodrantalem. rubescit hic modice: Vmbraculumq; habet & flores Spinosos tenues Violaceos uersicolores. Radice crassa, nigranti, prædensa interim & corrosa: intusq; cum diuisa est, subfulua: & si cõmanducetur: mordaci. Nascitur campestribus siccaneis: Item & collibus: & Maritimis locis. Radicibus tritis cũ exiguo atramenti sutorii & oleo Cedrino & posca Scabies curantur: lichenes tolluntur, cũ sulfure ac bitumine una coctis & illitis ex aceto. Decoctarũ succo colluere dentiũ dolores utile est: eosdemq; cũ Pipere, atq; Cera pari portione circumlitus sedat: Radicibus in aceto decoctis concisis & calidis inditis stilo dens cauus Inuritur: atq; ita frangitur. Molestias cutis in facie, uitiliginemq; cum Sulfure iis abigimus. Miscẽtur & exedentibus. Phagedenas & ulcera theriomata confutando expellunt illitę. Quare autẽ chamęleon uocetur a foliorum uarietate euenit. Mutat enim cum terra colores hic admodum uiridis. Illic subcandidus. Alibi cyaneus, Alibi coccineus.

CROCODILION CCCCXXXVI

Rocodilion chamęleontis nigri figuram habet: Nascens in sabuletis.
e Radice longa: & aliquatenus lata, gustu acri, odore Nasturtii. Radix huius feruefacta in aqua & pota sanguinem copiosum per nares pellit. Datur eadem spleneticis efficaciter iuuans. Semine urinam ciet. Rotundum id, duplexq; est modo Clypeoli.

DIPSACOS CCCCXXXVII

Ipsacon, Alii crocodilion, Clii chamæleonta. Sunt qui Onocardon &
d aphrodites lutron. Romani labrum ueneris. Aliqui Carduum ueneris. Ægyptii Seneor, Alii Aher. Alii Meleta. Daci Sciare. Aculeati & hæc generis est: Caule alto, Spinisq; horrido. Foliis Lactucæ binis, genicula eius singula complectentibus: Prẹlongis, armatis in dorsi medio, super subterq; tubercula, ceu bullas spinosas habẽtibus cauo alarum sinu in quo humor subsistit ex rore collectus & Pluuiis. De quo & nomen uidetur herba traxisse. In cacumine singulis ramis capitula sunt echinata spinis longiuscula. Hęc postq̃ exaruere Incana efficiuntur: quibus dissectis media medulla uermiculus inuenitur. Sanat Rimas sedis, Itẽ fistulas decocta in uino radice cõtusa usq; dum sit crassitudo ceræ, ut possit in fistula collyrium mitti. Reponitur hoc medicamentum in ęrea pyxide. Aiunt & formicas uerrucasq; tolli ea. Vermiculi quoq; quos diximus in Capitulis nasci, folliculo inclusi & collo adalligati uel brachio in Remedium quartanę bibendi traduntur.

A CANTHA LEVCE CCCCXXXVIII

Cantha leuce, Aliqui agrio cinaram hoc est cinarã syluestrem, alii dona
a citin, alii Erysisceptrũ. Romani spinã albam, alii regiam, alii carduũ ramptariam. Nascitur montibus, syluosisq; locis: folia habens chamęleontis albi similia, uerũ angustiora, candidioraq; subhirsuta, spinis infesta. Caulem binos cubitos excedentẽ crassitudine pollicari, uel ampliore subalbidum: & inanem. Cacumini echinus insidet a marino differens magnitudine: sed oblongus: flore purpureo continente semen, quale Cnici, Rotundius. Radix huius pota excreationes cruentas stomachicos & cœliacos adiuuat: urinam mouet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Illinitur contra collectiones, Decoctæ succo Dentium dolores imminuit colluentibus. Semen conuulsis infantibus prodest. Item & a Serpente percussis. Sũt qui præcinctum ea refugere bestias credidere.

ACANTHA ARABICA CCCCXXXIX

a Canthe Arabica, Alii acanthis. Romani Spinam Arabicam uocant: Spinæ albę natura uidetur esse. Nam & ipsa spissat, stringitq; guttantia. Mensium abundatias. Sanguinis excreatus, & alias fluxiones etiã num Radice uolens. Nascitur in asperis.

SCOLYMOS CCCCXL

s Colymus. Alii Pherusan, alii Pyracantham. Romani Strobulũ. Ægyptii Cnus. Folia gerit chamęleontis & Spinę albę similia, nisi q; nigriora habet & crassiora: caule oblongo, folioso que. In eo capitulum spinosum. Radice nigra & crassa. In graueolentia alarũ & cæteri corporis Radix illinitur. In uino decocta si bibatur, tedia eadem emendat: urinamq; detrahit copiosam fœtentemq;. Ipsa herba in cibos recipitur cocta ut asparagus.

POTERIVM CCCCXLI

p Oterium. Alii Phrybion. Iones Neurada. Quidã Acidoton. Large fruticat. Ramulis proceris, mollibus, lentis, tenuibus & similitudine tragacanthes. Foliis gracilibus, Paruis, Rotundis: Cortice fruticis totius obducto, Lanugine copiosa, & subtili: spinisq; hispido. Floribus herbacei coloris. Seminis gustu odorato & acuto: Nullius usus. Inuenitur in aquosis collibus. Radices habet binum ternũq; cubitorum. In altitudinem firmas: neruosas: quibus circa terram excisis lachrymam dat gummi similem. Radix Tusa uulneribus sanandis efficax pręcipueq; neruis uel pręcisis illita. Decoctum quoq; eius in potu contra Neruorum infirmitates affectusq; omnes iuuat.

ACANTHION CCCCXLII

a Canthion foliis est Spinæ albæ per extremitates aculeatis: araneosa lanugine circundatis: qua collecta etiam uestes quædam bombicinis similes fiunt. Ipsa folia uel Radices ad remedia opisthotoni bibũtur.

ACANTHA CCCCXLIII

a Cantha siue Herpacantha, Aliqui Melamphyllon. Romani acanthostopiam. Alii Mamolariam, Alii Crepulam, Alii Pęderota uocant. Nascitur uiridis: solo madido & saxoso, Latiori multo folio: longioriq; q̃ Lactucæ, diuiso ut eruca: pingui: læui: sub nigro. Caule duum cubitorum: Digiti crassitudine: inoffenso: per interualla circũdato: ad fastigium, foliis minutis, ueluti nucamentis quibusdã longuisculis, hyacinthinis: e quibus flos promit᷑ candidus. Semen proceriusculũ: coloris lutei Capite figurã thyrsi habente. Radices lentę: mucosæ: Ruffentes, oblongæ: ustis luxatisq; Illinẽdę urinas deuocãtes potu: aluum sistentes: phthisim metuentibus: Ruptis: cõuulsis cibo incoctæ utiles.

AGRIACANTHA CCCCXLIIII

g Ignitur & quę agriacantha nominatur & a Romanis spina syluestris, Scolymo similis, aculeata breuior, q̃ ea: quæ in hortis prouenit satiuaq; est: huius Radix similia cum mox dicta præstat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ANONIS CCCCXXXXV

a Nonin quidã Onotida malunt uocare: Dodrãtalibus & maioribus etiã Ramulis: fruticat multis geniculis: unde fundit alas: orbiculato capite foliis exilibus, pusillis modo Lenticulæ: sed similibus Rutæ aut Loto se nario: nisi essent paulo hirsutiora: odore iocũdo: anteq̃ fiat spinosa. Estur muria cõdita cibo gratissimo. Insũt ramis aculei exacuti & spiculis firmioribus similes. Radix candida est: excalfactoriiq; generis: cuius cortex in uino Vrinam pellit & calculos rũpit: Imposita Margines ulcerũ erodit. Radix decoquit̃ in Posca dolori dentium colluẽdo. succus decoctę potus hæmorrhoidas curare existimatur.

LEVCACANTHA CCCCXXXXVI

l Eucacantha: quam alii Phyllon: alii Ischiada: alii Polygonaton appellant. Romani Gnia Carduus. Ethrusci Spinalba. Radice cyperi amara uehementer: quæ commanducata Dentium dolorem sedat. Item laterum & lumborum etiam si sit antiquus decocto eius in uini cyathis tribus poto. Eademq; ruptis: conuulsis medetur. succus radicis ad omnia eadem bibitur.

TRAGACANTHA CCCCXXXXVII

t Ragacantha Radix est lata, surculosa, Eminens supra terram: e qua rami humiles, firmi: late diffusi. Folio numeroso: tenui pusillo, intercurrẽtibus spinis, fronde sua contectis & candidis, ualidis subrectis. Est autem & Tragacantha succus: qui radice incisa stillat & coalescit in Lachrymam. optima: quę translucida, leuisq; est, Item Gracilis, pura, subdulcis. Naturam habet similem Gummi conglutinantem. Vsus eius ad oculorum medicamenta, scabritias Arterię, Tusses, Raucedines, Distillationes. In Eclegmate data cum melle suggitur uero linguæ subiecta. Bibit̃ quoq; madefacta in passo singulis drachmis Renum Doloribus, Vesicæq; rosionibus. ad quę sumitur cum cinere cornus Ceruini eluto, aut cum aluminis fissilis exiguo.

ERINGION CCCCXXXXVIII

e Ryngion aliqui Eringen, & Gorgonion, & Erynerin & Carion, & Hermion & Origanum. Item Chlunion cognomine Myracanthon atq; Moly: ab Ægyptiis Crobisos. Prophetę Sismertos. Romani capitulum Cardui, alii Cartere. Daci Sicupnux. Hispani Centumcapita. Punici Cherdam, aliqui Orean chloen hoc est Herbam montanam, alii Chida. aculeatarum & ipsa in numero habetur. Folia huius tenera condiuntur cibo salsugine. lata hęc & scabra extremitatibus: odorata gustu: Sed ubi adoleuere multis fastigiis, ambitu Caulium mucronantur. In cacuminibus capitella in Pilæ formã coacta cernuntur. Sapientibus figura stellæ spinis acutissimis per orbem atq; duris. Colos iis modo uiridis modo candidus, modo ceruleus inuenitur. radix oblonga, lata, nigra summo cortice, alba interius pollicis crassitudine. Odoris boni, quasi Aromatum. Nascitur in campestribus solo gracili. Natura excalfactoria. urinam mẽsesq; trahit. inflationes soluit. Torminibus & Iocinorum uitiis obuiam it. contra bestiarum ictus: & uenenata omnia in Vino remedium est. Bibitur ad multa cũ semine Pastinacæ syluestris põdere denarii: traditur adalligatã & illitã uomicas discutere. radix ex aqua mulsa Opisthotonicis & comitialibus medetur pota.

Aloe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ALOE CCCCXLIX

Loe: Dicitur & Amphibion & Eryngion & Hermion & Tragoceros.
a apud Romanos Aloa. Barbari Aloe appellant. Scyllę similitudinẽ habet: foliis pinguibus: crassis in latitudinem modice se fundentibus: rotundis & retrouersus conuexis. hęc & a lateribus ex obliquo maioribus interuallis striantur & in spinulas desinunt retusas & trūcas. caulis eius nō dissimilis Antherico est. Flos albus. semen Asphodeli. Tota graui odore: gustuq; amarissima radice una ceu palo in terram dimissa. copiosissime in India nascitur: unde succus quoq; affertur: sed Nascitur & in Arabia: Asiaq; & aliquibus Maritimis locis & insulis: tanq̃ in Andro. Non tamen idonea: quę incidatur succi gratia. nec utuntur ea nisi ad uulnera recentibus foliis: Mirifice enim contrita & illita conglutinat. Duo autem succi eius inuehuntur genera: Vnum arenosi: quodquidem sedimentum esse purissimi cognoscitur. Alterum Iocinoris modo coactum. Erit ergo optima, pinguis, nitida, sine arenis, colore ruffo, friabilis. Iecoracea: facile se diluens & liquescens, amaritudine uehementi. Improbanda nigra & frāgi pertinax. adulteratur Gummi, quod & gustu intelligitur, amaritudineq;, atq; odoris intentione. Item quoniam inter digitos detrita non soluitur in ramenta. Quidam miscent Acaciam. Natura eius spissare: siccare: densare corpora: aluum soluere stomachum purgare cochleariorum duorum mensura, cum aqua frigida, uel quasi lac egelida idest tepidiuscula. Excreatiōes quoq; sanguinis inhibet. Bibit' in regio Morbo ex aqua obolis tribus, aut etiā denario. cū Resina uero aut aqua, aut mellis decocto cit uentrem: magnifice uero purgat interiora, si drachmis ternis pilulę deuorentur. Eadem medicamentis euacuantibus mixta Innocētiora ea stomacho facit. uulneribus illinitur sicca & conglutinat. ulceribus quoq; utilis cicatrices obducens ea identidemq; compescēs. Eadem inspergitur exulceratis genitalibus uirorum & ruptis infantium puerorum præputiis. Item Condylomatis, rimisq; sedis alias ex uino, alias ex passo. Hæmorrhoidum quoq; abundātiam sistit. Digitorum pterygia tollit. Item insignita ac liuida illita cū melle. priuatim prurigines & scabiem genarum. Dolorem capitis sedat, tēporibus & fronti imposita ex aceto & rosaceo. capillum fluentem continet cum uino. Tonsillas, gingiuas & omnia oris ulcera cum uino uel melle. Oculorū medicaminibus torretur in testa pura, excādente, pēnaq; subinde uersatur, ut possit æqualiter torrerĩ aut lauatur ut quod sit arenosissimū, subsidat adiiciaturq;: pinguissimū uero & leue tollatur.

ABSINTHIVM CCCCL

Bsinthium cognomīe Bathypicron proper amaritudinem. Ægyptii ap
a pellant Somi. Absinthium rusticum Itali. uulgaris herba notitiæ. prę stantissimum, quod in Ponto, Cappadocia, monte Tauro traditur nasci. astringit: excalfacit. Fel, qđ stomacho aut aluo cohęserit: purgat: urinas molitur. Crapulam præsumptum arcet. inflationes doloresq; uentris & stomachi discutit cum Seseli & Nardo Gallico. appetentiam excitat uel intermortuam. In regio morbo madefacti eius dilutum aut decoctum bibitur per singulos dies cyathis tribus. Menses cum melle insumptum deuocat, & appositum. Strangulatis esu Fungorum subuenit ex aceto. aduersatur & uisco & contra Cicutam ex uin-

Muris aranei morsibus & draconis marini Anginis succurrit cũ melle ac Nitro, Epinyctidas ex aqua sanat: sugillata cum Melle, oculorum claritati cõfert & auribus si manat sanies cum melle tritum. Decocto aurium & dentium dolores uaporis suffitu tolluntur in passo. Doloribus oculorum decocti succus illinitur. ilibus quoq; imponitur & ad Iocinoris & ad stomachi ueteres dolores subactum cũ cera Cypria. q̃q̃ ad stomachum rosacea conuenit. aquæ intercutis causa Lienisq; cum Fico & Nitro in pulte Loliacea sorbetur. Transit & sapor eius in uina simul condito: quod Absinthiten uocant, circa Propontidem maxime atq; Thraciam frequentatum: quo ad omnia: quæ superius dixi medenda utuntur dummodo citra febrim: Maxime uero propinant genus id æstate arbitrati sanitatem prestari eo. uidetur illitum uestiariis: arcere noxia animalium: Culices abigere sed perunctis ex oleo. atramentum librarium ex diluto eius temperatum literas a muribus tuetur. Quæritur & succus expressi totidem effectibus pollens. extra q̃ qđ inutilis Stomacho est & Capiti dolorem afferẽs. huic succo Amurcam decoctam adulterandi gratia nonnulli permiscent.

ABSINTHIVM SERIPHIVM CCCCLI

e St & Absinthium marinum: quod aliqui Sandonicen: Quidam seriphium cognominant. Romani Santonicum. Nonnulli Seriphium uocando Absinthium intelligũt marinum largissime in Cappadocia prouenit & Tauro monte probatissimum in Taphosiri ægypti: cuius ramum Isiaci solemne habent preferre. herba est prætenuibus cirris Abrotono similis paruo. Seminis plena exigui subamara inimica Stomacho graui odore, Linguã astringens & leuiter calefaciens, Decoctum hoc per se aut cum Oryza Lumbricos & Tineas rotundas interficit: cum Melle Aluum mollit. Eadem potest additum obsoniis aut in Lenticula decoctum.

ABSINTHIVM SANTONICVM CCCCLII

a Bsinthium porro quod in Alpinis Galliæ nascitur. Dictum a loco, ubi plurimũ gignitur Santonicum Gentili uocabulo regionis eius. Absinthio simile est: Sed minus copioso semine: Aliquantæ amaritudinis pares cum Seriphio effectus habet.

ABROTONON CCCCLIII

a Brotonon alii Auton, alii Absinthion, alii Heraclion, alii Cholopoeon alii Thelyphthorion, alii Absinthiomenon, alii Procampylon, Prophete Neura Phœnicos, alii Cynanchiten, Romani Absinthium ponticum. Quidam Thelythamnon, alii Glycen ancona hoc est dulcem cubitum appellant. Fruticat arboris modo, subalbicans foliis minuatim scissis, ut marinum Absinthium, ramulos circundantibus copioso flore: ad uuæ modum congesto cacuminibus pendente: aurei coloris per æstates nascente. Iocundi cum quadã grauitate odoris: gustu amaro. tale Sicculum est. Alterum in quo mas intelligitur: Sarmentosum, & gracili semine, sicut Absinthium, quale in Cappadocia & Galatia & Hierapoli Syrię nascitur, magno prouentu: semine feruefacto & crudo trito cum aqua bibitur Orthopnoicis coxendicibus: ruptis: conuulsis, urine angustiis: Mulierumq; mensibus, si subsidant. contra uenena potum in uino Antidotũ

est. ꝓdest & algẽtibus illitũ ex oleo. In cubili stratũ & suffitũ serpẽtes fugat. aduersumq; ictus earũ cũ uino peculiariter scorpionũ phalãgiorumq; sumitur. tritũ cõcoquitur tuberculis cũ farina hordeacea: & oculorum inflãmationibus illinit͛. cotonio malo cõcocto, uel pane. additur & in conditurã olei eius, qđ ex Iri fit.

HYSSOPVM CCCCLIIII

Yssopos a Romanis Hysopum uocatur. sunt qui Later, aut Casialam
h nominent. Ægyptii Saem. Ignotum nulli: Duorum traditur generum: Hortense ac Montanum. Est autem optimum Cilicium. excalfactorii est ordinis. Extenuatoriiq;. decoctum cum Fico, aqua, melle, ruta ꝓdest peripneumonicis: Tussibus uetustis. suspirio, Distillationibus, Orthopnoeæ. Tineas in aluo necat. Idem effectus lincto cum melle. Decoctum eius sumptum cum aceto mulso lentitiam pituitę, crassitudinesq; exigit per inferna. Estur & cum Ficis uiridibus tritis ad aluum emolliẽdam. Efficacius Cardamomo, aut Iride, aut Irione adiectis: colorem bonũ uescentibus reddit. Cum Fico & Nitro illinitur ad lienẽ & ad aquã intercutẽ. ad inflãmationes cum uino. sugillata quoq; Hysopo emendantur ex aqua feruenti. utilissime in angina gargarissatur cum decocto Ficorũ. In Dẽtiũ dolore cũ aceto colluitur decoctũ. Vaporatione eius excepta inflationes dissoluit aurium.

STOECHAS CCCCLV

Toechas, alii Syncliopa. alii Alcibiades. alii Pãcratiõ, alii Styphoniã.
s Ægyptii Syphlo. Prophetę Ophthalmõ Pytho Zuos idest oculũ Pythõis. Romani Scilcobinã in insulis tãtũ eiusdem nominis gignitur in Gallia ex aduerso Massiliæ de quo appellationem quoq; sortita est. herba tenuibus cirulis. coma Thymi: sed longioribus foliis odore acri & subamara gustu. uitia pectoris leuat decoctum eius Hysopi effectu. Antidotis quoq; miscetur.

ORIGANVM CCCCLVI

Riganum Heracleoticum, alii Cunilam uocant. Folium habet non dis
o simile Hysopo: Vmbraculum non in orbem se colligit: sed tanq̃ diuiditur in cacumine uirgularum: semen infrequens. Natura eius ad calfaciẽdum: quare percussis a serpẽte datur in uino decoctũ eius. In passo autẽ iis: qui cicutam aut Opium bibere. in aceto mulso iis: qui Gypso tẽtantur, aut Ephemero: conuulsis: ruptis: hydropicis: cũ Fico. siccum mensura ligulæ cũ melle mixto potum extenuat pituitas nigras per aluum cõmouet & menstrua. lictũ cum melle tusses emẽdat: Item prurigines, psoras, regium morbũ decocto in descensione balnearũ succus uirentis expressi, tonsillis medetur & columellæ: oris ulceribus. per nares caput purgat cum Irino oleo iniectum. Infũditur & aurium dolori cũ Lacte. Medicamentum uomitionibus ciendis commodissimum ex origano fit, addita Cepulla, & semine fruticis: quem Rhus uocauimus, utilem obsoniis, ut omnia in sole contineantur, ab ortu Canis diebus q̃ calidissimis bis uicenis in ęre cyprio. usus herbę susterni obdormituris in metu serpentium. Fugat enim eas.

ORIGANVM ONITIS CCCCLVII

Nitin appellant alterum genus Origani candidioribus foliis & Hyso-
o po similioribus. semine in Corymbis dẽsitate acinorũ uisendo. Easdẽ habet utilitates, quas origanũ heracleoticum dumtaxat infirmiores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ORIGANVM SYLVESTRE CCCCLVIII

Riganum syluestre: quod Panaces heracleum, siue Cunilam uocant. Inter quos Nicander quoq; Colophõius est. Foliis Origani, uirgulis prætenuibus digitorum quatuor altitudine: umbellis Anethi. Flore cãdido Radice gracili & inutili. Priuatim ex foliis floribusq; cõtra serpẽtes succurrit in uino.

TRAGORIGANVM CCCCLIX

Ragoriganum Fruticulus similis est Serpillo syluestri uel Origano, tã ramos, q̃ folia. Duo eius speties, alterũ a soli cõditione lętius & habitius latiore folio, glutinosum. alterũ macilẽtius exilioribus, mollibusq; foliis: qđ aliqui Prasiõ uocare malũt. optimũ autẽ Ciliciũ: Coũ: Smyrneũ & Chiũ: & Creticum. Excalfaciunt omnia: urinasq; pellũt: & uentri facilia sunt decocto insumpto. Detrahũt enim biliosas pituitas. splẽicis quoq; utiliter in aceto bibũtur. contra uiscum in uino: purgationes mulierum cient. Tussientibus quoq; cum melle datur lingendum: & peripneumonicis. omnino efficax & blanda potio est. Quare fastidia sentientibus & stomacho infirmo & acida ructãti præbent. Itemq; torsionibus: nauseis: ardori pręcordiorum. tumores illitos cum polenta discutit.

PVLEGIVM CCCCLX

Lechon, alii Blechron, alii Arsenachanthõ. Romani Pulegium. Punici Apoleiũ. Galli Albolũ, aliq Gallosopsis. Herba inter notissimas: usus extenuandi, calfaciendiq;. concoctiones adiuuat. Menses trahit pota & secundas & partus. uitia pulmonis excreabilia facit cum Aloe sumptum & melle cõuulsis quoq; auxilio est. nauseis & rosionibus stomachi datur in posca. pituitas nigras per aluũ purgat. cõtra ictus bestiarũ in uino remediũ est. defectos animo recreat naribus cũ aceto illatũ. gingiuas siccũ intritũ crematũq; corroborat. inflãmationes omnes cũ polẽta illitũ mitigat. podagrę sincerũ opponitur: donec sanguinẽ aduocet cutẽ exulcerãs. cũ cerato uaros tollit. ad lienẽ cũ sale illinitur: decocto eius prurigines extingũtur lauãtiũ, insidẽtiũq;: inflationes uuluæ duritias cõuersiõesq; corrigit. Quidã hoc Blechõ mutatis literis uocauere. quoniã pecus gustato eo cũ flore: balatu cõplet.

DICTAMNVM CCCCLXI

Ictãnus a qbusdã Glechõ agriõ idest Pulegiũ syluestre appellat. alii Embactrõ, alii Beloiacõ, alii Artemediõ, alii Creticẽ, alii Ephimerõ, alii Eldiã, alii Belotocõ, alii Dorcidion, alii Elbunion, Romani Vstilago rustica. Nascitur in Creta Dictamnũ gustu acri: leue Pulegio simile, maioribus foliis & mollibus fomẽti modo: & lanugine quadã circũdatis. Flos nullus ei semẽ ue ẽ. Effectus omnes præsentat quos Pulegiũ satiuũ, multoq; etiãnũ ualidius. cõstat. n. potu eius: sed & suffitu quoq; si mortui sint in utero infantes protinus reddi. Tradũt capris in Creta uulneratis pastu eius herbę tela decidere. Succus purgãdi uim obtinet inunctis infricatisq; partibus ceu cũ polenta. herba ipsa plantas pedum sagittis cõfixas curat uel illitu: Eiicit eas & a cętero corpe. Facit & ad lienis morbos. Minuit. n. eũ: carpũt æstate uel Autũno. radici uis feruẽs: gustatu accẽdit os. Eadẽ partus accelerat. Succus in uino serpẽtiũ morsibus aduersatur. In quã rem tanta uis herbę huius est: ut uenenata omnia olfactu saltem fugentur: contactu etiam moriantur succo uulneribus factis a ferro & plagis animalium infuso: su-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

per quę in potum dato salus momento consistit.

PSEVDO DICTAMNVM CCCCLXII

p Ro eo est pseudo Dictamnum uocatum multis in terris nascens: Folio si mili: minore acrimonia. ualens ad quę Dictamnum sed ignauius.

DICTAMVM ALIVD CCCCLXIII

e Ffertur e Creta & genus aliud Dictamni folio Sisymbrii. ramis maiori bus Flore syluestris Origani nigro & molli: odor foliis inter Sisymbri um & Saluiam iocundissimus conuenit ad quęcunq; superior: minus pũ git. In Emplastra & pastillos Theriacos additur.

ELELISPHACOS CCCCLXIIII

e Lelisphacō, alii Phacō: alii Ciosnin, alii Sphagnō, Ægyptii Bechiō, Ro mani Apusi & Arabia & Cosalō & Saluiā. Frutex oblōgus surculosusq; quadrāgulas habēs: & cādidas uirgas. Folia cotōei Mali effigie: lōgio ra scabriora: pauloq; callosiora: Extritarum quoq; uestiũ similitudine, hirsuta & candicantia: odorata uehementer: sed uirosa. semine syluestris Ormini sum mis in caulibus. Nascens in asperis. Folia cum ramis decoquuntur, succusq; is trahit urinas & partus: mensesq; commorantes: & Pastinacę marinæ ictus la nat: capillum denigrat. per se imposita herba sanguinem uulnerum cohibet: pur gat & ulcera theriomata: & si in uino folia decoquātur & rami, testium pruritus comprimit.

MENTA CCCCLXV

h Edyosmos satiua, siue Minta, siue ut alii Calamintha. Romani Mētam: & Nepitam, Ægyptii Tis, alii Pheruthrmonthu, alii Perxo, alii Mache tho. herbula omnis exposita. Vis ei astrictoria, concalfactrix, siccifica. proinde succus expressæ in aceto potus Sanguinem sistit. Tineas rotundas inter ficit, auiditates Veneris concit. singultus: uomitiones & choleras sedat duobus tribus ue Surculis cum Granati acidi succo potis. discutit & abscessus imposita cum polenta. Illinitur in capitis dolore fronti. Mammis: quę tendantur & rige ant imponitur. Morsibus canum cum sale obligatur. Aurium doloribus Succo medetur cum aqua mulsa. Feminis ante consuetudinem uirginali admota gene rationibus resistit. Linguæ infricata complanat asperitatem eius. addita potioni bus lactis densari & in caseum coire non patitur. Omnino stomachum adiuuat & in condimenta uenit pluribus modis.

MENTASTRVM CCCCLXVI

s Ylueſtris Menta est quam Romani Mentastrum appellant: Hirtiori bus foliis. per omniaq; Sisymbrio amplius: odore uirulentius: Sanita tis usu minus probatum q̃ satiua.

CALAMINTA CCCCLXVII

c Alaminthæ tria sunt genera. unum montes plus amat foliis Ocimi al bicantibus: Surculis festucisq; angulosis: flore purpureo. alterum Pule gio similem: Sed maiusculum propter quod quidam syluestre Pulegiũ uocant: quoniam & odorem illius emularetur. hanc Italia Nepitam uocat. Ter tium Mentastri similitudine: longioribus foliis, caule & ramo q̃ superiora duo maioribus: efficaciæ minoris: Omnium folia gustatu os accendunt: impensęq;

aeria sunt. Radix superuacua. prouenit in cāpestribus, macris, dilutisq; locis. cōtra serpentium ictus uires habet pota & imposita. decoctum bibētes copiose mingunt. Datur & ad rupta, conuulsa: Orthopnoeas: tormina, choleras frigora. cū uino præsumpta Venenis impedimento est. Morbum regium detrahit. animalia uentris extinguit. Tineas & Lumbricos cum sale ac melle. In quem usum cocta crudaq; conteritur in potus. Estur ad Elephantiam: ut serum lactis subinde post bibatur: partus enecāt folia: Mulierumq; menstruis prosunt admota in uellusculo. Fumum ex ea serpentes, nidoremq; fugiunt, quam & substernere in metu cubituris utile est. cicatricibus atris candorem in uino decocta reddit. Emendat & sugillata. Imponitur coxendicibus ad euocandam ex alto materiam nocentē: & cutē exulcerandā ui caustica. Succus auribus uermiosis instillatur.

THYMVM CCCCLXVIII

t Hymos, alii Thymos leucos: hoc est Thymum album. alii Cephalotō. alii Epithymida. sunt qui Thyrsion, Romani Thumum, Ægyptii Stephanen, Daci Mozulam: Frutex pusillus: & Triuialis: Cremio similior. foliis circuitu multis angustisq; in cacuminibus: flores capitulis purpurantibus. Nasci uult maxime solo gracili & petroso: cū sale, & aceto pituitam exinanit per aluum. Decocto prodest Orthopnoicis, suspiriosisq; cum melle. Animalia interaneorum: Retardatos feminarum menses partusq; enectos: secundas: urinam expellit. Sumitur ex Eclegmate ad uitia pectoris excreanda cum melle. collectiones recentes cum aceto illitum discutit: sanguinem concrescere nō patitur. Thymos & uerrucas tollit. Ischiadicos cum uino & polenta impositum curat. Visum retusiorem habentibus in cibos addere utile est. Sanis quoq; in uictu pro condimento adhibitum proderit.

THYMBRA CCCCLXVIIII

t Hymbra & ipsa notissimarum. In asperis & gracilibus nascitur similis Thymo: Sed minor, atq; tenerior: ferens spicam floris plenam: coloris herbacei. effectus modusq; dandi qui Thymo conuenit. usus uel ad sanos probatur. habet & satiua Thymbra breuior syluestri, omnibus modis. Esturq; utilius: quoniam acrimonia minore intelligatur.

SERPILLVM CCCCLXX

s Erpillos alii Zygis agria, alii Polion. Ægyptii Meronopus. Romani Serpillum, aliqui Cicer erraticum. Genus duplex. Hortensianum: odore Sampsuchi coronamentis quæsitum. Nomen a serpendo inuentum: & quoniam ubicunq; terram attigerit, radicatur illico, ipsumq; se propagat. Folia & ramuli essent Origani: nisi haberet candidiora. Hoc si a sepibus in terram pangatur: meliorescit: & auctius prouenit. Est & Serpillum syluestre quod priuatim Zygis uocatur: Non serpens Humi, Sed rectum exilibus ramulis & Lignosis. Folia Rutæ sequentia: Subangusta: Longioraq; ac Scabriora: Flore Gustu acri. Odore iucundo. Radice superuacua. Nascitur in petris efficacius excalfacientiusq; q̄ Satiuum: & ad Medicinæ usum accommodatius. Contra Vrinæ difficultatem & mensium bibitur. Tormina: Rupta: Cōuulsa: Inflammationes Iocinoris iuuat. Serpētium morsus potu uel illitu. Capitis doloribus deco-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ctum in aceto inspergit̃ cũ Rosaceo. Maxime uero letargicis & phreneticis cõuenit. Succus drachmis quatuor cũ aceto datus uomitiones sanguinis sedat.

SAMPSVCHVS CCCCLXXI

s Ampsuchon, Alii Triphyllon. Alii Amaracum, Alii Agathides. Alii Cnecion, Alii acapnon. Pythagoras Thramben. Ægyptii Sopho. Armenii Myuron. Prophetæ Onos ichreos. Alii Homigonos Iscos. Romani Meiuranam. Laudatissimum Cyzici & in Cypro est: proximũ in Ægypto. Amarantum Cyzicæna & Sicula gens appellauere. Serpit ramusculis multis in terra foliis pilosis: rotũdis: calaminthæ tenuioris similibus, odoratissimum: excalfactorium. Nectitur in Coronas. Succus decocti ad aquas intercutes morbo incipiente utilis. Et difficile meientibus & ad Tormina temperatus in potum. Folia sugillatis cum melle imponuntur arida. Cõmorantibus Menstruis admouentur. Scorpionibus aduersantur ex Sale & aceto illita. Cum cera uero luxatis & tumoribus prosunt. Cohibent & oculorum inflãmationes, tumoresq; cum polenta. Miscentur & acopo, & malagmatis ad excalfaciendum.

MELILOTVS CCCCLXXII

m Elilotos in attica & Cyzici, & chalcedone probatissima nascitur croco similis odorata. Gignitur & in campania Italię circa Nolam coloris lutei, odore languido. Astrictoria ei potentia est inflammationibus quoq; imponitur omnibus molliendi gratia, Præsertimq; oculorum: uuluarum: sedis & testium decocta in uino: aliquando & uitello oui tosto adiecto aut farina Siliciæ, aut Lini semine, aut polline molario, aut capite Papaueris, aut intubo. Per se uero in aqua & contra meliceridas recentes efficax. Vlcera capitis manãtia cum terra chia & uino, aut galla inunctis sanat: Stomachi dolores in uino decocta uel cruda cum aliquo e supradictis, Et aurium e passo succus crudæ instillatus, Item capitis cum Rosaceo & aceto.

MARON CCCCLXXIII

m Aron siue Origanis, siue Hysobryon. Herba cognita, Surculosaq; est. Florem habet Origani: sed folia longe candidiora. Florem uero etiam odoratum. Natura Sisymbrii: sustringens & excalfaciens modice. Quamobrem Nomas, si illinatur, compescit & calidis inunctionibus miscetur. Copiosissimum magnesiæ atq; trallibus.

ACINOS CCCCLXXIIII

a Cinos Romani Ocimastrum. Herba est exilibus festucis apta coronamentis: eademq; erat: quę Ocimum, nisi hirsutior ramis ac foliis esset & admodum odorata. Sunt qui eam cum hortensibus serant. Aluum sistit & menses potu. Ad panos & ignem sacrum illinitur.

BACCARIS CCCCLXXV

b Accharis herba est fruticosa generis coronarii folio aspero: magnitudine inter uiolam & uerbascũ caule anguloso, altitudine cubitali, Subscabro. circa quem alii quoq; cauliculi agnascentis modo Sobolis funduntur. Flore puniceo: Albicante odorato Radice ueratri nigri: cui odor est Cynamomo proximus: Gracili solo, nec humido proueniens. Radicem decoctam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

in aqu a bibere conuulsis euersis: ruptis: anelatoribus salutare est. In tussi uetere Mensium & urinæ difficultate. Auxiliantur ea & contra serpentes in uino. Vna aliqua e Radicibus teneris apposita partus ex utero elicit. Succus decoctę puerperis insidentibus conuenit. Tunditur cum Diapasmate odoris gratia: quo abunde commendabilis est. Foliis proprietas spissandi: eoq; capitis doloribus illinuntur: epiphoris oculorum incipienti Ægylopi: Mammis tumentibus a partu: ignibus sacris, Odor somnum gignit.

RVTA CCCCLXXVI

PEganos Orine, Alii Rhyten oream. Itali Rutam montanam, sicut peganon Cepeuton: Rutam hortensem. Ægyptii Epnubu. Syri armalaleu. Alii besasa. Punici churma. Ruta montana syluestrisq; Hortensi & satiua est acrior: & ad usum cibosq; minime idonea. Hortensi amicitia est cum fico in tantum, ut nusq̃ lætior, aut esculentior proueniat q̃ sub hac arbore. Vtrũq; genus feruẽtem habet & causticam uim: exulcerantẽq;. Vrinas & feminarũ purgationes pellentem. Aluum Citam siue in potu detur, siue in cibo: astringit: aduersus uenena pro antidoto ualet: seminis in uino acetabuli pondere. Folia cibos antecedentia per se aut cum fico arida, aut cum nucleis Iuglandium sumpta muniunt contra medicamenta omnia: simili modo & contra serpentes. Generationem impedit cibo uel potu. Torminibus cum anetho sicco decocta presidium est. Sic bibitur & ad laterum ac pectoris dolores: tusses: suspiria: pulmonum articulorum, coxendicũq; uitia: febrium cõmeantium frigora: inflationes coli: uuluarum & intestini recti, ut in oleo deferuescat: & ita perluatur aluus. Strangulatus uuluæ aperit trita cum melle tota pube ad usq; sedem opposita. Cum oleo decocta potu uentris animalia expellit: dolores articularios illita cum melle comprimit. Cum ficu uero tumores hydropicorum inæquales compescit. In iis & decocta in uino ad dimidias partes atq; circum extersa Bibitur salutariter. Oculorum causa in cibo cruda condita ue prodest. Epiphoris cum polenta imposita. Lenit autem & capitis dolores cum aceto & rosaceo illita. Trita sanguinem continet narium indito puluere. Testibus inflãmatis cũ laureæ foliis: Eruptionibus pituitę cum cera myrtea. Vitiligines candidas cũ nitro uino pipere concorporat. Cum melle & alumine infricatur licheni. Cum iisdem thymos & formicas tollit. Auribus quoq; in dolore succus infunditur feruefactus in malicorio. Idem succus uisum inunctis cum succo feniculi & melle clarificat. Ignem sacrũ & quæ serpunt ulcera: quæq; manant e capite cum aceto psimithio & rosaceo emẽdat. Acrimonias allii & Cepullę cõmãducatus post extinguit. Montana Ruta copiosior data ueneni noxiam obtinet, sub florem colligentium eam: & Muria condientium manus exulcerat: inflato etiã ore cũ pruritu ardoreq; uehementi. Proinde Rutam carpturi defensis oleo manibus & facie operantur: aiuntq; Pullis gallinaceorum infantibus succo eo perfusis arceri ab auiariis felles. Rutam uero in Macedonia nascentẽ iuxta flumen Haliacmõ: qui ederint: negãtur euadere. Montanus is est locus & uiperis scatens. Semen interaneorũ uitiis efficax. Immiscentur utiliter & antidotis. Frictũ id contra incontinentiã urinę dabis ut bibãt diebus septem Desinunt meiere. Radicem eius montanũ moly appellant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

RVTA CCCCLXXVII

r Vta sylvestris satiuę similitudinem refert. Pota comitialibus morbis & coxendicibus prodest. Menstrua: quæ sustiterint extimulat. Partus in utero extinguit. Horridior q̃ satiua & ad effectum ualentior: Nec mandenda: quoniam periculum inuehat. Alii & Hypericon Rutam syluestrem intelligunt: quod & Androsęmon & corin & Chamępityn uocant. Romani indaralem. Aliqui sentunalem. Punici churma semmaced. Cognominata est autem Chamępitys: quoniam odorem haberet Resinæ pineæ. Folia sunt rutæ, Pusillo frutice ac lignoso leuiter rubente. Flos luteus: qui digitis tritus sanguineum succum excernit. de qua occasione quidam hanc androsæmon uocauere. Folliculo subhirsuto & in rotunditatem prelongo, similitudine Ordei claudente semen atrum & Resinam deolens. Nascitur culto & gracili solo. Vrinas cit, atq; menses admota. Quartanis eliberat: si e uino bibatur. Folia cum semine partibus: quas frigus adusserit: illinuntur. Propter coxendicum morbos diebus quaterdenis bibenda prebetur.

RVTA GALATICA CCCCLXXVIII

q Vidam nomine syluestris Rutę accipiunt & eã quę in Cappadocia nascitur & Galatia Nuncupatam moly. Frutex est ab radice una complures uirgas fundens foliis multo longioribus & tenerioribus q̃ rutę, graui odore. Flos candidus. In cacumine Capitella paulo ampliora q̃ satiuæ: diuisa tripliciter parte plurima. In quibus semen Triquetrum subruffum, & amarissimum sapore: cuius in medicina est usus. Autumno maturescit semen. Conuenit quibus hebetes oculi. Subigendum cum melle uino felle Gallinacei: Succo feniculi atq; croci. Hoc genus herbæ aliqui Harmala uocauere. Syri bessasa. Cappadoces Moly. quando quidem a uero moly omnino non discrepat facies: Radice uidelicet pulla: & Flore albo. Colles amat & pinguia.

MOLY CCCCLXXIX

m Oly uerum Aliqui laucoion agrion id est Violam syluestrem uocant. Folio graminis latiore in terram iacente. Flos uiolę matronalis Lactei coloris sed minor & amplitudine potius purpureę uiolę. Candidus caulis cubitorum quaternum. Cacumini adiunctum est caput allio simile. Radix oblonga, bulbosa. Inter prima efficax ad uuluas aperiendas contrita & cum Irino unguento uelleribus collecta.

PANACES HERACLION CCCCLXXX

p Anaces alii Heraclion: de quo succus Opopanax dictus excipitur. Plurimum fert Boetia & Phocis arcadię: industria maxime olitorũ quibus ex eo questus redit maximus. Foliis in terrã iacentibus, insigniterq; uiridibus, asperis ut ficulnea possint uideri quinquepartito lancinatis per ambitũ. Caule ferulaceo & altissimo, lanuginemq; habente candidam & folia circum se minuscula umbraculum sustinente ut anethum. Flore luteo, Semine odorato feruentiq; in ore. Pluribus ab uno principio radicibus candidis, graueolentibus multi salsiq; corticis. Gignitur & Cyrenis In Africa. Itemq; Macedonia. Excipitur lachryma radice Incisa: cum recens Eruperit caulis. Ea Red-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ditur candida. Sed ubi adaruerit præfert extrinsecus croci colorem. Quod defluit e uulnere: foliis substratis & area circum pauita & puluillis inclusa, concrescere patiuntur: Mox tollunt. Manat & laxato plaga caule messibus, eodẽq; modo excipitur. Laudantur radices candidæ ac rigentes & siccæ & quæ cariem asseruatę nõ sentiant gustu: qui linguã accẽdat: odoratusq; sit. Semen optimũ: quod e media ferula in muscariis eius continetur. Minus utile macilentiusq; quod agnascentium stolonum cacuminibus dependet. Succum probamus amarissimũ sapore: interius candidum, & subruffum extra Croceum: leuem: pinguem: friabilem: tenerum facile tabescentem: odore graui. Damnatur maxime niger ac mollis. Adulteratur hammoniaco aut cera. Coarguitur si ex aqua digitis teratur namq; sincerus diluetur & elactescet. Virtus ei excalfacere: tenuare: mollire. Ideoq; ad horrores frigidos & circuitus febrium conuenit. Rupta conuulsa, lateris dolores: Tusses: Tormina, strangurias scabiem uesicæ cum aqua mulsa aut uino desumptus. Menses trahit: & partus extinguit. Inflationes uuluæ & duritias discutit solutus ex melle. Inungitur eo & coxendicum dolor. Immiscetur acopis & iis: quę ad capitis desideria componuntur. Carbunculos idem eiicit. Podagris cum Vua passa linitur. Cauis dentium inditus dolorem sedat. Ad claritatem oculorum inungitur. Contra canis rabiosi Morsus in pice colligitur: singulariterq; proficit. Radicis ramenta uuluis admoliuntur, ad extrahendos infantes. Vlceribus uetustis & ubi carnes ab ossibus recesserunt: opponitur trita cũ melle. Semen cũ absinthio deuoratũ purgationes menstruas reddit. Animaliũ ictibus cũ Malo terræ contrariũ est. Mulieribus pręfocatis cum uino traditur bibendum.

PANACES ASCLEPIVM CCCCLXXXI

p Anaces Asclepion nascitur caule tenui cubitali geniculato circa quem folia feniculi: sed maiora tamen hirsutioraq; odorata in cacumine umbella, ubi flos aureus asperi gustus & odorati. Radix parua & tenuis. Huius flos atq; semen contrita cũ melle ulceribus: tuberculis: phagdeenisq; imponũtur. Prosunt & Serpẽtiũ ictibus: si bibant̃ ex uino & illinant̃ ex oleo. Quidã & Origanũ syluestre panaces uocant: Alii cunilam. De origano diximus.

PANACES CHIRONIVM CCCCLXXXII

t Ertium Panaces chironium cognominatur Pelio monte laudatissimũ Folio Amaraci. Flore aureo. Radice gracili nec profunda: gustantibus. aspera. Valet radix contra serpentes potu: Coma uero illitu.

LIGVSTICVM CCCCLXXXIII

l Igusticum aliqui Panacean & Panaces appellauerunt. In liguria copiosum appenino monte finitimo alpibus: unde nomen. Indigenę panaces uocant. Non sine ratione: quoniã Radice cauleq; præterea & effectu heracleoticũ Panaces referret. Nascitur in altissimis & asperrimis montiũ: itemq; in opacis pręsertimq; ubi sint Rigua: tenui cauliculo qualem in anetho conspicimus: genicula habente: & folia sertæ campanicæ odorata, tenerioraq; in cacumẽ graciliora & diuisa magis. obsidet sũmitates umbraculũ: in quo semẽ nigrũ: farctũ oblongũ: figura feniculi: sapore acri odoratoq;. Radice alba heracleotici panacis beneolẽte. Semini & radici uis inest excalfactoria & apta cõcoctioni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

us & ad leuandos internos dolores : Tumores inflationes præcipue stomachi
Vulnera serpentium, cõmorantes urinas & menses . Idem præstat radix uel appo-
situ. Eadem cum semine Oxyporis & suppurantibus miscetur. Stomacho quidẽ
inter Pręcipua utile est: quare ab incolis additur in obsonia Piperis modo. Adul
teratur grano persimili : sed quod sapore deprehendatur. Amarum enim id est.
Quidam mutare solẽt feniculi semine, aut seseli.

STAPHYLINVS CCCCLXXXIIII

Taphylinos agrios. Alii Ceras. Alii Cerçcomen. Romani Carutam: &
s Pastinacam rusticam. Ægyptii Babelyru. Afri Sichcham. Foliũ habet
simile Gingidio latius & subsalsum. Caulis ei rectus & scaber: cacumen
anethi, superq; id flores candidi: quorum in medio exiguum quiddam ceu tuber
fungosus cernitur: colore purpureo: fereq; ad croceum accedente. Radix ei pol-
licem crassa, palmum longa : iucundi odoris esulentaq; si coquatur. Eius semen
potum appositumq; uuluis purgationes feminis restituit. Difficili urinæ. Hydro
pi pleuritidiq; bibitur. Serpentium plagis iniicitur, negantur q; lędi, qui ante gu
stauerunt. Adiuuat & conceptus. Pellit & radix urinas: uenerem stimulat. Partus
apposita extrahit. Phagedenas ulcerum sistit. Folium cum melle impositum.
Aptior cibis satiua: quæ ad eadem pollet: Efficacior tamen syluestris.

SESELI MASSILIENSE CCCCLXXXV

Eseli Massiliense alii Sphagnon appellauere. Foliũ gerit feniculi crassi-
s us dũtaxat: semen quoq; callosius obtinet & habitius. Caput anethi &
in eo granũ oblongũ angulosumq; & cũ estur: acre. Radix longa: grati
odoris. Hęc & semen calefaciunt. Stranguriæ: orthopnoeę: suffocationibus mu
lierũ comitialibus medent̃. Menses partusq; trahunt. Interaneis oĩbus prosunt:
& cõtra ueterẽ tussim. Ipsum semen cũ uino haustũ cõcoctionibus cõfert. Discu-
tit tormina: & horrores coercet. Per niuẽ Ituris bibere id cũ Pipere atq; uino pręc
cipiunt. Datur & ad iuuãdos caprarũ & cæterarũ quoq; quadrupedũ partus.

SESELI ÆTHIOPICVM CCCCLXXXVI

Abetur & Æthiopicum Seseli: quod Ægyptus cyonon phricen appel-
h lat. Folio hederaceo: sed minore in longitudinem porrecto periclyme-
ni herbæ modo. Frutex alioquin magnus: Sarmẽtisq; bicubtalibus. In
eoq; Dodrantales rami: capitula ut anethum. Semen densum: nigrum: amarum:
acrius: & odoratius, q̃ Massiliense admodũ suaue: ualet ad eadem omnia.

SESELI PELOPONNESIACVM CCCCLXXXVII

Vod uero in Peloponneso gignitur Seseli Peloponesiacum dicitur: fo-
q liis Cicutæ: sed latioribus crassioribusq;: excedẽs Massiliẽse amplitudi-
ne caulis: quẽ ferulaceũ cõtinet. Sũmũ eius lata umbella occupat. Semẽ
cõplexa odoratũ: latius carnosius uires habet: quascũq; supius dictũ. pueniť locis
asperis: Riguis: collibus: insulis. TORDILON CCCCLXXXVIII

Ordilion alii Tordilon. Quidã creticũ Seseli. Nascitur in Cilicia mõte
t Amano. herbula fruticosa. Seminis rotũdi, geminatiq; forma Clypeola
ri: gustu subaspo beneolẽtis. Elicit potu mẽses urinasq;. Succo qdẽ cauli
culi eius & semis uirẽtis hausto ternis obolis dieb9 decẽ ĩ passo renes sanãť. Effi-

caciorq; iis est etiamnum radice. hæc cum melle lincta excreationes pectoris cit.
habet autẽ herba hæc surculos porraceos, luteos & in purpuram uergentes. cacu
minibus rotundis, cõcoloribus. flores intus ad instar seminis minuti cõtinẽtibus

SISON CCCCLXXXVIIII

Ison semen exiguum in Syria nascitur Apio simile obnigrum & molli-
s ter longum: feruentis naturę bibitur ad Lienem & urinæ difficultates
& mensium continentiam. utuntur eo indigenæ condimentis addentes
ĩn cucurbitas coctas ex acetoq; deuorãtes. granula cacuminibus assidẽt frequen
tia.

ANISVM CCCCXC

Neson alii Sion. Romani Anisum uocant. semen pusillum e Syria com
a portatum facie Apii oblongum & Pullum: Ignei effectus. usum eius sple
neticis conuenire sat constat: Itemq; iis: quibus ęgre transit Lotium: fe
minarumq; quibus menses susidunt. condiunt eo Syri cucurbitas coctas: man-
duntq; in aceto. ac præcipua quidem eius natura in calfaciendo posita est. sed &
ĩpsum quoq; oris alitum iucundiorem facit. Somnumq; aduersus dolores prouo
cat. urinã ciet. Diffundendiq; habet uim: sed & sitim Hydropicis cohibet, aduer-
sumq; ictus aculeatos animalium bibitur. Inflationibus resistit. uentrem & pro-
fluuia genitalis alba compescit: & abundantiam lactis prętat: & uenerem prori
tat. Dolores capitis leuigat suffitu naribus rapto. auribus fractis infunditur cum
rosaceo. probatur recens adultum, neq; furfurosum: odoris ingrati. Laudatissi-
mum Creticum: proximum Ægyptiũ.

CAROS CCCCXCI

Aros semen notum. uis ei urinas mouendi: calfaciendiq;. Stomacho fa-
cile: gustu Iocundo. cõcoctionibus utile. Antidotis & Oxyporis inseri-
c tur: effectu Anisi. radix eius cocta, quẽadmodũ Pastinacæ in cibos ad-
mittitur.

ANETHVM CCCCXCII

Nethũ qđ mãdit' alii Polgodos. alii Anicetũ. Prophetæ Gonos Cyno
cephali: siue Gonos hermu. Ægyptii Aracha. Romãi Anethũ Punici
a Sicciria. Daci Polpũ. Nota res ẽ. aduocat urinã: excalfacit: sapore gra
to: stomachum concoctionesq; adiuuat. additur in antidota: & Oxypora. simili
Aniso natura, coquitur radix Pastinacæ modo in cibos si arefacti comæ, aut se-
minis decoctum bibatur: extrahit lac. Tormina inflationesq; sedat. aluum uomi
tionesq; superficiarias coercet. ructus mouet. singultus cohibet. in cibo frequẽti
us oculos hebetat: genituram extinguit. Succus decocti mulieribus locosis ad in
sidendum confirmatur utilis: semen crematum condylomata illinentibus tollit.

CVMINVM SAT. CCCCXCIII

Vminum satiuum cõmendabilem habet saporẽ: pręcipue Æthiopicũ:
c quod Hippocrates regium appellauit. sequens locus ægyptio: Tertius
uulgari. nascitur in Galatia & Asia & Cilicia, & Terentia pluribusq; ali
ĩs regionibus. usus excalfacere, astringere, adsiccare: Tormina inflationesq; dis-
cutit decoctum & clistere iniectũ ex oleo. Itemq; illitũ cũ farina ordeacea. ortho-
pnoicis datur in posca serpentium ictibus resistit in uino. Epiphoris testium cum
uua passa & farina Lolii aut cera impositum medetur. profluuia feminarũ & san
guinem

guinem narium ex aceto tritum & pastillis inditum sistit. colorem bibentium & lin entium mutat in pallorem.

CVMINVM SYLVESTRE CCCCXCIIII

Vminum quoq; quod nascitur spōte: & a Romanis modo Agreste, mo
c do syluaticum dicitur: magna copia & efficacius prouenit in Galatia & Lycia, & Hispania ad Carthaginē. Frutex is modicus est. caule palmum alto: prętenui, quaternis quinisq; foliis, ueluti serratis diuisura Gingidii. capitula cacuminibus quina, senaue, rotunda & mollia paleaceum semen complexa. qđ gustanti acrius satiuo est. Gigni solet in collibus. prodest torminibus semen & inflationibus potum ex aqua: singultibus cum aceto. constat & animalium uenenis aduersari naturam eius. ualet & ad humores in stomacho consistentes. commanducatum illinitur sugillatis cum melle & uua passa. Eodemq; modo & testibus inflammatis opponitur.

CVMINVM ALIVD SYLVESTRE CCCCXCV

St & genus alterum Cumini syluestris proximum satiuo: ex cuius singu
c lis floribus cornicula emittuntur tendentia in sublime: quibus semen figura Git includitur: præstantissimo remedio in serpentium morsu bibētibus datur: & iis quos urina uel calculi acriore ui mordeant. Item iis qui sanguinē cōcretū per urinā reddāt, ita ut semē Apii feruefactū cōtinuo post bibatur.

AMI CCCCXCVI

Mi: quod a Romanis Cuminum alexandrinum dicitur: Quidam uero
a Æthiopicum Cuminum id esse existimant. alii Regium Cuminum appellant: pleriq; alterius naturę in totum putant Æthiopicum Cuminū ab eo, quod uocatur Ammi. notum hoc omnibus semen exilius multo q̄ Cuminū gustusq; Origani. optimum quod purissimum & sine furfuribus. huic quoq; calfaciendi & siccandi uis data. urinæ difficultates & tormina discutit: Serpentiūq; ictus in uino potum: emendaturis ita cruciatum eum: qui uesicam urinasq; stringit: sugillata reddit colori cum melle. pallorem quoq; similiter bibentibus oblinentibusq; gignit. suffitum cum uua passa: aut Resina uuluas purgat.

CORIANDRVM CCCCXCVII

Orion siue Corianum. Ægyptii Ocheon. Punici Goed. refrigeratori-
c am continet uim: Quare illitum cum pane aut polenta ignibus sacris: & quæ serpunt ulceribus medetur. cum melle uero & uua passa Epinyctidas & Epiphoras, testium & carbunculos sanat. cum lomento seu Faba fracta discutit strumas & panos: pellit & animalia interaneorum in passo semen potum. genituram quoq; auget. mentem largius commouet magno discrimine: quapropter custodiri modū oportet: & frequētē caueri usū eius. succo uis magna cū psimthio uel argēti spuma & aceto ac rosaceo illinētibus ad refrigerādas ardentes in cute collectiones.

HIERACIVM MAIVS CCCCXCVIII

Ieracion maius, alii Sonchiten: Romani Lactucę generibus uendicant
h Punici Sithelesas. caulem habet modice adrubentem & scabrum inanē, spinosum. Folia ex interuallis scissa per ambitum more Sōchi. Flores in capitulis lōgiusculis luteos. facultas ei refrigerare, mediocriterq; astringere, ar-

doribus stomachi & inflationibus illitum prodest.rosiones quoq; in eodem uisce re mitigat sorbitionibus, succo.herba ipsa cũ radice ictibus scorpionũ imponit.

HIERACIVM MINVS CCCCXCVIIII

h Ieracion minus Quidam & hoc Sonchiten cognominant. alii Entymon agrion, Romani Intubum agreste appellant, Punici Sithilesas.folia ei sunt eodẽ modo per oram fimbriata ex interuallisq; prodeũtia.cauliculi teneri & coloris herbacei.flores lutei circumscribentes orbem.ualet in quæ superius.

APIVM D

a Pium hortense facit omnia:quæ Coriandrum.priuatim Epiphoris oculorum cum pane, uel polenta impositum mire auxiliatur: Feruores stomachi refrigerat. Mammarum duritiam emollit.urinam mouet:& cocto & crudo uescentibus.bibitur succo decoctum cum radicibus ad resistendum uenenis & quæ reddi uomitionibus libeat.uentrem astringit:semine urinas efficacius ciet.bestiarum quoq; ictibus & contra potum spumæ argenti opitulatur.flatus dissoluit.miscetur allicientibus somnum propter dolores.utiliter & in Theriacas additur facultates.Itemq; eas:quæ aduersus tussim conficiuntur.

ELEOSELENON DI

e Leoselinon alii Pedinon, alii Hydroselinon agrion, Romani Apium rusticũ.Nascitur humidis locis Apio satiuo maius:utilitates habẽs easdẽ.

OREOSELENVM DII

o Reoselinon, alii Petroselinon agrion, Romani Apium, Ægyptii Anonim.caule uno prouenit, palmum alto.radice prætenui: sed per ambitũ ramulos spargit capitulis Cicutę, tametsi multo tenuioribus.In his semen longum & acrimoniam gustu præferens tenue, odoratum: Cumino simile. Nasci amat in petrosis montanis. In uino semine ac radicibus sumptum urinis & menstruis ciẽdis efficax.proinde in medicinas, quę lotium exigunt:& calfactorias miscetur.cauendus uero illorum est error:qui Oreoselinon Apiũ in saxis genitũ contendunt.aliud.n.genus est id & Petroselinũ uocatur.

PETROSELENON DIII

a Pium uero quod Petroselinon dicitur:exit in Macedonia crepidinibus ꝑruptis.semine Ammeos:sed olente magis, & gustu acri, odoratoq;.urinas mensesq; cit:conuenit inflationibus stomachi atq; coli.torminibus laterum, renum, uesicę doloribus potũ. adiungitur & antidotis propter urinam.

HIPPOSELENON DIIII

h Ipposelinon alii Grielon.alii Agrioselinon.alii Smyrnion. Romani Olus atrum.alterius generis q̃ quod proprie Smyrnion uocatur ut statim demonstrabimus. Maius hoc & candidius hortensi Apio est.caule alto inani tenero:& tanq̃ depicto lineamentis.Folia latiora suppunicantiaq;. In summo coma Rosmarino flore per corymbos congesto plena:quæ anteq̃ deflorescat, densatur.semine oblongo:farcto:pullo.acuti saporis odorato.Radice & ipsa iocundi odoris & candida:gustu grato, nec crassa.Nascitur in opacis & iuxta paludes.Estur more Apii conditum pro olere.at radix cruda & cocta uescendo est.Folia uero & caules dumtaxat cocti manduntur. Idq; modo per se, modo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

cum piscibus. crudi quoq; seruantur in muria. Semen potum ex mulso Feminas purgat: algentesq; calefacit: & potum & litum. Eodem ad strangurias utuntur. radicis ad omnia eadem usus.

SMYRNION DV

s Myrnion: quod Ciliciæ Olitores Petroselinon uocant Amano monte celebratissimum. caulem & hoc habet Apii: Stolonesq; multos: folia latiora & ad terram infracta: quadãtenus pinguia: & robusta: iocũdi odoris cum quadam acrimonia: medicatiq; colore in luteum languescente. capitibus caulium orbiculatis: ut Anethi: semine rotundo: simili Brassicæ obnigro: gustu aspero: æmulante Myrrham tam proxime, ut altero sato, alterum quandoq; nascatur: radix quoq; inter acrimoniam odorata: mollis: succosa: mordet gulæ transitu. cortex eius foris niger, intus uiridis & subalbidus. Nascitur ĩ saxosis collibus: humidis locis: & angulis terrenis. usus radicis: foliorum & seminis excalfacere. folia prorogantur sale condita. & aluum sistunt. prodest radix pota contra serpentes. Eadem medetur tussi & Orthopnoeę: & urinæ angustiis: collectiones & suppurationes non ueteres. Item duritias discutit illitu. uulnera ad cicatricem perducit. feruens uero apposita eiicit fœtus. semen Lienis & renum & uesicæ uitiis conuenit. Idem ciet menstrua & secundos partus. cum uino lumborum dolores mitigat. Inflationem stomachi discutit. sudores mouet & ructus. peculiariter hydropicis & contra febres obambulantes potatur.

ELAPHOBOSCON DVI

e Laphoboscõ alii Elaphicon: alii Nephrion: alii Ophigeniõ. alii Ophioctonõ. alii Herpyxen. alii Lymen, Romani Cerui ocellũ. Ægyptii Chemis: Punici Ascaucau. caulem mittit Rosmarino similem, aut Feniculo angulosum. foliis latitudine digitorum duum & admodum longis ut Terebintho: infractis & aliquatenus asperis. propagines multę, umbellas Anethi sublutes substinent. Ipsum quoq; semen Anetho simile est. radice tris digitos longa: unius crassitudine, candida, esculenta, prędulci: Laudatur in cibis recẽs editus caulis. Fama est hoc pabulo ceruos resistere serpentibus: Ideo semẽ percussis cũ uino traditur bibẽdũ.

FENICVLVS DVII

m Arathri hoc est Feniculi folia in defectu lactis pota mammas replent. similiter & semen per se: aut cum Ptisana decoctum. uesicam purgat & renes succus comę decoctę urinam excitandi natura. Medicinę in eo & ad serpentium ictus in uino & ad menses eliciẽdos: In febribus sumptum cum aqua frigida nauseam ęstusq; stomachi releuat. radices tritę cum melle morsibus canũ linuntur. colligitur succus expressis caulibus ei & foliis: & in sole densatur medicamentis: quæ ad aciem oculorum reficiendam parantur. Fit & ex seminio eius recenti foliis totis ac ramis una expressis ad eadem u ilis. Fit etiam e radicibus prima germinatiõe incisis. In Hispaniæ Hiberia Lachrymas reddit similes Gũmi. Caulem ipsum cum floret, Indigenæ demetunt medium: detractumq; secus ignem deponunt: ut caloris ui ceu exudans eiiciat: quod quæritur Gummi: atq; hoc efficacius est oculis, q̃ succus.

HIPPOMARATHRVM DVIII

h Ippomarathron. alii Marathris, alii Marathron agrion. Ægyptii *Sá*-

psoth. Prophetę Thymarnolen. Romani Fęniculum erraticum, alii Feniculum equinum, alii Mium. Galli Sistia meor: sylvestre id Feniculum est satiuo grandius: semen ferens ut Canchry. Radix subest odorata: quæ prodest stranguriæ potu & feminarum menstruis appositu. semen & radix ad aluum sistendam: & aduersus animalium percussus bibuntur. calculos, pellere, Morbum Regium purgare uim habent.

HIPPOMARATRVM ALIVD DIX

Raditur & aliud Hippomarathri genus: folio angusto exiguo & oblon
t go: seminis rotundi ut Coriandrum, gustu acris: odorati: excalfactorii Medicinæ in eo cum genere priore communes: sed infirmioris operæ.

DAVCVS DX

Aucum, alii Dirceon. Differentię eius tres. Creticum Feniculi similitudi
d ne: minoribus & candidioribus foliis, caule semipedali: capitulis rotundis, ut Coriandri. Flos candidus. semen acre album: hirsutum & odoratum. Radix crassitudine digitali & longitudine dodrantali. hoc genus in saxosis nascitur meridianis. Alterum sylvestri Apio simile est, acre, gustantiq; odoratum & feruens. pręcipua bonitas Cretico. Tertium genus folio Coriandri albisq; floribus: capite Anethi & semine: Vmbraculum insidet fastigio. simile Staphylino: quem Pastinacam erraticam siue rusticam appellant. plenum seminis longi, ut cuminum acris. omnium semen excalfacit. urinas & menses potum exercet. sedat & tormina. inueteratas tusses mitigat. ad phalangiorum ictus in uino dantur bibatur. Tumores illitum discutit. Ex aliis usus modo seminis. Ex Cretico etiam radicis & magis ad serpentes cum uino est.

DELPHINIVM DXI

Elphinion, alii Diachyton. alii Diachysin: alii Paralysin, alii Cammaron, alii Hyacinthon, alii Delphiniada. Sunt qui Nerion, & Nereiadi
d on, & Sosandron appellent. Item qui Cronion, Romani Buccinum maiorem. rami ab una radice cubitorum binum, aliquando etiam maiores exiliunt, circa eos folia sunt pusilla, diuisa, tenuia, oblonga Delphinis effigie: unde & nomen. flos Violæ matronalis in purpuram uergens. semen in ualuulis Milio simile: quod in uino sumptum scorpionum uulneribus ut nihil aliud medetur: probabili argumento, quoniam scorpiones apposito eo torpescunt: amissa mobilitate: stupentesq;, atq; inefficaces ictibus redduntur. Eodem subducto uires ad maleficium pristinas resumunt. Nascitur asperis locis: & totius diei solem accipientibus.

DELPHINIVM ALIVD DXII

Abetur & alterum Delphinium: quod quidam Hyacinthum, Romani
h Buccinum uocant: prioris similitudine: sed foliis & ramulis multo gracilius. potest ad quę alterum itidem genus: non tanto tamen effectu.

PYRETHRON DXIII

Yrethron, alii Dorycnion, alii Pyrinon, alii Pyroton, alii Pyrothron,
p alii Arnos syrites, Prophetę Pyritē, Romāi Saliuarē uocāt. caulē habet & folia Gallicæ pastinacę sylvestris aut Feniculi. capite Anethi Orbiculato. radicē pollicis crassitudine: oblōgā: gustus ardentissimi & saliuā ciētis. ideo

ad dentium dolores decoquitur in aceto, ut colluatur: & ad pituitā oris siccandā tenetur in ore, commanducaturq;. sudores uero inunctis ex oleo commouet: & uetustis horroribus prodest. perfrictiones membrorum resolutionesq; mire sanat.

LIBANOTIS DXIIII

l Ibanotis duo genera habet summa. Fœcundum & sterile. Fœcundum in duas quoq; differentias conciditur. alterum est, quod ab aliis Zea. ab aliis Campsanemos dicitur: cuius semen Canchrys uocatur, feniculi folio crassiore, orbiculato in terram iacente odorato, caule cubitali, quādoq; etiā maiore: Stolonibus multis: quorum a capitibus umbellæ gestantur seminis plenæ candidi & Spondylio similis rotundi: angulosi gustu acuto: resinacei, accendentis os, cum manditur. radix alba magnitudinis iustæ Tus redolens. alterum simile superiori per omnia: sed lato semine atq; nigro Spondylium imitante odoratoq;, nec feruenti. radice foris obnigra: intus si frangantur, exalbida. quod uero sterile appellatur, cætera quidem prioribus simile est: uerum neq; caulem: neq; florem: neq; omnino semē fundit in saxosis & asperis nascens. omnium folia trita imposita Hemorrhoidas comprimunt. Inflammationes Sedis & Condylomata strumasq; placant. collectiones difficile suppurantes excoquunt. Radix arida cum melle purgat ulcera: torminibus medetur: & serpentium ictibus bibenda cum uino. tempestiua & feminis purgandis & urinis ciendis. Tumores lita ueteres discutit: succus & radicis & fruticis oculorum aciem cum melle inunctus exacuit. Semen ad eadem traditur. Itemq; ad Comitiales: & uetera pectoris uitia: & Regium Morbum in uino cum Pipere: aut cum sudor quærendus: illitum cum oleo: Item ruptis: conuulsis: podagris illinitur tritum cum ęrina farina & aceto. purgat & uitiligines aceto mixtum asperrimo. in potiones uero has utendum semine alterius generis, non eo quod e rore Cāchryn ferente nascatur: quippe acrimonia in eo anceps, gutturiq; inutilis. Theophrastus auctor est, cū Erice libanotidem nasci foliis Lactucæ syluestris eius: quę sit amara: breui radice. hanc si bibatur, purgare utralibet parte. cæterum folia huius candidiora esse, asperioraq; q̄ lactucæ. porro Canchrys: quæ de rore supradicto gignitur: excalfaciendi uim habet: & resiccandi quoq; uehemēter. Ideo smegmatis additur cōtra fluctiones oculorū cōpositis: in qua curatione triduo gerit̄ illitū capiti. ab eo tēpore decutit̄.

LIBANOTIS CORONARIA DXV

l Ibanotis ea: quam Romani appellant Rosmarinū: & qua nectentes coronas utuntur in exilibus uirgis: folium habet tenue, crebrum, oblongū & gracile intus candicans extra uiride, graui odore. calfacit, & auriginē sanat decoctū in aqua & ante gestatiōes inambulationesq; sumptū, ita ut post eas obiter lauēt: merūq; hauriāt: qui sumpsere. adhibetur hoc acopis & oleo musteo.

SPONDYLION DXVI

s Pondylion alii Aragen. alii Phalangion. alii Asterion. alii Nesyrin, alii Spondylida: & choridanum & oenanthen. Romani herba Rutinalis. Ægyptii Apsapher. Prophetæ Osirin. Foliis quadantenus Platani. cætero ad similitudinem Panacis. caulibus magnitudine cubiti, uel etiam amplioribus atq; Feniculaceis. Semen in cacuminibus Silis effigie: sed duplex & latius

& candidius:paleosiusq; graueolens. Flore candido aut pallido: Radice alba. rhaphano simili. Nascitur palustribus & uligine cōmadentibus locis. purgat pituitosa per uentrem. Bibitur & in iocinorum causis: morbo Arquato: comitialibus, orthopnoicis: uuluarum strāgulatione. correptos importuna ui somni: subindeq; cassabundos marcore uellicat suffitu. infunditur cum oleo capitibus phreneticorum & letargicorum. Item capitis doloribus longis. Illinitur cum Ruta serpētibus ulcerum. Datur & radix contra regium morbum & in iocinoris uitio. Derasa & in fistulas coniecta callos earum derodit. succus recentis e flore auribus ulceratis & purulentis immittitur. Expressus hic ut cæteri & curatus reconditur.

FERVLA DXVII

n Arthecis, Italia Ferulā uocat: usus in medulla e uiridi ea cœliacis & screantibus sanguinem. in uino ad uiperas bibitur. ualet & ad sanguinem sistendum naribus indita. semen torminibus medetur. Ex oleo autem perunctis sudores mouet. Caules ipsi capitis dolorem edentibus faciunt. Inueterantur & sale pro cibis. Caulem Ferula sæpe tricubitum fundit. Folia sunt Feniculi: crassiora multo, atq; maiora. Ex eo fit & Sagapenum uocatum delibrato excauatoq; secundum radicem.

PEVCEDANVM DXVIII

p Eucedanum, alii Agrion, alii Agriophyllon. Prophetæ Agathos Demon hoc est bonus Genius, alii Pinastellum. Romani Satariam. caulis est ei tenuis: macilētus: similis Feniculo. densitate iuxta terram comosa. flos luteus. Radice nigra succosa: graui odore: crassa: Gignitur in mōtibus opacis. Inciduntur radices tenerę pro succo cultellis: ut quod effluit, cōtinuo in umbra ponatur. Nam sole uires amitteret. in colligendo capitis dolor & uertigo sentitur: Nisi nares prius & caput rosaceo perungantur. radix succo exempto inutilis redditur. Et alius succus e caulibus modo expressis, modo plaga laxatis excipitur: sicut & radice: quod & in Mandragora fit. uerum quod manat inciso eo minus pollet effectu, q̄ quod expresso colligit᷑. sed & uelocius quoq; diffilatur, exanimaturq;. Inuenitur interim & Lachryma Turis modo cōcreta caulibus & radicibus adhærescens. laudatissimus succus ex Sardonia, mox Samothracia, odore graui: colore ruffo: gustu feruenti: cum aceto & rosaceo conuenit ad Letargum, & phrenesin: uertigines oculorum: Morbum comitialem: dolores capitis longos perunctis: Item ad resolutiones neruorum: coxendices, conuulsa: In uniuersum ad omnia uitia neruorum cum oleo acetoq; illitus. In uuluarum strangulatione olfactorium est. In somnum quoq; prociduos expergiscit subditū naribus, fugantur suffiti nidore serpentes. aurium dolori cum rosaceo instillatur: addendus in Dentium caua si dolent. Prodest ad tussim cum ouo deuoratus. Difficilem anelitum, Tormina, Inflationumq; uitia discutit. Ventrem molliter cit: Lienem consumat. Ægre parientibus singulariter proficit. solet & ad tormenta uesicę aut si tenta sit, bibi. Item ad renes. exaperit uuluas. Eiusdem effectus & radix, nisi qđ infirmior: In usu est & decoctum eius. eadem teritur arida ulceribus sordidis. squamas ab ossibus eximit. cicatricē ueteribus malis obducit. ceratis & malagmatis excalfaciētibus miscetur. Probat᷑ recēs & libera carie. Itē solida odorisq; plena.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

succus in potiões resoluit amaris amygdalis: aut ruta: aut pane calido: aut anetho.

MELANTHIVM DXIX

m Elanthium. Alii & hoc Mecona agrion melana Romani papauer nigrum. Frutex est pusillus. Tenuibus festucis. Altitudine digitorum octo uel eo amplius: Foliis paruis Senetioni herbæ similibus; multo tamen exilioribus. Capitulo summitatibus: gracili exiguo: forma papaueris: oblongo: interius loculosa distinctione septorum: in quibus semen pullum: acre odoratum: quod & Crustæ panis inspergitur. Capitis dolores illitum fronti discutit. Ad bilem incipientem suffundi cum Irino oleo infunditur naribus tritum. Ad lentigines: lepras tumores ueteres & duritias illinitur ex aceto. Clauos circumscarificatos ferro extrahit cum uino uetere appositum. Dolores uero dentium; cum aceto ex hastulis tedæ decocto colluimus. Tineas latas umbilico illitum ex aqua depellit. Tusum & in linteolo illigatum olfactu distillationes capitis discutit. Ciet menstrua & urinas & lac Diebus continuis sumptum. Sedat & difficultates spirandi addito uino potum. Bibitur drachma una cõtra Araneos in aqua. Fugantur & incenso Serpentes. largius deuoratum interficit.

LASERPITIVM DXX

l Aserpicum in Syria & Armenia & Media & Africa nascitur. Caule ferulaceo: quem Maspeton uocant: Foliis Apio similibus. Lato Semine Radix excalfactoria est: & in cibis ægre concoquitur. Vesicę quoq; noxia. Strumis uero & Tuberculis cum cera aut etiam sugillatis cum oleo amicissima. Coxendicibus cum cera Irina: uel Cypria excrescentibus circa sedem in punici mali Tegmine cum aceto decoctum. Venenis quidem potu resistit. Cõmendatur sapore ad intinctus; iussulẽtaq; atq; garum. Capitur succus e Radice: atq; Caule: qui scarificatis iis profluit. Probatur colore modice ruffo translucens & redolens Myrrham odoris intenti. Dãnatur colos Porraceus: fero gustu. Laus est & ei: qui protinus liquescens in candorem se diluit. Ac cyrenaicus quidem uel parum gustatus difluere totum corpus sudore facit. Inter omnes olfactu blandissimus; ut gustanti os ne oleat quidem nisi momento. Imbecilliores habent uires: qui ad nos e Media aut e Syria conuehuntur. Odor iis uirus & Putrilaginem resipit. Adulterantur omnes addito Sagapeno anteq̃ in arescant. Dolum gustu: odore: aspectu coarguẽs: ꝙq; se non soluit gutta aquæ uel saliua ut sincerus. Quidam Caulem fruticis Silphium; Radicem Magydarin: Folia Maspeton uocauerunt. Efficacissimus succus: mox folia: Deinde Caulis: Inflationes is facit & uehemens est. Alopecias cum uino pipere aceto illitus curat. Claritatem oculis præbet. Suffusionem fellis incipientem cum melle oblitus digerit. Cauernis dentium in dolore addendus & in linteolo circundandus parti: quæ doleat cum Turis polline. Colluendum & os cum Hysopo & fico in posca decoctis. Prodest & ad Canis Rabiosę Morsum impositus uulneri. Venena telorum & animalium omnium potus & circumlitus loco restinguit. Scorpionum tantum plagis ex oleo; Vlceribus Gangrena periclitantibus post scalpellum infunditur. Carbunculis cum Ruta & nitro & melle uel per se. Clauos & callos ante scarificatis ferro marginibus tollit subactus cum cerato aut aridæ fici car-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nibus, lichenis recentibus ex aceto. Carnium excrescentes & polypi cũ atramẽto sutorio uel ęrugine aliquot diebus peruncti forpicula detrahuntur. Prodest & longis asperitatibus faucium. Item raucitatibus repẽtinis. Confestim.n. dilutus aqua sorbitione fauces purgat: uocemq; reddit: uuam cum melle superlitus cohibet. In angina gargarissatur cum aqua mulsa. In uictu sumentibus meliorẽ colorem facit. In tussi cum ouo sorbili laudatur. Pleureticis in sorbitiones inspergit, Morbo regio & hydropicis datur cũ fico sicca. Potus in uino cũ pipere atq; ture algores excalfacit. contractionibus neruorum & opisthotonicis oboli mensura ceræ circũlitus bibitur. Sanguisugas hærentes gulæ gargarissatus cũ aceto pellit. Datur & iis: qui coagulum lactis sorbuerint. Comitialibus cum aceto mulso, purgationibus feminarum cum pipere atq; myrrha: cœliacis deuoratus in acino uuæ cum lexiua conuulsionibus subitis atq; ruptis. Resoluitur potionibus cũ amaris amygdalis aut Ruta, aut Pane calido. Foliorum succo eadẽ, sed multo debilius prestantur. Eduntur autem ex aceto mulso ad arterię uitia prę sertim retusiore uoce. uescuntur iis etiam cum lactuca erucæ modo.

MAGYDARIS DXXI

Alterum genus est: quod Magydaris uocatur. Natum in Lybia. Radice
a Silphio simili, minus crassum minusq; uehemens: fungosum: sine succo. Natura ei quæ Silphio.

SAGAPENON DXXII

Sagapenum succus est fruticis ferulacei nascẽtis in terra Media. Laudatur
s translucidum foris. Colore ruffo, & cum frangitur, candido intus. Odore medio inter laserpitii succum & Galbanum, gustu acre. Prodest laterum & pectoris doloribus: ruptis: cõuulsis: tussibus ueteribus: crassis excreationibus pulmonis. Sanat & comitiales: Opisthotonicos: lienes paralyticos: perfrictiones membrorum: Febrium circuitus potione inunctioneq;. Menses quoq; impellit. Partus cum aqua mulsa potum extinguit. Serpentium morsus in uino. Datur & olfactandum ex aceto in strangulatu uuluę. Discutit oculorum cicatrices obtusiones caligines: suffusiones. Resoluitur ut laser. Ruta & aqua & amaris amygdalis aut melle aut pane calido.

EUPHORBIUM DXXIII

Euphorbion arborum generi ascribitur: ferulaceumq; est proueniens in
e Africa, monte Tmolo Mauritaniæ: succo madens acerrimo: qui ab loci hominibus propter immodicum eius ardorem non sine metu colligitur. Proinde uentriculis ouium lotis excipulas construunt: in quas per ambitum arboris ligatas succus incisę contis e lõginquo profluat. Statim uero tanq̃ e uase aliquo magna uis eius in uentres subiectos effunditur: sed & in terram quoq; spargi cõtingit: aperientibus contis ut diximus. Liquoris eius duo sunt genera. Translucidum ueluti sarcocolla permixta. Eligendus qui sit perspicuus atq; uehemens. q̃q̃ gustus experimẽtũ difficile, ut qui leui tactu linguæ accensum os diu detineat: & qui admota omnia Euphorbium uideri faciat. Inuentionem eius Iubę Regi Libyę referimus acceptã. Suffusiones discutit succus. Is si bibatur diẽ integrum cõtinet feruorem: qua propter & melle temperatur: & in collyria pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

portione additur acrimoniæ. In coxendicum dolore potionibus odoratis affunditur. Squamas ipso, quo imponitur die: corrigit. Præcauendum uero est, qui utũtur eo: circundatum ossibus carnem linamentis & Cera communiant. Quidam prodidere in serpentium ictibus periculum omne abigi: si quis inciso usq; ad ossa uertice succum eum dilutum infundat: deinde uulnus consuat.

GALBANVM DXXIIII

g Albanum succus e ferula est. Nascitur in Syria Metopion uocant aliqui: quod maxime laudant ad similitudinem turis: cartilaginosum & pingue. Item purum, minimeq; lignosum: & in quo non nihil seminis & ferulæ sit admixtum. Præterea graui odore: neq; humidum: neq; retorridum. Mutatur Resina & faba fracta & hammoniaco. Naturam habet excalfactoriã, comburentem, extractoriam, discussoriamq;. Menses & partus pellit appositu uel suffitu. Lentigines cum aceto & nitro illitum eximit. Per se bibitur ad tussim ueterem: anelitum: suspiria: rupta: conuulsa. Aduersatur Toxicis cum Myrrha & uino. Similiter sumptum abortus non exeuntes trahit. Imponitur & lateris Doloribus & Furunculis. Incensum odore comitialibus subuenit, & uuluę in strãgulatu & uertiginibus. Serpentes quoq; nidore urentium fugantur: nec lædunt perunctos galbano. Easq; idem succus Sphondylio & Oleo mixto necat uel tactu. Dentium quoq; doloribus circumlitum aut additum in cauernas medetur. Difficilem tamen urinam facere existimatur. In potum pluribus modis resoluitur: amygdalis amaris: aqua: ruta: melle mixto: pane calido: Itemq; aliter: Opio: felle liquido: ęre combusto. Qui uolunt purgatissimum id habere, in feruentem aquam demittunt: ut liquescente eo puritas subsidat: & innatent sordes quas & sic eximunt in linteolo candido textu solutiore. Galbanum præligatum in pixidem Æneam aut fictilem suspendunt: ita ne fundum uasis pertingat: Mox adopertum in Aquam feruentem demergunt: ita: quod sincerum in eo erit: ceu per collum in pixidem distabescet: contra pars lignosa non transibit, subsistetq; in linteolo.

HAMMONIACVM DXXV

h Ammoniacon. Alii agasyllon. Frutex est e quo succus eiusdem nominis capitur. Alii Hammoniacon Thymiama, siue Criotheon: sunt qui Eliustion malint. Romani guttam appellant. Succus & hic ferulę est in Cyrenaica nascentis. Frutex cum Radice sua totus agasyllis uocatur. Probatur maxime coloratum, non lignosum sine Arenis & ad Turis masculi similitudinem cartilaginosum: purum: prædensum, liberum sordibus & odore Castorei: gustus amarulenti: quod genus dicitur thrausma. Alterum terrosum lapidosumue phyrama appellant. In africa nascitur proxime hammonis Oraculum ferulaceæ uti diximus arboris lachryma. Panos & duritias extrahit: mollit: excalfacit: discutit. Aluum in potu soluit. Partus expellit. Lienem cum aceto drachma una comminuit. Articulorum & coxendicum dolores emendat. Suspiriosis: Orthopnoicis: comitialibus prodest. Humores in pectore consistentes: si fiat eclegma cum melle, aut si cum succo ptisanæ sorbeatur. Detrahit & cruentas urinas. Tollit & albugines oculorum. Scabritias genarum consumat cum

aceto dilutum impositum duritias lienis: Iocinorisq; sedat. Tofos articulorum: quos græci poros uocant cum melle aut pice illitum diffundit. Lassitudines & Ischiadas perungi cum aceto: & Nitro & oleo cyprio uice acopi utile est.

SARCOCOLLA DXXVI

s Arcocolla est arboris Lachryma exeūtis in Perside Turis pollini similis: colore subruffo: amara gustanti. Natura eius conglutinare uulnera: Fluctiones oculo℞ sistere. Miscetur Emplastris. Adulterāt gūmi pmisto.

GLAVCION DXXVII

g Laucion succus fit ex herba: quę circa Hierapolin Syrię nascitur: foliis fere papaueris cornuti: pinguioribus tamen. humilis herba: fastidiendi odoris: gustus amarioris. Succo multo crocei coloris. huius folia indigenę fictili olla in clibanis calfaciūt egelidis: donec marcescāt. Deīde exēptis ac tusis succū exprimūt glaucion uocatū. Vsus ei ad oculos. algētis naturæ i sūmo.

GLVTINVM DXXVIII

g Lutinū: quod aliqui Xylocollā. Alii Taurocollā appellant. Optimū est Rhodiacū: quod fit ex tergoribus boum. Translucēs & candidū. Niger colos dānatur. Aceto resoluit ad lichenas & Lepras: quę sūma in cute cernūtur. Dilutū aqua calida efficaciter prodest ambustis: Nec pustulas fieri patitur. Cum melle atq; oleo subactum uulneribus ferruminis uice cōglutinat.

ICHTHYOCOLLA DXXIX

i Chthyocolla uēter est piscis cetarii. Laudatur e ponto, cādicās modice aspera, minime scabiosa: & quę celerrime colliquescat. Vtilē eam esse in capitis desideria emplastris eius generis additā constat. Itē ad lepras & ad tendēdā cutē in facie.

VISCVM DXXX

u Iscum optimū recens. Intus porraceū colore: forinsecus suffuluum sine scabritia, sine furfuribus ex acino quodā rotundo: quem ferāt quercus folio buxi. Tunditur. Mox lauatur: deinde in aqua decoquit. quidā cōmanducantes acinos id conficiunt. Dant & malus & pirus & aliæ arbores uiscū. inuenitur id & circa Radices fruticū quorundā. Vsus ad multa. Discutit: mollit: extrahit: cōcoquit tubercula & Parotidas: omnis generis collectiōes abscessusq; sanat cū Resina & cera pari portiōe imposita. Epinyctidas itē in splenio. Vlcera uetera & cacoethe cū polline turis mollit. lienē mixto calce uiuo decoctū aut gagate lapide aut Asio, atq; ita impositū extenuat. Vnguiū scabritias cū arsenico aut Sādaracha illitū expolit. Additū calci uiuo & fecibus uini accēdit eo℞ uires.

APARINA DXXXI

a Parinem alii Omphalocarpon. Alii Philanthropon uocant. Sunt qui Ixon idest uiscum appellent. Spectatur pluribus ramis exilibus quadrāgulis asperis: circa eos foliis in orbē collatis p interualla Rubię modo. Flos albus: semen durum: candidum: rotundum a medio leuiter concauū umbilici effigie. Ipsa herba prætereuntium uestibus adhærescit. Vtuntur hac pastores in lacte pro collo excipiendis si qui substiterint: pilis. Succus e Semine caulibus foliis efficax cōtra phalangias potus ex uino & cōtra serpētes. Auribus ad dolores infunditur. Ad strumas folia in fece aceti collecta discutiendas teruntur.

ALYSSON DXXXII

Lysson, Alii aspidion. Alii Haplophyllon, Alii accysitō, Alii adeseton.
a Cremium est unicaule: subasperū foliis rotundis: iuxta quę fructus figura duplicis peltæ semen complexus modice latum. Nascit̃ in montanis gracilibus. Decocti succus singultus qui sine febri sint: discutit potu, aut si ore modo cōtineatur: olfacteturue. Lentigines & tedia cutis in facie tritū eius emendat cū melle. Cōmorsos a cane rabiem sentire nō patitur cōtusum adalligatūq;. In domo quoq; suspensum salutare habet̃: amuletūq; cōtra maleficia credit̃ & hominū & quadrupedū generi. i linteo rubro iumētoꝝ morbos expellit circūdatū.

ATRACTYLIS DXXXIII

Tractylis alii Amyron. Alii Cnicos siue Cnecos agria. alii Aspidæon.
a Prophetæ aphedros. Ægyptii cheno. Romani pręsepiū. Alii fusus agrestis. Alii colū rusticam. Aculeatarū hęc generis est similis Cnico longioribus multo foliis in cacumine uirgularū. Cętero fere nuditas aspera. Vtunt̃ ea mulieres pro fuso. Sūmitatibus capitula iminēt spinosa. flos pallidus certis locis purpureus: Radice tenui: supuacua. huius folia, semen, comę: trita cū pipere atq; uino cōtra scorpionū uenena præbēt auxiliū: ferturq; ab iis pcussos: q̃diu teneāt eam herbā, nō sentire cruciatū. Simul cū deposita reciprocare sensum doloris.

ASCLEPIAS DXXXIIII

Sclepias alii Cissiō: alii Cissophyllon. Ramos habet longos: folia he
a deræ. Radices numerosas: tenues: odoratas. Floris uirus graue. Semen securidacæ. Nascit̃ in montibus. Radices in uino torminibus & cōtra serpētiū ictus medent̃. Folia mām̄aꝝ uuluarūq; uitiis: etiā si cacoethe sint: illinūt̃.

POLYCNEMON DXXXV

Olycnemon. alii clinopodion. alii polygonaton. Alii Dios helacaten
p id est Iouis colū. Alii echeonymon. Romani putealogonthriā. Surculosa Origano similis. Semine pulegii: multis geniculis sine umbella sed dependentibus paruis ueluti acinorū corymbis odore acri, iucūdo: quæ sicca & uirens in aqua uulneribus glutinādis imponit̃, ut quinto post die soluat̃. Bibit̃ & ad stranguriam & rupta cū uino. Vsu compertum est ramulis huius contritis in uino albo datis magnum pręsidium afferri limphationibus.

CLINOPODIVM DXXXVI

Linopodion: quod alii Cleonicion: alii Zopyron alii Ocymoides ap-
c pellant. Surculosa & hæc pedis altitudine. Nascit̃ in petrosis. Foliis serpilli. Floribus p interualla Marrubii similitudine: Speciē pedū lecti prębentibus herba ipsa. Itē decoctæ succus bibitur ad serpētiū ictus: cōuulsa: rupta: strāgurias. Mēses trahit & partus. Verucæ cōtinuis diebus bibētiū decidūt. Multis experimētis cōfessum & sup hoc frutice est. Ramulos eius ad ternas decoctos ex uino albo mederi correptis furore.

LEONTOPETALON DXXXVII

Eontopetalon. alii Leontopodion. alii leuceoron, alii leontion: alii do-
l rida. alii doricterida. Non desunt q Lichnin agriā: & Thorybetron & Rhapeion: & Mecona ceratiten id est Papauer cornutum & Anemo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nem & Lacithron & Pardalion uocantes. Italia papauerculũ & semen Leoninũ. Caule semipedali aut etiã maiore: numeroso alis: quarũ cacumine in Siliquis semina ciceris modo bina ternaq; continentur. Flore puniceo: simili anemones. Folio brassicæ diuiso papaueris forma. Radix nigra similis Rapæ strumosa tuberculis quibusdã ceu nodis articulorũ eminẽtibus. Nascit̃ in aruis frumẽtario agro. Radix cõtra serpẽtes ex uino pota celeriter proficit. Miscet̃ & Clisteribus propter Ischiada.

TEVCRION DXXXVIII

t Eucrion, quod Alii Chamædryn Alii Teucrida. Virgas habet multas herbæ trissagini similis: Folio tenui ciceris amplitudine. Prouẽtus eius in Cilicia plurimũ ad Gentiadia & cissada. Recẽs hęc in posca uel sicca deferuefacta bibitur ad lienem efficaciter eum consumat. In codẽq; desiderio cũ fico illinitur & aceto Serpentium plagis imponitur cũ aceto tantum.

CHAMÆDRYS DXXXIX

c Hamædrys. Alii chamędropen & linodryn. Romani Trissaginem minorem. Quidam & hãc ex quadam similitudine Teucrion appellauere In petrosis & asperis nascentẽ. Statura tota digitorũ quatuor altitudinem nõ excedit. Foliis paruis figura & diuisura quercus amaris. Flore pene purpureo exili. Carpitur pręgnans semine. Recens in aqua decoquit̃ ad cõuulsos, ad Tussientes, ad duritias lienis: ad urinę difficultates. Eodẽ modo incipiẽtibus hydropicis efficax. Menstrua partusq; ciet. Ad minuendũ splenẽ ex aceto sumitur. Aduersus serpẽtiũ uenena in uino præbet̃: sed & uulneribus iis utiliter supillinit̃. Facimus ex ea & pastillos terẽtes eã pilulis deuorãdis ad supradicta. Sanat & uetera ulcera cũ melle. Trita cũ oleo discutit caligines oculoꝝ. Excalfacit punctiões.

LEVCAS DXL

l Eucas montana Latioribus foliis q̃ satiua est. Itẽ acrior & amarior semine: quod & minus gratũ sapore habet. Efficacior quoq; q̃ satiua. Bibitur aduersus aĩaliũ ferientiũ uenena in uino potissimũ cõtra marina.

LYCHNIS SATIVA DXLI

l Ychnis stephanomatice hoc est coronaria: quę & Athanatos & acylone & Ballarion & Geranopodion hoc est pes gruinus: & Corymbion & Taurion & sceptron & Malloion uocat̃. Ab ægyptiis semeon. A Prophetis hęma apocathemenes. Romani genicularẽ siue ballariã. Florẽ habet uiolæ matronalis magnitudine sed purpureũ. Nectit̃ ad corollas. Aduersus scorpiones e uino bibit̃ semine.

LYCHNIS SYLVESTRIS DXLII

l Ychnis agria hoc est syluestris. Alii Tauronoton. Alii atociã: alii hieracopodion hoc est pes accipitrinus. Ægyptii Semuer. Prophetæ apocathemenes Tauros. Romani Entubũ agrestẽ. Alii lapatũ caphatuinum. Satiuæ ab oĩ parte similis est. Sumit̃ semen huius ad detrahendã bilem p aluũ denariis duobus. Scorpionũ naturę tã cõtraria est, ut admota ea torpescere ĩmobiles factos existimẽt.

LILIVM DXLIII

c Rinon basilicon hoc est Liliũ regium. Alii Crinanthemon. Alii Callimion. Alii Lirion siue Lerion. alii susinon. Prophetę hæma areos id est sanguinẽ martis. osthanes aurã crocodili. Ægyptus Somphęphu. Alii

Tialos, Romani Lilium, & Rosam Iunonis. Syri Sasa, Punici Abiblabon. huius quoq; flos uenit in Coronas ab aliquibus Lirion uocatus. Ex eo fit & oleum: qd' ab aliis Lirinum: ab aliis Susinum appellatur: ad emolliendos neruos priuatimq; uuluarum duritias. Folia imposita serpentium percussibus medentur: adustis uero feruentia si illinantur. Eadem ex aceto inueterata uulneribus. eorum quoq; succus in melle uel aceto decoctus uase æneo medicamentum liquidum fit ad ulcerũ uetustatem, & uulnerum recẽtia. radices tostę cum rosaceo sanat ambusta: uuluas emolliunt. Menstrua feminarum impellunt. ulcera cicatricibus cludunt. Impositæq; cum melle neruis præcisis & luxatis partibus conferunt. uitiligines emaculant. cõtra Lepras & Furfures & manãtia capitis ulcera cõfricantur. In facie cutem emendant: erugantq; corpora. Epiphoris testium cum aceto tritæ uel Hyoscyami foliis, & farina Tritici admouentur. aduersatur & potu ictibus serpentiũ semine: Idemq; illinitur Ignibus sacris & folia. Sunt & Lilia purpurea, ut quidã perhibent. laudatissima oleo faciendo in Syria, & Pisidia Pamphilię.

BALLOTÆ DXLIIII

b Allotę siue Melan Prasion: hoc est Marubium nigrum. alii Prasion alterum. alii Nophnam: alii Notiãoscemin, alii Nosprason, alii Notheras, alii Nocheles, alii Nostellida. Eadem ab aliquibus Nophrys & Gnothuris & Gnotera dicitur. a Romanis uero Marubium, & Apium, & Medata, & Vlceraria, & Cantherinum. Ægyptii Asphos: alii Esce: a Prophetis Hæma Isionis idest Sanguis Isionis. Caulibus quadrangulis, nigris fere hirsutis, ab una radice numerosis. Folio Marubii: sed maiore ac pene rotundo: piloso, uinciente per intercapedines caulem Citraginis similitudine graucolente. Ideoq; aliqui & hãc Melissophyllon uocauere. orbiculato florum ambitu: protinus candidos obducentium Scapos. uis eius efficax aduersus Canis morsus ex sale foliis tritis imposita. Item ad Condylomata contentis in cinere feruido, usq; dum flacescant. purgat & sordida ulcerum cum melle.

MELISSOPHYLLON DXLV

m Elissophyllon, alii Mellitteõ, alii Melittænã, alii Meliphyllon, alii Erythram. alii Demeli. Romani Citraginem & Apiastrum, Galli Merioetoemorion. dictum ab Apibus: quod herba illa paurimum gaudeat. cauliculi huius & folia Ballotæ superius nobis descriptę similia sunt. Maiora hæc dũtaxat tenuioraq;. nec perinde hirsuta: citrumq; olentia. In uino foliis sumptũ medetur contra ictus scorpionum, araneorum, & canum. Eadem & decocto fouẽtes utilitas sequitur, ad insidendum quoq; decoctum feminas purgat. Sic & in dentium dolore colluitur. Dysentericis quoq; sic prodest iniectũ. in strangulatu a Fũgis cum Nitro folia bibuntur. Itemq; in Torminibus. Ex iis & Eclegma Orthopnoicis fit. Strumis cũ sale: Item ulceribus: quæ purganda sint: & Articulariis doloribus illinũtur.

PRASION DXLVI

p Rasion alii Eupatorion, alii Philophares, Ægyptii Asteriope, Prophetæ hæma Tauri, hoc est sanguinem Tauri, alii Aphedros, & Gonos Hori. Marubium & Labeoniam Romani. Afri Atierberzia. Frutex est ab radice una ramosus, modice hirsutus, & albicãs uirgulis quadratis folio pollicis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

magnitudine quasi rotundo: hirto: rugoso: gustu amaro. Semen floresq; asperi Verticillorum figura hęrentes per interualla caulibus: Nascitur in ruderibus & ædificiis collapsis. huius foliis siccis & semine in aqua decoctis aut expresso recentibus succo Tabiti, suspiriosi, Tussientes iuuantur cum melle: Excreationes pectoris crassæ cum Iri sicca purgantur. Menstrua mulierum cunctantia & secundæ soluuntur. partus difficiles promouentur. Datur & ad serpentiũ morsus & pocula uenenata. Cauendum uero uesicæ renumq; uitiis. Folia cum melle illita ulceribus sordidis probantur. Pterygia Nomasq; inhibent & lateris dolores. ad eadẽ ualet & succus: qui foliis tusis in Sole sit exceptus cõtentusq; diu. claritatẽ quoq; oculorum cum uino & melle inungentibus promittũt. morbum Regiũ per Nares comminuit. Aurium dolores infusus per se aut cum rosaceo Discutit.

STACHYS DXLVII

s Tachys Frutex Marrubii similitudinem habet: paulo tamẽ lõgioribus foliis pluribusq;: Pręterea modice hirsutis, durisq; odoris iocundi. uirgulæ in eo ab una radice plures exiliunt candidiores aliquanto q̃ Marrubium. Montes & aspera diligit. acris natura. excalfacit: pellit menstrua & secundas Foliorum decocto in potum dato.

PHYLLITIS DXLVIIIi

p Hyllitis alii Phylliden, alii Acaulon, alii Lapathon agrion id est Rumicem syluestrem. prouenit foliis Lapathi lõgioribus dumtaxat adultioribusq; modo senis modo septenis. Interius lęuor. auersis annexos: exiles ceu Vermiculos præferens. In opacis Hortisq; nascitur. austeri gustus. Caule: flore: Semine deficitur. Sumũtur folia in uino ad serpẽtiũ morsus. Quadrupedibus quoq; ꝑcussis infusa ꝑ os medẽtur. Et erga Dysentericos efficacis effectus in potu solutionesq; uentris.

PHALANGION DXLVIIII

p Halangion aliqui Phalangiten: & Leucacanthã. ramuli sunt ei duo, uel tres pluresue in diuersa tendentes. Flos candidus Lilio similis: sed pręcincto incisuris multis. semine crasso: nigro: lato: ad Lenticulæ dimidiæ figuram, multo tenuiore. radicula gracili, herbacei coloris protinus q̃ eruitur postea contrahitur: uidetur in collibus gigni: folio huius uel flore, uel semine auxiliantur in uino contra scorpionum, Phalangiorumq; ictus. Item contra tormina.

TRIFOLIVM DL

t Riphyllõ, alii Oxyphyllon, alii Minyãthes, alii Asphalthion, alii Cnecion, Romani Trifoliũ acutũ siue Trifoliũ odoratũ. Fruticat uirgis tenuibus nigris & Iunceis: agnascente circa eas propagine: alitoribus cubito. Folia sunt arbori Loto similia in singulis germinibus terna. Odor tenellis qualitatem habet Rutæ: cum uero adoleuere: Bituminis. Flos purpureus. semẽ latum & quadantenus pilosum: & ab altero limite cornutum Antenæ modo. radix longa & gracilis firmaq; conspicitur. Auxiliantur in aqua semen & folia pleureticis. Difficile urinam facientibus: morbo comitiali: Mulieribus locosis: mensibus: qui subsidant: hydropicis incipientibus. Modus tradendi Drachmæ tres seminis: quatuor foliorum: pręualet & cõtra serpentiũ uulnera foliis in aceto mulso deuoratis, uel ut a quibusdã in remediis eius ascribitur, foliis & radice decoctis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

fouendo ea. Addunt etiam succum: quo curatus sit quispiam. si qui habẽtes ulcus illo se foueant. easdem uredines facere quasi a serpente percussis. Sunt qui ad soluendos circuitus Tertianæ tria folia eius, aut Tria grana seminis dent bibenda. quemadmodum quatuor ad quartanas.

POLIVM DLI

p Olium montanum, alii Teuthrion, alii Phuxaspidion, alii Achamenis, alii Ebenitis, alii Melosmon, alii Belion, alii Leontocharon uocant Polii duo sunt genera. Mõtano cuius in medicina est usus priuatim Teuthrion uocato: Frutex est candidus: tenuis: palmum altus: plenus seminis, capitulum paruum in summo se gerens Corymbi specie, ut capillitium hominis cani similitudine affingat: odore graui: nec tamen prorsus iocundo. cãpestre maius nec odore tam contento, minusq; pollens uirium. decocto eius poto contra serpentes remedio est. Item hydropicis, morboq; Regio. propinatur idẽ spleneticis ex aceto. caput tamẽ tentari eo existimant & stomacho inutile. aluum soluit & Menses. serpẽtibus fugãdis susternitur uel suffitur. astringit: & cohibet uulnera illitum.

SCORDION DLI

s Cordion, alii Scorbion, alii Pleuritis, alii Dyosmon, alii Calamintham syluestrem, alii Chamædryn, alii Mithridanios, Prophetæ Hæma podotos, Ægyptii Aphon, Romani Trixago palustris. Nascitur in montosis & secundum paludes. Foliis Trixagini simile: sed maioribus: & per ambitũ: parcius serratis odore aliquatenus allium reddente. astringentis & amari gustus. quadrangulis caulibus: flore subrubro. herba. ipsa excalfacit. Vrinam admittit: si recens in potum teratur. sicca in uino decoquitur ad serpentium morsus & uenena omnia efficax. in rosionibus stomachi: Dysenteria: urinis contumacibus cum aqua mulsa duabus drachmis bibenda. Crassitudines pectoris purulentas adiuuat contra ueterem tussim cum Resina Melle, Nasturtio in Eclegmate sumitur sicca. constat & Ilium siue Præcordiorum inflammationibus longis collectã cera prodesse. Podagras ex aspero aceto circumlitas aut ex aqua imponẽtium sedari. menses admoto exciri. uulnera contrahi, ulcera uetera purgari, & ad cicatricẽ cũ melle perduci. Excrescẽtia in corpe farina eius aride cõpesci. succus quoq; q ex ea fit ad hęc ipsa effic ax est suniptus. Probatissima e Põto mittit atq; Creta.

BECHION DLIII

b Echion, alii Rhichion, alii Petrinen, alii Pegenon, alii Pithion, alii Pagonaton, alii Chamæleucen, alii Prochetõ, alii Acrophyllon, alii Chamęgeron, Ægyptii Scarthra, Romani Tussilaginẽ, alii Farfariã. sunt q Populaginem, Bessi Asam folia sunt Hederæ: sed maiuscula: quę sex aut septem ab radice continuo exeunt albida superne. a terra coloris herbacei: angulosa: palmari caule, qui florem Vere pallidum sustinet. breui deciduum cum suo caule: atq; hinc data occasio credentibus sine caule atq; flore hanc herbã nasci. radix huius tenuis & superuacua. Gignitur secus fontes & in aquosis. Folia apposita ignẽ sacrum & inflammationes omnes recurant. arida imponuntur carbonibus: atq; iis nidor hiante ore haustus & deuoratus per infurnibulum ueterem tussim & orthopnoicos sanat. Vomicas & Abscessus rumpit in pectore, Vtilitates easdem

repræsentant radices suffitu. hanc & in aqua mulsa decoctam pellendis Infantibus, qui sint in utero enecti: ministrant.

ARTEMISIA DLIIII

Rtemisia cognométo Polyclonos: quę & Chrysanthemos uocatur & a
a Romanis Racium atq; Tertianago & Artemisia. In maritimis nascitur Absinthii modo: fruticosa: maioribus foliis pinguioribusq;. Ipsius duo genera. Habitius foliis, uirgisq; latioribus. alterum uero gracilioribus: flore albo: exiguo: tenui: graueolēte: qui erumpat æstate. Sunt qui in Mediterraneis nasci herbulam tradant minutis cirris. simplici paruoq; admodum Caule, Flore copioso cerei coloris exili: quam Artemisiam monocaulon hoc est unicaulem cognominant. odoratiorem superiore: utraq; calefacit: extenuat: feruefactæq; insiduntur purgationibus feminarum ciendis: Itemq; ad secundas & partus constrictionibus uuluę aperiendis & in eadem parte inflammationibus mitigandis: calculis frangendis: urinis eiiciendis. Mēses quidem pube illita fasciculis Artemisiæ cōmouētur. succus cū Myrrha subactus admotu elicit uuluis quęcūq; insessione. coma quoq; ipsius triū drachmarū pondere propinatur ad eadem trahenda.

ARTEMISIA DLV

h Abetur & Artemisiæ genus aliud: quę minutis foliis circa riuulos aggeresq;, Itē in agris frumētariis nascitur. Floribus & foliis odorē Sapsuchi referētibus. si quis ex ea diligēter tusa cū oleo amygdalarū malagma stomacho imponat: uexationē partis eius sanabit. Neruorū dolores succo huius cū rosaceo inunctis curantur.

AMBROSIA DLVI

Mbrosiam: quam & Botryn & Botris Artemisiam appellant: Romani
a Cuprum syluaticum: alii Apium Rusticum. Ægyptii Merseo. Frutex est pusillus trium palmorum altitudine ramosus, foliis Rutæ paruis circa imum caulem. In ramulis Semen est uuis dependentibus. Nunq̃ florescens, odore uinoso iocūdo. Radice tenui ac pedali: coronātur illa Cappadoces. Vsus eius contra Epiphoras illitę. Item ad ea quę repercuti & astringi sit opus.

BOTRYS DLVII

Otrys tota lutei est coloris: fruticosa & fusa multis Stolonibus: semine
b circa totos ramulos nascēte. folio Intubi erratici: plāta uniuersa odore admodū iucūdo, ideoq; inseritur uestibus. Inuenitur maxime in conuallibus: & circa Torentium ripas. In uino medetur Orthopnoicis. hoc quoq; Cappadoces Ambrosiam uocant. alii Artemisiam.

GERANION DLVIII

Eranion alii Peloniten, alii Tricham, alii Geranogerontem, Romani
g Echinastrum, Punici Iesce, Foliis Anemones, diuisuris longioribus: Radice quasi rotunda: dulci cum manditur: hæc in Vino Drachma si bibatur inflationes discutit Vuluæ.

ALTERA GERANION DLIX

Lterum genus Geranii: quod a quibusdam Oxyphyllon & Merthryx: & Myrris & Cardamomum & Origanum uocatur. Prophetæ Hiero
a bryncas, Romani Pulmoniam & Cicutariam & Gruinam, Punici Ienc

cauliculis tenuibus lanuginosis binum palmorũ: foliis Maluę. In cacumine alarum fastigia insidét nutãtia capitulis Gruũ cum Rostellis. aut Canũ dentibus similia. huius in Medicina usus nõ est.

GNAPHALION DLX

g Naphalion a quibusdam Ires & Ampetongos & Anaxiton & Anaphalis uocatur. Ægyptii Semeon, Galli Gelasonem, Romani Centunculum, alii Herba Centumcularis, alii Albinum: cuius foliis albis, mollibusq; pro tomento utuntur. Datur in Vino austero ad Dysenteriam.

TYPHA DLXI

t Yphe folio exit Cyperidis caule albido: leui enodi: cui summo in capite obducitur flos densus euadens in lanuginem Pappum uocatam. quem aliqui Anthelẽ appellare solẽt: quasi Paniculæ florẽ intelligãt. Nascitur in palustribus & circa stagnãtes aquas. flos ambusta cũ suilli adipis loti uetustate curat.

CIRCEA DLXII

c Ircea siue Dircea folia habet Strychno satiuo similia: Sobole multiplici: flore nigro: pusillo: numeroso: paruo semine ut Milii nascente in quibusdam corniculis. radice semipedali, triplici ferme aut quadruplici: alba: odorata: gustus calidi. Nascitur maxime in apricis saxis. In uino dulci hominis septem macerantur radices tusę. p. iiii. per noctem & diem. ita dilutæ bibuntur ad uitia uuluæ purganda per triduum. semine lac elicit sorbitionibus sumpto.

OENANTHE DLXIIII

o Enanthe alii Cerascomen, alii Leucacanthon: folio Pastinacæ. Flore albo, caule crasso palmari. Semen Atriplicis: radice magna. rotundis capitibus numerosa. Nascitur in petris: caules eius & semen & folium cum mulso pota secundas purgant. radix in uino contra stranguriam conuenit.

CONYZA DXIIII

c Onyza maior, alii Cynozematiten, alii Danaiden, alii Tanachion, alii Phycos, alii Ichthyn, alii Dinosmõ, Prophetę Brephocton, alii Anubias, alii Edemias, Æygptii Ceti, Romani Intubum, alii Militaris herba, alii Delliariõ, alii Febrifugiam, alii Fragmosam, alii Mustariã, alii Pissam. Conyzę duo genera, Vnũ minoris odoratiorisq;. Alterũ maioris tũ frutice uniuersotũ foliis latior & odore grauior. utriq; uero folia Oleæ: sed hirsuta & pinguia. altitudo maiusculæ cubitorũ binũ. pedalis minori, flos quoq; minus splendet eius colore luteo ac subruffo: qui amittitur lanugine: radicibus superuacuis. Frutex totus substratu & suffitu serpẽtes fugat. culices abigit. pulices necat. Folia & ad ictus efficaciter illinũtur. Itẽ ad Panos & uulnera: flores & folia mẽsibus hærentibus & ad partus eiiciendos bibuntur. Itemq; ad stranguriam: tormina: morbum arquatum. cum aceto comitialibus dantur: decocto eorum in matrice uitia insidentium curantur. succo admoto contingunt abortus. herba ex oleo perungit algores.

CONYZA MINOR DLXV

q Vę uero tenuis uocatur: illita capitis doloribus medetur. hęc ab aliquibus parua Conyza & panios & Libãotis appellat̃, a Prophetis Cronios

CONYZÆ TERTIVM GENVS DLXVI

e St & tertiũ genus Conyzę: cui crassior atq; mollior est caulis. Folia ue-

ro mediæ inter maiorẽ dictã minorẽq; amplitudinis. cęterũ minime pinguia: odoris multo ẽt fœdioris ma gisq; fastidiẽdi: opera quoq; inertior: locis humentibus prouenieus:

HEMEROCALLES DLXVII

h Emerocalles, alii Hemerocatalecton, alii Crinon agriõ, hoc est Liliũ syluestre, alii Crinanthemõ, alii Prophyranthes, alii Bolbos hęmaticos id est Bulbus sanguinarius, alii Anticãtharõ, Ægyptii Iocroe, Romani Bulbmu, aliq Lilium agreste, alii Liliũ marinũ. Punici Aboeblabon: folio & caule similibus Lilio est: herbacei coloris ut porrum. flores habet in singulis scapis ternos quaternosq; erũpẽtes striatos ut Lilii: q cũ dehiscere occœperũt in colorẽ admodũ pallidũ mutãtur. radicẽ bulbosam & grãdẽ: quæ cũ melle imposita uellusculo pessus fit ad aquã & sanguinẽ inutilem pellendũ: Folia inflãmationibus mammarũ a partu: & oculorum epiphoris illinuntur. radix & folia imponũtur ambustis.

LEVCOION DLXVIII

l Eucoiõ, alii Basileõ: Romãi Opulalabã: alii Violã albã: alii Augustiã: alii Violã matronalẽ: alii Passarinã, alii Pulifurã. uulgaris notitiæ est. Differẽtia eius in flore: q̃m cãdidũ: luteũ ceruleũ & purpureũ fundit. In medicinæ usu luteã pręferunt. huius aridos flores offeruefactos ad inflãmationes Locorũ & mẽses trahẽdos utiliter mulieres insidunt. In cera collectos ad rimas sedis imponimus. cũ melle oris ulceribus. semine in uino duabus drachmis poto aut cũ melle foris adhibito: mẽstrua: secũdæ: partus ciẽtur: radices eius cũ aceto illitæ sedãt lienes. Item podagrã.

CRATÆGONOS DLXVIIII

c Ratæogonõ, alii Cratæonõ, Foliũ habet Melãpyro siſe, multis calamis ex una radice micãtibꝰ multorũq; geniculorũ. semine Milii. Nascitur in opacis frutetis parte plurima: uehemẽter aspero gustu. Apud nonnullos scriptũ inuenio: si Mulier post purgationes semẽ hoc imbibat: ieiuna ter díe obolis tribus in cyathis aquę duobus añ cõceptũ diebus quadraginta: Idẽq; uir eius faciat a quo fine congrediantur, uirili sexus partum futurum.

PHYLLON DLXX

p Hyllõ, alii Elęophyllõ, aliq & Bryoniã uocãt: herba in saxosis mõtibus Femina Thelygonõ dicta: Bryo similis est. foliis colore magis herbaceo q̃ Oliuę. ꝓterea caule tenui atq; breui: radice gracili: flore albo. semie rotũdo maiore q̃ Papaueris: mas Arrenogonõ uocat. cętera obtinet priori similia: semine differũt: q̃m masculũ simile habet flori in Oliuã incipiẽti transire. dependetq; in racẽis. dicũt qdã si bibãtur genera ea, sui utrũq; sexus facere partus. Inter quos & Cratias est. quod quidem nobis historia tenus referendum fuit.

ORCHIS DLXXI

o Rchis alii Cynsorchon, foliis in terra stratis circiter caulem atq; imum eius Oleæ molli similibus: Sed constrictioribus, atq; procerioribus. Caulis semipede longitudinis: cuius in capite purpureus flos. Radice angusta: bulbosa, oblonga, ut Oliuæ gemina: superiore: quæ durior callosior est: Inferiore: quæ mollior & rugosa. Editur radix & Bulbus cocta. Ex iis radicibus si maiorem edant uiri mares generari dicuntur: si minorem feminę. alterum sexum. additur in Thessalia molliore in caprino lacte a mulieribus pota libidinem exci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tari. Duriore inhiberi & discuti. aduersatur alter alteri & uterilibet super bibatur alterius uim restinguit. In lapidosis & sabulonibus nascitur.

ORCHIS SERAPIAS DLXXII

a Lter quoq; habetur Orchis siue Serapias (sic enim eã Andreas medicus a multis utilitatibus Radicis nominauit) Foliis Porri oblongis: latioribus: pinguibus & circa stolones suos inflexis. Caule palmeo: flore quasi purpureo. Radice testiculis simili. Tumores hæc dissipat illita. Vlcerũ sordes expurgat: serpẽtia inhibet. Fistulas cõfutat. Inflãmationibus resistit imposita. Nomas sicca cõpescit. Putrescẽtibus & in ore ulceribus medet̃. Aluũ ex uino pota cõstituit. Tradũt subsidere huius cibo uenerẽ abũdareue: & cetera cõtingere: quæ in supiore mox descripta.

SATYRION DLXXIII

s Atyrion alii Triphyllon hoc est Trifolium uocãt: quoniã foliis tribus exit: cõuexis ad terram rumici, lilioue proximis: sed rubris: minoribus: Caule nudo: cubitali. Flos lilii candidus. Radix bulbosa mali modo extuberans: cortice ruffo: intus oui modo albũ includitur: sapore dulci: gustus iocũdi. In uino nigro austero ad opisthotonũ bibitur. Eadem ante congressum præcipitur sumenda: Neruos enim intẽdit: concitatricẽq; uim habet ad Venerem

ALTERVM SATYRIVM DLXXIIII

e St & aliud genus: quod Satyrion erythroneon siue Satyrion erythraicon appellant. alii Melion aquaticũ. alii Ectaticon, alii Satyriscon. Romani Molorticulũ ueneris. Semine maiusculo & firmiore q̃ uiticis: Preterea nitido ac leui. libidinẽ stimulari eo perinde ut Scinco tradũt. radix cortice subgracili ac ruffo. Intus albugo gustanti Iocũda & sapore subdulcis. In mõtosis apricis. Venerẽ etiã si oĩno manu teneat̃, radix accdenit: adeo si bibatur in uino.

ORMINON DLXXV

o Rminon satiuũ Romani geminalẽ Daci ormeã. herba est similis Marrubio foliis. Caule quadrangulo sesquidodrantali altitudine: circa quẽ Cornicula prominent Siliquarum effigie radicem uersus nutantia. In iis duorũ generũ semen. Syluestri rotũdius: colore fusco. Alterũ nigrius & oblongum. hoc epoto ad uenerẽ stimulandã utendũ: & Illito ad oculorũ argemas albugines cũ melle purgandas. Tumores ex aqua impositũ discutit. Ex corpore aculeos illitũ extrahit. herba quoq; imposita efficax in eadẽ est. Syluestri uehementior natura: ideoq; in oleum additur, præsertimq; musteum.

AEDYSARON DLXXVI

a Edysaron: quod ab unguentariis pelecinos uocat̃. Frutex est folia obtinens ciceris pusilla: folliculos cornicularũ modo aduncos: Semen cõplexos ruffum securiculę ancipitis figura: de quo argumẽto Nomen inuenit, amarũ. Stomacho utile. Additur in antidotis. Cũ melle appositũ ante cõsuetudinẽ prohibere partus existimatur. Inter Ordeum triticũq; nascitur.

ONOSMA DLXXVII

o Nosma: sunt q Osmada & philonitin & Ononin uocẽt: Folia gerit anchusę oblõga: mollia: fere quatuor digitos ꝓcera: digitũ lata: in terrãq; iacẽtia. anchusę ut dixi simillima, sine caule: sine flore: sine semine. Sub-

ditur radix pusilla quadãtenus longa: infirma: tenuis: modice rubescẽs in asperis locis. Folia huius in uino sumpta partus euocãt. Pr̨egnãs, si supragradiat̃ eã, abortus facere dicit̃.

NYMPHEA DLXXVIII

n Ymphea in Paludibus & aquis stagnãtibus aspicitur Foliis Fab̨e Ægyptię: sed minoribus: longioribus: Paulũ supereminẽtibus extra aquã & aliis sub aqua multis ex eadem radice. Flore albo Lilii similitudine. Cui croceus tuber in medio est: & cũ defloruerit: rotundo: ut malũ per orbem: aut caput Papaueris: nigro: Semen in eo pullum: crebrũ: latũ: & glutinosum gustanti. Caulẽ habet leuem, nec crassum: sed atrũ & similẽ fab̨e: quã pr̨ediximus. Radicẽ quoq; nigrã & asperã: claųe similẽ: qųe reciditur autũno. Sicca h̨ec aluinis & dysentericis traditur: lieniq; minuendo. Ad stomachi & uesicæ dolores illinitur. Vitiligines tollit ex aqua. Alopecias dẽsat cũ pice. Insomnia ueneris discutit pota. in totũq; adimit uenerẽ genitalibus remissis: si quis semp in paucos Dies uescat̃ illa. Idem effectus bibentium semen. Nympheam existimant uocatam: quia nascatur in aquosis. Plurima in Helide Anygro amne, Haliarto Boetię.

NYMPHEA ALIA DLXXIX

e St & alia Nymphea: quam quidã nymphona cognominãt. Similis supradictæ: sed radice alba & aspera. Flore luteo: nitido, ad ros̨e similitudinẽ. Radix & semẽ in uino nigro bibunt̃ ad affluentiã feminarũ. Nascit̃ in Thessalia Peneo amne.

ANDROSACES DLXXX

a Ndrosaces. alii Picrada. alii Leucen. alii Thalassian. Nascit̃ in maritimis Syrię alba herba tenuibus cirris amara, sine foliis. Folliculos in capitibus cõtinens & in iis semen. Drachmis duabus in uino hydropicis data copiosam urinam cit. Idẽ effectus & semini est: & herbæ decocto. Illinitur & podagris.

ASPLENON DLXXXI

a Splenon alii Scolopendrion. alii Splenion. alii hemionion. alii Pterygem. alii Lonchitin. alii aturion. alii Phrygian. alii Phrygitin. alii Philtrodotin. Prophetæ Sanguinẽ mustell̨e. Hoc est h̨ema gales. Foliis Scolopendræ animali similibus multis ab radice una. Gignitur in petris & parietibus siliceis & opacis, neq; Caulẽ, neq; florẽ, neq; semen habens. Folia Polypodii modo incisa. hæc a terra: suflaua. hirsuta: superne coloris herbacei. huius Folioꝝ Iure in aceto decoctæ per. xl. Dies poto lienẽ absumi contingit: Cui & illinũtur trita cum uino. Eadẽ autẽ strangurię conferunt. Singultus & morbum Regium sedant: uesic̨e calculos frangunt. Per se uiro aut cum liene muli adalligata sterilitatem facere creditur. Fodiendamq; aiunt noctu: qųe sine luna sit.

HÆMIONITIS DLXXXII

h Æmionitin aliqui splenion uocant. Foliis Dracũculi: & lunatum. Radice multiplici & exili: nunq̃ florẽtem. Neq; semẽ neq; Caulem gignit Nascentem in petris austero sapore. lienem pota ex aceto inanit.

ANTHYLLIS DLXXXIII

a Nthyllis. alii anthos pedinon hoc est florem campestrẽ. alii anthemin. alii Hieranthemin. Alii leucanthemin. Alii Soranthin. Alii anthylon. Romãi Solastrũ. Duoꝝ generũ foliis & ramis lẽti simillima palmi alti-

tudine:ramis rectis:foliis mollibus:Radice tenui, oblonga salsuginosis apricis nascente:subsalsa gustanti. Altera est anthyllis ibigæ uocatę similis ramos & folia:sed asperior, hirtior, breuior, flore purpureo odoris admodum grauis. radice intubi Erratici. Bibitur hęc in urinę difficultatibus:renumq; doloribus quatuor drachmis. Pituitas uuluis ex Rosaceo & Lacte imposita emollit. Medet᷑ etiã uulneribus altera:quæ chamępityos hoc est Ibigę similitudinem habet. Præter alia in comitiali quoq; morbo cum melle & aceto salutariter sumitur.

ANTHEMIS DLXXXIIII

Nthemis aliqui Leucanthemon. Alii Eranthemon uocant:quoniã uere
a floreat:alii Chamęmilon:quoniã odorem mali habeat. Nõnulli Melanthemon, alii Chrysocomen, alii Calian. Romani malium. Punici astirtiphpho. Aliqui & Chrysanthemon. Genera eius tria. Flore tantum distant. Ramis palmum non excedentibus fruticosis & frequentes alas spargentibus paruis exilibusq;: Præterea Capitulis rotundis Flores intus aureos continentibus, foris candidos aut melinos aut purpureos in orbem foliis minutis ut rutæ. In macro solo aut iuxta semitas colligitur uere. Inest autẽ radici, floribus, foliis calfaciendi extenuandiq; uis. Menstrua potu & insidendo expellũt. Itẽ partus & urinã, calculosq;. Inflationes & Torsiones intestinorũ ileos uocatas. Regios morbos. Iocinorũ uitia. decoctorũ succus uesicę cũ uaporãda sit:excalfactus imponitur. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est:quæ florem purpureum habet:cuius & foliorum & fruticis amplitudo maiuscula est: hanc uulgo priuatim Eranthemon cognominãt. At quæ Leucanthemos dicit᷑ urinas uehemẽtius cit᷑. Mox chrysanthemos. Curant & Ægylopias litu. Cõmanducatæ ulcerũ eruptiones in ore manantes sanãt. Quidã cũ oleo tritis ad perunctiones utunt᷑ in febribus:quę cõmeant. Reponũtur & Flores & folia omniũ separatim contusa: & in pastillos digesta. Siccatur & radix & usu poscente interim partes duas herbę: floris unã aut radicis. Interim contra floris duas:herbæ unã dari conuenit:alternis geminatis potionibus in singulos dies in mulso temperato.

PARTHENION DLXXXV

Arthenion, Alii Amaracon, alii anthemin & Leucãthemon & Chamę
p milon & Chrysocalin & Malabathron & anthos pedinõ id est florẽ cãpestrem. Romani Solisequiũ:siue Millefoliũ. Æthrusci cautam. Punici Thamacth. Foliis Coriandri tenuibus. Flores candidi ꝑ margines:medio lutei: odore subuiroso:sapore amaro. Siccatũ cũ melle aceto & sale potũ epithymi modo pituitam bileq; detrahit ꝑ inferna:suspiriosis quoq; ac melancholicis datur. Herba ipsa floribus dẽptis contra calculos & anelitus utilis est. Decoctũ eius ad insidendũ in duritia uuluarũ & inflãmationibus. Illinit᷑ & sacro Igni & collectionibus cũ flore.

BVPHTHALMON DLXXXVI

Vphthalmon, Alii Cachlan. Alii Balsaminen Prophetæ Æluros, Alii
b Gonos hermu: Alii Mnesitheon. Romani Lappa boaria. Punici narat. Cauliculos hẽt teneros ac subtenues:foliis feniculi:floribꝰ luteis maioribus q̃ anthemidis:q̃ similes sunt oculis:unde nomẽ. in cãpis & circa oppida nascit᷑. huius flore trito cũ cera duritias diffũdimus:& tumores. Arquatis q̃ subin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

de id bibant a balneis: colorem bonum reddi ad certum tempus prædicant.

PÆONIA DLXXXVII

P Æonia arren, hoc est mascula siue glycyside. Alii Pétorobon, Alii Orobolion, Alii Orobax. Alii Æmagogon, Alii Paeseden. Alii Monogeneon. Alii Menecon. Alii Pæonion. Alii Panthecεratos. Alii Idæos dactylos. Alii Aglaophotin. Alii Theodonion. Alii Selenion. Prophetę selenogonon. Alii Phthisin. Romani Castam. Caulem habet duum palmorum comitantibus Aliis compluribus. Folia masculæ Iuglandi similia. Feminæ Smyrnii. In cacumine siliquas grecis nucibus similes fert. Apertis his semina inueniuntur granis rubentibus, numerosis exiguis similitudine acinorum mali punici. Aliis nigris in medio ac purpureis quinq; uel sex. radices maribus crassitudine digiti. altitudine palmea: candidę astringentesq; gustu linguam. Feminis bulbi radicibus: ceu balani circiter octo uel septẽ asphodeli modo coaceruantur. Radix pęonię arida mulieribus datur, quæ a partu non purgantur. Ad menstrua magnitudo amygdalæ sumitur. In uino pota doloribus subuenit uentris. Sanat morbum regium: renes, uesicam. Decocta in uino aluum coercet fluentem. Rubra seminis grana rubentes menses sistunt. Decem aut duodecim pota in uino austero nigro. Stomachicis uero & Rosionibus esse ea prodest. Auxiliantur & pueris commanducata & pota contra calculos incipiente stranguria. Ex iis quę sunt nigra, Faunorum in quiete ludibriis atq; suppressionibus medẽtur & strangulationibus feminarum, doloribus matricis quindecim grana in melicrato, aut uino bibuntur. Verticibus pręruptisq; montium altissimis uellitur.

LITHOSPERMA DLXXXVIII

L Ithosperma, uel Ægonychon, uel leontion, uel lithos leontice hoc est lapis leoninus, uel Gorgonion, uel Tãtalitis, uel Diospyron. Romani uocant columbam. Daci Gonoletam. Sunt qui disporon & Heracleam quę appellatio ei a præcipuis uiribus seminis contigit: quo argumẽto & duritia ei Lapidis tributa Lithospermon uocantibus. Folia oleę uidebantur: ni longiora: latiora, molliora q; haberentur iuxta radicem humi iacentia. Ramulis rectis tenuibus crassitudine iunci acuti ualidis, surculosis: quibus in sũmis biforcipes exeunt cauliculi foliis uestientibus magnis: penes quæ lapideũ semen rotũdũ exiguum erui magnitudine. Nascitur macro solo eminẽtibus locis. Iis lapillis in uino albo potis calculos frangendi & urinas eiiciendi adiuncta uis est.

PHALARIS DLXXXIX

P Halaris Thyrsulos fundit a radicibus tenuibus & superuacuis frequẽtes bipalmesq; similes calamis Zeæ, graciliores tamẽ atq; dulces. Folia quoq; similitudinẽ eius obtinẽt. Semen amplitudine Milii oblongius. Natura succo herba tusa & expressa collecto uesicæ doloribus prodesse in uino, uel aqua. Seminis quoq; opera eadem: si cochlearis mensura per aquã bibatur.

ERYTHRODANVM DXC

E Rythrodanum & Erythrodanos Rhiza & Teuthrion & dracanos & Cinnabaris. Romani rubiam passiuã. Æthrusci lappam minorẽ. Ægyptii Sophobi. Altera sponte prouenit. Altera seritur ut thauanæ in gal-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

lia & Rauenæ in Italia. In caria certe inter oleas seritur tanq̃ in segetibus idq; propter emolumentũ, quod ex ea Re quæstuosissimum redditur. Quadranguli ei Caules: longi: spinosi similes Aparinę maiusculi omnino, firmiusculiq; foliis circa articulos per interualla ceu stellis quibusdam in orbem. Semine rotundo per initia uirente processu rubro: & ubi plane maturuit: nigro. Radice tenui: longa: rubente: quæ in medicina uim urinam mouendi habet: Ideoq; morbum regium ex aqua mulsa ischiadicosq; & Paralyticos sanat. Lotiũ molitur copiosum: atq; crassum: est quando & cruentum, ita ut bibentes lauent quot diebus: & discrimina exinanitionũ considerent. Cõtra serpentes rami cũ foliis imponũtur. Semen cum aceto mulso potũ lienem attenuat. Radix menses, partus, secundasq; pellit. Vitiligines albas ex aceto illita emaculat.

LONCHITIS DXCI

Onchitis & cestron & medusa. Romani Veneriam & Lamiolam uocãt.
l habet folia ad porri similitudinem latiuscula & modice Rubentia: ad Radicem plurima in terram conuexa: paucis aliis uincientibus Caulem. In eo flores ceu pileola: personis maxime comicis similia paruam exerentibus linguam: si quidem mimulis iis hiantibus albugo quædam inferiore labro prominens speciem ligulæ præsentat. Semen cum primum exit, Triangulum & simile cuspidi est: unde appellatio. Radices pastinacæ gallicę. Nascitur asperis & sitientibus locis. Radix in uino sumpta urinas exercet.

LONCHITIS ALTERA DXCII

Onchitis alia: sunt qui Lonchitin trachean, hoc est asperam nominẽt.
l Romani longinam & colubrinam: foliis Scolopendrii scabrioribus, amplioribus, diuisuris quoq; maioribus. Vulneraria herba inflammationesq; abigens. Lien cum aceto pota ea consumitur.

ALTHEA DXCIII

Lthean Aliqui & Althiscon & Ebiscon appellant. Genus est syluestris
a Malue: Foliis rotundis cyclamini modo. lanuginosis. Flore roseo. Caule cubitorũ binũ. Radice uiscosa interius candida. Tributũ ei nomẽ ab excellentia & multitudine remediorũ. Radicis succus decoctæ in aqua mulsa aut uino, Itemq; tusæ per se uulneratis medet̃. Parotidas: suppurationes: mãmarũq; impetus sistit. Sedes fractas, inflationes & Tenturas neruorum, discutit enim & excoquit aut rumpit & ad cicatricem mox perducit. Decocta quo dictum est modo, cum axungia uel anserino pingui subigitur aut cum Resina etiam Terebinthina. Inflãmationibus locorũ & præfocationibus admouenda. Decoctũ quoq; ipsius eadem pręstat ad purgationes a puerperio trahendas efficax. Decoctũ uero radicis in uino difficile meientibus bibendũ. Item calculosis, coxendicũ uitiis: Dysentericis. Semen recens & Aridum tritũ ex acetoq; affricatũ in sole uitiliginem obliterant. Cũ oleo perunctis ab animalibus uenenatis feriri nõ patit̃. Facit & ad dysenteriã, sanguinis reiectionẽ: uentris solutiones decoctum seminis potũ. huic & aduersus apium & animaliũ paruorũ aculeos sumpto in posca, aut uino efficax uis. Folia quoq; cũ olei exiguo imponũtur plagis. Itẽ ambustis. Tanta plane radici uis inest, ut aquę trita infusa coagulari sub diuo eam dicatur.

ALCEA DXCIIII

a Lcea sylvestri & ipsa Maluæ contributa est. Folia uerbenacæ modo secta. Caules terni aut quaterni cortice canabino. Flores parui similes rosę. Radices albę obliquę quinq; uel sex: cubitales. Vsus radicis ex uino uel ex aqua Dysentericis atq; ruptis.

CANNABIS SYLVATICA DXCV

c Annabis aliqui & hydrastinā. Romani terminalem. Nascitur in syluis uirgulas Altheę fundens, nigriores asperioresq; ac minores: cubiti altitudine: foliis edomitę, scabrioribus magisq; nigrantibus. Flores modice rubentes: & similes Lychnidi. Semen & Radix altheæ. Decocta radice collectiones & tumores: quos discutere oportet: illinimus. Dura siue Tophacea diffundit. Vellitur & hæc faciendis funibus cortice.

CANNABIS SATIVA DXCVI

c Annabis satiua. Sunt qui cannabion: & Schoenostrophon & Asterion uocent. Romani cannabem. planta est admodum utilis uitę mortaliū: Nectendis præcipiua firmitate funibus. Foliis Fraxini similibus odoris mali: caulibus paruis, inanibus. Semine rotundo: quod largius sumptū affluentiam geniturę consumit. Succus ex eo doloribus aurium instillatur.

ANAGYRIS DXCVII

a Nagyris & anagyron & acopon & agnacopon dicitur. Folia uirgasq; uiticis habet: Fruticosaq; est arboris modo perq̃ graui odore. Flos oleris. Semen in corniculis gignit oblongis: simile renibus: uarium subrotundum & solidum: quod durescit fere uua maturescente. Folia trita collectionibus reprimendis imponito. Eadē drachmę pondere suspiriosis, aut si secundæ a partu uel menses morentur. Aut si pecus emortuū hęreat dato bibantur in passo. Ad capitis dolores in uino: difficulterq; parientibus ad alligentur ita ut a partu statim auferantur, porriciantur q; illico. Radicem discutiendis & concoquēdis: quę libeat adiungito. Semen cōmanducatum uomitiones celeriter faciet.

CEPÆA DXCVIII

c Epęa portulacę similis est: folio nigriore: radice tenui. Folia in uino ad stranguriam, & uesicę scabiem bibuntur: sed cum decocto radicum asparagi eius: quem Myacanthon hoc est corrudam uocamus, plurimum conferunt.

ALISMA DXCIX

a Lisma siue alceą: quod & Damasonion & acyron & Lyron uocatur. Folia ei Plantaginis nisi angustiora essent conuexaq; in terram: Caule tenui simplici excedente cubitum longitudinis capite thyrsi: Flore albo exili, & aliquatenus pallido. Radicibus ut ueratri nigri tenuibus odoratis acribus modice pinguibus Nasci amat in aquosis. Vsus in radice ad eos: qui marinum Leporem biberunt drachmæ unius duarumue Pondere in uino pota. Item ad eos: quos Rubeta momorderit: aut qui Opium hauserint. Torminosis dysentericisq; tam per se q̃ cum dauco pari mensura præsidium est. Conuenit & ad conuulsa & ad aquę morbos. superficies eius comprimit uentrem: menses commouet: Tumores: quibus illinitur, placat.

onobrychis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ONOBRYCHIS DC

O Nobrychis: alii Onobrochelos: alii Eschasmenen: alii Hypericon: alii Corion: alii Chamepityn: Romani Opatam: aliqui Brichilatã & Loptam & Iuncinalem: Daci Aniarsexe: folia habet Lentis longiora paulo: caulẽ semipede altitudinis: florẽ rubẽtẽ, radices exiguas. Nascit̃ dilutis incultisq; locis herba ipsa illinit̃ panis & discutit eos trita. In uino strangurias finit. cum oleo sudores mouet perunctis.

HYPERICON DCI

H Ypericon. quam alii Corion, alii Androsæmon appellãt: Sunt qui Chamępityn ab odore seminis resinaceo dixerunt: folio Rutę figura surculaceo: frutice semipedali: subrubro. Flos Violæ matronalis: siliquas gerit hirsutas in longitudinem rotundas, magnitudine Ordei: & semen in iis nigrũ Resinamq; obolens. Nascitur macro solo: sed culto: Natura urinam ciẽdi & mẽses apposita. Quartanas Tertianasq; in uino excutiendi. semine diebus continuis xl. poto coxẽdicũ dolores absoluit. folia uero cũ semine adustionibus imponunt̃

ASCYRON DCII

A Scyrõ: alii Ascyroides: alii Androsęmõ: speties & hęc Hyperici est. amplitudine differẽs maiorib⁹ ramis surculosioribusq; & oio rubẽtibus folio tenui: floribus luteis. semine Hyperici resinoso & cũ atteritur: digitos cruẽtãte: quam ob causã Androsęmõ hanc quoq; aliq uocauere. Vsus seminis ad Ischiadicos duabus drachmis in aquę mulsę heminis duabus. biliosa enim recreãda copiose detrahit. quamobrẽ cõtinuãdus est donec uitiũ subsidat omne. Illinitur & ambustis.

ANDROSÆMON DCIII

A Ndrosæmõ: alii Dionysiada. siue ut alii appellauere Ascyrõ: Sed ab hoc & ab Hyperico differentẽ. frutex est pręteuuibus festucis. surculosos rubentesq; ramos continens. foliis effigie quidem Rutę: sed amplitudinis triplæ, aut etiamnum quadruplę: & cum teruntur succo sanguineo manantibus. circa multi stolones exeunt cacuminibus expansi: quorum per orbẽ capitula uisuntur exigua colore luteo. semen in caliculis nigri Papaueris uelut depictum. come tritæ odor resinosus. teritur semen in potum ad Bilem eiiciendam, exonerandamq; aluum drachmis duabus. Prodest & Ischiadicis maxime: a purgatione autem ipsa bibere aquã oportet. herba & ambustis opponitur & uulneribus cohibẽdo sanguini.

CORIS DCIIII

C Oris: quam & Hypericon qdam uocarunt. Frutex est folio Ericæ: Sed minore, pinguioreq;, ac rubente palmum altus, sapore grato, acri, odorato. Semen urinam, mensesq; cit. morsibus Araneorum medetur. ad coxendicum dolores & Opisthotonum potatur in uino. ad horrores uero cũ Pipere. alioqn Ophisthotonicos releuat uel perunctos ex oleo. Radix in uino percocta: si bibatur: prodesse defectis existimatur. ut qui Morbo illo tentatur: subinde cũ sorbet diligẽter operiat se. desudaturus est enim toto corpe: q̃ res mẽbra resoluta mobilitati restituet.

CHAMÆPITYS DCV

C Hamæpitys: alii Pityorison, alii Orozelon, alii Holocyron: alii Bryoniam syluestrem. Atheniẽses Ioniam: alii Dionysiam. Euboici Sideritin Prophetę sanguinẽ Palladis hoc est Hęma Athenas. Romani Cypressũ

Daci Dochela.herba est per humum serpens Incuruæ similis : Foliis Sedi mino-
ris tenuioribus multo hirsutis circa ramos frequentibus, odore Pinus. Flore te-
nui albo uel luteo.radice Cichorii.Folia in uino septenis diebus pota morbos re-
gios finiunt.Quadragenis Ischiadas in aqua mulsa . Datur & in Iocinoris uitio
& urinæ difficultatibus.peculiariter renibus utilis & torminibus .Heracleę in Pō
to aduersus Aconitum pro antidoto utuntur.Item & decoctæ succo.ad supradi-
cta quoq; illinitur cum polenta quæ decocto herbæ maduerit.Fiunt ex ea cum fi-
cu Pilulę aluum emollientes:quæ cum melle ac æris squama & Resina ad eam tra
hēdā bibūtur, sic & apposita cū melle uteros purgat eiiciendo, si quid intus infe-
stat.mămarū duritias digerit.glutinădis uulneribus adhibet᷑.ulcera q̄ serpūt lita
ex melle curat.

CHAMÆPITYS ALTERA DCVI

Ltera huic congnominis cubitalibus ramis Ancoræ modo incuruis,
a minutis crinibus coma supradictę.flos candidus. nigricans semen olet
Pinum ut superior.

CHAMÆPITYS TERTIA DCVII

Ertia Masculus dicitur, paruula, leuior, Foliis exilibus candidis pilosis.
t Coliculo crasso & albo:Flosculis Melinis:Semine pusillo secus alas:eo
dem odore:quo cæteræ.Item species. Vsus in iis duabus ad quæcunq; in
primo genere docuimus:citeriore tantum ui.

TERTII DIOSCORIDIS LIBRI FINIS

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE MATERIA MEDICINÆ LIBER QVARTVS INCIPIT INTERPRETE HERMOLAO BARBARO

Oluminibus ante hoc tribus amantissime Aree : Odoramenta: Olea:
u Vnguenta:Arbores:Animalia:Fruges:Olera:Herbas:Succos:Radi-
ces & Semina persecuti sumus.Quartum reliqua Plantarum & Stirpi-
um genera demonstrabit.

CESTRON VEL BETONICA DCVII

Estron cognominant Psychotrophon:quoniā Alsiosis locis herba gau
c deat.Romani Betonicam.aliqui Rusmarinam appellauerunt. Exit cau
le tenui cubitum uel eo amplius procero:Quadrangulo :foliis longis &
mollibus:Frondis quernæ modo per ambitum serratis:odore iocundo:maiuscu-
lis ad radicē:summis in caulibus semen spicatum quasi Thymbrę:folia huius col
lecta plurimos ad usus siccātur.radices subsistūt exiles ut Veratri: quæ si ex aqua
mulsa bibantur, uomitionem pituitosam mouebunt.ad rupta conuulsa, strangu-
latus uuluarum & uitia Foliorum drachmam in aqua mulsa pręberi cōuenit:ter-
nas ad serpentium morsus in uino heminis duabus. herba & ad ictus illinitur ad-
uersus uenena drachmam in uino temperamus : quam si quis pręsumpserit, tutus
a poculo uenenato promittitur.prodest & ad urinas ciendas & ad uentrem molli

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

trahendum. Comitialibus & insanientibus datur in uino & ad iocinorum molestias. ad Lienem cum Aceto mulso singulis denariis. Eadé cococtiones adiuuat: Si quis eam Fabæ magnitudine a cœna cum Melle cocto deuoret: Sic & acida ructanti Stomacho idonea est. Nam stomachicis efficaciter commanducatur ipsa, nec ut deuoretur Corpus: uerum ut expuatur succo modo expresso. Ita ut in singulos haustus temperatum Vinum supergustetur. In reiectionibns Sanguinis Trioboli datur mésura in Tepidi mixti cyatho. Coxédicum uitiis cum aqua Item Renum & Vesicę doloribus: Hydropicis ad binos Denarios cum Aqua & Melle si febriant: sin aliter cum mulso. Aurosis quoq; Fel detrahit. Purgationes hærentes Drachma in Vino depellit. Aluum quaternę in aqua mulsa cyathis decem inaniunt. Phtysicis purulenta egerentibus ex melle auxiliatur. In hos effectus folia cum inaruerint: componenda fictilibus iubentur.

BRITANICA DCIX

b Ritanica siue Betonica folio cernitur rumicis syluestris: Sed nigriore pilosioreq; gustus astringentis: Caule haud magno. Radice breui & tenui: Succus exprimitur foliis & i Sole aut Igne uersatur. Natura spissandi priuatim ad Nomas Oris, Tósillarúq; utilis. Demú ad oía q désari opus sit.

BETONICA ITERVM DCX

b Etonica nascitur in Fenariis campis: Excelsa & nitida & edomita loca diligés. Genimina & Animos & Corpora hominú tuetur a Maleficiis & Piaculis omnibus ac periculis. Contra peregrinationes nocturnas itinera insidiosa: difficiles Somnos in totumq; Medicinam per omnem ante cunctas celebratissima est, radix ei tota rubet, odorataq; habetur. Folium colore porraceo. stamine: quo diuiditur medium: purpureo ac rubente & in surculis suis triquetrum. Cacuminibus flores in purpuram inclinati. Vsus ad infrascripta. recés detrita uulneribus capitis imponitur ad dolorem leuandum. Consolidat ea & ossa fracta cum aqua. Dolores Capitis fouet: quos & Temporibus cum Bitumine per unctis aut radicis ustę Fumo suffitis excutiet.

LYSIMACHION DCXI

l Ysimachion, alii Lytion. Cauliculos spargit cubitalibus maiores: fruticosos, tenues: quorum ab geniculis folia exiliunt Salicis gracilia, gustum spissantia. Flore rubro, uel aureo. Gignitur in palustribus & aquosis. Foliorum succo uis astringendi: propterea sanguinem reiectantibus & Dysentericis potu infusioneq; laudatur. sistit & profluuia feminarú appositu. herba ipsa naribus sanguine erúpéte farcitur. prodest & uulneribus cohibens sanguiné manáté. crematæ acerrimus uapor attollit: qui & serpétes abigit, & muscas enecat.

POLYGONON MAS DCXII

p Olygonon Masculam: aliqui Polygonaton & Cynochalen & Heraclean & Asphalton & Chiliophyllon hoc est Millefoliam & Clema & Polycarpon & Carcinethron & Myrtopetalon & Cnopodion & Zarithean & Pedalinon & Teuthalida uocant. Ægyptii Thephin siue Stemphin. Prophetę Gonos Herois, alii Onyx Myos hoc est Murinum unguem, Romani Seminalé, alii Sorpinacam, Punici Chulmulum herbam ramis exilibus teneris co-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

piosis atq; geniculatis: qui a terra non tolluntur: graminis modo serpentibus. foliis Rutę sed longioribus & mollioribus turgentem semine sub omnibus foliis: De quo aliqui masculum intelligunt. Flore albo aut rubente. Vis ei spissare, refrigerare succum bibentes. Idem excreationes cruentas & proluuiem alui supprimit cholericis & stranguriæ cruciatibus conuenit Vrinã efficaciter trahens. contra serpentes in uino auxilium præstat. ad febrium redditus sumitur ante accessiones hora. Inhibet & sua quoq; mulieribus profluuia uel appositus. Instillatur & auribus ad Dolores: & quibus effluat pus. Est eius egregius effectus in uino decocti melle addito ad ulcera genitalium. stomacho in feruoribus folia imponuntur. eiectionibus sanguinis: Ignibus sacris: uitiis serpentibus illinuntur. Sic & ad inflammationes: Tumores & recentia uulnerum.

POLYGONON FEMINA DCXIII

p Olygonon femina: quam Romani eodem nomine Seminalem uocant. Paruus frutex uno caule similis Arundini teneræ. Densis geniculis & in se farctis ut Tibię. ipsos articulos in orbe conuestiunt apices frondibus Piceæ similes, radicis superuacuæ. Nascitur in aquosis. Huic quoq; spissandi & refrigerandi natura inefficacior ad eadem omnia q̃ superior.

POLYGONATON DCXIIII

p Olygonaton in montibus nascens maiorem cubiti altitudine fruticem habet. Foliis Laurus dumtaxat latioribus leuioribusq;: sapore mali Cotonei aut Punici. Ferit enim cum astrictione protinus gustatũ. per singulas uero foliorum eruptiones spectantur flores candidi, copiosi exeuntes: Numero maiore q̃ qui a radice proueniunt. radicem candidam & oblongam, præmollemq;: geniculis frequentem: graueolentemq; crassitudine digitali. hæc uulneribus confert & maculas in facie concorporat.

CLEMATIS DAPHNOIDE DCXV

c Lematis, alii Philetarion, alii Daphnoides, alii Myrsinoides, alii Polygonoides. Nascitur pinguibus locis prælõgis sarmentis & crassitudinis Iuncеę. Folio Lauri figura & colore: longo: sed minore multo. Foliis huius & caulibus sumptis in uino Dysenterici & qui aluo cita sunt: curantur. uuluarum uexationes cum rosaceo aut Cyprino in lana collectis & appositis finiuntur. Ipsa commanducata doloribus Dentium prodest. aduersus Serpentes, ac priuatim ut quidã existimant: aspides ex aceto pota efficax est. Gignitur in terrenis.

CLEMATIS DCXVI

e St & alia Clematis: quam aliqui Epigetin uocant. Ægyptii Phylacuon Romani Ambuxum. ramis exit rubentibus Viticosis. Folium habet exulcerans & uehementer acre gustanti. ambit hæc clauiculis suis arbores conuoluendo se proximis Hederę modo Ciliciæ. semen huius tritum cũ aqua uel Hydromelite ad Bilem bibitur & pituitam exigendas per aluum. Folia illinuntur ad Lepras arcendas. Durata sale cum lepidio Estur usu.

POLÆMONION DCXII

p Olęmonion, alii Philetærion appellant. Cappadoces autem a multitudine utilitatum Chiliodynamen: ramis exilibus & patulis. Folio Rutæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

paulo ampliore longioreq; ad similitudinem dicti nobis modo Polygoni: aut Nepetæ. Cacuminibus Corymbi dependēt. radice cubitali subalbida simili radiculæ hoc est struthio. Nascitur in montuosis & macris. contra serpentes in potum radix prodest. ad Dysenteriam: urinę difficultates Ischiadas ex aqua bibentibus medetur. ad Splenicos ex aceto drachma. In scorpionum quoq; ictibus saltem adalligata succurrit: & habentes eam omnino tangi negantur: aut si feriantur: dolorem sentire non patitur. mansa dentium subleuat dolores.

SYMPHYTON DCXVIII

Ymphyton petreum cognominatum Nascens in saxis Ramos habet
s Origani tenues a cacuminibus: Thymi capitula: surculosum & odoratū: gustu dulce: saliuā ciēs: longa radice rutila digitū crassa. cū Mellicrato decoctum in potu purgandis pulmonibus ualet. reiicientibus sanguinem: renum doloribus datur ex aqua. In Dysenteriam & Profluuium rubens in Vino decoquitur. In Aceto mulso ad Rupta: Conuulsa: commanducatum sitim sedat. carnes cum coquuntur, additum conglutinat.

SYMPHYTON ALTERVM DCXIX

Liud Symphyton: quod quidam Pycten, Romani Soldaginem uocant
a Caule nascitur cubitorum binum & maiore ferulaceo: anguloso, inani, ut Sonchos & crasso: qui per breuia interualla circundatur foliis lanuginosis, angustis, oblongis exemplo herbæ: quæ Boum linguæ similis est. ab angulis prominent Verruculæ alarumq; in singulis folia quædam tenuia cohærescunt ceu annexa. Flores ab iis lutei sustinentur similes Rutæ. Semen Verbasci. Caulis uero uniuersus & Folia quandam Lanuginem modice asperam nutriunt: quæ ipso attactu prurigines mouet. radicibus extra nigris: Intus candidis: glutinosis. In quibus Medica uis consistit. Tritę sanguinē excreantibus dantur & ruptis uulneribus recēs illatis imponitur: cōglutinat: coalescūt & carnes si in coquēdis addatur. Partibus inflāmatis potissimum sedi cum senetione illitum prodest.

HOLOSTEON DCXX

Olosteon herba est pusilla digitis tribus aut quatuor supereminens ex-
h tra terram. Foliis ramisq; Coronopodis aut graminis: astringens gustu Radice admodum tenui usq; in capillamenti spetiem: candida: longitudine semipedis. Nascitur in collibus. Et carnes hac cum coquuntur addita cohęrescunt. Extat & usus eius ad rupta in Vino potę.

STOEBE DCXXI

Toebe, alii Stobion, Romani Stipam: uulgo scitur. Folia huius & semē
s astringunt. eoq; Dysentericis decoctum eius iniicitur. Prodest & Auribus purulētis infundi: Oculis uero ictu cruentatis utiliter imponuntur. Folia sanguinis eruptionem cohibet.

CLYMENON DCXXII

Lymenon, alii Calycanthemon, alii Periclymenō, alii Heliophyes, alii
c Epatitin, alii Milacē, alii Anatolicon, alii Dyticō, alii Mersinē seu Merginē, Romani Voluerum maius, Ægyptii Oxyui. sunt qui & Clymeniō & Agonon uocent. Caulem habet quadratum similem Fabę. Folium Plantagini.

Folliculos inter se implexos uelut in Iride, Polyporum ue Cirris: optimus e mōtanis. uniuersus exprimit̄ propter succū. In quo usus ad sanguinē eiectātes: aluinos: profluuia rubicūda. spissat. n. & refrigerat. sanguinē quoq; fluētē e naribus: supprimit, Folia eius & folliculi recētibus uulneribus terūtur: ptinaci effectu donec ad cicatricē pducāt.

PERICLYMENOS DCXII

p Ericlymenos, alii Æginen, alii Clymenon, alii Carpathō, alii Splenicō, alii Epatin, alii Helxinem maiorē, alii Clematitin, alii Myrsinē, alii Calycāthemō, Prophetę Piliō aphroditis quasi pileū Veneris, ægyptii Tucō, Romani Volucrū maius, Punici Lauath. simpliciter fruticat: ex interuallo p ambitū folia cōtinens pusilla subcādida ad similitudinē Hederę: secus quę ramuli adgermināt semē cacuminibus Hederaceū pferētes. albus ei flos similis fabæ sub rotūdus ceu folio impositus: semē prędurū & uelli difficile. radix crassa, orbiculata: Nascitur in aruis ac sepibus cōuoluens se adminiculis fruticū quibuscūq;. Semē eius maturū collectū & in umbra siccatū datur in uino mēsura drachmæ: quadragenis diebus Lienē absumit. lassitudines discutit. Orthopnoicis prodest: singultusq; inhibet. urinā a sexto die cruētā ciet: partū quoq; adiuuat. Eosdē usus habent & folia: quæ si quis diebus tribus de. xl. biberit. etiam sterilitatem afferre prędicantur. abigunt eadem perunctis ex oleo algores febrium reduces.

TRIBVLVM DCXIII

t Ribolos, alii Bucephalos, alii Tauroceros, Romani Tribulū aquaticū Terestri folia Portulacę tenuiora: & rami iacētes in terra exigui. iuxta quos spinæ difficiles pdurę: secūdū Fluuios & ī ruderib⁹ puenit. Alterū genus aquaticū nō nisi amnibus nascēs: coma dūtaxat aquis extāte: aculei Vado cōdūtur. Folio ad effigiē Vlmi: pediculo lōgo: caule cacuminibus crassiore q̄ partibus in humore cōtētis: adsunt ei & capillamēta quędā spicacea. semē durū quale habet & alterū genus. uterq; refrigerātis & astringētis naturę est. cōtra inflammationes omnes illinitur. ulcera erūpētia in ore cōpescit cū melle. Item tōsillas: putria quoq; in ea parte gingiuasq; sanat. Succus ex iis colligitur ad oculorū medicinas. semē recēs potū calculos iuuat. e terestri drachma bibitur & linitur ictibus serpētiū. sumptus in uino aduersus uenena pręsidiū est. Decoctū eorū in terra sparsum pulices necat. Thraces qui ad Strimonē habitāt: foliis Tribuli uirētibus pro pabulario utūtur: & equos sagināt. Ipsi nucleū eius pdulcē & altilē panificii loco in cibos excipiūt.

SARXIPHAGON DCXIIII

s Arxiphagon, alii Saxiphrangon, alii Empetron, Romani Saxifragam uocant. Frutex est surculosus in saxo & asperis nascens similis In uino cocta pdest habētibus febres & ad strāgurias & singultus: calculos uesicę frāgēdos urinas trahēdas

CIMONION DCXV

c Imonion, alii Neuroides, alii Lynchitis, alii Napi Oniu, Marsi Mendruta, Syri Meuda. nōnulli Lycosemphalō, alii Eleborosemata, Quidā Scillon, Prophetæ Cor Lupi hoc est Lycu Cardia, Romani Veratrū nigrū, alii Tintinabulū terræ, Galli Iurbarū, Daci Dacina, similis Betæ: uerū tenuioribus & minoribus foliis. decē interim pluribus: caule tēui erecto: altitudine liliorū: pleno seminis rubri: qd̄ gustu linguā astringit. tritū hoc acetabuli mēsura in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

uino Dysentericis & cœliacis ꝓdest. rubẽtes feminis mẽses coercet. In pratis palustribus prouenit.

LAGOPVS DCXXVI

l Agopus, alii Lagou Cyminon hoc est leporis cuminum. Contrahit uentrem in uino, aut in febri ex aqua. Eadem inguini adalligatur contra tumores. Nascitur in segetibus.

MEDION DCXXVII

m Edion, alii Medicen, alii Triphyllon, alii Clemation, alii Osmos, alii Trigonos, alii Cybellion, alii Polyphyllon. Romani Trifolium odoratum. Ægyptii Epaphu. Nascitur in saxis opacis: Folia habens Iridis. Caulem tricubitum: & in eo florem grandem purpureũ, rotundũ: Semine minuto ad imaginem Cnici. Radice semipedali: crassitudine baculi: austera gustanti: quę cũ Inaruerit contrita, & in melle decocta purgationes feminarum rubentes sistit: eclegmate per aliquot dies sumpto. Semen contra in uino menses elicit.

EPIMEDION DCXXVIII

e Pimedion, Alii Erineos, alii Thryas, alii Polyrizon. Romani Vindictam. Caulis est non magnus hederæ foliis denis, duodenisue: nunq̃ sementescens aut florescens. Radicibus nigris tenuibus graui odore: gustu fatuo. Nascitur in humidis. folia in oleo trita illinũtur cohibendis uirginum mãmis. Radix & folia feminis ut abortiuũ cauẽda: quoniã resoluta in potũ uini si post prægnationẽ ad drachmas. v. In quintũ diẽ bibant: cõceptiones eripiunt.

XIPHION DCXXIX

x Iphion, Alii Anactorin, alii Phasganon, alii Machęronion, alii Arion siue Irion. Romani Gladiolũ, alii Segeralem. Videtur id nominis Nacta: quoniam gladii speciem foliis præbeat. Similia enim Iridis exeunt: minora dũtaxat angustioraq;: Præterea exacuta in mucronem ac uenosa. Caule duum cubitorum: flore purpureo inuicem per uersus distante. Semine rotundo. Radice duplicis ordinis: quarum una insidet alteri: ceu bulbis pusillis: inferiore gracili: superna uero habitiore: adultioreq;. In aruis maxime nascitur. Superior pars eius cũ turis polline illita uino admixto spicula, & aculeos extrahit. Cũ farina uero æ rina panos discutit. Ideoq; in Emplastra desiderii eius utiliter additur. Menses quoq; appositu elicit: qui partẽ radicis superiorẽ bibant in uino stimulari ad uenerẽ dicũtur. Contra inferiorẽ sumentes ad geniturã steriles & ignauos id genus euadere. Pueris hernia interanei laborãtibus superiorẽ dandã in aqua pręcipiunt.

SPARGANION DCXXX

s Parganion, alii Xiphidion idest Gladiolum uocarunt: & sane gladioli folia uiderentur: nisi arctiora inclinatioraq; obtineret. A capitibus caulium semina in pilulis uisitantur. Radix & semen excipiť cõtra serpentes in potũ.

XYRIS DCXXXI

x Yris, Alii Irin syluestrem, Alii Cacon. Romani Gladiolũ dicunt. Quidam Irin agrestem. Daci Aprus. Foliis & hæc Iridi similis est. Verum latioribus: & in cacumine cuspidatis. Caule intra folia cubitali: admodũ crasso: triquetras ualuulas ferente: in quibus flores purpurei emicant medio rubentes. Semen in folliculis fabarum effigie conditur: rotũdũ: rubrum: acre. Ra-

dix prædensa geniculis: rubicũda: longa: uulneribus in Capite atq; ossibus fractis percommoda. Sagittas & infixa corporibus tela sine cruciatu aliquo eiicit admixta æris floris parte totius modi tertia & Centaurii radicis quinta cum melle. Tumores quoq; inflammationesq; illita ex aceto emendat. Radix defracta in passo bibitur ad rupta: conuulsa: Strangurias: coxendices: aluum solutam. Semen uehementissimum Trahendis urinis Trioboli mensura sumptum in uino. Lienem ex aceto potum consumat.

ANCHVSA DCXXXII

a Nchusam, aliqui Catarchusam & Libycen & Archibellion: & Alcibiadion & Onochelos: quasi labrũ asini: & Porphyrida: & Medusam & Salyca & Nonean. Punici Buinesath: aliqui Calyca & Onoclean appellant. Folia ei Lactucæ similia fastigata in exilitatem: hirsuta: scabra: nigrantia: numerosa circum radicem per terram strata, aculeataq;. Radix crassitudine digitali: colore sanguineo æstate: manus inficiens. Nascitur pinguibus locis. In astringendo radici uis constat. Sanat ambusta in cerato decocta cum oleo: Item ulcera uetera: Ignibus sacris cum polenta imponitur. Lepris & uitiligini illinitur ex aceto. Partus appositu extrahit. Decoctũ eius datur bile suffusis & ad renũ dolores lienisq; uitia. Si febris sit in aqua mulsa. Foliũ in uino bibentibus supprimit uentrẽ. Vnguentariis quoq; in Radice usus est addẽtibus in olea pro spissamẽto.

ANCHVSA ONOCHELOS DCXXXIII

e St alia herba eiusdem nominis: quam aliqui Alcibiadion uocant. Alii Onocheles. Differt a priore folio: quod ei minus amplum. Cętero similis & scabritia foliorum & tenuitate Caulium: quibus in summis flores purpurei subrubentes spectantur. Radices habet rubras prælongas: Messibus tritici sanguineas. In sabulosis nascens. Efficax contra Serpentes maxime uiperas: æque cibo ac potu, ad alligatu quoq;. Constatq; commanducata ea si inspuatur: mori serpentem.

ANCHVSA INNOMINATA DCXXXIIII

e St & alia huic similis Fructu rubro: minor: quẽ dentibus molitũ si quis inspuat in os serpentis: momento eam interficit. Pellit & animalia intestinorum rotunda cũ Hysopo radix & Nasturtio acetabuli pondere.

ANCHVSA LYCOPSIS DCXXXV

l Ycopsis quidam & huic nomen anchusæ dederunt. Longioribus q̃ Lactuca est foliis: crassioribus: asperis: circa radicem a capite eius prolapsis. Caule longo: erecto: hirsuto: adnatis multis Cubitalibus similiterq; scabris. Flore in iis paruo purpureo. Radice rubra: spissante os. Nascitur in Campestribus. Illita ex oleo radix uulneribus medetur. Cũ polenta uero ignibus sacris imponitur. Sudores trita cum oleo perungentium mouet.

ECHION DCXXXVI

e Chion, Alii Aridan, Alii Alcibiadion. Romani Alcibiacum. Folia habet prælonga: scabra: subalbida. Colore in rubrum ad anchusæ similitudinem inclinato. Minora uero atq; pinguia sentibus densis & candidis, obsidentibus. Cauliculo tenui: copioso. Minutis utrinq; foliis se panden-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tibus nigricantibus: assidue breuioribus in cacumen pro suo cuiusq; numero. Inter folia purpurat flos:& in eo semen occulitur uiperę capitulo simile. Radix exilior digito subnigra: quæ non ictis modo a serpente auxiliatur pota in uino: sed præsumentes quoq; percuti non patitur. In eodem usu folia semenq; habentur. Eadem & Lumborum doloribus subuenit. Lac in uino uel Sorbitione sumpta Nutricibus ciet.

OCIMOIDES DCXXXVII

o Cimoides. Nonnulli & hăc Echion uocant: alii Scorpiuron: alii Sparganon: alii Althæan: alii amaranthida, alii Probatæan, alii Elaphion, alii antimimon, alii Porphyrida, alii augion, alii Nemesion, alii Philetereion, alii Hyaenopsolon, alii Thyrsitin, alii Thermutin, alii Misopathos. Romani Ocimastrum. Folio nascitur ocimi: ramis palmum altis hirsutis: siliquas hyoscyami figura sustinentibus: seminis plenas nigri Melanthio similis: quod in uino haustum contra uiperas & Serpentium cęteras resistit. Traditur cũ myrrha uino pipere propter Ischiada. Radice nititur tenui: nullo usu.

ERINOS DCXXXVIII

e Rinos alii Ocimoides, alii Hydreron. Romani Ocimum aquaticum. Secus amnes fontesq; nascitur ocimi similitudine: sed foliis minoribus & superne diuisis. Palmo alta est Cauliculis quinis senisq;. Flos candidus. Semen nigrũ acerbum. Madet Lacte multo & Caule & folio. Duæ seminis drachmę cum mellis Cyathis quatuor Fluxionibus oculorum medentur illitu: Succus perq̃ utilis aurium dolori cum Sulfure: nitroq; instillatus.

GRAMEN DCXXXIX

e Grostis, alii Ægicon, alii amaxitis. Ægyptii anuphi. Romani Gramen alii asifolium, alii Sanguinalem, alii Vniolama. Hispani aparia. Daci Cotiata. Punici Iebal passim cognoscitur geniculatis ramulis serpens. Radicesq; ab iis geniculatas: dulcesq; spargens. Folia eius in tenuitatem cacuminata & dura & ut harundinis paruę: lata: bubus iumentisq; pabularium. Radix ad uulnera teritur: quæ illitu eius conglutinantur. Decocto radicis in Torminibus & urinę difficultatibus utimur & ad recrementa uesicæ frangenda: quæ demum durantur in calculos.

CALAMAGROSTIS DCXL

c Alamagrostis uocatur omnibus modis amplius gramine Iumentis cauendum. Necat enim deuoratum ab iis pręsertim in Babylonis regione id: quod iuxta uias nascitur.

GRAMEN PARNASIVM DCXLI

g Ramen uero: quod in Parnaso monte gignitur: Densius fruticat: folio Hederaceo: Flore albo & odorato. Semine paruo nec inutili. Radicibus quinq; uel sex: crassitudine digiti candidus mollibus: admodumq; dulcibus. Horum succo decocto adiicitur uinum ac mel q̃tum satis est: dimidiũ Myrrhę Piperis Turisq; tertiæ portiones. Medicamentumq; fit oculis nobile. Componendum id Ænea pyxide. Radicibus decoctum præstat quos ipsa radix effectus, semen eius urinas uehementer impellit. Vomitiones aluumq; sistit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

GRAMEN CILICIVM DCXII

Enus aliud Graminis in Cilicia nascitur appellatum indigenis cinna:
g quod uirid e bubus appositum amburit eos.

SIDERITIS PRIMA DCXLIII

Ideritis Alii Heraclean: Prophetæ Gonon, Alii hæma Titanu hoc est
s sanguinem Titani. alii Vra Scorpiu hoc est Cauda, siue lotiū Scorpio
nis. Pythagoras Parmoron. Andreas Xanthophanen: osthanes Boephthalmon quasi bouis oculum. Ægyptii Senodionor. Romani Vertemnum, siue Solastrum. Punici Vdodonin. Herba est folio q̄ Marrubium longiore ad similitudinem Saluię, aut quercus: minore tamen & aspero: Caulibus quadratis: Altitudine palmi quandoq; maioribus: Modice astringentibus linguam: Sapore non iniucundo: uerticillis per interualla Marrubii: & in iis Semen nigrum. Nascitur in maceriis. Folia uulneribus illinuntur. Glutinant enim ea: & ab impetu inflammationum tuentur.

SIDERITIS SECVNDA DCXLIIII

St & alia Sideritis cubitorum binum: ramis exilibus: cui folia pedicu-
e lo annexa longo similia Filici & leuiter serrata & a lateribus frequētia: Ex alis autem superioribus exeunt Ramusculi tenues longi Capitibus orbiculatis & scabris: quę semen continent ad imaginem betæ sed durius & rotundius. Et hanc foliaq; eius utilia esse uulneribus constat.

SIDERITIS TERTIA DCXLV

Abetur & tertia Sideritis. Et hanc quoq; Crateias heraclean uocabat:
h in parietibus uinetisq; nascentem. Foliis ab una radice similibus Coriandro. Coliculos ueltientibus palmares: teneros: Lęues: subcandidos atq; subrubicundos: Flore paruo: puniceo: amaro: gummoso. Vulneribus cruentis etiānum ac recentibus efficaciter imponitur pro ferrumine.

QVARTA SIDERITIS ACHILLEOS DCXLVI

Chillios. Alii Myriomorphon. Alii Chiliophyllon. alii Stratioticon.
a Alii sideritin. alii Heracliō. Romani supercilium Veneris. alii acorum syluaticū: aliqui militarē & millefoliū: Punici astarchilloth. Sunt igit̄: qui achilliō quoq; sideritin appellent. Scapos altitudine dodrātali uel eo maiores habentē: & ad effigiem fusi: circa quos folia pusilla, tenuia incisuris præcincta densis ex obliquo: similia Coriādro. subialsa: lentosa: odore copioso: nec molesto: Cęterum Medicato: Vmbellę orbiculatę: Flos uarius: modo. n. albus, modo purpureus: modo aureus geritur. Exit solo restibili. Huius comę uulneribus cruentis & eruptionibus pituitæ cohibendis intritæ superlinunt̄. Ipsum quoq; sanguinē, undecūq; fluat, coercēt etiā manātē euuluis admotę. Feminarū quoq; profluuiis ad insidendū herba decoquit̄: in dysenteria itē decoctæ bibit̄ succus.

RVBVS DCXLVII

Atos alii Cynosbatos: alii selinoritiou: alii asyntrophon. Prophetæ
b Hæma Titanu, hoc est sanguinem Titani: uel hęma Ibeos, hoc est sanguinem Ibis. Romani senticem uocant. Aliqui & rubum & morum uaticanam. Daci Mantia: Ægyptii Aemoos: Alii Ametros. Rubo igitur: quem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

omnes nouere: siccandi: spissandi: capillum inficiendi uis adest. Decocto ramorum aluus cita contrahitur: Abundantiæ Feminarum sistuntur: Ictibus præsteris occurritur. Gingiuæ stabiliuntur: Oris quidem ulceribus etiam folia commanducata prosunt: Manantibus uero in capite: oculis procidentibus: Condylomatis; Hæmorrhoidis illinuntur. Stomachis laborantibus & Cardiacis trita impositaq; subueniunt. Efficacior ad omnia supradicta succus expressus Caulibus atq; foliis collectus & uersatus in sole. Ipsius autem seminis succus si e maturo fiat; contra mala Oris singulari præsidio est. Mediocriter maturum edentibus cohibet uentrem. Idem prestat flos si e uino sumatur.

RVBVS IDÆA DCXLVIII

Atos Idæa hoc est Rubus Idæus appellatus est; quoniam in Ida plurimus nascitur. Est autẽ tenerior multo q̃ Rubus; minoribusq; spinis; Sepe nullis. Eadem præstat: quę supradictus Peculiariter flos eius cum melle distritus. Epiphoris oculorum illinitur & ignibus sacris: contra stomachi quoq; uitia bibitur ex aqua.

b

HELXINE DCXLIX

Elxine Aliqui Elitin & Cannuchersæan & Amelxinen & Sucotachon & Pychnacon: & Mesampelon & Cittãpelon & Cissamethon: & Anatetamenen. Romani Volucrum lapparum. Ægyptii Apap: alii Parthenion: alii Sideritin. Alii Heraclian. Alii Asyrian: alii Hygienẽ agrian: alii Clybadion: alii Polyonymon uocant. Nascitur in parietinis Sepibus: uineis: Cauliculos habens leuiter rubentes. Folia herbę mercurialis hirsuta: Semine obducto; Caulibus: asperitate etiam uestium Tenaci. Vim habent folia spissandi: refrigerandi. Quamobrem Ignes sacros: adustiones: condylomata: Panos incipientes: tumores collectionesq; omnes illitis sanant. Succus cum Psimmithio Ignem sacrum & mala: quę serpunt inungit. Imponitur & podagris Cera Cypria uel Hyrcino seuo collectus. Emendat & ueterem tussim Cyathi haustu. Inflammationibus tonsillarum gargarissatus & illitus confert. Aurium cum rosaceo infusus exterminat. Est & Helxine foliis hederę dũtaxat minoribus. Ramulis longis: quibus amminicula quęcũq; complectitur.

h

ELATINA DCL

Latine folia habet Helxines: pusilla: rotunda pilosa; tenuibus & Semipedalibus ramulis: quinis senisq; a radice statim foliosis astricta gustu: Nascitur in segetibus & utiq; solo culto. Inflammationibus & fluctionibus oculorum efficax foliis cum polenta impositis. Eadem cocta sorbitionis usu a dysenteria eliberat.

e

EVPATORIVM DCLI

Vpatorion. Alii Epatorion. Alii Epatitin. Romani uolucrum maius. Surculosa est herba simplicis Scapi: tenuis: lignosi: subrecti: nigrantis: hirsuti: cubitalis aliquando & amplioris: folio per interualla inciso & magna ex parte quinquepartito: Interim plurifariam quinquefolii aut Cannabis similitudine. Nigro & ipso extremitatibus serratis. Semen leuiter plumosum e medio Caule circa prosilit inclinatum in terram; ut cum in

e

arueritrueſtibus quoq; in ambulantium adhęreſcat. Huius folia cum Suillo pingui trita & impoſita ulceribus cicatrici repugnantibus medentur. Semen & Herba in Vino pota, dyſentericos item affectos Iocinora, & Saerpente percuſſos reſtituit. Hanc aliqui falſo Artemiſiam eſſe putauerunt. Sui enim generis artemiſiam indicauimus.

PENTHAPHYLLON DCLII

p Entaphyllon alii Pentapeges, alii Pentamonon, alii Pentapentes, alii Pſeudoſelinon: alii Callipetalon, alii Xyloloton, alii aſpalton, alii Pentacoenon, alii Thymiatitin. Ægyptii Orphitebiocen: alii Æthotron: Prophetæ Ibeos onyx, hoc eſt unguem ibis, alii Pteron ibeos hoc eſt pennā ibis, alii Hermodactylon. Romani Quinquefolium. Galli pompedulon. Daci Propedula. Ramulos habet feſtucæ tenuitate: palmum non excedentes: & in iis ſemen. Folia mentę ſimilia in ſingulis pediculis quina nec plura, niſi perq̄ raro: per ambitudinem Crenata ſerræ modo. Florem in candido pallidum, auroſumq; humidis locis, & iuxta aquæ ductus naſcitur. Radice ſubrubra: oblonga: paulo craſſiore q̄ ueratri nigri: Multo uſu. Succus ad tertias diſcoctę ſi ore contineatur dolorem dentium finit. Idem ad putreſcentia in ore colluitur. Ad ſcabritiem arterię gargariſſatur. Ad aluum liquidam, & dyſenterias, & articularios, & coxendicum morbos bibitur. Vlceribus tritum & illitum ex aceto ſerpere ea non patit̃. Diſcutit ſtrumas: duritias: tumores: collectiones & abſceſſus: Præterea ignem ſacrum & pterygia digitorum: condylomata & pſoras. Succus e Radice tenera exceptus aduerſatur Iocinorum uitiis & pulmonum. Item uenenis. Ad circuitus febrium tollendos bibitur ex aqua mulſa aut uino temperato: cum Piperis exiguo. Foliis in quartana e quatuor ramulis: in tertiana e tribus: in quotidiana ex uno. Tricena uero folia Tricenis diebus pota comitialibus medentur. Foliorum Succus per dies aliquot tribus cyathis ſumptus morbum Regium celeriter ſanat. Vulnera & Fiſtulas cum ſale, melleq; ſublitis curat. Hernias interanei cohibet: Eruptioneſq; ſanguinis ſiſtit Potu iuxta & litu. Adhibetur & luſtrationis gratia expiandis, purificandiſq; domibus contra mala medicamenta & carmina.

PHOENIX HERBA DCLIII

p Hoenix. Alii Rhun: Alii anchinopa: & Phoenicopteron: Alii Rhun Stachyos. Hoc eſt profluuium ſpicæ: alii Oſthaten. Romani Lolium murinum. Ægyptii Athuu. Folium ei Hordeaceum breuius & anguſtius. Spica lolio ſimilis. Rami ſenum digitorum circundantes radicem. Spicæ ſeptenæ octoneue. Naſcitur in arationibus & in tegulis recens oblitis. In uino auſtero ſolutiones uentris: Sanguinem Erumpentem ex uteris: largiores urinas coercet. Traditur a quibuſdam cohiberi ea in uellere puniceo incluſa adalligataq; ſanguinem uulnerum.

IDÆA RADIX DCLIIII

i Dæa radix folia emittit, quæ Oxymyrſine. Adhęrent iis Clauiculæ uelut pampini: e quibus flos. Naturam habet radix uehementer ſpiſſandi conueniens ad ea, quę aſtringi opus ſit: aluum menſeſq; & omnem ſanguinis abundantiam repercutit.

Radix

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

RADIX RHODIA DCLV

Adix Rhodia:quam & Rhodida appellant.Naſcitur in Macedonia nõ
r abſimilis Coſto:minoris modo ponderis : cute inęquali: odorem Roſæ
cum teritur reddens.ad Capitis dolores cum Nardo tenui faciens impo
ſita & Fronti Temporibuſq; infuſa.

HIPPVRIS DCLVI

Ippuris,alii Trimachion,alii Anabaſin,alii Cheredranon , alii Ephy-
h dron,alii Iteandendron,alii Gin,alii Schimnoſtrophon,Ægyptii Phor
fre,Prophetæ Cronu trophe,hoc eſt alimentũ ſiue pabulũ Saturni, Ro
mani Equinalem,alii Salicem equinalem:prouenit humidis locis, ſecundũq; foſ
ſas.cauliculos habens inanes & leuiter rubentes.Pręterea ſcabriuſculos ualidos,
geniculis frequẽtibus atq; farctis in ſeſe.Folio circa Iunceo denſo:prætenui aſ-
ſurgit in altitudinẽ ſcãdendoq; proximos caudices depẽdet comis circũfuſa mul
tis & nigris ut eſt equorũ cauda.radice dura lignoſa.uis herbę ſpiſſandi corpora.
Ideoq; ſuccus ſanguinẽ e naribus fluentẽ incluſus ſiſtit.Dyſentericis in uino po-
tus medetur . urinam cit.uulneribus folia imponũtur cruẽtis.radix & ſuperficies
tuſſim & Orthopnoeam ſanant.Itemq; rupta Inteſtinis diſſectis & ueſicæ præ-
ciſionibus:Enteroceleq; cohibendæ:folia bibi ex aqua pręcipiuntur.

HIPPVRIS ALTERA DCLVII

Ippuris,& alia eſt:quam Equition,alii Chędram,alii Gynon, Romani
h Salicẽ equinam uocant.caule recto ęquali excedente cubitũ pene uacuo
breuioribus per interualla & cãdidioribus comis,mollioribuſq;. ad uul
nera glutinãda eiuſdẽ effectus impoſitã propter ſanguinem ſiſtendum.

COCCOS SIVE GRANVM TINCTORIVM DCLVIII

Occos Baphice hoc eſt Coccum ſiue granũ tinctoriũ ſurculoſo Naſci-
c tur Frutice:cui grana Lenticulę adhęrẽt.legũtur hæc ad uſus componũ
turq;.optimum e Galatia & Armenia:ſequens ex Aſia Ciliciaq;.peſſimũ
ex Hiſpania . uis aſtrigẽdi.uulneribus etiam neruorum trita ex aceto ſuperlinun-
tur.In Cilicia e Roboribus prouenit limaci paruo ſimile:quod loci eius Mulie-
res exceptum ore Coccon id eſt granum ſpecialiter appellant.

TRAGION DCLIX

Ragion fruticem ſola Creta inſula gignit:Folio:ramis & ſemine lentiſ
t co ſimilem.Sed minore omnium amplitudine:ſuccum ferentem qui Gũ
mi modo coeat.Folia & ſemen & lachryma impoſitione cum Vino ſpi-
cula & hærentia e corporibus omnia extrahunt.potu uero ſtrangurias finiunt.ue
ſicę calculos frãgũt:menſtrua deuocant:In quæ pondus drachmę requiritur.Ca
prę ſyluestres percuſſę paſtu herbæ huius eiicere perhibentur ſagittas.

TRAGION ALTERA DCLX

St & alia herba cognominis ſupradictæ:quam aliqui Tragoceros,ali-
e qui Scorpion,alii Garganon uocant:Romani Cornulacam,aliqui Bi-
tuenſam.Daci Salia,Ægyptii Sober,Punici Acheoſim.Foliis Scolo-
pendrii.Radice tenui candida:Simili Armoraciæ:quæ cruda & cocta Dyſenteri-
cis manditur.Autumno folia prodeunt:Hircinum Virus olentia:Indeq; appella-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tio: Nascitur montuosis præcipitiis.

TRAGOS HERBA DCLXI

Ragos, alii Scorpion, alii Traganon uocant. Maxime in maritimis
t gignitur. Frutex pusillus in terra oblongus. Semipedealtus: paulo-
ue grandior sine foliis, Ramos habens in quibus uelut Racemi sunt pu
silli Grano Tritici, Acuto Capite: copiosoq; Gustum uehementer spissante. Hu
ius cacumina idest Acini decem poti ex Vino Cœliacis Mensiumq; abundantiæ
auxiliantur. Quidam tundunt eos: Pastillisq; factis in uasa componunt atq; ita:
cum opus est, utuntur.

OXYSCHOENOS ET IVNCI PALV-
STRIS GENERA. DCLXII

Xyschoenos, alii Oxypternos: alii Ophrysheliu hoc est cilium siue su-
o percilium Solis, Romani Iuncum marinum, alii Iuncum Manualem,
Punici Chudua. Duo eius summa Genera: Alterum leue, quod Schoe-
nos lia. Alterum acuto cacumine: quod Oxyschoenos uocatur. rursusq; hoc po-
sterius in duas species conciditur. Vnam sterilis. Alteram semen nigrum & orbi-
culatum ferentis: Cuius Calami crassiores, carnosioresq; sunt. Inuenitur & Ter-
tium genus utroq; asperius & callosius appellatum Holoschoenos: semine simi-
li: hoc & superioris tostum & in aqua potum sistit aluos & menses Feminarum ru
bentes. urinam ciet, capitisq; dolores molitur. Folia eorum tenera: quæ proxima
sunt radici commanducata illinuntur aduersus araneorum morsus.

EVRIPICE DCLXIII

Liud etiamnum Genus est Iunci: quod Euripicen uocant: cuius semine
a somni alliciuntur. sed modus in eo seruandus: ne sopor fiat.

LICHEN IN PETRIS DCLXIIII

Ichen is: qui nascitur super saxa Muscus Bryon ab aliquibus appella-
l tum: rorulentis modo petris adhærescens: Inhibet abundantiam san-
guinis: Inflammationesq; illitum. Curat & Impetigines. Morbum quo
q; regium cum Melle sanat: Ore illito & Lingua: Emendat & fluctiones.

PARONYCHIA DCLXV

Aronychiam, alii Achedoton, alii Neurada & Phrynion, romani Boui
p nalé dicunt. Frutex in petris pusillus similis Peplo: sed breuior: q̃q̃ folio
maiore. Teritur uniuersa herba & ad Paronychia & duritias illinitur.

CHRYSOCOME DCLXVI

Hrysocome, alii Chrysitin & Chrysanthemon: & Amaranton & Dios
c Pogona, romani Iouis barbá. Punici Dubath: alii Burchumath: palmi
altitudine insurgit: comantibus Corymbis figura Hysopi, radice Vera
tri nigri pilosa: Tenui: Gustu non iucundo: uerum dulci ex austero: Cyperi ma-
gnitudine. In opacis petrosisq; nascens. radix excalfacit & astringit. Datur po-
tui ad Iocinorum uitia. Item Pulmonum. Decocta uero in aqua mulsa: Vuluas
purgat Sumentium

CHRYSOGONON DCLXVII

c Hrysogonon, alii Chrysospermon, alii Daspin, alii Linon, alii Origa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

non, alii Accophthalmon, romani Aurariam. Folium habet Quernum denso frutice. Florem Coronarii Verbasci. radice Rapi uehemẽter rubente intus, foris nigra: quæ cũ aceto subacta & imposita muris aranei morsibus medetur.

HELICHRYSON DCLXVIII

h Elichryson & Chrysanthemon dicitur. Quidam & Amarãton uocant: quo & Deos coronant. Cauliculum habet Tenuem, Virentem, Erectum & Durum. Folia uero angusta ex interuallis Abrotono similia. Comas in orbem Lucis aureę Vmbracula in rotam uelut aridis Corymbis dependentibus idest qui nunquam marcescunt. radicem exilem. Nascitur gracili solo Conuallibus. Difficiles Vrinas ciet Coma in Vino sumpta. sic & contra Serpentium ictus & coxendicum uitia bibitur. Item ad rupta. Menses eadem Trahit. sanguinem in uesica & uentre concretum digerit & consumit in mulso. Profluuia mulierum pondere obolorum trium in uino sumentibus ieiunis arcet. Inserta eadem uestibus ab animalium noxiis tuetur eas.

CHRYSANTHEMON DCLXIX

c Hrysanthemon siue Chalcas, siue Chalcitis: alii Chalcanthon & Chalcanthemon & Buphthalmon quasi Bouis oculum, romani Acantham, Æthrusci Garuleum, Punici Curzetam. Herba est teneritudinis fruticosæ: leuibus cauliculis: Folio in capillamenti tenuitatem confecto: Floribus luteis: multum splendentibus. Oculi modo in orbem circumactis inde inuento Buphthalmi nomine. Nascitur circa Oppida. caules eius excipiuntur in cibos ut Cymæ. Flores triti cum Cera discutere Steatomata Dicuntur. Arquatis certe Hilaritatem faciunt Coloris utiq; ad Tempus: Si a Balnearum egressu in quibus fricari se diu fecerit: bibantur.

AGERATON DCLXX

a Geraton surculoso frutice adolescit in Dodrantes duos: humilis alioquin herba & omnino simplex haud dissimilis Origano: Vmbellas gerens: In quibus Flos colore aureo Ampullaceus, minorq; Helichryso. Tulit autem id nominis: ex eo qđ Flores suos diu conseruat incolumes: Decocto eius uis ardens. ipsa herba urinas uel suffitu elicit: uuluarũ quoq; duritias mollit.

PERISTEREON RECTVS DCLXXI

p Eristereon Orthos idest rectus, alii Trigonon, alii Bunion, alii Hierabotanen, alii Philtrodoten. Ægyptii Pempsempte. Prophetæ Herasdacryon. hoc est Lacrymam Iunonis, alii Hæma Gales: hoc est sanguinem Mustellæ: alii Hæma Hermu hoc est Sanguinem Mercurii: cristam Gallinaceam romani. sunt qui Feriam & Trixalidem & Exuperam & Herbam Sanguinalem uocarint. Nascitur in Aquosis. Nomen impositum a Columbis qui in ea uersari plurimum gaudeant. Herba est altitudinis palmi: Aliquando etiam maris. Folia incisa: Subalbida: Erumpentia e caule: qui ei unus parte plurima est: Quemadmodum & radix una. Huius foliis cum Cera rosacea uel Suillo Adipe recenti appositis dolores Vuluæ tolluntur. Ignes Sacri cum aceto illitis placãtur. Putrescentia cohibentur uulnera: Solidescunt & ad cicatricem ueteraquoq; perducuntur cum Melle.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PERISTEREON SVPINVS DCLXXII

Eristereon Hyptios hoc est Supinus, alii Hierabotanen, alii Herigeni-
p on, alii Chamęlycon, alii Sideritin, alii Curitin, alii Persephonem, alii Dios Elacaten est Iouis colum: alii Dichromon, alii Calesin, alii Cyparisson, alii Demetriadem: Ægyptii Pemphthentham. Pythagoras Erysisceptron, Romani Cincinalem. rami eius cubitales maioresq; angulosi: circa quos folia sunt minora q̃ Quercus angustioraq;. Diuisuris per oram similibus. Colore subglauco. Radice longiuscula tenui. Flore purpureo exili. Folia & radix in uino bibi, & lini serpentium ictibus iubentur. Morbum Regium folio Drachma cum Turis polline obolis Tribus ex uini ueteris Hemina quadragenis diebus impugnat ieiunis dato. Tumores ueteres collectionesq; Folia illitis mitigãt. Sordida ulcerum purgant. Tota herba in uino decocta crustas Tonsillarum & Nomas Oris gargarissatu emendat. sparso aqua Triclinio: qua maduerit. Lætiores fieri conuictus dicuntur. Hæc & Febribus medetur: Sed in Tertianis a Tertio geniculo incisa: Quartanis a quarto cum foliis datur. Auctoritas ei nominis addita Hieran Botanen, hoc est sacratam Herbam uocãtibus ab effectu Lustrationum: quæ adalligata ea suspensa ue domibus contingunt.

ASTRAGALVS DCLXXIII

Stragalus, alii Chamęsycen, alii Onycha, alii Gatalen, Romani Pi-
a num Trubium & Ficum terræ, Nonariam, Talum glandulam: Fruticulus humilis. Ramo & folio Ciceris. Flore paruo, purpureo, Radice rotunda Raphani modo prælonga: Nigris aliis agnascentibus præduris, & implicatis ut Cornua: gustu spissante. Gignitur in perflabilibus apricis Niualibus: ad Memphin Arcadię plurima. Radix in uino pota fluctiones alui compescit. Vrinam mouet. Arida ulceribus uetustis illinitur. Sanguinem cohibet. Tunditur propter Duritiem.

HYACINTHVS DCLXXIIII

Yacinthus, alii Eloniaden, alii Porphyranthes, Romani Bacum, seu
h Vacum, alii Vacinium. Folium habet Bulbi. Caulem palmi læuem, tenuioreq; digito minimo coloris herbacei: Comam iacentem incuruam plenam floris purpurei. Radice Bulbacea: quę in uino albo uenalitiis illita mangonizat eos: ne Pubertas erumpat. Aluum contrahit eadem: & urinam impellit: Araneorum morsibus resistit. Semini spissantior natura. contra Serpentes Morbumq; regium in Vino datur.

PAPAVER RHOEAS DCLXXV

Econ Rhoeas, alii Oxytonon, Romani Papauer album, Ægyptii Nau-
n ti: Nomen accepit a flore: qui protinus ei deciduus est. In aruis cum Ordeo maxime nascitur Vere: cum & decerpitur. Folium ei Origano simile aut Erucæ, aut Intubo erratico, aut Thymo incisum: Sed longius: & scabrius. Caule Iunceo: aspero: cubitali: recto: Flore rubro: sæpe candido simili Anemonę. Caput oblongum minus q̃ Anemones. Semen ruffum. radix longa subcandida parui digiti crassitudine: amara. huius capita. v. uel. vi. in uino cyathis tribus decocta, ut in duos uel in unum subsidant, Bibuntur contra uigilias: semen Ace-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tabuli mensura cum Melicrato modice aluum emollit. ad quem usum placen-
tis Libisq; interponitur. Folio & calicibus illinendo inflammationes sanan-
tur. Ipsa quoq; aqua: in qua commaduerint uel decocta fuerint fouere ora. utun-
tur ad Somnum.

PAPAVER SATIVVM DCLXXVI

Econ Hemeros, alii Chamęsycę, alii Mecon rhœada, alii Oxytonon,
Romani Papauer satiuum, Ægyptii Nanti. Huius semen inspergitur
panibus Sanitatis usu. Editurq; cum Melle pro Sesama Thylacitin ap-
pellant. Capite oblongo: Semine candido. Alterum genus syluestre calicem su-
stinet insidentem nigro semine: quod Pithitin cognominant: Aliqui etiam Rho
eada: quia Succus ex eo inciso defluat. Est & Tertium genus syluestrius Medi-
catius & procerius cæteris: Calicibus longis Refrigerandi omnibus Vis. Pro-
inde Folia eorum & Calices decoquntur in aqua: ut foueantur ora somni cau-
sa. Decoctum quoq; ipsum aduersus peruigilia bibendum. Calicibus contritis
& illitis cum Polenta utuntur ad Ignes sacros atq; collectiones. Tundere au-
tem oportet recentes. Mox in Pastillos triti siccantur, & reponuntur. ipsis uero
Calicibus seorsum in aqua decoctis ad dimidias, Iterumq; cum Melle decoctis
quoaddum spissescat, Eclegma fit soporiferum. Tussibus & fluctionibus Fau-
cium: & Cœliacis affectibus: quod Medicamentum efficacius redditur additis
Acaciæ & Hyppocistidos Succis. Semen uero Papaueris nigri teritur potu
ad Aluum citam. Et profluuia Mulierum Contra Vigilias ex aqua Tempo-
ribus Frontiq; illitum prodest. Succus maiore ui Refrigerat: Crassat, adsic-
cat. Is modice haustus: quantum est Eruum: potestate Somnifica distrahit do-
lores. Concoctionem adiuuat & aluinos. Largior enoxat. Lethargum enim
facit & Iugulat quoq;. Idem cum Rosaceo ad dolores Capitis infunditur.
Cum Amygdalino uero & Croco & Myrrha instillatur Aurium Dolori-
bus. Ad Epiphoras Oculorum cum Vitello Oui tosto Crocum addentes utun-
tur. Ad Ignes sacros & Vulnera cum aceto. Ad Podagras cum Lacte Mulie-
rum & Croco. Additus uero in sedem pro Balano somnum conciliat. Opti-
mus intelligitur Densus & Grauis & qui saporem odore mox pariat: Gu-
stu amarus & facile aqua liquescens. Inter signa est & læuor & candor. Scabri-
tia damnatur & colostratio: & qui subinde cum percollatur: durescit ut Cera. Ex-
perimentum & illud sinceri habetur ut in Sole positus diluat sese: utq; in Lucer-
nis accenso pura luceat Flamma: & uti extinctus quoq; pręterea deoleat. Adul-
terant Glaucio & Gummi & Succo Lactucæ syluestris: Qui fucatus est Glau-
cio: cum dissoluitur Croci habet colorem: quem uitiauit Lactuca exiliter & eua-
nidũ spirat: maiorem asperitatem habet. cui Dolus a Gummi contigit: langui-
dus Translucensq; est. Nonnulli uero tam imprudentis naturæ sunt: ut Seuum
quoq; permisceant. Torretur uero medicinis Oculorum in nouo fictili, donec
remollescat & rubrior fiat. Erasistratus Diagoram improbasse usum eius in au-
rium dolore, Oculorumq; uitiis prodit. Quoniam Visui noceret: Soporemq;

uel mortiferum faceret. Addidit Andreas nisi esset adulteratus: fore ut inuncti eo excæcarentur. Mnesidemus olfactu tenus concessit ad somnum odore illo quærendum: Cętero uel noxium reiecit. Quibus sententiis reclamat Experientia Multis euentis Vtilitatem eius rei testantibus. Proinde absurdum ne fuerit modum subscribere, quo succum excipiant.

OPIVM ET MECONIVM DCLXXVII

i SDuplex est. Quidam Folia & Calices tundunt & exprimunt prelo, mox in Mortarium terentes digerunt in orbiculos :hoc genus Succi Meconicum uocatur: Ignauius eo: quod Opium dicimus: hoc autem quibus cura colligere est: simul ac Rores exaruerunt: circumscribere cultello caput ipsum debent libramento ne intus penetret plaga. Cęterum ex obliquo calices summa cute oportet incidere decussando: Ita ut Lachrymam erumpentem subiectus unguis in Mytulum corriuet. Ita digressi alioquin haud multo post redeant: coalitum densatumq; inuentum quod fluxit e uulnere: ac postero die similiter faciant. Tritum hoc in mortario ueteri, & in pastillos diuisum reconditur. Cum scapus inciditur: retro abscedere conueniet: ne Vestes operantium manans inde lac abstergant.

PAPAVER CERATIS DCLXXVIII

m Econ ceratitis, alii Paralion, alii Agriā Meconem, alii Thalasion. Romani Fabiolum marinum. Punici Sisimassesa. Folia habet Tenuia, Hirsuta: Verbasco similia: Serrato ambitu Papaueris modo syluestris: cuī nec caulem quoq; obtinet dissimilem. Flore pallido. Calice pusillo, Inflexoq; ut cornicula, effigie Fenogręci: a quo & nomen habuit. Semen exile, nigrum: quale Papaueris. Radice per summa cespitum sublimi: crassa: Nascitur in afflatu maris: solo gracili. Radix ad dimidias cocta datur ad Lumborum uitia, & Iocinoris: Item ad eos: qui urinas crassas araneosas & asperas faciunt. Semen acetabuli mensura cum Aqua mulsa commode Aluum purgat. Vlcera emarginant Folia & flores ex Oleo impositi. Iumentorum sanant Argemas & Nubeculas Non differendo eorum errore: qui Glaucion nasci putauerunt ex hoc Papauere foliorum similitudine Decepti. Ceraticum Papauer: qui Bibant Edantue in eadem omnia recidunt: cum noxias, tum remedia in quæ sumentes Opium. Fructus ęstate colligitur siccus. decoctum radicis in Vino Dysentericos liberat.

PAPAVER APHRODES DCLXXIX

e St & Papauer quod Aphrodes cognominant. Vocatur ab aliis Heraclion: Caulem habens palmi altitudine: Foliis uehementer exiguis & Struthio similibus. Fructu iuxta ea cādido. Tota herba colore albo spectatur, & Spumea. Radix quoq; alba in summa Terræ cute. Huius semen non prius q̄ perfecte adoleuerit Æstatibus, inarescensq; deciderit: colligunt. hoc Acetabuli mensura cum aqua mulsa uomitionibus purgat. Quod genus priuatim ualet ad Morbos Comitiales.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

HYPECOON DCLXXX

Y pecoon, Alii Hypopheon in segetibus, aruisq; nascitur. Foliis rutæ:
h ramis exiguis. Natura eius eadem: quę papaueris Lacti.

HYOSCYAMOS DCLXXXI

Yoscyamos, Alii Dioscyamos, hoc est Iouis fabam, alii Pythonion,
h Alii adamantem, alii adaminon, alii Hypnoticon, alii Emmanes, alii Atomon, alii Dinthiambrion. Pythagoras Propheten. Osthanes Xelechion. Zoroastris Typhonion. Romani Herbam insanam. Aliqui apollinarem. Prophetæ Rhaponticum. Ægyptii Saphtho. Æthrusci fabuloniam. Galli Bellinuntiam. Daci dieliam. Frutex est Caulibus crassis. Foliis latis, oblongis, conscissis: nigris, hirsutis. Secundum uero Caulem ordine prodeunt flores specie Cytinorum granati: Clypeolis muniti plenis semine quemadmodum papauera. Tria eius genera. Vnum floribus pene purpureis folio smilacis: nigro semine. Cytinis duriusculis & spinosis. Alterum floribus mali effigie: foliis & folliculis simplicioribus. Semine Irionis subflauo. Vtrumq; insaniam pariens, capitisq; uertigines, ac soporem: proinde abdicantur usu. Recepere tertium medici placidissimum: pinguius cæteris, molle lanuginosum. Floris & seminis candidi nascens in maritimis & ruderibus. Quod si occasio huius non sit: utendum erit flauo: Nigrum cauetur ut deterrimum. Excipitur succus ex semine tenero: Item ex Caulibus foliisq; tundendo & in solem siccando. Vsus anniculo a carptu. Præterea putrilaginem, teredinesq; sentit. Exprimitur & separatim semen cum obaruerit aqua calida affusa. Quo in genere succus expressi præfertur saperi: qui ex inciso colligitur: Innocentiorq; ad somnum eliciendum. Herba quoq; ipsa uirens tunditur & in farina Trimestri diuiditur in pastillos. Sic usui seruatur. Prior succus & qui seorsum ex semine capitur: Miscetur in Collyria: quę dolorem somni successione amoliuntur. Adhibetur & fluctionibus oculorum calidis iisdemq; acribus reclinandis. Aurium dolori: uitiis Vuluę inflammationibus Oculorum & Pedum & Cęteri Corporis cum farina uel polenta. Idem usus ex semine: pręterq; in tussibus distillationibus, & pituitis Oculorum & doloribus: profluuiis mulierum & Cęteris Eruptionibus sanguinis: mensura Oboli cum semine Papaueris sumptum in aqua mulsa. Podagris uero: tumoribus testium: Mammis a partu turgentibus cum Vino tritum illinitur: omninoq; in Cataplasmata: quę uocantur Anodyna: utilissime conditur: similiter & foliorum pastilli: quos diximus ualent: idq; tam cum polenta q̃ per se illiti ad desideria. Folium recens cætero usu anteponitur quibuscumq; doloribus illitum. Idem si ter quaterue hauriatur ex Vino algores febrium recurat. Coctum uero in olus & catilli heminarii mensura deuoratum mentem quadantenus corrumpit. Idem præstare affirmãt si quis eo ulcus habens in longauone se perluat. Radix cum aceto decocta in dentium dolore colluitur.

PSYLLIVM DCLXXXII

p Syllium, Alii Cataphysin, Alii Cynocephalion, Alii Crysallion, Alii Cynomyian, Alii Psyllerin, Alii Sicelioticon. Siculi Cynoides: siue Chrystallium. Romani Silbacium: aliqui Herbam pulicarem. Punici Vargugum appellant: folio Coronopodis piloso Proceriusculo. Ramulis palmi altitudine Feni modo sarmentosum. Coma eius a medio incipit Caule. Capitula bina uel terna Cacuminibus compressa. Semine autem Pulicis Nigro: præduroq;. In aruis terrenisq; inuenitur. Vis ei ad molliendum: spissandum: refrigerandumq; ingens. Illinitur ad morbos articulorum: parotidas: uomicas: tumores conuulsa capitis dolores cum Rosaceo uel aceto uel aqua. Herniæ puerorum ac prominentibus umbilicis imponitur ex aceto. Terere uero acetabuli mensura oportet mersum prius sextario aquæ (Densabit enim, & contrahet) Tum crassitudinem illinere: cuicumq; opus sit. Insignis enim refrigeratio consequetur: quando & in feruentem aquam demissum ardorem protinus remittit. Prodest & Sacris ignibus. In quam domum uiridis inferatur herba: Pulices arceri perhibentur. Eadem Tunditur ad sordida ulcerum purganda & quæ uocantur Cacoethe cum Axungia. Succo ex Melle aduersus aurium Fluctiones uermesq; utimur.

STRYCHNON SATIVVM DCLXXXIII

s Trychnos Melas: quod & Hortensium & Vrbanum appellant. Romani Strumum, Alii Cucubalum. Ægyptii Allelo. Galli Scubulum. Punici Astrismunim. Ex generibus Strychni Esculentum quod est Haud magno exit frutice. Sed alis frequentibus: nigro folio: maiore q̃ Ocimi latioreq;: Acinis rotundis: Herbaceis: qui cum ematuruerint: Nigricant aut ruffescunt. Herba ipsa innocens gustu: refrigerat: Ignem sacrum & mala: quæ serpunt: cum polenta emendat illitis foliis. Teruntur hæc ad ęgylopiam imponenda per se. Item ad Capitis dolores & ardoribus Stomachi. Parotidas trita cum sale discutiunt: Succus ipse contra Ignes sacros Herpetasq; cum Psimmithio & Argenti spuma & rosaceo efficax. Cum pane ad Ægylopas, cum rosaceo infusus distillationes Infantium curat. Collyriis contra fluctiones acutas uice Oui aut aquæ miscetur. Aurium doloribus instillatur. Abundantiam feminarum in uellere subditus coercet. Succus in fimo auium cortis rubro pinsitus & in pano appositus medicamentum in Ægylopia necessarium est.

STRYCHNOS ALICACABOS DCLXXXIIII

e St & alius Strychnos: quem priuatim alicacabum uocant. Foliis supra dicto similibus tantum latioribus. Caules habens: cum increuere: pronos & inclinatos in terram. Semen in folliculis rotundis ad speciem uesicarum: orbiculatum: rubens & læue. Acinorum uuę figura: quo & coronarii utuntur in sertulas addentes. Vsus ad omnia: quæ superius strychnon excepto esu: Morbum regium discutit per urinam. Vtrumq; genus exprimitur & in umbra siccatum reponitur ad eosdem effectus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

STRYCNON HYPNOTICON DCLXXXV

Abetur & Strychnon: quod Hypnoticon ab effectu somni cognomi-
h nant: hoc est Soporiferum, Aliqui & Alicacabum, Alii Derceon, Alii Strychnon manicon, hoc est Strychnon insanum, alii Dorycnion, alii Callaidem. Romani Apollinariam minorem, alii Herbam Vlticanã, alii Opsaginem. Daci Cycolida. Punici Cacabum. Frutex est ramosus, caudicosusq;. Difficile frangitur: Foliis pinguibus multis similitudine Mali cotonei. Rubro flore ampliusculoq;. Semen in folliculis Croceum. Radice Corticis leuiter rubentis & grandi. Nascens in petris: nec longe ab afflatu maris. Cortex radicis potus in uino Drachma Somnificam uim obtinet: ut Papaueris lac: sed Blandius ac mitius. Semine lotium uehementer impellitur. Dantur Hydropicis duodecim Corymbi. Si quid adiicitur: alienationem mentis faciunt. Occurritur periculo aqua Copiosa mulsa in potu. Cortex medicamentis: quæ dolorem quiete inducta suspendunt: adiungitur: & pastillis decoctus in uino tenetur ore doloribus Dentium. Radicis succo cum melle uisum retusum obungimus.

STRYCHNON MANICON DCLXXXVI

Vartum genus Strychni Peculiariter Manicon uocatum hoc est in-
q sanum. Aliqui Persion, Alii Thryon & Anhydron & Pentadryon & Enoron & Orthogyion malunt uocare. Folium habet Eruçe ad similitudinem Spinæ: quę & Paederos appellatur. Caules a Radicibus speciosos ac proceros decem numero, aut duodecim. Altitudine Vlnarum quatuor: quibus Capitula effigie Oliuarum insident: sed hirsuta ut Pilulæ platani: maiora tantum latioraq;. Florem nigrum a quo semen in uuis rotundum nigrumq;. Nascitur Corymbis hederæ acinis decem aut duodecim mollibus ut uitium. Radice crassa, caua: candida: sesquipedali: Montibus uento perflatis, littoralibusq; prouenit. Radicis Drachma in uino non iniocundas imagines obuersari bibentibus facit. Duplicatus hic modus excessum mentis in Triduum attinebit. Quadruplicatus mortem quoq; repręsentabit. In remedium aqua mulsa largissime bibenda erit, uomitioneq; rursus eiicienda.

DORYCNION DCLXXXVII

Orycnion Crateias Alicacabum aut Calian uocauit: similem Oleę:
d quæ Tum primum festuca sit recensq; nata hoc est: quæ modo surrexit in Vimen: ramos habentem cubitalibus minores in saxis non longe a mari prouenientem. Foliis colos oliuæ minoribus, angustioribusq;, ac q̃ scaberrimis. Candidus flos. Cacuminibus folliculi Ciceris densi: granis intus rotundis quinis & senis erui magnitudine. Leuibus: robustis: uersicoloribus. Radici crassitudo: quę digiti: longitudo quæ cubiti. Somnifera & huic natura, largioriq; etiam mortifera. Quidam affirmauere Semen huius & amatoriis conuenire.

MANDRAGORAS DCLXXXVIII

Andragoram & Circęon & Xeranthen: & Antimnion & Antimimon
m & Bombolychon: & Moenon uocamus. Ægyptij Apemum. Pythago-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tas Anthropomorphon. Aliqui & Aloeten & Thridaciam & cãmaron. Zoroastris Diamonon: uel archinen. Prophetę hemionas. Alij Gonogeonas. Romani malus canina. Alii mala Terrestria. Circęam uocari arbitrantur a Circe: quoniã Radix eius amatoriis faciat. Duo eius genera: nigricans qui & femina Thridacias appellatum: angustioribus & minoribus foliis q̃ Lactucæ. Odor eis uirosus & grauis. Funduntur in terram: iuxta quæ gerit mala Vitellis Oui similia: Pallida, odorata, & in iis Semen pirorum. Radicibus magnis binis ternisq; implicatis: extra nigris: intus albis: crassi corticis. Caulem non habet. Album (hoc marem existimant) Morion uocant. Ingentibus foliis: latis: albentibus: læuibus. Mala huius duplo maiora q̃ feminæ Croci colore. Odorata non sine quadam offensione. Pastoribus: qui ea mandant: grauedinem Capitis afferunt. Radix supradictæ similis amplior & candidior. Et hic sine Caulibus erumpit. Cortex Radicis recens tusus & prelo subiectus exprimitur: insolatus ita succus densatur: & custoditur in fictili. Succus fit & e malis ratione simili: uerum dilutus hic est. Delibratur radix: & ad usus Cortex filo suspenditur. Quidam radices in uino ad tertias decoquunt & succum percollatis reponunt utilem ad uigilias futurum & contra dolores. Potio cyathi unius sat fuerit. Dabitur & ante sectiones inustionesq;: Ne sentiantur: bibendus. Qui uero e decisis manat succus: pro elebore est obolis duobus: In aqua mulsa ad bilem nigram Vomitionibus extrahendam. Potu quidem Largiore, etiam mors contrahitur. Addimus & in medicamenta oculorum & in ea: quibus dolores somno ludificantur. Item in pessos: qui molliendis feminarum genitalibus conduntur. Per se uero appositus locis Semiobolo menses trahit: atq; partus. Sedi quoq; pro balano subditus somnum aduocat. Ipsum ebur: radice cum eo ad sex horas decocta remollescit: lentumq; ad obsequia cuiuscumq; redditur imaginis. Folia eius recentia inflammationibus oculorum & ulcerum imponuntur cum polenta. Duritias omnes: apostemata: uomicas: strumas illitu discutiunt. Diebus uero quinq; aut sex modice affricatis carnibus stigmata delent citra ulcus. Ad easdem curationes seruantur in muriis. Radix trita cum aceto Ignibus sacris medetur. Cum melle uero aut oleo contra Serpentes Strumas & Tubercula diffundit cum aqua: dolores articulorum cum polenta. Vinum quoq; temperatur Cortice Radicis crudo. Tribus. P. In uini dulcis cadum coniectis, huius cyathos tris bibentes: qui urendi secandiue sunt: sensu doloris carebunt: inducto sopore. Mala ipsa & succus ex iis etiam olfactu: adeo magis esu uertiginem cient. Qui paulo copiosius deuorant: obmutescunt. Nuclei e malis uuluas expurgant in potu. Cum sulfure uino appositi profluuium rubens coercent. Succus & e Radice quærendus aperta punctis circumscarificataq;: ut quod in cauernas defluit, tollatur. Valentior hic ad omnia: q̃ qui Tusis exprimitur. Nec ubiq; tamen hic redditur: quod usu compertum est.

MANDRAGORAS DCXCIX

Lius quoq; Traditur Mandragoras: quem Morion cognominant In
a opacis & circum specus nascentem. Folia huius albi Mandragoræ: sed minora palmiq; amplitudine Candida & radici suæ circundata. Hęc

enera albaq; est: paulo maior semipede pollicari crassitudine. Huius drachma in potu aut cum polenta in panis offa, uel obsonio data infatuare dicitur. Dormituros enim protinus homines illo eodem habitu: quo hauserunt: ereptis omnibus sensibus in ternas quaternasq; a quo potionati sunt: horas. Vtuntur & hoc Medici: cum urere aut secare quem uolunt. Affirmant & pro antidoto esse Radicem in potu sumptam cum strychno insano.

ACONITVM PARDALIANCHES DCXC

Conitum, Alii Pardalianches, Alii Cammaron, Alii Thelyphonon, a Alii Myoctonon, siue Cynoctonon atq; Therophonon. Folia habet tria uel quatuor Cyclamini aut Cucumeris specie: minora tamen leuiterq; hirsuta. Caulem palmi altitudine. Radicem incuruam: Scorpionum similem Caudæ alabastri modo explendescentem. Ferunt huius ad motu Torpescere Scorpiones. Auxiliari eis Eleborum tactu recreante, stuporemq; resoluente. Oculorum quoq; medicamentis & quæ uocant: Anodyna: misceri aconitum salubriter solet. Necantur eo Pantheræ: mures & lupi: omnesq; feręfricatis quas deuorent carnibus.

ACONITVM CYNOCTONON DCXCI

St & Aconitum: quod aliqui Priuatim Cynoctonon. Romani colo e mestrum appellauerunt.

ACONITVM LYCOCTONON DCXCII

Abetur & quod a quibusdam Lycoctonon uocatur: ab aliis Cyamos h Leucos hoc est Faba candida. Huius Tria sunt genera. Vno uenatores Ferarum utuntur: duobus Reliquis Medici: quod ex iis Tertium est: Ponticum dicitur. Plurimum in Italia Iustinis in Montibus Nascens præstantius supradicto. Folia ei sunt platani diuisuris maioribus: longiora multo nigrioraq;. Caulem habet pediculo filicis similem: Nudum cubiti amplitudine ultraue. Semen in Siliquis aliquatenus longis. Radices nigras Cirris marinæ Squillæ similes. Eas barbari ad capturas Luporum crudis Carnibus interponunt: ut commanducatis iis pereant continuo.

CICVTA DCXCIII

Onion hoc est Cicuta: Cæulis ei geniculatus ut feniculo, magnusq; est. c Folia ferulę angustiora graueolentia: cacumine ramoso & sustinente umbracula: Flore subcandido. Semen albidius aniso. Radice concaua: nec profunda inter enecantia est frigoris ui. Remedium ut bibatur uinum meracum. Succus excipitur Cacuminibus ante q̄ semina obarescant: aut Coma: e qua etiam tusa expressus concrescit in sole. Vsus siccato ad multa ualitudinis: Sed pręcipuo effectu collyriis: quę ad dolores sedandos per somnum quęruntur. Impositus mala: quæ serpunt: & Ignes sacros extinguit. Herba ipsa & Coma per se illita testibus contra Libidines nocturnas auxilio est. Genitalibus Torporem inducit fricatis. Lac puerperarum mammis imposita extinguit. Mammas quidem uirginibus Feminis illitas prohibet crescere. Pueris testes ali non patitur. Maxima uis in Creta nascenti: deinde Megaricę: & Atticæ: item Chiæ Cilicumq; terris,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

SMILAX SIVE TAXVS DCXCIIII

s Milax, alii Thymalon. Romani Taxum. Arbor est folio & magnitudine abietis. In Italia & Narbonensi Prouincia Hispaniç latere. Baccas Italici Gallinacei si edant: nigrescunt: homines uero solutione alui periclitãtur. Narbonensi uis tanta: ut si qui sedeant sub ea somnũue capiant: lędantur: Sępe uero & moriantur. De hac superuacuum fuerat scribere: preterq̃ cauendi depræhendendiq; gratia.

APOCYNON DCXCV

a Pocynon, Alii Cynanchon, alii Pardalianches, alii Cynomoron, alii Cynoctonion, alii Phaleos, alii Cynanchen, alii Oligoron, alii Hippomanes, alii Onistin, alii Ophioscorodon, alii Cynaricen, alii Elaphoscorodon. Prophetæ Paralysin. Romani Brassicam rusticam. Aliqui Brassicam caninam. Frutex est longis uinculis maleolentibus: lentis: folio Hederæ: molliore tamen, Pinnatioreq; graui odore aliquatenus glutinoso & Succo madente luteo. Valuulæ Siliquis fabarum persimiles. Longitudine digiti: folliculosæ: in quibus Semen durum exiguum nigricans: Canes: Lupos: Vulpes & uarias necat cum Seuo Panibus datum in cibo: coxendicibus illico deficientibus: resolutisq;.

NERION DCXCVI

n Erion, Alii Rhododaphnen, Alii Rhododendron, Alii Spongon, Alii Hæmostarin. Romani Rorandrum. Lucania Icmanen. Ægyptii Scimphen. Punici Rhododaphnen. Frutex uulgaris notitiæ folium ei Amygdalę longius, scabrius. Flos Rosę similitudine. Fructum habet ceu Cornicula dehiscentem: intus laneam naturam, & Pappis acanthinis similem. Radice fastigata: longa: lignosa: salsa gustanti. Nascitur in maritimis secundumq; amnes. Folia eius & flores Perniciem omnibus Iumentis afferunt. Homini uero contra Serpentium uenena remedio est: In uino pota magisq; ruta addita. Pecus quidem infirmius, ut Oues & Caprę, si aquam biberint: in qua maduerint folia: moriuntur.

FVNGI DCXCVII

f Vngorum discrimen duplex: aut enim esu teneri sunt: aut pernitiales: ii multis modis uirus contrahunt: modo clauis iuxta defixis, modo pani marcore: modo afflatu Serpentium. Proxime cauernas earum nascentes: modo arborum pituita: quę nocentes fructus sponte naturæ ferunt. Omnibus his spuma & colluuies quędam insidet: lenta & lubrica: Iidemq; a carptu celeriter computrescunt. Non sunt hæc utilibus: proindeq; admittuntur in iura cibis iocundi. Sic quoq; largiores periculum important: difficiles peragi: strangulantesq;: aut cholera contrahentes. Remedio sunt nitrum aut lexiuia cum aceto salso, aut decocto Thymbræ aut Origano: Fimumue gallinacei ex aceto in potu: uel melle copioso in eclegmate. Omnino carnes alunt. Natura incoctibili: fereq; integri cum excrementis redduntur.

COLCHICON DCXCVIII

c Olchicon, Alii Ephemeron, Alii Bolbon. Romani Bulbum agrestem. Exitu autumni florem fundit subcandidum similem Croceo. Posterius folia pinguiora q̃ bulbi. Caule alto semipedem. Ruffo semine. Radice

corticis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

corticis ruffescentis in nigro: quæ desquamata exalbet. teneraq; ac succosa inuenitur atq; dulcis. medio Bulbo dehiscit rimula: unde flos erumpit magno eius in Mesenia & apud Colchos prouentu. Venenum hoc Fungorum modo iugulat edentes. alioquin non demonstrandum: nisi ut caueretur Bulbi similitudine inuitante. Mirum est enim quantum alliciat species ignaros. Auxiliantur iis quæcunq; debellant & Fungos: peculiariter Bubulum lac. ut quotiens habeatur hoc nullum præterea quærendum præsidium sit.

EPHEMERON DCXCIX

e Phemeron Quidam Irin syluestrem appellauere. Folia habet Lilii tenuiora. caule quoq; parem. Florem ceruleum amarum. Semen uero molle. Radicem unam digitali crassitudine: longam: saporis astricti: odoris iocundi. Nascitur in lucis opacis. Radix in dentium dolore colluitur. Folia in uino decocta tumoribus & tuberculis illinuntur: & si nōdū saniauerint, discutiūt.

LENS PALVSTRIS DCC

l Ens palustris: alii Lens syluestris, alii Epipteron, Romani Bipteralem, aliqui Iceosmadulum. Inuenitur in aqua non fluente. Muscus assimilis Lēti refrigeratoriæ naturæ: propterea ignibus sacris inflammationibus & podagris illinitur & per se & cū polēta. glutinat & interanea puerorū infantiū procidentia.

AIZOVM MAIVS DCCI

a Izoon maius; aliqui Aithales: aliqui Ambrosiam, aliqui Chrysospermon: alii Zoophthalmon: alii Buphthalmon hoc est Bouis oculum: alii Stergethron: alii Aeonion, alii Zoophyton, alii Aichryson: alii Melichryson, alii Holochryson & Chrysanthemon uocant, alii Protogonon & Boron & Notion, Prophetæ Paronychiam & Chrysitin, Romani Ceria cuspiam siue Iouis oculum & Leapetes & Sedum, Ægyptii Pamphanes. Ideo sic appellant quoniam sempiternum sit fronde. Maiori caules cubiti altitudinē excedūt crassitudine pollicari: pingues fruticosiq; præcingentibus incisuris ut in herba lactaria: cui cognomentum est Characias: Folia pinguia latitudine pollicis in cacumine linguæ similia quorum quæ infra sunt in terram habentur conuexa: quæ uero a capite stantia & prædensa uelut oculum cingentia. Nascitur in montanis & in fictilibus uasculis: a quibusdam uero & in tectis domorum seritur. Natura ei refrigerare, astringere. Ignibus sacris; ulceribus quæ serpunt: Nouis inflammationibus oculorum, podagris: ambustis mederi per se illitis foliis & cum polenta: succus cum rosaceo infunditur ad capitis dolores Datur & contra ictus araneorum & aluum citam & Dysenterias potui. Tineas latas pellit in uino. abundantiā Feminarum admotu sistit. oculis lippientibus a cruore succus utiliter inungitur.

AIZOVM MINVS DCCII

a Izoon minus, alii Petrophyes, alii Brotion, alii Theobrotion, alii Chimerinon: alii Craunian, Romani Vitalem, alii Carduum semper uiuam Ægyptii Etiecelta: In muris & petris & sepibus oppidorumq; fossis. Situ umbroso: coliculis pluribus ab una radice: folio denso, minuto, pingui, longo, mucronatoq;: In medio caulis palmo altus umbellam & florem herbaceum tenuemq; sustinens. Huius foliis eadem natura: quæ Sedo maiori.

AIZOVM LEPTOPHYLLON DCCIII

e St & Aizoon: cui Leptophyllon cognomẽtum dant, alii Minusculum, alii Petrophyes, alii Aizoon syluestre, Romani Semperuiuũ. Tertii generis: quod aliqui Andrachnen agriam, hoc est Portulacam syluestrem uocant. aliqui Telephion, Romani Ilecebrã: pinguioribus foliis similibus Portulacæ hirsutis. Nascitur in petris. Excalfactoria & acri natura exulcerantecq;. Cum axungia strumas impositum discutit.

COTYLEDON PRIMA DCCIIII

c Otyledon, alii Scytalion, alii Cymbalion, alii Cepos aphrodites hoc est hortulus Veneris, alii Ges omphalos hoc est Terræ umbilicum, alii Stoechis, alii Stergethron, Romani umbilicum Veneris. Folium habet coxendicis figura orbiculatum imperspicueq; concauum. Cauliculo breui: qui e Media prosilit & in eo semen. Radice Oliuæ modo rotunda. huius foliorũ succus in uino genitalibus inclusis circumlitus infususq; prodest Inflammationibus, Ignibus sacris: pernionibus: strumis. Imponitur & stomachi feruoribus. Folia cum radice commanducata diminuunt calculos: cient urinas. In mulso datur Hydropicis. Adhibetur & Amatoriis.

COTYLEDON ALTERA DCCV

e St & aliud genus eiusdem Cymbalion cognomine. Sordidis foliis latioribus specie ligularum densioribus circa radicem. ita ut ambitu effigiẽ imitentur oculi: Quẽadmodũ & in Sedo maiore gustus asperi: cauliculo tenui: & in eo flos & semẽ hyperici: radix grãdiuscula. usus eius ad eadẽ: q̃ sedi.

VRTICA DCCVI

a Calyphe, alii Cniden, alii Adicen, Romani Vrticam, Ægyptii Selepsion, Daci Dmy. Alterum genus Cnephen uocamus, Romani Vrticam mollem. Binæ igitur differentiæ sunt. Altera syluestrior & asperior, latior, nigrior foliis, semine Lini Sed minore. Altera tenui semine minor. utriusq; folia Canis morsibus sale addito aduersantur. Efficacia & ad Gangrænas: & quę uocantur Cacoethæ: & Carcinomata & sordida ulcera. Item luxata. Sanant & panos parotidas: Tubercula: suppurationes. Illinuntur & Lieni cum cerato. proflu uia narium cum succo sistunt trita imposita. Mulierum menses admotis cum myrrha purgantur. recentibus illitis procidentes uuluæ resiliunt. Semen potum cum passo, ueneris cupiditatẽ monet. strangulantes uuluas exaperit. orthopnoicis cũ melle prodest in Linctũ: & lateri medetur eodem Eclegmate, & uitia pulmonũ & Thoracem purgat. Miscetur & exedentibus. Difficilem uentrem folia cum conculis decocta molliunt. Inflationibus resistunt: urinam mouent. Iisdem coctis in ptisana pectoris excreatiões adiuuat. Feminis decoctũ foliorũ bibẽtibus mẽstrua representat, si myrrha modice adiiciatur. succus uuam gargarissatus reprimit.

GALIOPSIS DCCVII

g Aliopsis, alii Galeobdolon, alii Galephos, Ægyptii Aethopi, Romani Vrticam labonem. Caulis & folia Vrticæ leuiora & quę pergrauem odorem trita reddant. Flore purpureo tenui. Nascitur circa sepes & semitas & ruderibus passim. Foliis, succo, caulibus, semine duritias discutit. carci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nomata:strumas,parotidas,panos cum aceto bis die tepidis illita.Ex usu est & de
coctę succo foueri ea.Nomas quoq; & gangręnas & putrescentia sanat cum sale.

GALLION DCCVIII

Allion,alii Gallerion,alii Galation,Dictum a lacte:cui addita pro coa-
g gulo est.Folium habet & ramulum stantem utrinq; simillimum Apari-
nę.Florem in capite luteum:densum,exilé,copiosum, odore grato : qui
ambustis illitus medetur:& profluuia sanguinis cohibet .Idem cum cera rosacea
in sole habetur donec albescat.Ita inunctus lassitudines recreat.Radix inter sti-
mulantia Venerem est.Nascitur in palustribus.

HERIGERON DCCIX

Rigeron,alii Erechtiten,Romani Herbulum,alii Senecionem .Herba
e est cauliculo cubitali subrubicundo. Foliis pusillis & crebris per extre-
mitates incisis ceu Eruca:sed minoribus multo.Flos luteus: qui breui di
uiditur abiens in lanugines Pappos uocatas:& ideo nomen Herbę datum. quia
Flores capillitii modo uere canescerent.Radix inutilis.Nascitur & in septis & cir
ca oppida.Foliis & floribus natura refrigerandi.Quare cum exiguo uini:siue per
se inflammationibus testium atq; sedis illinitur.Omnia uulnera etiam neruorum
cum Manna Turis persanat. lanugo eius per se tantundem pręstat ex aceto indu
cta.Eadem recens temperata in potum strangulat. caulis totus in aqua decoqui-
tur ad stomachi dolores:bibendus cum musto.

THALIETRON DCCX

Haliethron Folia Coriandri habet pinguiscula:Cauliculum Rutæ cras
t situdine:in quo summo folia.Hęc antiquis ulceribus trita, Impositaq;
ad cicatricem perducunt.Nascitur præcipue in campestribus.

BRYON THALASSION DCCXI

Ryon Thalassion , alii Balarin.alii uero Iranen, Romani Gnomeusi-
b lum. Nascitur in lapidibus testisq; terra cópręhensis:lactucę foliis, gra
cile citra caulem.pręcipua ei spissandi uis inest:Inflammationesq; cohi-
bendi & podagras:præsertim quas astringere opus sit.

PHYCOS THALASSION DCCXII

Hycos Thalassion:plura eius genera.latiore folio quadantenus longo
p & rubente.Alterum candido.In Creta insula iuxta terram florentissi-
mum incorruptumq;.refrigerandi uim habent.perunctionibus poda-
grarũ & inflammationibus utilem priusq̃ exarefiant.Quod ex iis rubens est the
riacen esse Nicander tradit.Hoc nonnulli uidentur confudisse cum herba ea qua
utuntur Mulieres errore perspicuo : quoniam radicula sit ea sui Generis Ali-
oquin huic cognominis.

POTAMOGETON DCCXIII

Otamogeton, Alii Stachyiten , Romani Fontalem, Ægyptii
p Entenches:Similis Betæ foliis Hirsutior tantum & minutior paulo
exerens caput extra aquam. Refrigerandi & spissandi natura efficax
Cruribus uitiosis & malis pascentibus & uetustis Vlceribus. Nomen a solo ubi
amat nasci aquoso uidelicet:ac palustri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

STRATIOTES AQVATICVS DCCXIIII

s Tratiotes in aquis Nascens: quam & Potamion Stratioten hoc est Fluuiatilem Militariam uocamus. Ægyptii Tibus, Prophetę Sanguinem Fellis hoc est Hæma Æluru. Nominatus ita est qđ aquis supernatet. Radice nulla similis Aizoo: ni maiora haberet Folia. refrigerat sanguinem qui defluat a Renibus: sistit uulnera: ab inflammationibus placat, Sacros Ignes, collectionesq; illitus ex aceto.

STRATIOTES TERRESTRIS DCCXV

s Tratiotes qui Chiliophyllos hoc est Millefolium uocatur. Frutex est pusillus palmum altus uel eo maiusculus. Foliis Pinnę auium pulli similibus & cum erumpunt admodum breuibus & incisis: planeq; Cumini syluestris folia crederentur exilitate, asperitateq;: nisi breuiora etiamnum contractioraq; haberentur. Vmbella quoq; huius est densior atq; adultior q̃ illius. Minutis hæc cirris: qui in cacuminibus sunt: Anethi modo insidet. Flore albo, exiguo. Nascitur in agris solo macriusculo & circa semitas maxime. Celebratur ad sanguinem: qui erumpat arcendum & ad Vlcera perinde uetera & Recentia. Item ad Fistulas.

VERBASCVM DCCXVI

p Hlomos, alii Phlonon, Romani Verbascum, alii Feminalem. Genera habet summa duo. Alterum Folio candido: alterum Nigro. Candidum rursus in marem & feminam scindimus. Feminæ Folia Brassicæ: multo hirsutiora, latiora & candida. Caulis eius cubitalis & amplior, Candidus ac leuiter pilosus. Flore albo aut subpallido. Semen nigrum. radix longa acerba: crassitudine digitali. Nascitur in campestribus. Mari Folia candidant: sed longiuscula sunt & angustiora q̃ Feminę. Caulis quoq; tenuior. Verbascum nigrum paria omnia supradicto habet. Foliis modo latioribus minusq; candidis. Habetur & Verbascum syluestre altum uirgis arboreis: Folio Saluię: orbibus uirgas cingentibus: ut Marrubium: Floris lutei Fulgore auri.

PHLOMIDES DCCXVII

s Vnt & Phlomides duę Hirsutę: Humiles: Foliis rotundis: & Tertia quę Lychnitis uocatur: ab aliis autem Thryalis. Foliis ternis, aut quaternis aut etiam plusculis crassis: pinguibus, plumosis ad lumina lucernarum utilibus. Priora duo: quæ in altera mentione Descripsimus: Astringendi uim in Radice habent: Vnde in Aluo cita magnitudine Astragali Datur bibenda ex Vino. Decoctum eiusdem ad rupta, Incussa, conuulsa, ueteres Tusses. In Dentium dolore colluitur. Ea uero: quæ Flores aureos fert, Capillum tingit & quocunq; loco abiecta Blattas in se Contrahit. Folia si decoquantur in aqua Tumores & Epiphoras oculorum sanant impositu. Sideratis Vlceribus cum Melle aut Vino medentur. Cum aceto uulneribus. Item contra Serpentes. aiunt in Foliis eius quod Feminam uocauimus: aridas ficus omnino non putrescere. Quemadmodum & ambusta: quæ illinantur curari.

ÆTHIOPIS DCCXVIII

æ Thiopidis radix folia habet Verbasco similia in modũ Hirsuta & multa circuitu ab Radice. Caulem quadrangulum, Scabrum, Adultum & similem Arctio, aut Citragini alarum cauis multis. Semen Erui amplitudine in singulis uasculis geminum. Radices ab eodem cespite numerosas, longas, crassas, glutinosasq; gustu. Siccæ Nigrescunt, Duranturq; ut Cornua possint uideri. Nascitur in Mesenia & In Ida monte Troadis plurima. Radix hujus decocta potu datur Ischiadicis Pleureticis, Excreantibus sanguinem: Faucibus scabris sumitur In Eclegma cum Melle.

ARCTION DCCXIX

a Rction aliqui potius Arcturum uocant. similis est Verbasco Foliis: nisi qđ hirsutiora, rotundioraq; sunt. radice tenera dulci: Albaq;. Caule molli: longo. semine Cumini paruo. Huius radix & semen decoquuntur in Vino ad Dentium dolorem ita ut contineatur ore decoctum. Eodem ambusta & Perniones fouentur. Bibitur & propter Ischiada & Vrinæ difficultatem in Vino.

ARCION DCCXX

a Rcion, alii Prosopida, siue Prosopeon uocant. Folia habet Cucurbitis Maiora, Duriora, Nigrioraq; & Hirsuta. Caulem subcandidum sæpe nullum. Radice grandi alba intus: foris nigra: quæ in Vino drachma cum Nucleis Pineis contra excreationes cruentas purulentasq; auxilio est. articulorum doloribus qui ex euersionibus atq; collisionibus contrahuntur tritam imponunt. Folia quoq; ulceribus diutinis efficaciter linuntur.

PETASITES DCCXXI

p Etasites pediculus est cubito amplior: pollice crassior. In eo Folium pileaceum: Grande: Annexum ut Fungus. Hoc ad ulcera Cacoethe Phagedænasq; teritur.

EPIPACTIS DCCXXII

e Pipactis ab aliis Eleborine, ab aliis Borion uocatur. Frutex est pusillus & minimis foliis: quæ potata cõtra uenena prosunt: Itẽ iocinorũ uitiis.

CAPNOS DCCXXIII

c Apnos siue Corydalion: alii Corion: alii Coriõ agrion: hoc est Coriandrum syluestre, alii Capnos ordeacea. Sunt qui Capniten & Marmariten & Capnogorgion & Chelidonion Micron & Peristeron & Canthagin & Chalchori appellent. Romani Apium & Fumariam. Ægyptii Cnyx, alii Tucin. Herba est fruticosa Coriandro similis prætenera: Folio albiore Cineracei coloris undiq; numeroso: Flore purpureo: Succus acri natura claritatem facit inunctis oculis: delacrymationemq; ceu Fumus unde nomen accepit. Eadem Euulsas palpebras renasci prohibet Gummi addito illita. comeditur Vrinis ciendis Herba Biliosasq; eas pellit.

LOTVS SATIVA DCCXXIIII

l Otos satiua: quam alii Triphyllon, alii Tripodion & Tribolion uocant. Nascitur in uiridariis expssa hęc & admixta cũ melle argemata: nubeculas: albugies & q̃cũq; obscuritatẽ afferre luminib⁹ possũt discutiet.

LOTVS SYLVESTRIS DCCXXV

Otos syluestris, alii Triphyllon, alii Libyon, Romani Trifolium minus. Nascitur Libyę prouentu magno. caule cubitorum binum aut etiam altiore: alas habente multas: foliis Loti trifoliæ: quæ gignitur in Fenilibus pratis. Semine Fenogręci minutiore multo Medicati gustus. Natura excalfactoria leniterq; astrictoria. Efficax cum Melle ad uitia cutis & maculas eluendas in Facie. Ad Dolores uesicę bibitur trita per se aut cum semine Maluę in uino: uel passo.

CITISVM DCCXXVI

Ytisus, alii Telinen, alii Lotum magnam, alii Triphyllon, Romani Trifolium maius. Frutex est incanus totus ut Rhamnos cubitalibus Ramis sæpe maioribus: circa quos Folia Fenogræci aut Loti trifoliæ: sed minora dorso in mediis tumente. Odor Erucæ si digitis terantur. Commanducatis uero Gustus Ciceris recentis. Vsus in foliis Refrigerare: incipientes collectiones cum Pane tritis discutere. Vrinas decoctum bibentibus mouere. Quidam hoc obiter inter ordines alueorum seri fertile habent. Vt quo Apes contrahi & allici putent.

LOTVS ÆGYPTIA DCCXXVII

Otus Ægyptia: quę in campis flumine inundatis prouenit: similis Fabę caulis: Flore paruo & candido: simili Ordeo: qui Sole oriente patefieri traditur: ad occasum uero sideris comprimi. Ipsum quoq; calicem condi Vespera: Totumq; abire in lacum narrant: Deinde ad exortum Solis emergere denuo extra aquam. is Papaueris capiti similis fertur sed grandissimo. Intus Grana ceu Milii: ex quibus siccatis fiunt in Ægypto panes. Radicem Lotos hęc habet Malo cotoneo similem uenientem in cibos decoctam & crudam: effectu coctæ: qui Luteorum Oui.

MYRIOPHYLLON DCCXXVIII

Yriophyllō, alii Melophyllon, alii Stratioticē, alii Achilleō, Romani Millefoliū, alii superciliū Veneris, Galli Bellicocandiū. caulis est tener singularisq; ac radice una: foliis feniculi lęuibus plurimis, unde & nomē accepit. pręterea subrubicundus & densus perinde uti de industria punicatus expolitusq; arte. Nascitur in palustribus. usu præcipuo ad uulnerum recentia: siquidem illitum ex Aceto recens & siccum tuetur ea ne inflammentur. Bibitur cum aqua & sale pręcipitatis ex alto.

MYRRIS DCCXXIX

Yrris, alii Myrram, alii Cunilam. simillima est Cicutæ. caulibus & Foliis. Radicem habet modice oblongam, teneram, rotundam, odoratam cibo non insuauem: Phalangiorum percussus in uino debellat. cit menstrua & secundas. subuenit & phthisicis in sorbitione. Eandem si quis quotidie bis ter ue bibat in pestilentia: morbo illo cariturum promittunt.

MYACAROS DCCXXX

Yagros, alii Melampyron, Herba est surculosa tripedanea, Foliis rubiæ pallidis: Semen colli figura Oleosum. tostum hoc tundunt. & oblito Virgulis ad lumina lucernarum utuntur. Pinguitudine illita semi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nis contra scabritias corporis medentur. colleuat enim eas & deterit.

ONAGRA DCCXXXI

o Nagra siue Onuris: siue Onothera: Fruticat modo arboris. Magnitudo quoq; iusta ei. Amygdalaceō folio, latiore ad similitudinem Lilii. Flore roseo ingenti. Radice alba longa & cum siccata est, uinum olente Nascitur in montanis. Aspersu radicis poto feritas omnium animalium mitigatur. Eadem illita ulceribus feris placationem affert.

CIRSION DCCXXXII

c Irsion, alii Buglosson mega. Romani spinam mollem. Cauliculus est tener duum Cubitorum Triangulo similis: Ab Imo foliis rosæ pusillis: spinosos habentibus angulos per interstitia: sed molles innoxiosq; morsu. Folia bouis linguę similia modice hirsuta: minora: subcandida: extremitatibus spinosa. Cacumen in Caule orbiculatum pilosum & in eo Capitula in summo purpurea: quæ in lanugines canescunt. Huius radicem ad alligatam loco dolores uaricum sanare Andreas Tradit.

ASTER ATTICVS DCCXXXIII

a Ster atticus, Alii Asteriscon siue Asterion uocarūt. Sunt qui Bubonion & Hyophthalmon. Italia Inguinalem. Daci rhathibida. Cauliculus lignosus. Florem purpureum aut luteum sustinens cacumine uelut Anthemis. Capitula uero per ambitum diuisa foliis pusillis Stellę modo Radiata. Ipsum caulem folia oblonga & hirsuta circundant. Stomacho ardenti & Epiphoris oculorum, Inguinibus, sedi prociduę illitus confert. Pars in flore purpurea: si bibatur ex aqua, prodest dolori coxendicum & Infantibus cassabundis. Sed ad inguinum medicinam recens imponitur. Siccus uero sinistra manu decerpitur ab eo: qui dolet ad alligatusq; inguini partium earum dolores auertit. Nascitur inter petras solo aspero. Huius stellę noctibus collucent: ut qui naturā stirpis ignorant: uisum aliquod uidere se putent. Inuenitur a pastoribus pecudū. Crateias herbarius contundebat recentē cū adipis senio & rabiosę canis morsibus imponebat: & bronchocelis hoc est gutturis ulceribus. Incensa fugabat serpentes.

ISOPYRON DCCXXXIIII

i Sopyron uocant, Aliqui Phasiolon: quoniam folium Cacuminibus in Phasioli Pampinos torquetur. Capitula sunt in summo Caule tenuia Plena seminis Melanthii: ad gustum folio Anisi. semen ex aqua mulsa bibitur contra tussim & Vitia Pectoris. Excreationesq; sanguinis & iocinora.

VIOLA PVRPVREA DCCXXXV

i On Porphyreon, alii Dasypodion, alii Priapeion, alii Ion agrion: hoc est Violam syluestrem, alii Cybelion. Romani setealem: Aliqui Murariam & Violam purpuream. Folio minore tenuiore q̄ hedera est. Nigriore item neq; dissimili. Cauliculus a radice medius prosilit & in eo flosculus odoris pręcipui, colore purpureo. In opacis & macris locis gignitur: refrigerat huius folia stomacho ardenti per se & cum polenta imponuntur & oculorū Epiphoris & sedi: quę procidat. Id quod ex flore purpureum est: in aqua potum anginis & comitialibus pueris mederi affirmant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

CACALIA DCCXXXVI

c Acaliam siue Leonticem Foliis candidis:grandibus.Caule in medio eorum albo erecto:Flore querno oleaginoue.in montibus genitā Radicē dant in uino madefactam ut Tragacanthum,eclegma tussibus & faucibus scabris utile.Quod & prestat commanducata per se.Grana quoq;:quę flore impulso nascūtur trita in ceram rigores neruorum perunctis molliūt. Rugas a facie defendunt.

PSEVDOBVNION DCCXXXVII

p Seudobunion fruticat palmi altitudine:foliis napi acribus : itemq; ramulis.Contra tormina:stranguriam:laterum dolores bibuntur: Rami eius quaterni ex aqua Strumas cum sale:ac Vino discutiunt tepidis.

CHAMÆCISSOS DCCXXXVIII

ç Hamæcissos,alii chamæleuce:alii Cissos acarpos, hoc est hederam sterilem,alii Ges stephanos hoc est Corollam terræ,alii Selenitin. Romani hederam pluriaticam. Similitudinem hederę habet longioribus & tenuioribus foliis:dodrantalibus ramulis foliosis ab radice quinis senisq;.Flores albę uiolæ existimari possent,nisi minores essent:admodūq; amari gustus.Radice candida:tenui superuacua.Exire amat in cultis : cuius bibunt Ischiadici folia tribus obolis in aqua cyathis tribus:quadragenis aut quinguagenis Diebus.Ad morbum quoq; regium in senos septenosue dies similis potio repetenda est.

CHAMÆPEVCE DCCXXXIX

ç Hamæpeuce trita in aquam doloribus Lumborum potu propitia est. Herba est coloris per totum herbacei folio pusillo inflexo : inflexis & ramis:flore roseo.

BVGLOSSON DCCXL

b Vglossum Prophetę Gonos æluru : hoc est genitura fellis : Osthanes Tzanuchi.Ægyptii Antueorinbesor.Romani Linguam bouis : aliqui Libanin.Punici ansanaph. Nascitur in planis & Sabulosis. Carpitur mense Iulio.Tradunt utilem esse aduersus horrores & quæ thyrsos tres emittat: eius radicem cum seminibus decoctam ad tertias tertianis prodesse : quę quatuor:quartanis:utiq; si decoctio fiat in uino. Eandem conferre abscessibus corporis predicant. Figura herbę uerbasci. Foliis in terram iacentibus:asperis: nigrioribus ac minoribus:boum linguę simillimis. Hęc in Vinum deiecta animi uoluptates auget.Ideo euphrosynon uocatur.

CYNOGLOSSON DCCLXI

ç Ynoglosson,Alii Phyton,alii Caballation,alii Splenion , alii Scolymon.Romani linguam canis,alii Linguam caninam. Plantaginis latifoliæ similis angustioribus & minoribus foliis lanuginosisq; sine caule.Humi strata sabulonibus.Folia eius trita cum adipe suillo ueteri morsibus canum imponere utile est. Alopeciis & ambustis illinere.Coquitur ipsa,& in uino ad emolliendas aluos bibitur.

PHYTEVMA DCCXLII

p Hyteuma folium simile Struthio habet : sed minus. Semine Copioso perforatoq;.Radix exigua tenuis & summa telluris cute : cuius usum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ad amatoria esse quidam scripsere.

LEONTOPODION DCCXLIII

Eontopodion, Alii Zoonychon, Alii Ætonychon, Alii Cemos, Alii
l Damnamenen, alii Idiophyton, alii Phytobasilion, alii Cressiam, alii
Crossophthoan. Prophetę Sanguinem Crocodili: hoc est Hęma Cro-
codilion, alii Crocomerion. Ægyptii Daphnoides. Romani Mineruium, alii
Neoumatus, alii Palladium, alii Flammulam. Herbula est digitorum binum.
Folio paruo angusto digitorum quatuor triumue longitudine hirsuto: lanosio-
req; ad radicem & subcandido. In cacumine Caulium capitula tanq̃ incisa. Flo-
ribus luteis erumpentibus semen tale: ut oculis depræhendi uix possit propter
circundatam lanuginem. Radix subest exigua. Et hanc amatorium esse adalli-
gatam inuenio. Discutit tubera.

HIPOGLOSSON DCCXLIIII

Ipoglosson quidam & hanc antirrhinon uocant. Alii anarrhinon, alii
h lychnidem agriam. Frutex est paruus folia habens figura Myrti sylue-
stris atq; gracilioris. Coma spinosa & in iis ceu ligulas folio paruo exe-
unte de foliis: capitis dolorem Corona ex comis huius imposita comminuit.
Malagmatis miscentur radices: itemq; succus expressæ.

ANTIRRHINON DCCXLV

Ntirrhinon siue anarrhinon, a quibusdã & lychnis agria inuenitur uo-
a cari. Herba est anagallidi foliis & caulibus similis: flore purpureo. ad
effigiem Violæ matronalis minore: propter quod lychnin syluestrem
appellauerunt. Semine uituli naribus simili aspectu. hoc si qui ad alligatum ha-
beant nullo malo medicamento lædi posse dicuntur. Ex eodem perunctos cum
oleo Susino aut Cyprino uenustiores commendatioresq; fieri tradunt.

CATANANCE DCCXLVI

Atanance, alii Damnamenen, alii Dionysiadem, alii Thyrsion, alii De-
c mos, alii Cemos, alii Crotion. Prophetæ archaras, alii arcopodion.
Romani Herbam Filiculam, alii Datiscam, alii Iouis radium. Daci ca-
ropithla. Differentias habet duas: altera folio longo ut Coronopus radice te-
nui: Iuncea: capitulis senis septenisq;. In quibus semen eruo simile. Flectitur Exa-
rescens in terram & ad speciem unguiũ milui exanimati se contrahit. altera mali
exigui magnitudine conspicitur. Radice parua: ceu oliuę. Foliis quoq; oleæ figu
ra & colore, mollibus inclinatis in terram diuisis. Semen in uirgulis foraminu-
lentum minutum Ciceris effigie. Quidam utriusq; naturam conuenire in ama-
toria: Mulieresq; in thessalia uti eis asserunt.

TRIPOLIVM DCCXLVII

Ripolion, alii Psychen, alii Merin, alii Potamogeton, alii Stachyiten.
t Romani Canũmaris. Nascitur in maritimis: ubi allidit unda: iterumq;
retro cõmeat: neq; in mari, neq; in sicco plane. Folia Isatis habet aren-
tia longioraq;. Caulem palmo altum: In mucroneq; diuidentem se: huius in flo-
re colorem tradunt mutari ter die. Candidum mane: Purpureum meridie: San-
guineum Sole occidente aspici. Radice Alba: Odorata: Calidi gustus: quæ in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Vino pota denariorum duum instar aquas per aluum trahit & urinas. Concidi-tur in medicamenta: quę uocantur Alexipharmaca.

ADIANTVM DCCXLVIII

a Dianton, alii Polytrichon, alii Trichomanes, alii Ebenotrichon, alii Argion, alii Corion enygron, hoc est Coriandrum aquaticum. Ægyptii Epier. Romani Cincinnalem, alii Capillum terrę, alii Supercilium terræ. Daci Phythophthethela. Quidam & Callitrichon. Folia sunt parua ut Coriandri diuisa cacuminibus. Ramuli e quibus erumpunt pr̨etenues palmum alti nigro colore nitent. Folia filicis perexigua sine Caule: sine flore: sine semine. Radice inutili. Decoctum ex herba suspiriosis & anelantibus prodest. Datur & felle suffusis: lieni: stranguri̧e. Calculos frangit: aluum contrahit: serpentibus resistit. Pota in Vino stomachi fluctionibus medetur. Menses ciet & secundas. Eiectiones sanguinis cohibet. Illinuntur & morsibus cruda serpentiũ. Alopecias pilo restituit. Strumas & furfures & manantia capitis Vlcera dissipat cum lexiuio. Capillum cum Ladano & Oleo Myrteo & Lilino aut cum Hysopo & Vino defluentem confirmat, & densat. Decoctum eius cum aqua lexiua, & Vino furfures exterit omnium generum in corpore & capite. Gallinaceos & coturnices pugnatiores fieri putant in cibos eorum addita. Pecori quoq; utilissimam prędicant in Ouilibus satam. Vmbrosa & palustria parietumq; aspergines persequitur: circa fontes quoq; proueniens.

TRICHOMANES DCCXLIX

t Richomanes, Alii Pterion, Alii Hopterin. Romani Capillarem, Alii Pinnulam, alii Filiculam. Aliqui adianton & hanc uocarunt. Nascitur iisdem in locis: Filici similis admodum parua folio a lateribus in uersum & ordinem quemdam condito: tenui & figura lenticulæ contrariis ex aduerso pediculis. Ramuli uero e quibus emicant folia, explendescunt & graciles sunt colore subnigro acerbi. Cum priore pari effectu.

XANTHION DCCL

x Anthion, alii Phasganon, alii Chascanon, alii Choeradolethron, alii anathesion. Aliqui & hanc Aparinen appellauere. Lappam Romani. Nascitur pinguibus locis & ubi lacus obaruerunt. Caule cubitali: anguloso: pingui, Alas plures fundente folio atriplicis incisuras habente: odore Nasturtii. Semine rotundo: ceu oliua grandior: spinoso: platani pilula. Vestium tenaci cum tangitur. Semen anteq̃ penitus adsiccescat: collectum & Tusum in fictile capillum flauum reddit: si cum usus exigit: heminæ unius pondere dilutum in aqua tepida capiti collinatur: utiq; si pręparatum ante nitro sit caput. Aliqui reponunt in uino tusum. Persanari & tumores contingit illitos hoc semine.

EGILOPS DCCLI

ę Gilops, Alii Sitospelos, alii siphonem, alii Bromon. Romani auenam. Festuca est folio tritici molliore. Summo in capite semina bina: uel terna: quæ rubent: in quibus aristulę capillamenti modo pr̨etenues uisuntur. Hęc morbum eiusdem nominis oculorum sanat. Illita discutit & duritias. Exprimitur succus ex ea: quẽ in eosdem effectus farina permixta siccant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

BROMOS DCCLII

b Romos herba Siphonion & acrospelos dicitur a quibusdam. Italia nominat Auenam. Similis est Ægilopi; Naturamq; habet siccandi. Proinde in aqua decoquitur: donec se succus ad tertias contrahat. Hic collo effusus miscetur melli æquis portionibus. Deinde iterum coquitur: donec crassitudo euadat liquidi mellis. Facit ad Ozęnas: si linteolum ex eo naribus adigatur. Conferet & per se appositus. Quidam & aloen subigentes admiscent; utunturq; ita: quibus fętet anima: decoquitur cum rosa sicca in uino.

GLAVX DCCLIII

g Laux folia Cytisi aut lenticulæ habet auersa candidiora: superne uirentia. Rami a terra quini seniue palmei tenues ab radice. Flores albę Violæ: sed minores & purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in sorbitione cum farina Ordeacea Oleo & Sale ad excitandam ubertatem Lactis quod sit extinctum.

POLYGALON DCCLIIII

p Olygalon palmi altitudinem petit: Lenticulæ foliis: gustu subacerbo. Et hęc pota lactis abundantiam molitur.

OSYRIS DCCLV

o Syris surculus niger Ramulos tenues lentosq; fert. Et iis folia terna & quaterna modo quina: interim & sena ceu lini. Nigra initio. Dein colore mutato subrubra. Decoctum huius potum sanat morbum regium.

SMILAX ASPERA DCCLVI

s Milax trachea: hoc est aspera. Alii Epapitin. alii Lycanthemon; alii Cynosbaton; alii Aniceton; alii Heliophyton; alii Anatolicon; alii Dyticon; alii Eliden. Ægyptii Lyiathe. Romani Merginam. Æthrusci Radiam. Folio Periclymeni. Ramulis multis exilibus paliuri aut Rubi modo aculeatis. Repentem per arbores ambiendo eas ab Imis usq; ad summas. Semen in racemis labruscæ rubro colore cum ematuruit. Gustu leuiter mordaci. Radice crassa prędura. Locis palustribus & asperis nascitur. Huius semen & folium & ante & post sumentibus contra uenenata omnia efficax est. Traditur & Succo Acinorũ infantibus recens natis in stillato: nulla in posterum uenena iis esse nocitura.

SMILAX LÆVIS DCCLVII

s Milax lia; hoc est lęuis. Folio hederaceo molliore leuigatioreq;. Palmitibus præter spinas: quibus carent: omni alio modo similibus supradictæ. Conuoluit se arboribus; Quemadmodum & illa. Semen ut lupini habet nigrum & exiguum: super quod semper circumquaq; flores exiliunt candidi: copiosi: orbiculati. Topiario frutice per ęstates. Foliis per autumnum cadentibus. Huius semen cum Dorycnio ut tribus obolis utrumq; capiatur: somnia multa & turbulenta facere existimatur.

MYRTVS SYLVESTRIS DCCLVIII

m Yrsine agria: quam Myrtacantham & Hieromyrton & Oxymyrsinem uocant. Alii Myacanthan & agonon & Scincon & Minthen: & Catãgelon & Anangelon, et Acæron & Ocneron & Lichenen & Cha-

mepityn. Boetii Gonyniada. Prophetæ Gonos heracleus. Romani Ruscum. Foliis Myrti latioribus cuspidis specie: mucronato cacumine. Semen rotundum inter folia Rubescens cum maturat. Duritia ossea nucleo. Ramulis uiticis ab eadem radice frequentibus lentis: cubitalibus foliosis. Radice graminis: gustus astricti subsalsi. Vsus ex folio, semineq; potis in uino ad urinas mouendas & menstrua: & ad calculos uesicæ rumpendos. Sanat & Morbum regium: stillicidia urinæ: capitis dolores. Nascitur asperis præcipitiis. Vtile ad eadem est & decoctum radicis in uino haustum. Cauliculi quoq; incipientes asparagorum modo in olus parantur: esu amaro & urinas pellente.

LAVRVS ALEXANDRINA DCCLIX

Aphne siue Laurus alexandrina. Quidam Ideam & Danaen & Hypo-
d laten & Zaliam & stephanen uocāt. Sunt qui Laurum Samothraciam & Minthrion & Hypoglossion malint. Folio myrti syluestris molliore candidiore, maiore. Seminis inter folia magnitudine Ciceris rubri. Ramos spargit a terra Dodrātales, eoq; ampliores. Radice myrti syluestris maiore odorata teneriore in montuosis. Partus Celeres facit radice pota senum denariorum pondere in uino dulci. Prodest & ad stranguriam: feminasq; purgat.

DAPHNOIDES DCCLX

Aphnoides similes alypo est. Flore nympheæ. in cuius medio quiddam
d metę simile habetur & in eo Semen. Daphnoides, Alii Eupetalon, Alii Chamædaphnen, alii Peplion dixerunt. Frutice alto sexquipedem ramoso: qui ab dimidio sui quod a Cacumine est, funiculacei foliatiq; sunt: cortice circa uirgas glutinosissimo atq; i extricabili. Folia uero ualidiora, & molliora, q̄ Laurus: nec fragilia: quorum gustatu mordeatur: accendaturq; os atq; guttur. Floribus candidis. Semine cum percoxit: coloris atri: superuacua radice. Nascitur in montibus. Pituitosa folio recenti & arido exigit per aluum. Vomitiones quoq; mensesq; ciet. Eadem commanducata extrahit pituitas. Sternutamentum quoq; fit. Sic & baccæ eius quinæ purgationis gratia sumuntur.

CHAMÆDAPHNE DCCLXI

Hamedaphne. Quidam & hanc Daphnen siue Laurum alexandrinam
c uocant. Alii Daphniten. Alii Hydragogon. Romani Laureolam: siue Lauraginē. Galli Eugubim, unico ramulo: cubitali: recto: tenui atq; leui. Folio Lauri similitudine: leuiore multo & magis herbaceo. Semen rotundum rubens admixtumq; foliis: quibus supernascitur. Tritum folium eius illinitur capitis doloribus. Ardores stomachi refrigerat. Ad Tormina cum Vino bibitur. Menses succus eius in uino & Vrinam cit potu.

ELLEBORVS CANDIDVS DCCLXII

Lleborum Candidum: quod quidam Asclida uocant, alii Ectomon, alii
e Pinagnatoxarin. Prophetæ Gonos heracleos, alii Polyidos, alii Anaphyston. Ægyptii Somphian, alii Vnre. Itali Veratrum album. Galli Laginon, alii anepsa. Sunt ei folia Plantaginis, atq; Betæ syluestris: hæc quoq; Breuiora, nigrioraq;, & Canalium Dorso rubentia. Caule palmi concauo: tunicis conuoluto: quas abdicat, cum incipit exarescere. Radix fibrata Capillamen-

tis multis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tis multis a paruo & oblongo capite Cepar um modo coalescentibus. Nascitur in montanis & macris. Tempestiuum mensibus uellere. Optimum mediocriter rigidum: candidum, fragile. Iam carnosum nec exacutum aut Iunceum & in frangendo puluerem mittens. Medulla tenui. Gustu feruens nec tamen id uehemẽter: sed saliuam particulatim ciens. Quod enim continuo uniuersimq; eam contrahit, strangulat. Laudatur maxime Cyrenaicum. Galatiacum uero & Cappadox & Italicum albius. puluerosum periculosius: purgat uomitione uariis coloribus: additur oculorum collyriis contra caligines. Sanguinem menstruum trahit: partusq; enecat uel appositu. sternutamenta irritat. Mures in polenta cum melle admixtum perimit. carnes si una coquatur: absumit. Datur ieiunio per se aut cum Sesamo, aut succo Thapsiæ, aut Alice, aut aqua mulsa, aut in pulticula, aut cum Lente, aut sorbitione alia. In panibus quoq; subigitur, ac torretur. Cæterum apparatus & obseruatio poturis Elleborum apud antiquos legatur: qui de datione eius dicato priuatim opere scripserunt. Ipsi potissimum accedimus Philonidi ab Enna Siciliæ medico: alioquin longum esset: qui de materia medicinæ disserimus curationum quoq; modos & rationem uictus cuiusq; persequi. Porro alii sorbendum in pulte præcipiunt: aut in alica copiosa. Quidam cibo tenui præsumpto Elleborum obiter ministrant: Quod genus usu uenit: cum poturi sunt: quibus præfocatio timenda sit: aut quibus exile: min usq; firmum corpus est. Ita enim tutissime insumitur: quia minus importunum infestumq; munitis cibo alio corporibus accedat. Balani ex eo admotæ sedi cum aceto uomitus faciunt.

ELLEBORVM NIGRVM DCCLXIII

Elleborum nigrum, aliqui Melampodion uocant, alii Horestion, alii Polyrrhizon, alii Proetion, alii Melanorrhizon, alii Cyrranion. Prophetæ Zoomaritin. Ægyptus Igaiam, alii Elaphine, alii Celemen, Romani Veratrum nigrum, alii Saraca, Daci Prodiorna, Melampodion a Melampode appellatum uidetur ouium pastore: qui primus Veratro purgauerit & sanauerit Proetidas furentes. Folia ei herbacea Platani: sed minora Sphondylio proxima pluribus diuisuris nigrioraq; ac subaspera. caulis scaber. Flos cum purpureo albus: & racemosus uuę modo: semenq; in eo, ut Cnici: quod ab Anticyrensibus Sesamoides uocatur, In purgationesq; adhibetur. Radices nigrę: prętenues ab uno fastigio pẽdentes ceparum more: In quibus ttãum usus consistit: Nascitur asperis collibus: locisq; siccaneis. Idq; probatissimum: quale: quod ex Anticyra est Nigrum & pręstantissimum proueniẽs in ea. Eligunt uero carnosissimum quodq; habitissimumq;: medulla tenui: & quod gustu acre: feruensq; sit. cuiusmodi Heliconium: Parnasium: Ætolicumq; habentur. q̃q̃ Bonitas prima in Helicone genito est. purgat per inferna pituitam Bilemq; deuoratum sincerum. Miscuere aliqui & Scamoneam & salem drachmę unius trium ue obolorum mensura. coquitur & cum Lenticula & Iussulentis aliis: quę gratia purgationis sumuntur. Medetur morbis comitialibus: Melancholicis insanientibus, Articulariis defectis. Appositu Menses euocat. partus extinguit. Fistulas purgat demissum & tertio die ablatum. Auribus in grauitate inditur eximẽdum post diem summumq; post tertiam. Scabiem cum Ture: aut cera & pice, atq; oleo cedrino curat perunctis. per se ue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ro ex aceto Vitiligines Lichenas atq; lepras. Decoctum in aceto dentium dolores si colluatur os. Miscetur & in septas. Hydropicis imponitur cũ Farina ordeacea & uino. Cum Vitibus sato eo iuxta radices medicatum nascitur Vinum purgationibus quęrendis efficax. Eodem & Domos aspergunt: suffiri & purgari sic eas credentes. Proinde: qui Effossuri sunt: stantes Apollini & Æsculapio apprecantur: obseruantq; Aquilę uolatus: ut quę non sine periculo succidentium interueniat. Nam si Effossionem Hellebori Ales contuita fuerit: Eodem anno moriturum portendi: qui foderit. Celeriter autem fodiendum est: quoniam aura: quæ subinde attollitur: caput aggrauat: Quod quidem qui secturi sunt: cauentes Allium pręsumunt: Vinumq; obiter sorbent Ita munitiores ad opus suum pergentes. Emedullaturq; hoc perinde uti candidum.

SESAMOIDES MAIVS DCCLXIIII

s Esamoides maius, alii Sesamitin, alii Sesamida, Quidam Lycoscytalion. Aliqui Helleboron leucon. alii Anticyricon, alii Helleborum Anticyrense appellant: quoniam Helleboro albo in purgationibus misceatur. Rutæ aut Senetionis herbæ similitudinem habet Folio paruo. Flore candido. Radice gracili nullius effectus. Granum Sesamæ, gustu amarum. Datur ad detractiones uentriculi contra pituitas & Bilem Quantum tres Digiti apprehenderint. Miscentq; trito Hellebori Albi unum & dimidium Obolum cum aqua mulsa.

SESAMOIDES MINVS DCCLXV

s Esamoides minus, alii Coronion, alii Sesamon Agrion cauliculis palmi. Folio Coronopodis: minore: pilosiore, a cacuminibus caulium capitula floribus fere purpureis medio candidis: semenq; continētibus Sesamæ amarum & ruffum exili radice. Granum dimidio Acetabuli ex aqua mulsa potum Bilem & pituitam deiicit. Illitum uero ex aqua panos tumoresq; discutit.

CVCVMIS ANGVINVS DCCLXVI

I Icys Agrios, alii Elaterion, alii Grynon, alii Balidem, alii Synchrisin, alii Bubalion, alii Scorpion, alii Pherombron. alii Peucedanon, alii Notion, Romani Cucumerem Anguinum, alii Cucumerem syluestrem. Punici Cussimezara semine tantum a satiuo differt, multo minus id habens, & glandulis longiusculis simile. Ramis & foliis paribus. Radice alba: ingenti. ruderibus: sabulosisq; nascitur toto frutice amara. foliorum succus in dolore instillatur auribus. Radix cum polenta omnes tumores ueteres digerit. Cum Resina uero terebinthina rumpit Tubercula. Ex aceto cocta podagris illinitur. ad coxendicum morbos infunditur Clysteribus. succoq; dentium Doloribus medetur. Arida teritur ad uitiligines: lepras: lichenas: cicatricibus nigris colorem & in facie maculis reddit. e succo Radicis sexquiobolum dant portione minima. e Cortice uero acetabuli quadrantem ad pituitam & Bilem purgandam. idq; ad Hydropeses maxime. cuiusmodi purgatio sine iniuria stomachi exigitur. In hoc autem selibram radicis. In sextarios Vini duos Libyci potissimum teri conuenit: ex eo quæ cya-

thos ternos diebus tribus dari ieiunis usq; dum tumor alui abunde sisidat.

ELATERIVM DCCLXVII

EX cucumere anguino medicamentum fit quod uocatur Elaterium succo expresso de semine hoc modo. Cucumeres eligis: qui simul tanguntur. exiliunt receduntq; a pediculo. seruantur autem decerpti una nocte. postero die super craterem cribrum: quod non sit densum, componis, & cultellum supinum collocas, ita ut aciem superne contineat. Deinde utraq; manu adnixus singulatim Cucumeres decussas: mox humores cribro exprimis in subiectum craterem: carnosas quoq; partes: quę pexitate cribri offensa prohibentur effluere, identidem apprimis. opere autem peracto succum eum pateris: considat. reliqua uero in peluim abiecta, mox in aceruum cōposita super cribrum aqua dulci perfundis: subindeq; comprimis: Deinde abiiciuntur hæc: & quod in peluim transfusum inuenitur: cōturbas: adopertumq; linteo infers ad solē: & ubi coierit: aqua omnis: quę innatat cum spuma effunditur: idq; sæpius donec procumbat. Tum exprimitur ut ne stillicidia restitent humoris, Sedimentumq; teritur & in orbiculos effingitur: Quidam ad coercendam celeriter abundantiam succi: constrata humo cinere per incerniculum emisso caueolam infodiunt: & Elaterium cum aspergine tota superinfundunt: linteolo prius triplici expāso: per quod effluat siccatum in mortario: quemadmodum prædiximus: conterunt. Aliqui marina perfundunt & lauant. Nonnulli ad extremum & aquam mulsam affundunt. Experimentum optimi est: ut in candido modice insudet sine pondere, sine scabritia, gustu amarissimo, quodq; lucernis admotum facile accendatur. Improbant asperum, turbulentum, herbaceum, aspectu medio inter Eruum & Cinerem: quod & ponderosum est. Admiscetur ab aliquibus Amylum candoris mentiendi gratia, & ad fallendum pondus. Elaterium usu purgationum a Bimatu incipit tempestiuum esse: duratq; Decennio. Maxima potio solidus obolus. Minima semiobolus. Pueris Chalci duo sufficiūt. Copiosius sumitur periculo: utralibet parte Bilem pituitamq; trahit. pręcipua in difficultatibus spirandi purgatione. qđ si per inferna deiectio facienda est, duplum salis addere oportet, & Stibii quantum colore suo inficiat. Modus dandi magnitudo Erui per aquam. ita ut subinde cyathus Egelidæ sorbeatur. Ad uomitum ciendum aqua diluitur & locis sub linguam penna q̄ maxime intro adacta collinitur. Aut si quis etiamnum difficile omnino reiiciat: subactum cum oleo: aut Irino unguento peruincet. Vetandi uero sunt dormire: qui potant. In purgatione autem immodica uinum cum oleo sæpius prębendū, ut exinanitio finem capiat. Q đ si uomitio non deponit, occurrent ei aqua frigida & polenta & posca & poma & quæcunq; stomachum densant atq; contrahunt. Elaterium feminas purgat. Abortum grauidis facit. prodest morbo Regio cum lacte mulierum in nares collatum & doloribus capitis ueteribus. Anginis efficacissime sublinitur Cum melle aut Oleo aut Felle Taurino. Radix satiui trita in potum ex aqua mulsa Drachmæ pondus uomitionem committit. Q đ si quis a Cœna leniter uelit reiicere: oboli duo satis erunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

STAPHIS AGRIA DCCLXIX

Taphis agria & Triphyllon & Stesion:& Astaphis & Phtheroctonon, s & Phtherion & Apanthropon & Polyides & Pseudopathes & Arsanote dicitur, Ægyptus Ibesaoede, Romani Herba pedicularis. Folium habet Labruscę diuisurisq; scissum. Cauliculis rectis, nigris. Flore Isatis. Fert folliculos uerius q̃ Acinos, uirides similes Ciceri:& in iis semen Triangulum, scabrum, subrubrum in nigro. Intus album includitur. gustu acri. Ex eo nucleos denos quinosue, si quis tritos in aqua mulsa det bibere: Crassitudines uomitionib9 purgabunt: Ita ut qui sumpserit: postea inambulet. presto autem ei esse oportet aquam mulsam: assidue: propter ancipitem strangulationem & propter nimiam uim ardoris: qua fauces lædi solent. Phthiriasi quoq; liberant triti & iuncti cum Oleo: Item pruritu & psoris. Commanducantur & ad pituitam oris siccandam, quæ ita contrahitur uel plurima. Decoquntur ad dentium Dolores in aceto. gingiuarum quoq; Rheumatismos compescunt. medentur oris ulceribus melle admixto. Adduntur & in Malagmata urentia.

THAPSIA DCCLXIX

Hapsiam, alii uocant Hypopion, alii Pancranon, alii Scamonion, alii t Thelyterin. Romani Ferulaginem, aliqui Ferulam syluestrem, Punici Eboiden. In Thapso eiusdem nominis Insula primum inuenta est. Indeq; appellatio quęsita. In totum porro natura Ferulę Thapsia est. Caule tamen graciliore, q̃ Ferula & Feniculi foliis. In cacumine singulis ramulis Vmbellas Anetho similes ferens:& super eas luteos flores. Semen latiusculum: quale in Ferula dumtaxat exilius: Radice magna interius candida, nigro cortice, crassoq;, gustu acri: hæc circumfossa laxato plaga cortice, lacte manat. Sunt qui Fornicem in ipsa excauent radice: Mox operiant, ut purior Succi sinceritas confluat. Postridie accendentes succidunt eam & tollunt. Tum contusa & Organis atq; Fisco expressa reddit succum: quem Fictili crasso exceptum siccant in sole. Alii Folium quoq; una tundunt. Quod genus infirmum uiribus est. Discernitur: qđ qui e Radice fit Succus: Virulentior sentitur: Duratq; madidus. Contra siccescit qui foliis exprimitur & Teredines facile admittit. Excepturi Lachrymam cauent contrarium uentum: magisq; ut tranquillo ab omni flatu Cœlo id fiat: quęrendum: Alioquin Facies intumescit & pustulæ adusto similes inuadunt nuda corporis. Tam uehemẽs est: qui de ea spiritus uenit: ob id prius cerato, liquidiore aliquo ex astringentibus os illinunt. Deinde ita muniti manus admoliuntur operi. Vsus eius in medicina purgandi cortice Radicis & Succo: Item sapore: qui ex incisa legitur, ita ut bibatur ex aqua mulsa. Vtrinq; detrahunt omnia hæc Bilem: Radix. iiii. Obolis cum Anethi semine tribus drachmis. Succus obolis. iii. Lac singulis obolis datur. Largiore potu periculum afferunt. Purgatio hęc priuatim suspiriosis Doloribus laterum ueteribus: pituitis gulę adhęrescentibus conuenit iis qui eas difficile reiiciunt. In esitia conditur & obsonia. Radici & liquori uis extractoria uitiorum ex alto ad cutem. Idq; inter prima quæ pollere in eam rem produntur: aut ubi meatus faciles reddere sit necesse, Quapropter alopeciis succo in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ducto aut Radice: cum recens est. affricata cohonestat eas pilo ac densat. Sugillatis quoq; ac liuentibus radice trita uel succo Ture adiecto & cera ęquis portionibus illinitur. utiq; ne ultra duas horas in loco contineant: subindeq; marina aqua feruenti se foueant. uitia quoq; in facie tollit cum melle, cohibetq; lepras. succo in Sulfure illito rumpit Tubercula utiliter & ueteribus malis illinitur: laterum, pulmonum: pedum: articulorum. Efficax & ad uerpos decuratosq; sed alia causa q̃ pręcisionis. tumorem enim partibus iis attollit: quo fouentibus & pinguibus medicamentis mollito, cutis attenditur. & scrotum colis contecta glande sarcitur.

SPARTVM DCCLXX

S Partion, alii Lobon, alii Lygon Frutex est uirgas longas habens sine foliis ualidas atq; lentas uinculorum usu pręcipuas uitibus festucandis alligandisq; folliculos Phasiolorum modo ferens & iis semen Lenticulæ. Florem luteum similemq; matronali Violę. purgant egregie semen & flores obolis quinq; in aqua mulsa pota Ellebori uice citra periculum. Semen ipsum exinanit aluum trahendo. Ramis in aqua madefactis & tusis succum dant Ischiadicis. anginisq; utilem cyathi unius potu ieiunis. Quidam salsilagine, aut marina aqua macerare malunt & infundere Ischiadicis clystere. Detrahit cruenta Strigmentaq; Intestinorum.

SILYBON DCCLXXI

S Ilybon Spina est lata foliis Chamæleonti candidæ similibus: quæ recens nata coquitur & cum Oleo & Sale manditur. Succus e Radice drachma potus ex aqua mulsa uomitiones cit.

BALANVS MYREPSICA DCCLXXII

B Alanos Myrepsice: hoc est Glans unguentaria, Fructus est arboris Myricæ similis: magnitudine Auellanarum nucum. Cuius ex cortice presso: quemadmodum ex amaris Amygdalis excipitur liquor quo in preciosa unguenta uice olei utuntur. Nascitur in Æthiopia: Thebaide: Arabia & quæ secus Iudæam Petra dicitur. pręfertur recens & farcta: Item candida & quę facile a putaminibus absoluitur: Lienem consumat trita in poscam drachmæ unius mēsura. Illinitur & foris cum farina Ærina & aqua mulsa: quo modo & ad podagras adiungitur. psoras asperas cum aceto cocta extergit. uitiligines & cicatrices nigras reddit colori cum Nitro: Lentigines: Varos: Ephelidas: Eruptiones in faie cum Vrina emendat. Vomitiones mouet. Aluum soluit ex aqua mulsa. sed stonacho abunde contraria est. Oleum quoq; ex ea uentrem ducit. Cortici natura pissantior. Succus expressę additur Smegmatis: quæ contra scabritias pruriusq; componuntur.

NARCISSVS DCCLXXIII

N Arcissus, alii Narcissum Anhydron, alii Autogenes, alii Bolbon Emeticon uocarunt. Romani Bulbum uomitorium. Quidam & hunc tanq̃ Lilium appellauere Lirion: Foliis porri minoribus angustioribusq;: cau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

le inani:libero:foliis alto supra semipedem & in eo Flos candidus croceo intus Tubere. In quibusdam purpureus. Radice alba interius, rotunda, bulbacea. Semen uelut in membrana, nigrum, prælongum, optimus in montanis odoratusq; nascitur. Reliquum genus herbaceum:colore, odoreq; est. Radix cocta Estur & bibitur uomitoria est. Eiusdem farina cũ melle prodest ambustis: pręcisosq; neruos admota cõglutinat. Talis luxatis, Doloribus articulorum uetustis cum melle trita collinitur. Molestias cutis in facie, uitiliginesq; cũ semine Vrticę acetoq; obliterat. ulcerum colluuiem cum Eruo & melle abstergit. Apostemata concoqui difficilia perrumpit. Infixa corporibus extrahit cũ melle illita & farina lolii.

HIPPOPHAES DCCLXXIIII

Ippophaes siue Hippophyes. Quidam Hippophanes & Hippion, ali
h qui Echinon, & Pelecinon uocarũt. Romani Lappaginem & Lapulam utuntur eo Fullones concinnandis uestibus. In maritimis sabulosisq; nascitur: Frutice opaco: surculoso: denso: foliis Oleę angustioribus: mollioribus & inter ea spinis arẽtibus: candidis: angulosis: geniculatim inter se distantibus. Flore corymbis Hederæ similis congestis racematim & imminentibus inuicem Acinis: minoribus tamen & mollioribus: albidis & ex parte rubentibus. Radix crassa: mollis: amara lacte madens: quod Thapsiæ modo suscipitur: hoc aut per se cõditur: aut in farina Eruina digeritur in pastillos. Prior succus: qui & sincerus est: Bilem, aquam, pituitas detrahit oboli pondere per inferna. Posterior quatuor obolis in aqua mulsa: Superficies cum Radice arefacta tunditur. Et cum Melle mixto datur farina eius ad eundem effectum Hemina una & dimidia. Exprimunt. & Radicem & folium Quemadmodum Thapsiæ. Succi huius Drachma purgationibus traditur.

HIPPOPHÆSTON DCCLXXV

Ippophestõ. aliqui & hãc Hyppophaes appellant. Nascitur in eisdem
h locis. Fullonibus & ipsa utilis serpens humi foliis tantum minutis, aculeatisq;: Item spinosis capitulis sine flore: sine cauliculo: crassa & molli radice. hac folio: capite succus exprimitur: qui siccatus tribus obolis cum aqua mulsa prębetur ad aquas & cõtra pituitas: maxime in comitialibus Morbis: contraq; orthopnoeas & ualitudines neruorum.

CICI DCCLXXVI

Ici siue Croton: quod alii Sesamon syluestre, alii Seseli Cyprion, alii
c Crotonem. Ægyptii Sesthamna: & Trixin. Prophetæ Hema Pyretu: Romani Ricinum: alii Lupa, Crotonem & Ricinum a similitudine animalis fœdi cum semine huius arboris appellant: Cici paruę Ficus magnitudine. Folio est Platani læuiore: nigriore: maiore. Ramis & caudice modo Harundinum concauis: Semine uuarum aspero: quod purgatum effigiem Ricini habet. Ex hoc Cicinum Oleum premitur cibis quidem fœdum: Sed lucernis: Emplastrisq; utile. Putaminibus detractis teruntur Triginta eius grana: quæ potui exhibita pituitam: Bilem: & aquas eiiciunt per aluum. Vomitiones etiam mouẽt: ad modũ iniucũda fastidiendaq; potione. Pręterea & uehemens redundatio stoma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

chi consequitur. Tusa hæc & imposita Varos Ephelidasq; tollunt. Folium tritum cum polenta oculorum tumores & Epiphoras sedat: Mammarum quæ tentę sint inflammationes coercet. Ignes sacros per se cum aceto illitum sanat.

TITHYMALI SEPTEM DCCLXXVII

t Ithymalus herbæ nomen. Genera eius septem characias: qui & masculus existimatur: ab aliquibus comites: amygdaloides: atq; Cobios uocatus. Secundum feminam putant: myrtiten appellant. Alii Caryiten, Myrsiniten. Tertio cognomentum paralius, siue Tithymalis. Quartum helioscopion. Quintum Cyparissiam. Sextũ Dendroides. Septimum Platyphyllon.

CHARACIAS PRIMVM GENVS TITHYMALI DCCLXXVIII

t Ithymalus Characias. Caules habet longitudine cubitali & ultra: Rubros. Sapore acri & candido: madentes: pendentibus foliis oleę angustioribus longioribusq;. Radix crassa lignosa. In cacuminibus comæ Iunci. Sub quibus caueolæ soliolis balnearum similes & in iis semen. Nascitur in asperis montosis. Bibitur duobus obolis succus ut purget pituitam atq; bilem si aluo soluta libeat, in posca; Si uomitione in aqua mulsa. Hic circa uindemias defractis Ramulis: & in fasce concisis excipitur: qui concludi debent in uasa. Quidam succum excipiunt farina eruina & in pastillos diuidunt Erui magnitudine. Sunt qui stillent eum in ficus. Ternas autem quaternasue guttas singulis excipi satis est: Deinde ut cum iis arescat, reponunt. Per se quoq; in mortario habitus cogitur in Orbiculos: cum urgeat desiderium: promendus. Cauere qui colligunt: aduersum flatum debent. Item ne Oculos attingant cum operantur: Quin potius corpora oblinant seuo aut oleo admiscentes iis uinum. Præsertim uero faciem munire, Item collum & Inguina conueniet. Fauces quoq; lędit asperas faciendo: propterea deuorandus. Includitur Cera sed in melle decocto sine iniuria gulæ transmittitur. Siccas quoq; ficos ex iis quas Indicauimus binas ternasq; purgandi gratia satis erit sumpsisse. Lac eius recens cum oleo perunctos in sole pilos detrahit: aut si qui omnino erumpunt: Flaui subtilesq; renascuntur. Tandem porro glabros ac depiles omnino reddit. Ad dolores leuandos Cauis dentium inditur sepiendus cera, ne defluat: gutturiq; ita uel linguæ officiat. Idem formicas uerrucasq; sanat. Illinunt & Thymos & Lichenas: Eodem & ad pterygia utuntur. phagędenas: gangręnas: carbunculos fistulas. Legitur semen autumno. Siccatum sole tunditur leuiter & lauatur, ita purum reponitur. Folia quoq; non abdicantur usu similiter siccata. Semini & folio natura: quæ lacti, sed modus uariat. Dimidium acetabuli ex iis iusta potio est. Quidam inueterant sale folia miscentes lepidio Lacte macerato, Item caseo prędurο. Radix in pastillos subacta Drachmę unius pondere ad aluum trahendam in aqua mulsa bibitur. Eadem in dolore Dentium aceto decocta colluitur.

TITHYMALVS MYRSINITES DCCLXXIX

a Lterum genus Tithymali femina est: Myrsiniten uocant. Alii Caryiten. Naturam habet Daphnoidis: Foliis Myrti maioribus, firmis Ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

cumine acuto pungentibus. Rami a Radice semipedales. Fructum fert alternis annis similem Nuci: leniter mordentem in Lingua. & ipse etiam in asperis nascens: uis huic: quæ Priori, succo: Radice: folio semine, nisi q plus ille uomitorius est.

TITHYMALVS PARALIOS DCCLXXX

t Ertium genus Tithymali paralius uocatur siue Tithymalis, siue Mecon. In maritimis nascitur. Ramis palmum altis: subrubentibus quinis senisq; ab radice: folio circa eos in ordinem uersusq; condito: paruo contractiusculoq; ac prælongo ut lini possit uideri. Capite in summis iis rotundo: semen complexo ut eruum colore uario. Florem album. Frutex totus & radix succo albo scatet: eodem usu quo superiora: seruandi quoq; ratione pari.

TITHYMALVS HELIOSCOPIOS DCCLXXXI

q Vartum genus Helioscopion appellant: Foliis portulacæ tenuioribus atq; rotundioribus: surculis stantibus a Radice quatuor aut quinq; tenuibus altitudine palmi rubentibus: albi succi plenis: Capite Anethi: semine ceu in capitulis. Gignitur maxime in ædificiorum ruinis & circa oppida: lactis & seminis colligendi præceptio eadem custodienda est.

TITHYMALVS CYPARISSIAS DCCLXXXII

q Vintum Cyparissiam uocant: Caule palmi aut etiamnum ampliusculo: subrubente. Folia pinus: teneriora exilioraq; omnino ut Pinus nouella existimari possit: de quo & nomen accepit: & hic succo albo manat: cui eadem uis: quæ prioribus.

TITHYMALVS DENDROIDES DCCLXXXIII

s Extum Dendroides & Petrophyes cognominant. Nascens in petris: opacans superne in orbem atq; Comosissimum: succi plenum: Ramis subrubentibus: circa quos folia Myrti tenuioris: Semen characiæ. Et hic eodem modo reponitur eiusdem effectus, cuius & cęteri.

TITHYMALVS PLATYPHYLLOS DCCLXXXIIII

s Eptimum Platyphyllon uocant: similem uerbasco. Aquas radice uel lacte, uel foliis detrahit per aluum. Tusus & resolutus aqua pisces necat. quod & cum prędictis generibus commune habet.

PITYVSA DCCLXXXV

p Ityusam, Alii Clema & Crambion & Paralion & Canopicon uocant. Separatur sola specie a Tithymalo Cyparissia, ob id eam in Tithymali generibus enumerant. Caulem habet maiusculum cubito, geniculisq; densum: Foliis minutis exacutisq; compręhensum, tenuibus & similibus piceæ. Flore paruo purpureo. Semen latum forma lenticulari. Radicem, quam appellant Turbet, albam crassam & madidam succo. Quibusdam locis amplitudo frutici eximia est. Purgantur per aluum radice denariis duobus in aqua mulsa pota. Semine uno, Lacte ligula collecto in catapotium farina. Folio tribus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

LATHYRIS DCCLXXXVI

l Athyris. Sunt qui & hanc Tithymalum nouerint. Caule cubitali, uacuo, crassitudine digiti. In summo eo sunt alæ. Folio in caule oblongo Amygdalę simili: Cęterum latiore, leuioreq;. Hoc in cacuminibus ramulorum proceriusculum est, quale in Aristolochia & Hedera longiore cernitur. A capite germinum fructus Loculamentis tribus ut Capparis rotundus: & semina in eo terna tuniculis Inuicem discreta, Orbiculata & maiora eruo. Purgantur hęc & candida: gustuq; dulcia eximuntur. Radice alba nullius usus. Frutici uniuerso abundantia succi adiuncta, ut Tithymalo. Granis huius septenis aut octonis ad Catapotia soluendæ aluo utimur. Hæc & mandi solent, & deuorari cum sicca ficu uel palmulis ut subinde hauriatur frigida. Trahit aquas: bilem: pituitam. Succus modo: quo de Tithymalo excipitur ad eosdem effectus: sicut & folia: quæ cum Gallinaceo aut Oleribus decoquantur.

PEPLOS DCCLXXXVII

p Eplos, quam aliqui Sycen, Alii Mecon Aphrodes uocant. Frutex est Lacte manans. Foliis paruis ut rutæ latioribus. Coma palmi circumacta in orbem: humi effusa. Semine sub foliis paruo, rotundo, minore q̃ candidi Papaueris. In hortis atq; inter Vites colligitur messibus: siccaturq; in umbra: sed ut identidem uersetur, semen quoq; reponitur perfusum aqua. Hoc poto acetabuli mensura in aquę mulsæ hemina: bilis & pituita detrahitur: obsoniis quidem ad turbandam aluum inspergitur: seruatur & Muria.

PEPLIS DCCLXXXVIII

p Eplis, Alii Andrachnen agriam hoc est Portulacã syluestrem. Hippocrates Peplion. Nascitur Iuxta mare. Frutex lacte obumbrans ambitu. Succi plenus candidi. Folio non multum a Satiua dissimili Orbiculato & Rubente auersis. Semine pepli modo sub foliis rotundo, gustu Feruenti. Radice alba, unica sine usu aliquo. Collecta reponitur: prębetur: sale inueteratur, ut Peplos pari potentia.

CHAMÆSYCE DCCLXXXIX

c Hamęsyce: quam alii Sycen, Alii Mecon Aphrodes cognominant. Ramos habet digitorum quaternum proiectos in terram, orbiculatos lentos. Folia peplo similia parua: tenuia, nihil se attollentia. Semen sub foliis rotundum ut pepli. Nunq̃ florens. Caule nullo. Radice tenui, superuacua. Ramis huius in Vinum comminutis, dolores uuluę in pesso appositis sedantur. Tollunt iidem tumores, uerrucas, formicasq; illiti. Manduntur cocti, ut aluum soluant. Succus ex his eadem prębet: priuatimq; ictibus Scorpionum inunctus resistit: Claritati oculorũ & contra caligines suffusiones incipientes: nubeculas cicatrices litus cum melle utilis est. In petrosis & aridis Nascitur.

SCAMONION DCCXC

s Camonian, Alii Scamonias Rhizan hoc est Scamonii Radicem, Alii Colophoniam, alii Dactylion. Romani Colophonium. Prophetæ Apopleumonos. Ægyptii Sanelum. Ramos habet multos ab una radice, tricubitos, pingues & aliquatenus pilosos. Folia quoq; hirsuta helxynę aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

hederæ molliora: triangula. Florem candidum, maleolentem: rotundnm & cauũ ceu Qualus. Radicem oblongam crassitudine Brachiali madidam. Colligitur succus Capite radicis detracto, & in modum testudinis cauerna incisa, ut in ipsam lachryma confluat: quæ deinde in mytulum excipitur. Quidam fornicem in terra fodiunt: & subiectis nucis Iuglandis, in quæ decidat foliis: succum effundi patiuntur: quem Inibi assiccatum demum tollunt. Laudatur translucidus, solutus: sine pondere, Taurini glutinis colore: prætenuibus fistulis: fungosus: qualis est qui e Mysia: quę in Asia est Inuehitur. Nec uero experimento illo solum niti oportet ut linguæ tactu albescat. Hoc euenit & adulterino: qui fit permixto Tithymali succo. Fidelior probatio a gustu: ne ualde linguam accendat: tithymalus enim uehementer excalfacit. Deterrimi e Syria Iudęaq; ponderosi: pręensiq;. Vitiantur tithymalo & farina erui. Datur ex aqua mulsa uel ex aqua per se Drachma ponderis aut quatuor Obolis ad Pituitam & bilem purgandam per aluum: ad quam tamen dumtaxat soluendam partes duę Denarii sextiui satisfacient grano sesamæ admixto aut semine alio. Sed si abundantius purgari libeat: succum obolis Tribus Elleborum nigrum duobus: aloen drachma una bibant. Medicamentum quoq; de succo huius, & sale purgationibus condentes in uiginti drachmas Lactis sex Cyathos salis addunt. portione uirium sumitur, ut maxima potio ligulis tribus: media duabus: minima singulis constet. Detrahere & radix solet: cum quibus dictum est rebus drachma una pota uel duabus. Aliqui eam coquentes dant bibere. Decoquitur in aceto hęc & cum farina ordeacea teritur coxendicibus illinendis. Succus in uellere applicatus Vuluę abortum grauidis facit. Tubera cum melle discutit aut oleo in aceto coctus lepris illinitur. Capiti cum aceto & rosaceo in longis doloribus infunditur.

CHAMÆLÆA DCCXCI

c Hamęlęan, Aliqui Chamęlęan melęnam hoc est Nigram. Alii Heraclion, alii Bdelyran, alii Coccum gnidium. Romani Cilibracam, Aliqui Oleaginem siue Oleastellum. Rami eius palmi altitudinem non excedunt. Ipse frutex Surculosus similitudinem foliorum oleę habet: quæ tamen tenuiora ei sunt & amara gustu mordacia ut fauces quoq; obulcerent: quibus potis pituita & bilis per aluum exigitur: pręsertim si in duabus partibus absinthii ex aqua mulsa in Catapotio deuorentur. Herba omnino In coctibilis. Redditur forma eadem: qua illata stomacho est. Foliis tritis impositis cum melle sordida ulcerum & margines purgantur.

THYMÆLÆA DCCXCII

t Hymęlęa: quã & Chamęlæan & Pyros Achnen & Cnestron & Cneoron uocant. Frutex est in quo Nascitur granum Gnidium, quod Syri apolinon, aliqui Linon appellant a similitudine Naturę: quam cum Lino satiuo habet. Rami tenues, speciosi: Cubitorum binum assurgunt. Ipsa similis Chamęlęę: foliis angustioribus, pinguioribus, gummosis: si mordeantur glutinosisq;. Flores albi & inter eos semen quale myrti exiguum rotundum initio uirescens. Postmodum rubens. Foris durum, nigrumq;. Intus albet. Detrahuntur eo per aluum biles: aquæ: pituitæ: si quis ę uiginti granis interiores nu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

cleos bibat. Vrit hoc fauces. Ideo cum farina polentaue deuorandum; aut acino Vuę inclusum: aut in melle decocto. in difficili Sudore cum nitro & aceto tritum inungitur. Folia eius quæ priuatim Cneoron uocantur, Messibus lecta & siccata in umbra seruantur. In usu Tunduntur uenis exemptis. Purgantur eo aquæ pastillis acetabulo ponderis cum mixto datis: si cui uero mitior placeat purgatio: inspersum Lenticulæ: quæ sit cocta & oleribus contusis insumitur. Reponuntur trita & in acorem Vuæ collecta in offellas diuiduntur. Ipsa herba inimica stomacho. Pecus quidem in utero uel admotu necat. Nascitur montibus solo gracili. Falluntur: qui granum Gnidium e chamælæa herba gigni autumant: similitudine foliorum decepti.

SABVCVS DCCXCIII

a Cten; Alii Dendron arctu hoc est arborem Vrsi; Alii Acten hemeron. Romani Sabucum satiuam. Galli Scobien. Daci Seba. Duo eius genera. Vnum arboris specie fruticat. Virgis harundinum rotundis inanibus; proceris: Folio Triplici aut quadruplici per interualla nucis Iuglandis similitudine: graui odore: incisuris pluribus. Ramis siue Caulibus a Capite umbellas ferentibus: floris albi. Acinis terebinthi ex nigro purpureis Vuarum congerie: copioso succo uinosis.

EBVLVS DCCXCIIII

s Abuci; Alterum genus Chameacten uocant. Quidam Heliosactin: hoc est Sabucum palustrem; Alii Agriam acten; Alii Euboicen. Romani Ebulum. Galli ducone. Daci Olma. Iacet humi supradicto breuius, & herbaceo generi propius quadrato caule. Geniculatus hic est densis articulis. Folia ex interuallis circa nodulos expansa Amygdalæ similia: sed ambitu marginum serrato longioraq; Nauseosa. Capitulis Caulium: Floribus: Fructu qualia in priore. Radix longa digiti crassitudine. In utroq; natura ususq; pares. Exiccant: astringunt: refrigerant: aquas trahunt: stomacho aduersantur. Folia oleris more decocta eduntur ad pituitam bilemq; detrahendam. Caules eius incipientes ad eundem effectum in patinis coquuntur. Radicis in uino decoctæ usus hydropicos in uictu exinanit. Eodem modo pota Serpentium ictibus medetur. Vuluas insidentium decocto emollit & resoluit: uitiaq; earum quæcumq; corrigit. Acini eius in uino ad omnia eadem bibuntur. Tingunt & Capillum inuncti. Tenerrimis foliorum illitis cum polenta inflammationes, ambusta, Canis morsus placantur. Conglutinant & Vlcerum cauernas. Podagris cum Seuo Taurino, Caprinoue lita conferunt.

PYGNOCOMON DCCXCV

P Ygnocomon foliis Erucæ similibus: asperis, crassioribus: Caule quadrangulo. Flore Ocimi. Semine Marrubii: Radice nigra: rotunda lutei coloris Parui mali effigie Terram olentis. Inuenitur in saxosis locis. Semen una Drachma Potum insomnia contrahit Tumultuosa & grauia. Tumores cum polenta illitum discutit. Sagittas & infixa Corpori extrahit. Foliis panos digerit & furunculos. Radix eius in aqua mulsa Drachmis duabus aluum & bilem extęnuat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

APIOS DCCXCVI

a Pios, Alii Ischada, Alii chamæbalanon, alii Rhaphanum montanum, alii Linozostis. Romani Radicem syluestrem. Punici Therphath Sodoe. Ramulos duos siue tres Iunceos spargit tenues: rubentes qui paulo se attollunt. Foliis rutę longioribus angustioribusq;. Semine paruo. Radice spondylii pirorum specie turbinata: tantum rotundiore succosa. Habet hæc extra cortices nigros: Intra candidum corpus. Radicis huius pars superior uomitione biles extrahit & pituitas inferior per aluum. Vtrinq; si tota simul sumatur. Hæc & in fictili aquæ mergitur tusa, & miscetur obiter: deiectoq;, quod supernatat: penna reliquus succus excipitur & siccatur: quem qui obolo & dimidio biberint utraq; parte purgantur.

COLOCYNTHIS DCCXCVII

c Olocynthis, Alii Colocynthida ęgos hoc est cucurbitam caprinam, alii Syciam picram hoc est cucurbitam amaram, alii colocynthidem alexandriæ. Zoroastris Thymbram siue osta autogenes. Romani cucurbitam syluaticam. Daci Tutrastam. Ramuli huius & folia per terram sternuntur Cucumeri satiuo similia: diuisurisq; scissa: Fructu orbiculato dimidiati globi figura ingenti amaritudine. Legenda est cum mutare incipit colorem in pallidum ipsius. Fructus medullæ quatuor obolis purgat in aqua mulsa cum nitro & myrrha & decocto melle deuorata. Ipsę pilę aridę conteruntur & in aluum datæ clysteribus medentur: Ischiadi: paralysi: uitiis coli. Trahunt bilem pituitã strigmenta: interim sanguinem. Partus enecant apposit: repurgata & luto circũlita ut in aceto nitroq; sufferueat. Dolorem dentium colluit. Decoctum eiusdẽ in aqua mulsa uel passo refrigeratum sub diuo crassitudines & ramenta detrahit. Inimica stomacho admodum est. Subditur & sedi pro balano ad euocanda excrementa. Succus uirentis coxendicum arcebit dolores: si infricetur.

EPITHYMVM DCCXCVIII

e Pithymum, Alii cedoes. Romani uocant Inuolucrum. Flos e thymo est duriore ac thymbræ simili. Capitula sunt tenuia & leuia codiculas habentia quasi crines. hoc poto cum melle pituita & bilis atra deiicitur: priuatimq; melancholicis datur: Inflationesq; sentientibus: ab acetabulo ad quatuor drachmas cum melle ac sale & aceti exiguo. Prouenit copiosissimum in Pamphilia Cappadociaq;.

ALYPON DCCXCIX

a Lypon surculosa est herba sub rubens exilibus festucis: foliis minutis: plena floris nigri q̃ leuissimi. Radix non dissimilis Betę pręteuis succo acri madida. Semen Epithymi. Nascitur in maritimis africæ q̃ largissima: q̃q̃ & alibi quoq; plurima. Repelluntur semine per inferna biles atræ: mensura: qua Epithymum: cum aceto & sale.

EMPETRON DCCC

e Mpetron, Alii Phacoides. Nascitur in montibus maritimis salsa: quo uero a mari longius recessit, magisq; terrena fuerit: eo amarior sentitur. sumitᵘ i iure aliquo aut hydromelite. Pituitã inutilẽ trahit & bilẽ & aquã

Ampelos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

AMPELOS AGRIA DCCCI

a Mpelos agria hoc est uitis syluestris uocatur. Palmitibus longis ut Vitium lignosis. Rimoso cortice, Foliis Solani hortensis latioribus: longioribus. Flore crinito, muscoso. Semine in uuis post maturitatem rubente: acinis rotundis. Radix eius decocta in uino marina condito cyathis duobus ex aqua humores alui ciet. Ideo hydropicis datur. uua eius uitia cutis & maculas omnes in facie purgat. Huius quoq; Viticulæ incipientes muria in cibos seruantur.

AMPELOS LEVCE DCCCII

a Mpelos Leuce: hoc est uitis candida: quã aliqui Psilothron & Bryoniam & Ophiostadhylon & Chelidonion & Melothron & Archezostin siue Agrostin: siue Cedrostin appellauere. huius sarmenta Pampini folio satiuę similia erant: nisi essent hirsutiore. innectit se fruticibus. qui sunt in proximo Capreolis comprehendentibus. Fructum habet in racemis rubentem: quo qui coria depsant: utuntur. huius caules: qui e radice initio similitudine Asparagorum exeunt: cocti manduntur, urinæ aluoq; commouendæ. Folium semen & radix exulcerant corpus. Chironiis: gangrenænis: phagedænis: tibiarumq; tediis cum sale illinuntur. Radix corpus erugat & tendit. Vitia cutis in facie, uarosq; & lenticulas cum Eruo & terra Chia: & Fenogræco emendat: Eodemq; modo cicatricum nigritias tollit: Eademq; pręstat decocta in oleo donec fatiscat: medetur & sugillatis & digitorum pterygiis. Collectiones illita cum uino discutit. suppurationes maturat & purgat. ossa infracta puluere imposito extrahit. Miscetur & septis efficacissime. Datur potu & in comitialibus drachmę pondere quot diebus anno toto. Item attonitis: Et uertigine laborantibus eodem modo. Contra uero serpentium uulnera denariis duobus bibitur. partus in utero interficit. Mentem modice interim subturbat. partus morantes secundasq; feminarum extrahit apposita: urinas ciet. Eclegma ex ea fit cum melle suspiriosis: anelatoribus: tussientibus & contra lateris dolores: ruptis conuulsis. lienem ternis obolis cum aceto triginta diebus consumit. Illinitur ad eadem cum Fico. Decoctura eius insidẽtium uuluas repurgat: & abortiua est. Succus radicis exprimitur uere. pituitam foras molitur. Semen psoris & lepris inungitur & oblinitur. Ex eo succus lactis abundantiam facit coctus cum Tritico potusq;.

AMPELOS MELÆNA DCCCIII

a Mpelos Melęna. Et hanc alii Bryoniam & Chironiam uitem & Bucranion dixere. Romani uuam Taminiam & uuam Tanutam & Vitem nigram. Daci Priadelan, alii Pegrinã. Punici Lauothen. Folia eius & caules similitudinem hederæ habent q̃q̃ uerius Smilacis, maiora tamen. Et hęc arbores clauiculis scandit. Semen in uua acinis dependet. Initio herbaceum: postea nigricans. Radice foris atra: intus Buxei coloris. Caules huius germinationis primæ olerum uice manduntur: mensibus pellendis: urinę ciendę: lienibus minuendis. In comitialibus: uertigine paralysi cibo conueniunt. Radix idem pręstat quæ uitis albę minus efficax. Folia cum uino illita iumentorum ceruicibus: quæ ulceratę sint: medentur. Eadem luxatis pari modo circumligantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PTERIS DCCCIIII

p Teris alii Pterion. alii Pterineon, alii Dasyclonon, alii Anasphoron, alii Blechnon siue Olachnō, alii Polyrizon, Prophetę Hermubain, Romani Filicem Fanariam. alii Laculam: alii Filicem, Ægyptii Sanguinem Asini hoc est Hæma Onu. Neq; caulem: neq; Florem habet. Nec semen. Folia mera sunt ex uno pediculo amplitudine cubitali oris incisis modo alarum expansa, odoreq; subgrauia. Radice in summa cute terræ nigra, oblonga Filices fundente complures, astrictiusculas gustu in montuosis & saxis. Radice pota quatuor drachmis in aqua mulsa tineas latas pellit. Melius cum Scamonii, aut Ellebori nigri obolis duobus, ut quibus datur: allium præsumant: lienem attenuat, Radix cum axungia potu & illitu uulneribus Sagitta factis est auxilio. probatissima talis est, ubi Arundo multa, Itemq; Pulegium multum coronet se peribit Filix.

THELYPTERIS DCCCV

t Helypteris, alii Nymphęam Pterin. Folio Filicis. Est autem non singulari pediculo ut illa: sed ramis pluribus, altioribusq; fruticans. radices longæ in obliquū multæ in flauo nigrantes. Aliquæ & rubentes. Hę quoq; In eclegmate eiiciunt tineas cum melle: sicut in uino drachmis tribus potæ lumbricos. sterilitatem feminis faciunt. grauidis: quę transgrediantur eas: abortum. Aridæ impersanabilibus: & iis quę in humido sunt ulceribus linuntur iumentorum quoq; ceruicibus. Folia eius: quę non pridem germinauerint: coquuntur cibo ut aluum emolliant.

POLYPODION DCCCVI

p Olypodion, alii Scolopendron, alii Pterin, alii Polyrizon, Romani Filiculam siue Filicularem: in petris nascens muscosis & sub truncis roborum syluestribus: palmi altitudine folio Filicis modice hirsuto & lateribus inciso: minus tamen tenuibus scissuris. Radix pilosa & acetabulis caua ceu Polyporum cirris: crassitudine digiti minimi. Intus coloris herbacei ex acerbo subdulcis purgandi habet naturam. Datur ad hoc cocta cum Gallinaceo uel Beta, uel pisce, uel Malua. Inspergitur arida in aquam mulsam: ut pituita bilisq; detrahatur. Eadem trita luxatis & rimis: quæ inter digitos fiunt: illinitur.

DRYOPTERIS DCCCVII

d Ryopteris, alii Pterion, alii Nyphæam pterin. In muscosis partibus uetustarum Quercuū nascitur Filici similis multo minoribus incisuris. radicibus per summa cespitum repentibus: hirsutis astricto gustu subdulcibus. Psilothrum hæc est: cum radicibus suis illita: donec euocet sudores: quibus comparentibus statim abluitur. Inuicemq; recens alia sublinitur.

GNECOS DCCCVIII

c Nicos Folio exit procero: diuiso: scabro: aculeato: caulibus cubiti: quibus in summis capitula Oliuę magnitudine. Flos Croci. Semen album & rubens angulosum, atq; longum: huius flore in obsoniis utuntur. Semen tunditur succo: qui ex aqua mulsa, uel Iure Gallinacei aluum trahit: sed stomacho est inutile. Faciunt & de succo eius coptaria (placentæ id genus est) molliendæ aluo Nitrum: Amygdalas & Anisum miscentes cum melle decocto: ante

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

cœnam sumendum quatriduo: magnitudine Nucis iuglandis duabus tribusue globulis. Temperatur uero ad hunc modum. Accipis Cnici albi sextarium & Amygdalæ Thasię, quę tosta expurgataq; sit, cyathos ternos: Anisi tantundem, ut Cnici: Aphronitri drachmam. Ficuum siccarum. xxx. Interiorem carnem. Ex omnibus his medicamentum illud componis. Coagulatur & succo seminis lac efficacius ita uolentibus aluum astrictam resoluere.

LINOZOSTIS DCCCIX

l Inozostis Arren, alii Argyros, alii Aritrilis, alii Chrysitis, Ægyptii Aphlopho. alii Hermu Basilion, Romani Herba Mercurialis mascula siue Tesseculata. Punici Asumes. Folium habet Ocymi ad similitudinem Helxines: sed minus. ramulos geniculis binis alis multis densisq; cauos. Semen feminę copiosum modo uuæ acinis dependens. Mari iuxta folia exiguum, Rotundum semper geminum Testiculorum modo annexum: Frutex latus palmi altitudine interdum & amplius crescit. Ventri soluendo utrunq; genus decoquitur oleris modo. Bilis & humor alui detrahit pota: in qua decoctæ sunt: aqua. Feminę folia si bibantur trita & a purgatione apponantur genitalibus: uidentur Feminę concipi: sin maris uirili sexu partus existere.

CYNIA DCCCX

c Ynia siue Cynocrambe hoc est Brassica canina, aliqui Linozostin masculam syluestrem. Punici Armae, alii Asumes Labon. Cauliculum habet duum palmorum. Folia herbæ Mercurialis aut hederæ subcandida ex interuallis. Semine apud folia paruo rotundo. Caules huius & folia in olus condita cient aluum. Decocturę aqua Bilem humoresq; trahit.

HELIOTROPION MAIVS DCCCXI

h Eliotropion maius, alii Scorpiuron, alii Heliostrophon: & Dialion: & Heliopoda & Scorpiocton & Sesamon agrion & Scorpiu Vram hoc est caudam Scorpionis. Scorpiuri nomen habet ab effigie animalis eius in flore sicut Heliotropii ab eo qđ cum declinatione solis folio circumagitur, quod illi Ocimo simile tributum est: tametsi pilosius amplius & candidius. Ramulis ab ima radice ternis quaternis & quinis: & quorum sinu alę complures exeunt. Flore a capitibus candido subrubente ceu caudę scorpionum inflexo. Radice tenui superuacua, solo crasso Nascitur. huius quantum sit fasciculus in aqua decoquitur ad pituitam: bilemq; detrahendam per aluum. Scorpionibus resistit: ex uino potum, & illitum. Adalligatur & ad conceptus arcendos. Seminis grana quatuor hora una ante accessionem pota ex uino quartanis prodesse dicũtur. tria uero Tertianis. Semen illitum Verrucas Formicasq; adimit. Thymos & Epinyctidas siccat. Folia Podagris: luxatis: Infantiũ distillationibus: quas Syriasin uocant efficaciter illinuntur. Eadem trita pellendis mensibus & partubus admouet

HELIOTROPION MINVS DCCCXII

h Eliotropion Minus: quod alio nomine Scorpiuron uocatur. Euenit in palustribus, secundumq; Lacus Foliis supradicti rotundioribus. Semine quoq; orbiculato dependenteq; ut uerruca. Herbam & semen qui bibunt ex aqua cum Nitro Hysopo Nasturtio, Tineas rotundas & latas eiiciunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

cum sale impositum extrahit uerrucas.

SCORPIOIDES DCCCXIII

s Corpioides Herbula est paucis foliis & paucis seminibus: quæ habet ad similitudinem Scorpionis Caudę. aduersus animal nominis sui illita Summe prodest.

DIOSCORIDIS FINIT LIBER IIII

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBENSIS DE MATERIA MEDICINÆ INCIPIT LIBER QVINTVS INTERPRETE HERMOLAO BARBARO PATRIARCHA AQVILEIENSI.

q Vatuor Libris: quos huic præposuimus Amantissime Areę: De Odoribus: Oleis: Vnguentis: Arboribus: Fructibus: Lachrymis: Aialibus: Melle: Lacte: Adipe: Cerealibus: Oleribus: Herbis: Radicib9, Liquamẽtis: Seminibus pfecta expositio ẽ. In hoc: q nobis Vniuersi huius operis finem complectitur, Genera Vini & Metallica persequimur Auspicio protinus a Vite sumpto.

VITIS SATIVA DCCCXIIII

u Itium, quæ Vinum ferant: Folio & Pampino capitis dolores tritis & illitis Inflammationesq; stomachi leniuntur cum polenta. Folium per se ardores eius impositum spissante ui refrigerat. Succus eorum Dysentericis potus medetur: Item sanguinem excreantibus & mulierum Defectionibus a conceptu. In eadem clauiculæ ipsę: quibus repunt uites: Dilutæ aqua potu prosunt. Lachryma uitium: quæ uelut Gummi concrescit in caudice pota e uino calculos pellit: psoras: lichenas: & lepras Nitro ante præparatas sanat. Eadem cum oleo sæpius pilis illitus psilothri effectum habet: maximeq; sanies ea: quam sarmenta uiridis accensæ uitis exudant: qua & Formicæ corporis tolluntur. cinis sarmentorum uinaceorumq; condylomatis sedis: quæ detracta sint: Itemq; Thymis medetur ex aceto: Item luxatis & a serpente percussis & lienis inflammationibus cum rosaceo & aceto & Ruta.

VITIS SYLVESTRIS DCCCXV

l Abruscæ alterum genus Vuas suas ad maturitatem non perducit: sed ad florem tantum promouet dictum Oenanthen: altera perficit paruis acinis & nigra & astringentis naturæ Vis huic eadem: quę satiuæ Folio Capreolis & caulibus.

VVÆ DCCCXVI

u Vę recentes aluum turbant, stomachum spiritu inflant. Innocentiores: quæ decerptę aliquandiu pependere. Qua uentilatione succo magna parte coercito etiam stomacho euadunt & appetentiam afferunt. laudaturq; uel ęgris in cibo. at quæ in uinaceis: aut in doliis seruantur & os & stoma-

chum excitant:sistuntq; aluos:sed uesicam caputq; tentant. Sanguinem excreantibus prosunt. similes his sunt:quæ in mustum conduntur: quæ uero in sappa uel passo fuere peiorem uim etiamnum habent ad stomachum infestandum. solent & cœlesti aqua seruari anteq̃ passæ fiant. ac minus quidem hæ iucundę sentiũtur exilitate succi uinosi:sed in febriũ siti:ardoribus, uetustateq; commendantur.

VINACEI DCCCXVII

u Inacei per se inflammationi, duritię, inflationibus mammarum triti cũ sale utiles sun. decoctura eorum Dysenterici, cœliaci, & profluuia mulierum iuuantur. potione insesione infusione.

NVCLEI ACINORVM DCCCXVIII

n Vclei acinorum astringendi uim obtinet:stomacho laudantur tosti tritiq; in uicem polentę cœliacis:dysentericis stomacho dissolutis tradunť.

VVA PASSA DCCCXIX

u Va passa spissandi habet effectum:sed candida maiorem. caro earum utilis tussibus:arteriæ:renibus:uesicę:dysenteriis per se commanducata cũ nucleis. ad pituitam oris siccandam cum farina Milii & Ordei atq; ouo fricta in Sartaginem melle addito commanducatur per se. item & cum pipere. testium epiphoris cum lomento & cumini farina illinitur. sanat trita & carbunculos, epinyctidas, fauos:articulorum putredines gangrenas cum ruta nucleis exẽptis imposita. podagris cum succo panacis medetur. unguium mobilibus illita uelociter eliberat.

VVA OENANTHE DCCCXX

o Enanthe uitis est syluestris uua cum floret. legitur hæc & in fictili non picato componitur. siccatur uero in umbra prius substrato linteo atq; ita Demum in cados conditur. laudatissima ex Syria, Cilicia, Phœnice astrictoria ui. proinde pota stomacho urinæq; utilis aluum eiectionesq; sanguinis sistit. Eadem arida stomacho acescenti & contra fastidia eius illinitur. capitis Doloribus infusione cum aceto & rosaceo uirens & sicca pręsidium est. uulneribus protinus cruentis illita inflammari ea non patitur. ad Ægylopas quoq; incipientes & ulcera in ore:uerendorumq; nomas cum melle:croco:myrrha & rosaceo teritur. Et in pessos contra sanguinis abundantias miscetur fluctionesq; oculorum. cum polenta uero imposita ex uino feruores stomachi restinguit. Eadem in testa carbonibus combusta medicamentis oculorum adiungitur. Probatur & ad Paronychia & ad pterygia & ad gingiuas recedentes a dentibus & cruentas ex melle.

OMPHACIVM DCCCXXI

o Mphacium succus est uuæ acidæ, hoc est nondum maturæ, nigrescentisue:qui e uite sit Thasia, aut Aminea. Exprimenda est huius melligo ante Canis ortum insolandaq; rubro in ære:quod linteolo adopertũ sit:Donec penitus cõcrescat:decutiendo assidue in subiectũ liquorẽ quicquid a lateribus ambitu cohęrescit. noctu a subdiuo refertur in tectum: qm̃ decidens ros crassescere humores prohibet. optima erit colore fuluo:friabilis:spissans abũde, mordensq; linguam. Fit & alio modo:cum succus decoquitur atq; ita densať. Sanat hic uitia tonsillarum & uuæ ulcera oris:gingiuas madentes:aurium puru-

lentas cum melle aut passo. Fistulas nomas & ulcera uetera cum aceto. clysteribus infusum prodest dysentericis & contra mulierum profluuia. oculorum quoq; claritati plurimum confert. scabritiæ genarum ulceribus angulorum. Datur uero sanguinem expuentibus recenti uitio & quod ex rupto intus aliquo acciderit. Frangere autem uehementiam eius aqua multa oportet & in usu exiguum præberi: quoniam insigniter comburat. Vis succo astrictoria omnino. prodest acor & stomacho dissoluto aut cibos nō perficiēte. pręgnātibus defectis a cōceptu ileūq; sentiētibus in pestilētia quoq; sorbitionum usu auxiliarem habere uim dicitur.

VINVM AN. DCCCXXII

u Inum annosum neruis & sensibus cęteris officiens q̄q̄ iocundum gustu, Damnatur Ægrotantibus: quibus aliquid affectum intus lacessitumue sit. Innocens sano si modicum & dilutum sumatur. Nouitium inflat: difficile coquitur. somnos graues facit. urinas pellit. Media ætas & hoc & illud incommodum uitabit. Ideoq; ad ualitudinem utramq; pertinet.

VINI QVALITAS DCCCXXIII

a Lbum uinum: læue: deiectu facile: stomachum excitat. Contra Nigrum pingue & peragi contumax est. Ebrietatem carnesq; alit. Rubrum ut colorem: ita & naturam inter illa mediam possedit. candidum utroq; statu corpori salubrius est & differentia in sapore: Dulci crassitudo maior & expiratio difficilior: stomacho spiritus facit: aluum & intestina musti modo turbat: sed parcius inebriat: uesicę neruisq; prodest. Austerum urinas uehementius molitur. Temulentiam & capitis dolores contrahit. Acerbum concoquendo cibo utilissimum. Item aluo continendę. rheumatismisq; aliis. Quod uero lene, tenerum atq; molle dicitur: minus infestat neruos: minusq; urinam ciet. Vinum marina aqua factum inutile stomacho est. Sitim committit. neruis nocet; uentri facile: ab infirmitate se colligentibus inimicum.

PASSVM ET VINVM PROTROPON SIVE CRETICVM SIVE PRAMNON DCCCXXIIII

u Inum quod ex uuis a decerptu sole adustis aut diutius in uite pręcoctis Exprimitur dulce: Creticum siue Protropon: siue Pramnion appellant: item quod musto decocto fit, & Serium ab aliis Epsema & Sapa dicitur: si nigra euadant: pinguia copiosiq; alimenti erunt. Si alba tenuiora. Si Heluola uarianaq; mediam uim utriusq; naturæ ferent. omnibus tamen uis astringendi cōtinendiq; adiunctam: Arteriæ Languidos ictus recreat: contra uenena omnia: quæ ulcerando perimunt: pro Remedio est ex oleo potum, redditumq; uomitionibus. Datur contra Meconium, Toxica, Lactis coagulationem, Cicutam, Renum, Vesiceq; Rosiones atq; Morsus. Alioquin inflationem & uitium Stomacho afferre solent. Nigrum priuatim fluctiones alui cohibet. Album molliendo eam efficacius est q̄ cætera.

VINVM GYPSATVM DCCCXXV

u Inum Gypsatum Neruos lacessit. Graue Capiti. Corpus accendit: uesicæ cōtrariū est. Aduersus tamen ue nena efficacissimū esse pręedicatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

VINVM PICATVM SIVE RESINATVM DCCCXXVI.

Inum picatum: Item resina, picea confectū Excalfaciunt: concoquūt
u Cauenda excreantibus sanguinem.

VINVM PARACHYTON DCCCXXVII

Inum quod Parachyton uocatur: cui Sapa misceatur, Caput implet:
u inebriat: flatusq; colligit: & inutile stomacho est.

PHALERNVM DCCCXXVIII

Inum Phalernum: cuius prima Nobilitas uidetur, Nascitur in Italia. ue
u tustate admodū sapit. Excitari eo uenas constat: & aluos liquidas astrin-
gi: stomachum iuuari: non prodesse tamen uesicę: obscuritatem oculo-
rum facere: polypos narium nutrire.

ALBANVM DCCCXXIX

Inum Albanum crassius q̃ phalernum. Dulce stomachum inflat: uen-
u trem mollit: concoctionem non perinde adiuuat: neruos minus lędit.
& huic austeritas uetustate quęritur.

CÆCVBVM DCCCXXX

Æcubum dulce callosius q̃ Albanum corpus alit. Colorem bonum fa-
c cit. Inutile concoctioni est.

SVRRENTINVM DCCCXXXI

Vrrentinum uehementer austerum est: Ideoq; Intestinorum & stomachi
s Rheumatismos compescit: minusq; caput tentat: quoniam tenuissimū
sit. Inueteratum stomacho utilius & iucundius efficitur.

ADRIANVM DCCCXXXII

Drianum & mamertinum in Sicilia genitum æquali sunt crassitudine:
a mediocriter spissandi habent naturam: citoq; ueterascunt. Minus offen
dunt ea neruos propter tenuitatem.

PRÆTVTIVM DCCCXXXIII

Rętutium & ipsum e sinu Adriatico infertur odoratum ac tenue: Ideo
p securius bibentes inebriat & grauedinem capitis molitur: diuq; utrūq;
semel incidentibus custodit.

HISTRIANVM DCCCXXXIIII

h Istrianum prætutio simile ad urinam efficacius.

CHIVM DCCCXXXV

Hium inter omnia tenerrimum idemq; alibile poculentumq; est: par-
c cius inebriat: Fluxiones coercet in medicamenta oculorum miscetur.

LESBIVM DCCCXXXVI

l Esbium celerius per urinam transit: leuius chio. aluum mollit.

EPHESIVM DCCCXXXVII

c Vm hoc similitudo uirium ephesio est: quod phygeliten uocant.

MESSOGITES DCCCXXXVIII

Essogites ex Asia & Tmolo monte compertum est capitis dolores fa-
m cere. Neruis obest.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

VINVM IN COMMVNE DCCCXXXIX

r Eliqua in commune dicentur. Vinum Meracum sincerumq; omne: cui austeritas sponte naturæ contigit, excalfacere habet: facile digeritur. stomachum recreat. appetentiam ciborum inuitat. Carnes alit. somnũ conciliat. uires: coloremq; nutrit. Copiosiore haustu ualet contra Cicutas coriandrum: pharicum: uiscum: spumam argenti: taxum: aconita: fungos: morsus & uulnera serpentium & omnia quę refrigerando nocent, aut stomachum redundare faciant. Item contra inflationum consuetudinem: præcordiorũq; rosiones & quorũ stomachus flacescat, dissolutusq; ac infirmus sit. Et si uẽter aut interanea Rheumatismũ sentiant. Sudatoribus & expauescẽtibus repẽte: Albũ maxime inueterascens & odoratum & dulce. Item uesicis & renibus. uulnera collectiones in humidis lanis mitigat impositum. Vtiliter & theriomata & phagedenę & rheumatismi ulcerum fouentur uino. Sanis: quæ mare non habeant candida & austera cõueniunt: in quem usum auctoritas prima Italicis: phalerno: surrentino Setino pluribus aliis: quę in Campania premũtur. Iam pręturiis ex mari supero. Mamertinis e Sicilia. Inter Græca palmam tribuimus chio: lesbio: phygelite: quod Ephesi nascitur. Stomacho minus utile est inflansq; pingue nigrũ, sed corpora magis alit. Tenue & austerum minus alit: magis stomachum iuuat. Admodum uetus candidum tenue urinas ualidius proritat: tantoq; magis capita tentat. Copiosius neruis infensum. Nec in nouitate, nec in nimia uetustate salubria sunt ualentibus: sed ętate media: quę Vinis a septimo fere anno incipit: modus dandi pro ętate sua cuiq;: pro temporum ratione. pro bibendi consuetudine. pro uini uehementia decernitur. Optima diffinitio ut sitienti demum bibatur ad desiderium modo redimendum, & uti cibus in sicco ne sit: sed modice potu madeat. Omnis Ebrietas pręsertim iugis, pernitiosa Corpori: quoniã nerui copioso uino diebus singulis obsessi manus dant, nihil ut sit ex acutis periculis: quod alia ęque res contrahat ac uinositas. Mediocri utiq; potu eius aliquot diebus maxime aquam miscentes iuuantur. Purgatis ita sensibus: extrahit enim ex alto quęcumq; sensibus impedimento sunt: & meatus ratione imperspicua & sine molestia resoluit. Cęterum superbibere oportet aquam: Ebrietatem quippe Occasione aliqua ualitudinis accidentem frigida exemplo discutiet.

VINVM OMPACITES DCCCXL

u Inum quod Omphacites uocatur priuatim in Lesbo fingitur. Vuę paulo ante maturitatem decerptæ etiamq; num Semiacerbę per triduum, aut quatriduum sole torrentur: donec acini passi fiant: rugasq; contrahant: Tum premuntur: dein Fictilibus Fideliis sole inueterãtur. Cõstringit hoc & stomacho utile est cibos nõ coquenti, dissolutoq;: defectionibus grauidarũ & ileo. Placere incipit ab annis pluribus: nõ aliter idoneo poculentoue usu eius.

VINVM DEVTERIA DCCCXLI

u Ina quæ deuterias uocamus, alii potia. Fiunt hoc modo. In uinaceos e qbus cados musti. xxx. expresseris: cadi aquę tres addunť. Tũ misceť: calcatur. Expressumq; ad tertias decoquiť. Deide in singulos cõgios mo-

di huius:qui remansit:Sextarios salis binos coniicimus.acta hyeme decapulatur
in fictilia.post annum utimur:quoniam breui exanimatur & superuacuum fit.Da
mus hoc ægris quibus Vini noxam timemus appetentia eorum sępenumero ur-
gente:Item iis:qui a longa ualitudine se recolligunt.

VINVM ADYNAMON DCCCLXII

Odem usu erit quod uocant Adynamon. Mustum ęqua portione aquæ
e molliter ferueat leni carbone.Donec mensura excoquatur aquæ.Deinde
Refrigeratum picato uase conditur.alii marinæ ex alto petitę, Itemq;
pluuiæ & mellis & musti omnium tantundem miscentes diffundunt, & in sole tor-
rent quadraginta diebus.Anno post ad eosdem effectus promitur.

VINVM NIGRVM E LAMBRVSCA DCCCLXIII

It e Labrusca uinum nigrum constrictorium natura:Rheumatismis al-
f ui & stomachi bibendum & omnibus:quę spissari & comprimi utile sit.

VINVM MELITITES DCCCLXIIII

Inum cui Melitites nomen est:Datur in febri uetusta debilibus stoma-
u cho:Quoniam uentrem molliter lenit:Vrinas mouet:stomachum pur-
gat.item Articulario morbo, uitiis renum:capitis infirmitate laboran-
tibus:Mulieribusq; uini Abstemiis:odoratũ enim & alibile est.Distat a mulso, qđ
illud e uino austero ac uetere addentes exiguum mellis temperant.Hoc e musto.
in quinq; congios austeri musti:congio mellis & salis cyatho inditis:Vas in quo
id fiat, amplitudine capaci quęritur ut locus feruenti & obid intumescenti suffici
at.Salis modus quē diximus paulatim inspergit':donec bulliat. simul uero ferue
re desiit:in Cados diffunditur.

OENOMELI DCCCLXV

Enomeli hoc est Mulsum ex uino austero annoso & Melle q̄ optimo Vti
o lissimum fit.minus hoc inflat & uelociter sidit.inueteratum corpora au-
get.Media ętate aluum urinasq; soluit. supersumpto cibis noxia contra
hitur.antecedens uero implet quidem, Sed auiditatem cibi commouet.Tempe-
ratur duobus cadis uini uno mellis adiuncto.Quidam ut compendium operæ fa
ciant, Cum uino mel decoquunt: Deinde ita in fictiles lagenas diffundunt.alii
parcentes impendio in sextarios musti feruentis sextarium mellis adiiciunt. cum
deferbuit:decapulant:Ita conditum dulcedinem continet.

MELICRATON DCCCLXVI

Elicraton hoc ē mel mixtum & aqua mulsa uim habet:quam & mulsum.
m Decoquitur iis quorum aluos molliri libeat:quomodo & iis:qui uenena
tum aliquid hauserint.Salutare est oleo addito uomitiones mouēdo. da
tur & corporis, animæq; exilibus decoctum.Itē in tussi pulmonũ uitiis, subitis ti
moribus.

HYDROMELI DCCCLXVII

Omponitur & aliud genus aquę mulsę:quod proprie Hydromeli appel
c lant.hoc ętate media secũdarii uini, & eius quod Adynamō uocauimus,
uicem implet recreandis ab ęgritudine longa uiribus. Proindeq; partē
aliquam inflãmatã habentes innocētius utuntur eo:q̄ lora.inueteratę tamē usum
feruorib9 strictisq; febribus dãnauere:sed stomacho laborãtib9 & defectę ciborũ
auiditati & repētinis quoq; pauorib9 laudãt.id fiet hoc genere.i unã partē mellis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

duas aquę cœlestis diu seruatę insonatæq; mittemus. Alii Fontanam præferunt & ad tertias decoquunt. Ita condentes.

APOMELI DCCCXLVIII

s Vnt qui & temperatum aqua mel fauis elutis Inter genera hydromelitos Enumerent: & Apomeli appellent: Ita seruantes. Hoc autem Meracius confici præcipiunt. Alii etiam decoquunt: quale cibo ægrotantiũ improbamus: propter Cheranthemi hoc est Sandaracę siue Rhitaces uim: quæ in fauorum inanitatibus seposita large aquam imbuit.

AQVÆ IN COMMVNE DCCCXLIX

a Quarum discrimina in cõmune difficilem habent tractatum: id quod & soli proprietate: per quod transit & cœli cõditione & sua cuiusq; corporatura prouenit: aliisq; rebus occasionibusq; non paucis. fere tamen saluberrima intelligitur: quę pura dulcisq; sit: & quę nullam omnino qualitatem recipiat: quæq; ne momento quidem Præcordiis insistat, sed molestia nulla transeat: nullam inflationem committens & quæ minime computrescat.

AQVA MARIS DCCCL

a Qua Maris excalfacit. Natura ei acris & contraria stomacho: Aluum turbat: pituitam trahit: calefacta fotu euellit & discutit tumores. Neruorum affectibus medetur. Item pernionum uitio ante ulcera. Farinæ Ordeacee malagmatis & emplastris discutientibus miscetur: Clysteribus quoq; in Exianitiones marinam infundunt tepefactam, ut in torminibus calidam. Pruritibus psoris lienum curationi: lendibus: mammis rigentibus fouendis probatur. Et liuentia reducit eadem ad colorem suffeructacta & saccis imposita. Quin & ad Ictus uenenatos salutaris intelligitur, quotiens tremores algoremq; afferunt respersis: præsertimq; scorpionum, phalangiorum, & aspidum: si quis in calidam eam Crebro descendat: diuturnam corporis maciem cachexiam uocatam corriget. Eadem neruis quoq; utiles balneas pręstabit. Aquam intercutem capitis dolores & aurium grauitatem feruentis uapor depellet. Repositæ uero q̃ sincerissimæ: Neuquid poculentæ in eas aquæ misceatur: nunq̃ putrescunt. Aliqui decoquunt eas primum: deinde sic inueterant. Dantur & purgationis causa per se & cum posca aut uino aut melle. Ad abolendam uero uredinem Ius gallinacei aut piscium post purgationem bibendum.

THALASSOMELI DCCCLI

p Vrgat Magnifice & quod Thalassomeli appellauerunt æquis portionibus mellis: imbris: maris quę percollata uase picato condantur. Æstate canis ortum secuta in sole habenda. Quidam cum maris decocti partibus duabus unam mellis mergentes Fictilibus condunt. Hoc & mitius & blandius q̃ marina usu euadit.

ACETVM DCCCLII

a Ceto refrigerandi & spissandi uis data: stomachum & appetentiam excitat: omnẽq; abundantiam sanguinis potu insessioneq; repercutit. Cibis incoctũ rheumatismos alui reprimit. In uelleribus humidis aut in spongia Impositũ sanguinẽ uulnerũ inflãmatiõesq; inhibet. Procidẽtiã sedis & uuluę cõstituit. Gingiuas sanat abscedentes, & sanguinẽ manãtes & nomas. Prodest &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Ignibus sacris: ulceribus quæ serpunt. Eodem Pterygia: lichenes. & lepræ curantur addito utiq; semper aliquo ex iis: quæ priuatim contra uitia ea pollent. ulcerum phagedænas: nomasq; sistit sępius fouendo. in quem modum & ad podagras sulfure adiecto utile est. Sugillata cum melle inunctum emendat. Capitis ardores cum rosaceo in spongia, uel lana succida refrigerat: Iuuantur Hydropici tarditates soni tinnitusq; aurium suffitu feruentis. Eodem instillato & uermes earum necantur. pani tepefacto fouentur aut in spongia perfunduntur. pruritus arcentur. Serpentium ictibus a quibus Refrigeratio infertur. Calidum fotu remedio est. Frigidum uero aculeatis e quibus uredo sequitur. Aduersus uenenata omnia propinatur calidum uomitionibus redhibendum. pręsertim contra Meconicum Cicutam, sanguinem conglobatum: lac in uentre concretum. Item ad Fungos ad uiscum ad Taxum sale adiecto: Hirundines haustas sorbitione pellit. Tussim ueterem placat. Gargarissatum distillationibus Faucium resistit. Anginis, Vuæ procidenti: Dentium dolori colluitur.

OXYMELI DCCCLIII

o Xymeli hoc est acetum mulsum. Temperatur aceti heminis. v. salis marini libra. Mellis. x. p. aquæ sextariis. v. una coctis decies deferuescente Cortina: Deinde refrigeratis, elutriatisq; atq; ita inueteratis. crassitudines detrahit potum: Ischiadicis, articularibus, morbis comitialibus prodest. Item contra serpentes: quos Sepas uocant: & contra Meconicum atq; Viscum & Anginas Gargarissatum.

OXALME DCCCLIIII

o Xalmen aceto & sale condunt. acetum salsum interpræetantur. Foueri ea Nomas & putrescentia proficiet. Canum quoq; morsum & ictus aculeatos. In sanguinis fluxione post excisos calculos excalefactam obiter infundimus: Item in sede procidua. Dysentericis. sentientibus Nomas clysteribus iniicitur: sed ita ut lac super infundatur. Eadem potest sorbtu gargarissatuq; sanguisugas necare: Furfures & ulcuscula capitis erumpentia discutere.

THYMOSALME DCCCLV

t Hymosalmen ueteres infirmis stomacho temperabant: Tres quatuorue cyathos eius aqua calida diluentes dantesq; iis: Item articulario morbo & inflationem sentientibus. Eadem & pituitas crassas nigrasq; detrahebant. paratur hac forma. Thymi triti acetabulum salis tantundem: Exiguum polentæ: Rutę: Pulegii coniicito in fictile: Dein heminas aquę sex. superinfundito: Aceti dimidium heminæ. postremo subdiuum efferto circundatum linteolo.

ACETVM SCILLITICVM DCCCLVI

a Cetum Scillinum ita facis: Scilla: quę sit alba: deligitur: huius crudæ direptis duris & extrinsecus positis omnibus tenerã medietatem perminutas partes Recidunt: & filo suspendunt ex interuallo, ne se contingant Segmẽta per dies. xl. In umbra donec assiccentur: deinde cum arida erunt, in aceti optimi. xii. sextarios merguntur: ut diebus septem patiaris esse sub sole obturatis diligenter uasis. post eum numerum dierum scilla eximitur: calcatur: abiicitur, acetum ipsum eliquatur transfuditur: reponitur. Quidam. p. Scillę in sex-

tarios aceti.v.demittunt. Alii repurgant quidem eas ut dixi tunicis: sed exarescere non permittunt: statimq; musteas ac recentes alias pari mensura coniiciunt in acetū & initio septimi mensis eximunt: hoc modo acrius & asperius illud conficiunt. Gingiuas labantes collutum astringit & firmat. Dentium mobiles sistit. Putrescentia in ore & odorem eius efficaciter reprehendit. Corroborat & Faucium callum iis qui studiosi uocis sunt: sorbitione ut sonus indidem contentus clarusq; reddatur. Prodest affectis stomacho: cibosq; non coquentibus: Item comitialibus melancholicis: uertiginosis: lapide percussis: uuluarū strangulationibus: tumidis lienibus: uitio coxendicum: recolligendis corporibus: ualitudinem utiq; coloremq; meliorem pręstat. Oculorum aciem obiter exacuit. Tarditatem quoq; aurium instillatione purgat, infusioneq;. Generatimq; ad omnia interanea laudatissimum: si non sit ulcus. Capitis doloribus: Neruis infirmis per singulos dies Ieiuno sorbēdū. Inter initia modice, processu copiosius paulatim modo crescente: idq; adusq; cyathū: q̄q̄ nō desunt: qui cyathos duos & eo amplius dari iubeant.

VINVM SCILLITICVM DCCCLVII

u Inum Scilliticum facimus sic. Consectam quatenuissime sicut indicauimus Scillam tenemus in sole donec inarescat: mox tundimus libram & tenui Cribello cernimus: religatamq; in Linteolo solutiore in musti optimi recentis sextarios.xx.mergimus. A spatio autem Trimestri exempta Vinum transfundimus & obligato accurate dolio reponimus. Potest & scilla recens in eundem usum uenire: si concisa in taleolas ut rapa duplicato modo in uinum addatur. Quod quidem tum demum probabitur cum Solem quadraginta Dierum acceperit: Inueteratumq; ualde fuerit. Hoc & alio more temperant. Scillam ad tria. P. Cōminutam & superfluis omnibus uelamentis purgatam demittunt in metretam italicum uini excellentis uase oblito sex mensibus: postea excollatum elutriant ita condentes. Vtile cruditatibus & quorum in stomacho cibus corrumpitur aut reiicitur. Crassitudines uentris & stomachi deiicit. Laudatur splenicis male habitis hydropicis arcuatis: urinam ęgre reddentibus: torminosis: inflationibus: paralyticis & algoribus diuturnis. Vertiginibus & conuulsis & mensibus feminarum. Idem minime neruis contrarium. Inueterato utilitas maior. Cauendum in febribus: exulceratisq; intus.

VINVM TETHALASSOMENON DCCCLVIII

u Ina mari Concinnantur pluribus modis. Alii Statim a uindemia mare admiscent. Alii sole prius uuas urunt: Ita Calcatis marinam inferunt. Quidam Vuas passas demum in cadis mari perfundunt: Deinde prælo subiiciunt: ita dulce perficientes. Quæ de iis generibus gustu austeriora existunt: si meliora desint: dantur in febri: uentrē subducunt, pura excreantibus medētur. Duritias alui discutiunt. Quęcumq; porro ex aminęis uuis fiunt: tentare caput dicuntur. Stomachum lędi iis: & spiritus contrahi certum.

VINVM FACTITIVM IN COME DCCCLIX

n Ec uero inutile arbitramur huic historię futurū: studiosis huius subscribere uarias rationes quibus ad medicinam uina condi soleant: Non q̄ frequenti usu modo habeantur: aut q̄ magnopere necessaria putemus: sed ne

Sed ne cui prætermissum aliquid indictumue hoc opere a nobis uideri possit:alio quin nonnulla statim eorum extra ostentationem sunt:& quę ipsi quoq; curiosita tis nostrę detractores promiscua & usitata esse confitendum habeāt. Qualia sunt quæ de cotoneis malis & piris & siliqua & baccis myrti constant.

VINVM CYDONITES DCCCLX

n Omen uino Cydonites:alii Melites:sic facito. Mala cotonea seminibus exeptis concidito ut Rapum solet. In cadum musti calabrum duodecim librę satis erūt. Hæ triginta diebus finito macerētur:ab ea fine diffundito atq; condito. astringendi habebit uim:stomacho proderit. dysentericos iuuabit. Iocinorum, renum, urinę difficultatibus feret pręsidium.

VINVM MELOMELI DCCCLXI

q Vod uero Melomeli & a quibusdam Cydonomeli dicitur, Constat malis cotoneis detracto Semine in copiosum mel coniectis ita ut integantur. Tenerum usu non nisi post annum:mulsi habens similitudinem Effectu rerum earum ex quibus componitur.

VINVM HYDROMELON DCCCLXII

e T quod Hydromelon appellatur:ex Melomelite supradicto fingitur. Duabus partibus aquæ decoctæ insolatęq; sub ortum caniculæ. Huius quoq; natura eadem est.

OMPHACOMELI DCCCLXIII

o Mphacomeli sic condunt:uuis districtis semi acerbis nec dum mutantibus colorem in sole triduano habitis:mox expressis ad tres partes succi una optimi & despumati mellis addita. huic in sole cadis inueterato uis comprimendi refrigerandiq; est. Ideo laborantibus stomacho aluinisq; laudatur. usus anniculo non ante.

VINVM APITES OVIAS MESPILITES:CERTEATITES DCCCLXIIII

u Inum Apites Cidonitæ modo conditur:e piris quę non admodum matura sint. Eadem ratione fit e siliquis & Sorbo & Mespilo. astringūt omnia hæc:acerba gustu:amica stomacho:rehumatismos intus oēs reprimunt.

VINVM OENANTHINVM DCCCLXV

f It e Labrusca hoc est uite syluestri:quod uocatur Oenanthinon. Flores eius cum optime olent:detracti arefiunt:Tum libris duabus in musti metretam per dies. xxx. merguntur. Collatur hoc deinde, atq; ita reponit. imbecillitatibus stomachi & reuocandis auiditatibus cibi cœliacis, dysentericis probatur.

VINVM RHOITES DCCCLXVI

u Inum de malis granatis Rhoites nominatur:constat e punicis:quæ matura sint:& quibus lignosus nucleus absit:quæ Apyrena diximus uocari expresso acinis succo & reposito, siue ad partes tertias decocto. fluxionibus interaneorum & Febribus solutis utile est. Stomacho etiam commendabile:aluo citæ:urinis difficilibus.

VINVM RHODITES DCCCLXVII

u Inum Rhodites hoc est Rosaceū. Rosis arentibus tusis libra una in linteoloq; demissis in sextarios uicenos musti post mensem tertium percol-

latur: transfunditur: conditur. stomacho & concoctionibus iuuandis: si non sit febris, post cibos imbibitur. idem in aluo madida & dysentericis datur.

RHODOMELI DCCCLXVIII

Liqui de succo rosarum & melle conficiunt: quod Rhodomeli appellãt:
a Arteriæ asperitatibus utile.

VINUM MYRTITES DCCCLXIX

Inum Myrtiten: qui facere uolunt. granis myrti nigris quę iam tũ emar
u cuerint: confractis per fiscos liquamen exprimimus & diffundimus. quidam in tertiam decoquunt: alii adurunt in sole baccas anteq̃ prematur: mox sextarios duos myrti baccarum quæ tusæ sint in aquæ tribus heminis totidemq; uini ueteris macerant: postea exprimentes & ita seruantes: abunde astrictoria ui & stomachũ titubantẽ iuuãte: cuius & rheumatismos discutit & alui fluorẽ. exulcerata quoq; intus & omnẽ proluuiẽ emendat. capillum capitis nigrat.

VINUM MYRSINITES DCCCLXX

Iffert ab hoc quod Myrsinites uocatur. Ramalia nigræ myrti cum fo-
d liis suis & Baccis. x. libris tusa in tribus congiis musti deferuere faciunt: donec duo aut semis supersit. Eliquatum subinde laguncul̃is reponitur ad manantia in capite ulcera. Furfures, eruptiones, gingiuas tonsillas aurium pura: sudationes.

VINUM SCHININON DCCCLXXI

u Inũ Schininõ siue lentiscinũ pari forma qua supradictũ mox: cõponit.

VINUM TEREBINTHINUM DCCCLXXII

Ino quoq;, qđ Terebinthinũ uocãt fingẽdo similis ratio. capiũtur rami
u Fructibus suis. Natura huic & ante significato: spissandi & Stomachũ excitandi: Fluxionesq; eius: interaneorum: uesicę: abundantias sanguinis inhibendi. ulceribus quidem fluidis omnibus ad cicatricem trahendam fouẽtur. sedis & uuluę: rheumatismos insessione constituunt.

VINUM PHOENICITES SIVE PALMEUM DCCCLXXIII

Inum Palmeum quod & Phœniciten uocant, Paratur hoc exẽplo e Pal-
u mis. maturas ex iis: quas uocant Chydæas hoc est fusaneas in seriola cõponito: quæ fundum pertusum habeat communitoq; os harundinibus picatis. Foramine obturato lino: tribus aquæ congiis in sextarios uiginti datis: aut si dulce id esse admodum: non libeat: congios quinos aquæ infundis: nec ante decimum diem uase aperto. postea linteum & harundinem fundo eximis: & Vinũ quod indidem pingue ac dulce profluit: cadis exceptum reponis: Iocundum gustu: sed dolores capitis facit. Rheumatismos quidem propter astringendi uim cohibet: eoq; stomachicis: cœliacis: sanguinem excreantibus prodest. Aliqui tantundem aquæ iterato adiiciunt: Idq; tertium quartum: quintumq; faciunt: quod Demum acescit.

VINUM CATORCHITES SIVE SYCITES DCCCLXXIIII

Inum Catorchites siue ut alii nominant Sycites in Cypro ut palmeũ
u fit. Differentia una qđ pro aqua tantundem diluti uinaceorum: qui nouissime sint expressi: adhibent. In hoc aridæ ficus leguntur: quas Cheli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

donias siue Phœniceas uocant. Nigræ autem sunt & modo quo palmas diximus immerguntur. post dies. x. liquor excipitur iterumq; & tertio eadem uinaceorum aqua portione simili perfunditur paliterq; per interualla quarto & quinto: quod & acidum fit. Eoq; aceti uice utuntur. tenue hoc euadit: inflationi & stomacho inutile. Fastidium gignit cibos appetendi: sed aluo: urinæ. mensibus facile. Dapsilẽ quoq; copiam lactis inuehit: sed sanguinem uitiat. Elephantiasq; gignit, ut Zytum Pelusiacum: Quidam lagunculas fictiles senas eius: sextariis. x. Salis inueterant: alii Salsilaginis lagena: Quod ita paratum sit, uitiari negant: uentri soluendo idoneum fore promittentes: alii Thymum & Feniculum fundo substernunt. Deinde Ficus disponunt: idq; alterius statuminibus: Donec ad fauces uasis series & Vices illæ perueniant.

VINVM SYCOMORITES DCCCLXXV

e X Fico item Ægyptia faciendi uini ratio eadẽ cõstat: Idq; Acetum exit præcellens asperitate: inualidis scilicet uiribus ad custodiendã Liquoris dulcedinẽ.

VINVM RETHINITES DCCCLXXVI

u Inum Rethinites. uulgare prouinciis omnibus est. Resina mustum condere: sed frequentissimum Galatię: Quoniam uina ci fere acescunt: uuis propter cœli algorem nunq̃ maturescentibus: nisi Resina larigna medicentur. Tunditur cum cortice Resina & in singulas fictiles lagunculas dimidium heminæ confunditur: Sed alii: ubi deferbuit eximunt resinam & percollant: Alii Resinam relinquunt. inueterata hęc efficiuntur iocunda: sed caput infestant. Dolores & Vertigines ciendo: coctionem utiq; urinasq; adiuuant. Distillationibus & tussibus medentur: cœliacos: dysentericos: aquas intercutes: affluentias feminarum coercent. in alto exulceratis infusione pręsidium afferunt: in hoc genere id quod nigrum est: magis constringit, q̃ album.

VINVM STROBILITES DCCCLXXVII

u Inum Strobilites sic fit. Nuclei Pinei recentes musto merguntur: inde uinum exprimitur: præstans ea: quæ Resinatum. aut si nuclei musto madidi etiam sint decocti. utile tabescentibus abundanter potum.

E CEDRO: CVPRESSO: LAVRO: PICEA: IVNIPERO: ABIETE DCCCLXXVIII

u Ina e Cedro: Iunipero: Cupresso: Picea: Lauro: Abiete peraguntur ad eũdem modum. ligna nouissi e cęsa: cum fructus emittitur: assulatim cõminuunt & in sole aut igni aut balnearum tepore continent: ut simul ac desudarint in congium uini libram eorum addant & rutabulo peragitent: Nec ante menses duos loco moueant. postea elutriantes, in solemq; conferentes reponunt. uasa, quod semel dictum sit, in uino fictitio ad fauces usq; sunt implẽda: quoniam relicta inanitate uertitur in acetum. uina medicata inimica ualentibus sunt. Excalfaciunt omnia hæc: urinasq; pellunt. aluum uero supprimũt. Laurinum impensius excalfacit. solet & e fructu maioris Cedri selibra eius tusa in congium musti diebus quadraginta in sole contineri: postea eliquari. Decapulatumq; ita condi. Nam & quod ex Baccis Iuniperi constituitur: Cedritæ appellato effectibus simile est. De Cedrite mox dicemus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

VINVM CEDRITES DCCCLXXIX

u Inum Cedrites ita conflatur. cedriam aqua dulci perfundimus & singulas fidelias uno cyatho colluimus. ita musto uasa complentur. excalfactoria & huic natura: extenuatoriaq;. tussibus diutinis bibitur: si absint febres. uitia pectoris, laterumq;: item tormina: ulcera in aluo & interaneis discutit. Excreationibus purulentis: mulieribus uuluę causariis: hydropicis: animalibus uentris: horroribus: bestiarumq; ictibus medetur: Serpentes necat: Aurium Dolores instillatum Sanat.

VINVM PISSITES DCCCLXXX

u Inum Pissites constat Pice liquida, & musto ipsa Pix lauatur ante mari aut salsugine diutius, quoad candida existat & mare purum effluat. Deinde madescit aqua dulci & in octo congios musti uncia eius sextansue additur. ita sinunt inferueat & consistat: postea transferunt. usus ei excalfacere: concoquere: abstergere ac purgare. incōmoda pectoris tollere. alui: iocinorum lienis: uuluæ. dum Febris non sit: curare. longinquis fluxionibus occurrere. ulceribus profundis: Tussibus: tarditati concoctionum: inflationi: Suspiriis prodesse. luxata utiq; melius in lana humida imposito eo redire in artus existimantur.

VINVM ABSINTHITES DCCCLXXXI

u Ini: quod Absinthiten dicūt: uaria compositio est. aliis in. xxxx. Et octo sextariis musti e cadis italicis: libram Absinthii Pontici decoquentibus: ad Tertias: Deinde aceti sextarios octo & selibram scoparum Absinthii probe miscentibus: mox diffundentibus & ubi constiterit: collantibus. aliis Absinthii tusi. p. Per linteum solutum in singulos cados indentibus: Deinde mustum cadi mensura infundentibus: non ante menses duos uase mutando. Quidam Absinthii uncias ternas: Quaternasue Nardi Syriaci: Cynamomi: Casiæ: Iunci rotundi: Calami odorati. Palmæ: Abietis: singulorum uncias binas in metretam musti deiiciunt: Tundendo ea mortariis obligandoq;. Post spatium uero Bimestre, aut Trimestre collo emissum Transfundunt & seruant. aliqui in metretam musti coniiciunt: Nardi Gallici quatuordecim Denarios & Absinthi. xxxx. Nonnulli sextariis uicenis musti libram Absinthii madefaciunt: Sextantemq; miscent Resinæ Piceę: quæ sit arida: & post dies decem eliquatum diffundunt. Proficit stomacho, urinę, sero deiicientibus cibum: iocinori, arcuatis: Renibus: stomacho laboranti: nec cibos appetēti: aut si præcordia diu tenta fuerint. item aduersus inflationes: tineas rotundas: Tarditatem mensium. contra uiscum quoq; sumi præcipitur q̄ largissimum obiterq; reddi uomitionibus.

VINVM HYSSOPITES DCCCLXXXII

u Inum Hyssopites e Cilicio Hyssopo laudatissimū: Fit quomodo Absinthites libra tusi cum foliis in cadum musti coniecta Inuolucro rari linteoli cum pondusculo ut sidat. post dies uero. xxxx. collatur: atq; transfertur. Salutare ad uitia pectoris: laterum: pulmonis: tusses antiquas: suspiria: urinas: tormina: febrium frigora: quæ reciprocent. feminas purgat.

VINVM CHAMÆDRYTES DCCCLXXXIII

u Inum Chamædrytes: ex herba Trixagine fit ut Hyssopites. Calefacit dissoluit. conuulsionibus: morbo regio: inflationibus uuluæ: concoctionibus tardis: hydropicis incipiétib9 cōuenit. Inueteratū melius euadit.

VINVM STOECHADITES DCCCLXXXIIII

u Inum Stoechaditen in senos congios libra Stoechadis condiunt. hoc crassitudines: flatusq; discutit. Dolores lateris & neruorū; Itē pfrictiones recurat. comitialibus cū Pyretro & Sagapeno efficaciter damus.

ACETVM STOECHADITES DCCCLXXXV

a Cetum quoq; de Stoechade faciunt: ad ea: quę diximus macerantes in aceto herbam modo quo expositum est. in eadem utile.

VINVM CESTRITES DCCCLXXXVI

u Inum Cestrites e Betonica herba: quam Cestron Psychotrophon uocauimus fit. carpitur maturo turgida semine: simulq; cum ramis suis libra in congios uini duos confertur: post septimum mensem eximitur. Vinū in lagenas confunditur. multas habet utilitates ad uitia: quę intus sentiūtur tāq̄ & frutex ipse per se. hoc & in omni alio ficticio indicatum sit. Proinde qui naturas rerum: ex quibus quæq; fiunt: cognouerit: Futurum est ut potestates etiam eorum: quæ de iis constant: facile perspectas & exploratas habeat: sed quod generaliter dixerim; uinum carentibus febre dandum. Ex Betonica faciunt & Acetum: quo aduersus morbos eosdem utimur.

VINVM TRAGORIGANITES DCCCLXXXII

a D uinum Tragoriganiten Q uatuor drachmas Tragorigani herbæ in sextarios quatuor musti demittunt: prȩligatas in linteolo mensibus tribus: postea in aliud uas depletum inueterāt ad tormina: inflationes: rupta: conuulsa: laterum dolores: spiritus discurrentes: concoctionem difficilem.

VINVM BVNIONITES DCCCLXXXVIII

u Ino Bunionitȩ tundimus napos drachmis duabus in quatuor musti heminas. cætera superioribus similia. utile stomacho laborantibus. Item ab armorum equitatusq; lassitudine.

VINVM DICTAMNITES DCCCLXXXIX

u Inum Dictamnites sic fit: Denarius Dictamni octo heminis musti perluitur. Fastidia stomachi eleuat. secundas mensesq; trahit.

VINVM PRASIITES DCCCLXXXX

u Inum Prasiites e Marrubio statu eius uegetissimo foliorū sextariis quatuor in metretam musti suffriatis. reliqua cum prioribus sunt paria. confert ad desideria pectoris & ad quęcunq; Marrubium.

VINVM THYMITES DCCCLXXXXI

u Inum Thymites hoc modo. tunditur Thymum & cribro excussum unciis centum mergitur in linteolo singulis musti cadis. Cibum ægre perficientibus; appetentiæ in cibis inter mortuæ; Neruorum & pręcordiorum doloribus prodest. Item aduersus Hybernos algores & ictus aculeatos; e quibus Refrigeratio & Erosio proueniat.

VINVM THYMBRITES DCCCLXXXXII

Inum Thymbrites ſimili modo & effectu: quo Thymites e ſatureia eſt.

VINVM ORIGANITES DCCCLXXXXIII

Inum Origaniten ex Cunila Gallinacea faciunt eadem Forma & Natu-
u ra: qua Thymitẽ. CALAMINTHITES: GLECHONITES: ABROTONITES DCCCLXXXXIIII

Ina Calaminthites: Glechonites: Abrotonites: e Calamintha: Pulegio
u & Abrotono ratione: qua Thymites e Thymo. Bibuntur ſtomachicis. interſtinctis auiditatibus: & morbo regio: quia pellunt urinas.

VINVM CONYZITES DCCCLXXXXV

Inum Conyzites e Cunilagine fit eodem modo. inter Vina efficaciſ-
u ſimum contra ſerpentes.

VINVM AROMATITES DCCCLXXXXVI

Inum Aromatites e Palma fit & Aſpalatho & calamo Odorato & Nar-
u do celtico omnibus tritis ſingulorum ſextariis duobus paſſo maceratis Deinde in offas grandiuſculas coactis: Demumqꝫ in muſti auſteri ſextarios duodenos deſectis obturato. xxxx. Diebus uaſe: Quibus exactis diffunditur eliquatum & conditur. Apud alios calami Drachmis octo Phu drachmis. vii. Nardi ſyriaci drachmis. vi. Caſſiæ octo. croci. iiii. Amomi. v. Aſari. iiii. Omnibus perfriatis & in linteolo in metretam Vini deiectis: hoc feruere permittunt: inde transſfundunt. uitia pectotis: laterum: pulmonis: urinę difficultates: horrores & menſium moras corrigit. Datur & per niuem ituris & qui craſſitudines ſub inde pariunt: bibendum. Eodem colorem quoqꝫ meliorem præſtari conſtat: ſomnumqꝫ allici. ueſicæ dolores & renum per quietem leniri.

VINVM AROMATITES ALIVD DCCCLXXXXVII

T illud genus uini factitium eſt: quod eodem nomine Aromatiten uo-
e cant. ad Diſtillationes Pituitæ: cruditates: Tuſſes: inflationes ſtomachi Diſſolutiones utile. Quod ſic componitur. Myrrhæ Denarios. ii. Piperis candidi. i. Iridis. vi. Aniſi. iii. Fortiter ſuffriant: Deligantqꝫ in linteolo: & ſextariis Senis uini diluunt. poſt tertium Diem effundunt. inambulaſſe oportet: anteq̃ bibatur. Æquum eſt meraca potione cyathum dari.

VINVM NECTARITES DCCCLXXXXVIII

Inum Nectarites ab Helenio habet nomen: quam alii Medicam, alii
u Symphitin, alii Phlomon Idęam, alii Horeſtion, alii Nectarion uocant Radice huius ſicca fit ponderis quinqꝫ denariorum in congios muſti ſex addita ſimiliter in linteo. Deinde a Menſibus tribus diffunditur. Valebit ad Stomachum: Pectus: Vrinas.

VINVM NARDITES DCCCLXXXXIX

Inum Nardites conficitur Nardo Syriaca & Gallica & Malabathro
u utriuſqꝫ ſingulorum ſelibris in congios muſti binos coniectis. hoc poſt duos mẽſes ꝑcolãt. Vini huius cyathũ tribꝰ aquę miſceri ſat eſt. renibꝰ morbo regio. iocinoribꝰ, urinę difficili, diſcoloribꝰ ſtomacho laborãtibꝰ ꝯpetit. alii Acori unciã unã: aut duas nardi gallici tris in cados muſti ſingulos decernũt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

VINVM ASARITES DCCCC

Inum Asarites. Vnciæ Asari tres musti heminæ duodecim quæruntur.
u Cętera ut in reliquis. Vrinam laxabit. Hydropicis conueniet: suffusis felle: Iocinorum & coxendicum morbis.

VINVM EX SYLVESTRI NARDO DCCCCI

Ardo quoq; syluestri coalescit Vinum. Radicem eius Recentem con-
n tritam & cribratam ponderis unciarum octo macerant in musti cōgio duobus mēsibus Epaticis, stillicidiis urinæ, inflationibus, stomachicis.

VINVM DAVCITES DCCCCII

Inum Daucites. Gallicę pastinacæ Radicem curiose tundimus & ex ea
u Semissem in Gadum musti similiter damus. Abinde transfundimus in difficultates pectoris, uuluę, præcordiorumq;. Deuocat & menstrua. Ructus mouet urinasq;. Tussibus, conuulsis, ruptis medetur.

VINVM ELELISPHACITES DCCCCIII

Inum Elelisphacites & Saluiatum uocatur: Saluię unciis octonis am-
u phoram uini condimus: Neruorum, uesicæ, laterum morbis, Sanguinē reddentibus, Tussibus, itē ad rupta, incussa, conuulsa, menses astrictos.

VINVM PANACITES DCCCCIIII

Inum Panacites. Panacis uncię octo in congium musti deduntur, mox
u translato ut cętera. Vsus ad conuulsa Rupta, defracta, Orthopnoeas. Digerit crassitudines lienis. Bibitur & Torminibus & propter Ischiadas & seris perfectionibus cibi, mensibus, partubus trahendis, aquæ intercuti, a Serpente percussis.

VINVM ACORITES ET GLYCYRRHIZITES DCCCCV

Omina uinis acorites & Glycyrrhizites: Ex acoro illud fit. Hoc e Ra-
n dice, quę dulcis uocatur. Vtriusq; uncias octo in congiis sex demittunt tribus mēsibus cōsudēt: ita elutriantes. Conferūt lateri, pectori, urinę.

VINVM SELENITES SIVE APIATVM DCCCCVI

Inum Selenites ex apii semine Recenti cum tempestiuum est cribrato.
u Vncias nouē linteolo inclusas musti cado mergimus: appetentiā excitat: stomacho & urina uexatis opitulatur, halitū quoq; oris cōmendās.

VINVM MARATHRITES: ANETHITES: PETROSELENITES DCCCCVII

Ina Marathrites & Anethites & Petroselinites ex feniculo, anetho, pe-
u troselino coagmentantur similiter eosdemq; usus præstant.

VINVM HALOSANTHITES DCCCCVIII

Olet & de Salis flore uinum componi purgationis causa efficacius etiā
s num q̄ mari conditum: sed guttur Renesq; lędit item uesicas, & stomachum: eoq; & ualentium & ęgrotantium usu damnant.

VINVM PHTHORION DCCCCIX

Inum Phthorion dictum q; abortus committat partusq; perimat: Ve-
u ratro aut anguino Cucumere, aut Scamonea circa uites satis: Ita uin-

demiis naturam earum rerum in se trahentibus: Vinum noxę quam diximus premitur: antecessisse uomitiones debent Ieiunæ: Deinde Cyathi octo diluti eius præberi.

VINVM CHAMÆLAITES DCCCCX

u Inum chamælaites fit e chamælæa herba cum floret. Ramos & folium perfriando cernendoq; in congium musti decem Denariorum pondere addito: nec ante menses duos uase relicto: post transfunditur. Suffusos aqua epaticos lassitudinē sentientes: purgationē a partu difficilem corrigit.

VINVM CHAMÆPITYITES DCCCCXI

u Inum Chamæpityites eodē modo & natura exit ex abiga, urinas pellit.

VINVM MANDRAGORITES DCCCCXII

u Inum Mandragoriten ita construis. Cortex radicis exciditur & selibra in cadum musti suspenditur. Post tertium Mensem diffunditur. Media potio dimidium heminæ: sed ante q̃ sumatur prægustandum est passum portione dupla. Heminam eius additam in congium uini aiunt somnum & uertigines facere. Cyathum uero in sextarium coniectæ mortem quoq; repræsentare. Moderato utiq; usu molestias transmittit quiete allecta: distillationes pituitę tenuioris ad crassitudinē reuocat: in quod olfactorio infusione potuq; utile est.

VINVM HELLEBORITES DCCCCXIII

u Inum Helleborites. In cōgium musti marina aqua facti, Veratrū nigrū duodecim denariis perterunt in linteolo candido conuoluentes: postea cum bullierit: transfundunt: & in congios maris quindenos, quatuordenosue suffriant. Post aliquot dies collo emittunt in lagenas. Vtuntur ad aluum soluendam Cyatho cum aqua: sed e balneis uomitionibus a Cœna præcedentibus. Apud alios Veratri drachmæ.xx. Lentisci.xii. Spicæ Syriacę.xiii. Incernuntur: & in Linteo deligata heminis uini Coi quatuordecim macerantur.xxxx. Diebus. Deinde percolati huius Semi heminam propinant. Aliqui cado musti Marinam ex alto Sumptam decoctamq; sextariis.xii. Helleborum candidum. P.i. Semis In dies .xi. confundunt: deinde sacco effusum usibus promunt. Est & illa forma.xii. Drachmas ueratri.iiii. Aphronitri. duodecim heminis musti quindecim diebus pati combibant. Mox eliquato post sex menses uti. Facit abortum Infantibus. Non deest & alius modus uuas sole Tostas in cadum musti congerunt. (Cum cadum hoc est metretam dico: decem congios intelligo) Gypsum drachmis uigenis addentes, ut biduum consudent. In hoc Veratri nigri drachmas.xxx. Totidem Lentisci. Totidem Calami: Iuniperi Semissem choenicis & quadrantem. Myrrhę atq; croci utriusq; drachmam in linteo quadraginta diebus suspendunt. Ab eo tempore in lagenas excollant. Hoc tribus heminis aut duabus ministrant dilutum. Purgat a partu & abortu feminas. Extrahit uero infantes, uuluarumq; desideriis & strangulatibus succurrit.

VINVM SCAMONITES DCCCCXIIII

u Inum Scamonites e Radice Scamonii quindecim Denariis messibus effossa & congio musti uno. In quo usu trita in linteum triginta dies Relinquitur. Aluum trahit, bilemq;, ac pituitam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

CADMIA DCCCCXV

C Admia e Cypri fornacibus optima: quę botryitis cognominatur. Debet esse densa: mediocriter ponderosa: magisq; uergens ad leuitatem Specie Racemosa, collore fauillarum extra: Intus cinereo ęrugineoq;. Proxima bonitas foris ceruleę, intus albenti & onychitæ uenis simili. Tales e uenis metallorum ueteribus fodiuntur. Tertia est quę dicitur placodes cingentibus maculis uaria & ab eo argumento a quibusdam Zonitis appellata. Aliud genus ostracitis uocatur: gracilis, nigra cute, terrosa siue testacea. Deterrimam omnium candidam putant. Oculorum medicamentis prima & secunda co͞ueniunt. In emplastra cęterę & ad sicca medicamenta utiliores, & ad Cicatrices trahendas: In quę maxime prodest Cypria. Damnāt e Macedonia, Thracia: Hispaniaq; inuectas. Cadmię effectus spissare: caua explere: sordida purgare. Humores ex ulceribus manantes siccare, margines ducere, carnium excrescentes arcere, sicut ea: quę cacoethe appellantur, cicatricibus includere: Fit autem cadmia ex ęre in caminos coniecto: fuligine flammis egesta: fornaciumq; Cameris ac Lateribus adhęrescente. Ipsas uero fornaces ferreas capacissimasq; construūt Acestidas ab ipsis uocatas coeuntibus culmis ad continendum ea: quæ illuc ex ęre ignium ui sublata ueniant. Hęc magis magisq; in horas superuentu iugi se agglomerant atq; concorporant, Ita modo una eius species, modo duę, modo cunctę generantur. Sed e pyrite item Lapide cremato, quem in Cypro monte solis imminente reperiunt, Cadmiam officinæ faciunt. In eodem uero monte inueniuntur ceu uenę quędam & cingula Mysios Sorios Chalcitios: Melanterię cerulei chrysocollę chalcanthi Diphrygeos. Quidam tradunt in metallis etiam lapideis cadmiam nasci, similitudine Lapidis cuiusdam per q̄ proxima decepti: qualis apud Cumas inuentus est, qui nullo usu medicinam instruunt. Deprehenduntur autem omnes, ꝙ minus ponderosi q̄ cadmia sunt, ꝙq; nulla peregrini gustus offensione commanducantur. Sed dentibus stuporem tantum afferunt. Admota uero linguæ cadmia commanducari nullo modo potest. Est & alia distinctio ꝙ Cadmia in acetum districa & siccata in sole coit: quod non euenit in Lapide. Interest & illud ꝙ Lapis tritus & in ignem impositus resilit. Fumumq; ignibus similem attollit. Cadmia pertinaciter desistit: uaporemq; luteum & ærosum baltei uersicoloris modo reddit. Est & ibi discrimen ꝙ Lapis flammatus ubi refrixit colorem demutat: minusq; pendit. Cadmia neutro modo euariat, nisi quis eam continuis diebus usserit. Ac fit quidem cadmia etiam in argenti fornacibus candidior ac minus ponderosa: sed nequaq̄ comparanda ęrariæ. Iterum a medicis Cadmia comburitur carbone cōdita: atq; ubi cœperit conspici, ampullasq; facere, ut ferri Scoria extinguitur uino Amineo: quę ad emplastra præparatur: quæ uero ad psoras aceto. Quidam ita decoctam & in uino pertritam in ollis crudis urunt secundo donec cocta pumicis modo fistulet. Rursum in uino terunt: & tertio decoquunt: Donec perfecte redeat in Cinerem, & nulla scabritia supersit: hac spodii uice utuntur. Lauant in Mortario tritam, mutantq; aquas, Identidem quoaddum nullę sordes compareant: Fluanturq; omnes Nubeculę: Ita in offas depsita reponitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

POMPHOLYX ET SPODION DCCCCXVI

P Ompholyx & Spodios specie tantum distant. Nullum discrimen in genere habent. Spodios nigrior: ponderosiorq; est parte plurima festucarum & capillorum & terræ plena: tanq̃ purgamentum quoddã & euerritio fornacium. Pompholyx contra pinguis & candida inuenitur tam leuis ut possit efflari. Huius duo genera sunt. Alterum Aeri simile; leuiter oleosum: Alteri candor insignis & leuitas. Candida porro fit Pompholyx. Si cum æs coquitur aut perficitur; operarii Cadmiam tritam crebro inspergant & congerant: quod quidem fieri assueuit: quotiens meliorem Cadmiam facere collibeat. Nam Fuligo: quæ inde candidissima sustollitur: in Pompholygem se cõuertit. Non solum uero ex ęre usto Pompholyges creantur & conualescunt: sed e cadmia quoq; ipsa per se follibus flata hoc modo. In domuncula: quę duplex tectum habeat: Fornacem duplici quoq; Tecto exædificant: deinde culmen fornacis extimum atq; summum excidunt modice: apertura supernis partibus commissa. Tum paries ipse: qui proximus est fornaci: foramini tenui confoditur ad ipsum usq;. Pręfurnium uidelicet ut conceptaculum sit flatibus. adiiciunt Fenestellam breuem quidem illam: sed in qua egressurus & ingressurus minister sine incommodo uersari possit huic Domui cellulam cõnectunt: in qua folles & flator munus suũ obeat. Omnibus paratis carbones in fornacem coniectos accendunt. Tum qui operi assistunt Cadmiam spargunt probe comminutam e locis qui super caput infurnibuli patescunt. Idem facit e plano alius sub manu obiter Congerendo prunas atq; sumministrando: usq; dum absoluatur Modus omnis: quẽ initio statuissent. Absumpta igitur materia omni: ut quicq; leuissimum atq; tenuissimũ in ea fuit: Ita in superiorem Domum se contulit; circa parietesq; ac camerę curuaturã uidebitur hęsisse; Corpulentior natura: quæ partium accessione crassiorum coaluit: Initio bullantiũ aquarũ modo ampullis extuberat. Sed processu Copia crescente glomusculis uellerũ similis efficitur. At quę ponderosissima omniũ est; in solo considit: circunfunditq; se partim fornacibus: partim pauimentis Domunculę. Quod quidem & deterrimũ genus existimatur: propter uim terrosam & immunditiarum squalorẽ: quas contrahi uerrendo eam colligendoq; oportet. Quidam hoc uno tantum modo spondion supradictam existere putarunt. Præfertur omnibus Cypria: quę aceto cõfusa odorem & halitum ęris pręstet: coloremq; picis modice referat: & si tangatur lingua: saporem coeni horridum pręsentet. Eadem in carbone ardenti composita: si non sit mutata: colore accepto ęris: supernatat. Omnia hęc quasi decretaria & certissima sincerę signa sunt: studioseq; spectant. Quoniã fraus in una ea multiplex cõmittitur. Alii Glutine Taurino: Alii Agninis: Alii marinis Pulmonibus. Alii grossulis crematis & similibus plerisq; uitiant. Sed discerniculum in promptu: quia ubi adulterium erit: nullum experimentum ex iis: quæ prodidimus: sequetur. Dantur & sua Pompholygis lauandæ pręcepta. Ergo hanc in linteolo candido mediocriter soluto acceptam siue Arentem siue Aqua Madidam in Catillo aquæ cœlestis mergimus: eamq; iactatu Crebro lintei; nunc huc nunc illuc distracti probe colluimus. Ita enim Collatitię partes eius & sapidę transibunt. Fecosæ uero & cenulentæ mansita-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

bunt: Mox tempore dato ut sidat: aquam ipsam & cinerem decollare opus est. Deinde aqua sæpius mutata cõtribulataq; linteis effundimus: idq; tam diu quoad harenulę desinant subcerni. Postremum aqua separata puluerem siccatum recõdimus: Deinde quod effluxit: innatans uasi & spumosum mytulis obiter excipimus: & in testam nouam referimus. Quod autem consedit, molliter & ociose tollimus, & in altera capide seponimus. Recrementa: quæ fundo hęserunt: harenacea relinquimus. Iterum subsidere patiuntur terrosa. Mox in aliud uas nitidũ excollamus: & hoc sæpe donec purum exarenatumq; cernatur. Alii protinus collectum uti est cum sordibus suis totus: aquæ paulatim respersum cõmittunt rati harenas & lapidosam in eo naturam nutu suo & pondere descensuram ad ima uasis: pilos uero & Floccos: cæteraq; id genus leuitate sua in sublime abitura. Ita sincerum nobis exemptum iri puluerem: qui sponte sua mediam regionem occupaturus in ipso uase sit: lauari quoq; in mortario ut cadmiam iubentes: sed uino chio mari facto: magis enim astrictorium cuadere ita q̃ aqua elutum. Pompholygi natura densandi refrigerandi: explendi: purgandi: conglutinandi: & quadantenus siccandi. Eadem leuiter incrustat. Si uero torrere libeat: frianda prius erit in aqua & in orbiculos diuidenda: qui fictili nouo componantur. Tum hoc in tenui & leui carbone collocato: pastillos sępius uersari oportebit: donec rubẽtes sicciq; reddantur. Illud noscendum, spodion, & in auri & in argenti fornacibus fieri & optimam de plumbo utiq; post cypriam.

ANTISPODION DCCCCXVII

q Voniam uero multa quoq; alia sunt: quæ uicem spodii satis impleant, adeo ut interim quoq; uincant effectibus: Necessarium est, & quę nam sint ea: & qua ratione in eum usum accõmodentur: ostendere. Igitur folia myrti cum floribus suis & baccis etiamnum uiridibus immaturisq; uruntur fornace in ollã crudã coniecta operculo Argilla circũlito, quod ei foraminibus crebris confossum esse debet: continẽturq; ita donec figlina percoquatur. Mox in Fictile nouum transferunt, & fornaci reddunt. Et ubi eodem modo percoctum est, Eximunt, lauant utuntur. Eadem ratio & in thaleis oliuę urendis seruabitur. Cęterum ex oleastro quęruntur maxime. Sin desint: succedunt ex olea satiua cũ floribus defractę. Veniunt & cotonea mala in eundem usum concisa, exossataq; item gallæ, tantundem quoq; faciunt ex crassis linteis, item ex moris immaturis id est candidis & in sole usq; ad Ariditatẽ siccatis. Taurini quoq; glutinis & uellerum humidorum scabrorũq; cinerem probant quæ pice prius melleue perfuderint. Omnia hęc ut similiter polleant spodio a medicis sunt inuenta.

ÆS VSTVM DCCCCXVIII

a Es crematum probatur quod rubens fit. Quodq; speciem minii attritu referat. Nigritia in eo argumentum est plus iusto exusti. E nauium clauis dissolutarum paratur. Componuntur ii fictilibus crudis sulfure & Sale aspersi æquo pondere, uicibusq; obliti. Exinde uas operculo inclusum & figulari luto circũlitũ mittitur in caminos donec percoquatur. Quidam sulfuris loco atq; salis alumine statuminant. Apud nõnullos clauus sine Sale ac Sulfure

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

in olla cõtinuis diebus uritur. Sunt qui sulfur tantum adhibeãt. Sed quod ita fit: oppletur fuligine atro. Aliis claui alumine scissili sulfure acetoq; additis perunguntur: & in cruda olla torrentur. Adsunt & qui æneo in uase aceto eos perfundant. Ita demum urentes: quo facto iterum perfundunt: atq; hoc in tertiam uicẽ tuentur. Mox reponunt. Cõmendatissimum: quod Ægyptii concremant apud Memphin. Proximum e fornacibus Cypri. Astringit, exiccat: comprimit: attenuat: extrahit: purgat ulcera & cicatricibus cludit. Offensantia oculos discutit: excrescentias consumit. Pascentia ulcerum sistit: Vomitiones ciet ex aqua mulsa potum, linctũue, aut postremo inunctum. Lauatur ut cadmia quater die aquis mutatis, donec splendor omnis aboleatur.

SCORIA ÆRIS DCCCCXIX

TRecrementum ęris scoriam uocatum simili modo lauãt: eodem effe
e ctu: sed minore q̃ æs.

FLOS ÆRIS DCCCCXX

Lorẽ Æris quẽ aliqui ueterũ clauorũ psegma hoc est Resegmẽ uocant,
f Optimũ fatẽtur: qui sit friabilis & colore ruffo cũ teritur Milii forma, breuẽ, põderosumq; & modice explẽdescẽtẽ gustu spissante. pręterea sine scobe ęris, qua fere adulterat᷑. Depræhẽdit᷑ dẽtibus: qm̃ Scobs frẽdẽtiũ cõpressu dilatatur. Flos æris in officinis ęrariis fit iã liquato ære & in cortinas suas p colla fistularum pertinentium effuso. Pręministri uero: quibus coinquinamẽta eius secernere studium est: sincerissimam aquam superinfundunt, Refrigerandi quidem illi proposito. Sed ęs subito illo algore densatum atq; contractum uelut exspuit: erumpitq; illud: quod appellari florem diximus: & huic natura stringendi reprimendiq; carnium superflua. Caligines oculorum exterit ui efficaciter mordaci: Crassitudines egerit quatuor obolis datus. Vitia nariũ carnosa detrahit. Papulas sedis in uino cohibet. Ad grauitates auriũ diutinas cãdidus teritur. Per siphunculosq; in eas flatu impellitur: uuam quoq; ac Tõsillas cum melle applicatus coercet.

SQVAMA ÆRIS DCCCCXXI

Quama æris duplici genere habetur. Alterum ex Cypriis clauis decus-
s sæ: quę crassior & melior est: Elitis dicta hoc est clauaris. Alterum ex ęre promiscuo alboq; derasę: quę deterior tenuis infirmaq; est: pindeq; improbata. Pinguis & Ruffa pręfertur, & quę aceto sparsa contrahat ęruginem. Spissandi & cohibẽdi habet uim. Nomas arcendi ui septica, cicatrices trahendi. Pota ex melle mixto excernit aquas, quidam cum polline illinunt: deuorandumq; ita præbent. Additur & in medicinas, quę ad oculos pręparãtur. Fluctiones enim eorum desiccat, & scabritiem genarum collęuat. Lauantur uero squamæ hoc modo. Arefactas purgant: selibrãq; aqua perlucida in mortario soluentes manu sedulo contribulant, donec subsidat squama. Tũ exempto sedimine, simul quoq; aqua eiecta cyathum cœlestis effundunt, manusq; latitudine in mortario ualide confricant, ceu resiccantes extergentesq; protinus uero q̃ emittere quẽdam lentorem cœperint. Tum paulatim aquam infundunt usq; ad cyathos senos, identidemq; perfricant, & exceptam manibus squamam lateribus mortarii fortiter elidunt, atteruntq;. Postea exprimitur & quod indidem effluxit, confertur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

fertur in pixidem rubri æris. hoc ita curatum uelut flos est squamæ pollens effecti bus præcipuumq; ad collyria oculorum. Reliqua portio uiribus imbecilla est. qđ autem remansit lauatur ut supra emungiturq; assidue, q̃ diu létoré illũ desinat excernere. reliquũ adoperiũt linteo: nec ante biduũ mutãt. tũ uero innatãté aquã eximũt: siccatũq; in pixidé cõdunt. alii & hanc lauant ut cadmiam & reponunt.

SQVAMA ALTERA HOC EST STOMOMA DCCCCXXII

s Quamæ porro est alterum genus quod uocant Stomoma, ingenio suæ prædictę, lotura quoq; similis: quod eodem modo custodiunt, utiq; aluo purgandę. squama ęris efficacior q̃ stomoma est.

ÆRVGO RASILIS DCCCCXXIII

æ Ruginem rasilem facies pluribus modis. primo in cadum aut aliud simile uas acetum peracre fundes: subinde in eo uas ęreũ locabis: si fieri potest, cõcameratum: sin minus planum: quod quidem & probe extersum et sine aliquo spiramento sit requiritur. Decimo die operculum cado eximes & ęruginem decuties. alius modus est ut squamam ex eodem ære in cado super acetum suspendas ita, ne cõtingat. totidemq; post dies corradas. alii uinaceis recentibus & acescentibus massam ęris, aut squamam contegunt unam pluresue, ac similiter operantur: aliqui delimatam æris scobem, aut recisamenta æris coronarii: quibus lemnisci & aurea folia circũdatis dependent, aceto spargunt, uersantq; spathis ter aut quater die: donec in ærugiuem absumpta conuertaãur. tradunt ęruginem eandem fieri & in cypriorum metallis: tum ex lapidibus quibusdam e quibus æs coquitur: tum uero ex quodam specu stillantem ęstuosissimis diebus ortu canicularum. priorem pauxillam & optimam censeri: quoniam lapidoso admodum sit coalitu. Adulterant uero æruginem aliis multis: sed pręcipue secuturis. Quidã enim pumice, alii marmore: alii atramento sutorio. Experimentum eius: quę pumice aut marmore sit mutata. pollicem sinistrę aqua madefacimus & cum altero partem acceptam æruginis atterimus. Quicquid in ea sinceri continebitur: remollescet: diffundetq; sese. pumicis strigmenta itemq; marmoris rigebunt: neq; subigi patientur: & si diutius affrices: neq; desit aspergo: prodentur etiamnum candore. Deprehenduntur & dente. nam quæ uitiata non sit: ocius moletur: dabitq; manus: neq; stridebit asperitas in frendédo: quod pumicata faciet, marmorataq;. atramétum uero coarguetur ignibus. Ærugo enim in batillum ferreũ aut testam cineris feruentis: itemq; in carbones collata: quæ mixta atramento sit rubescet: quoniam atramentum colorem eum naturæ suę proprietate refert cum uritur.

ÆRVGO SCOLECIA DCCCCXXIIII

æ Ruginis uero eius. quam Scoleca & Scoleciam: quasi uermem aut uermiculatam uocauimus, Duplex ratio habetur. altera enim fossilis est. altera ingenii: quam ita pręparant. in mortario cyprii ęris pistillum ex eadem materia conditum habente confundunt aceti albi & asperi dimidium heminę: teruntq; sedulo: quatenus tenerescat & strigmenti modo coeat. tum aluminis rotundi denarium & salis fossilis perlucidi, aut marini: qui candidissimus firmusq; sit: tantundem: sin nitri par pondus coniiciunt in acetum: fricantq; in sole

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

non nisi calidissimis circa ortum canem diebus q̃diu colorem ęruginis capiat. Hoc est uiridis & lentosa lubricitas fiat. Deinde in uermiculos Rhodiacis similes diuidunt ac recondunt. efficacior & colore prestantior redditur : si duæ partes q̃ fuere aceti : urinæ pueri misceãtur. In cæteris ratio eadem obseruetur. Quidam æruginem quæ ab sua perfectione deciderit : in Gũmi rasile additam digerunt in pastillos ut ueneat. Sed talis pretereunda est : quoniam praua.

ÆRVGO AVRIFICVM DCCCCXXV

Abent & fusores auri suam æruginem : temperantes eam mortario & pi-
h stillo cyprii æris & urina pueri impubis auro ferruminando & agglutinando necessariam. Omnes ęrugines proportione respondent ęri combusto : nisi qđ uiribus superant. illud scire oportet scoleciam fossilem omnibus p̃ferri : proxime rasilem. ultimo loco esse, quam parari arte docuimus : q̃q̃ mordendo astringẽdoq; plus habet uiriũ tertia q̃ priores. aurificũ ęrugo quę & Sãterna dicitur utilitate qua rasilis cẽsetur. ratio æruginis in medicina spissare : calfacere, cicatrices oculorum exterere : attenuareq;, lachrymas trahere. Nomas arcere. uulnera ne inflammentur placare : cum oleo uero & cera cicatrices ulceribus obducere. decocta in melle callos & sordida ulcerum purgat. cum Hammoniaco in fistulas pro collyrio adacta ipsas & callum earum corrodit. prodest & ad pustulas gingiuarum : extuberationesq; : genarum quoq; uitia nauiter extenuat : si cum melle inungatur : sed protinus abluenda erit pennicillis ex aqua feruenti. Eadem in resinam terebinthinam cum ære uel nitro collecta lepras tollit.

ÆRVGO VSTA DCCCCXXVI

Rugo quam uri collibeat : in partes frangitur minutissimas & in sartagi-
æ ne fictili carbone ardẽti rudiculis uersatur : donec mutare incipiat & colorẽ accipere quasi cineris & fauillæ. ab eo refrigerat' & cõdit' ꝓmenda cũ poscit'. alii in fictilibus crudis urũt ut supra. nec tñ eũdẽ colorẽ usq; quaq; reddit cremata.

ÆRVGO FERRI DCCCCXXVII

Erri ęrugo id est rubigo astringit. affluentiis mulierum resistit : potu qui-
f dem conceptum feminis prohibet : cum aceto illita ignibus sacris & pustulis medetur. utuntur & contra paronychia digitorum & reduuias & ad scabritias genarum & condylomata efficaciter : gingiuas quoq; stabilit podagras illita mitigat. alopecias pilare cogit.

FERRVM DCCCCXXVIII

Errum accensum igni deinde uino restinctum uel aqua. potu cœliacis cõ-
f uenit dysentericis : splenicis : cholericis : stomacho dissoluto.

SCORIA FERRI DCCCCXXVIIII

Coria ferri potest quę rubigo eius. Minor effectu : peculiariter aduersus
s Aconitum cum aceto mulso datur bibenda.

PLVMBVM ELVTVM DCCCCXXX

Otura plumbo ita queritur. in mortariis plũbeis pistillo plumbeo addi-
l ta aqua teritur : donec nigrescat : lutulentaq; fiat. aut crassescat. postea per linteolum excollatur aqua continuo affusa : ut quicquid solutum est ex eo facilius effluat : Idq; sæpius dum satis esse lauãtibus uideatur. tum quod elu-

tum est: plumbum ut considat: relinquitur. mox aqua priore fusa: nouam immittunt, lauantq; ut cadmiam: donec nigritia non supernatet. Tum in pastillos coctum reponitur. Quidam scobem plumbi puri lima quæsitam in mortario lapideo terunt pistillo lapideo, aut etiam manibus cum aqua sub manum paulisper infundentes quæ nigratur. Hanc ut sidat relictam effundunt statimq; diuidũt in pastillos. Nã quod diutius fricatur: cerussæ fit simile. aliqui plumbo limato molibdęnam hoc est plumbaginem modice admiscent, meliorescere arbitrantes quod ita sit elutum. potest refrigerare: astringere: glutinare: mollire. Item contra inanitates fluitionesq; oculorum: & ulcerum excrescentia: Eodem inhiberi & sanguiné constat. ad sedis ulcera: condylomata: hæmorrohidas, cum rosaceo efficax probatur. Item ad uulnera quę cicatricem difficile contrahant. In uniuersumq; ad omnia: quibus utile Spodium est, pręterq̃ qđ ulcera non marginat.

PLVMBVM SINCERVM ET CREMATVM DCCCCXXXI

PLumbum sincerum scorpionis marini & draconis ictibus confricatum medetur. Est & plumbo usus ad hunc modum cremato. In minutissimas laminas defectum noua patina componitur: Deinde oblinitur sulfure: mox recisamenta plumbi alia superponuntur: & iterum sulfur inspergitur: alterno uidelicet instratu: donec patina tota impleatur: Deinde succenditur: simulq; inflammatum est, uersatur rude ferrea, q̃diu perfecte mutetur in cinerem: nihilq; interueniat e plumbi natura non exustum: ac munienda quidem erunt in eo opere foramina: quoniam alitus plumbi noxius sentiatur & pestilens. alii elimatam plumbi scobem cum sulfure in patinis coquunt. alii Brateas pusillas in fictili crudo ut dictum est urunt in caminis aut super craticulas ponentes operculo quidem luto: sed rimula spiraminis modici relicta. aliqui cerussam miscent pro sulfure aut ordeum. Quidam sinceras squamas aceto mersas in igne habent uersantes ualide uericulis ferreis usq; dum liquor incinerescat. Est autem coctio hęc perdifficilis, diutiusq; ita exustum plumbum colorem trahit spumę argenti simillimum. prima ratio urendi nobis probatur. Tum lauari oportet ut cadmiam: Deinde seruari. Eosdemq; effectus habet: quos plumbum elutum: sed acriores.

SCORIA PLVMBI DCCCCXXXII

SCoria plumbi optima: quę speciem habet Cerussæ: dẽsa nec fragilis sine reliquiis plumbi: & quæ ad luteum maxime colorem accedat: non sine uitri similitudine. Huic eadem ratio profectus quæ plumbo usto dumtaxat astringẽtior. Lauatur in mortariis aqua & quod supernatat luteo colore deiicitur: Idq; sæpius donec recrementum omne sumptitetur. Tum ut subsidat relictam aqua affusa diuidimus in orbiculos.

LAPIS PLVMBARIVS DCCCCXXXIII

LApis quoq; plumbarius: qui Molibdoides uocatur eisdẽ utilitatibus medicinam instruit: quibus scoria: nec lauandi ratio dissimilis.

STIMMI DCCCCXXXIIII

STimmi pręstantius, quo nitentius: fulgoreq; radiantius: & cum friatur dehiscens in crustas: terreno sordibusq; carens & fragile. Hoc alii Stibiũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

alii Platyophthalmen: alii Labarson: alii Gynęceon: alii Chalcidonion uocauere. uis eius glutinatoria. Frigerat & astringit. sistens & excrescentia: cicatricesq; ducens. Sordes & ulcera oculorum purgat. Sanguinem mẽbrana cerebri profluentem inhibet: prorsusq; usti plumbi effectibus pollet. priuatim ambustis crustas obduci non patitur: perunctis cum adipe recenti: & si qua eas traxerint: ad cicatricem perducit cũ cera & pauxillo cerussę. uritur autem circumlitum adipe in prunasq; conditum, donec pingue in carbones mutetur: exemptum deinde mulieris lacte: quæ marem enixa fuerit, aut infusione uini ueteris extinguitur. Quamobrem in carbone positum accenditur follibus. Vltra si quis urat commeabit in Plumbum: Lauant uero quemadmodum Cadmiam atq; Æs. Aliqui Scoriæ Plumbi modo.

MOLIBDÆNA DCCCCXXXV

m Olibdæna commendatur: quę speciem Spumę Argenti pręferat: Fulua quadantenus nitens & splendida: & cum teritur Ruffescens: cocta cum oleo iocinoris colorem trahit. Damnatur æreì coloris aut plumbosi: adhęrescit & auri & argenti fornacibus. Est & genus aliud fossilis circa Sebastiam Corycumq; inuentæ: probanturq; ex iis minime retrimentis & Scorię similes, minimeq; lapidosæ. Flauentes & nitidæ. usus ad quę argenti spumæ: ac plumbi scoriæ. coquuntur lauanturq; eodem modo. Efficaciores ĩ Liparas & Emplastra: quæ non alligantur. carnes alendi & ad cicatricem perducendi natura. Ferruminibus utiq; inhabiles misceri.

SCORIA ARGENTI DCCCCXXXVI

s Coria uero argenti: quam priuatim uocant Helcysma: potentiam habet: quam Molibdæna. Eo additur in emplastris fuscis & cicatricibus glutinandis astrictorii ordinis extractoriiq;.

SPVMA ARGENTI DCCCCXXXVII

l Ithargyri hoc est Spumæ argenti genera perhibentur multa: unũ ex Harena fit Molibdite cognominata. in fornacibus contenta usq; dũ prorsus ardeat. Alterum ex argento: postremum e plumbo probatissima est Attica. Secunda Hispaniensis. post eas censentur quæ Cumis & in campania & Sicilia & Puteolis & Baiis feruntur: quibus in locis plurima e laminis plumbi succensis paratur. Quæ flaua nitensq; fit: chrysitis uocatur. Optima hęc est. quæ uero in Sicilia gignitur: Argyritis: Sicut ex argento facta calauritis. Vis eius astringere: inanitates explere: supercrescentia tollere: cicatrices inducere: frigerare: ferruminare. uris eam tubulis ad magnitudinem iuglãdium confractis: in pruna flatu accendis ut conflagret. Tum immunditie cinerum & carbonum extersis reconditur. Quidam aceto aut uino restinguunt: uruntq; ter: postea reponunt. Modus lauandi quem cadmię reddidimus. ut uero candor ei detur, Argyritin si haberi potest: Sin minus alteram speciẽ Fabę magnitudine confractam choenicis Atticę mensura, & in fictile nouum coniectam addentes Tritici candidi tantundem, priuatimq; ordei pugillo in linteo raro ab ansula fictilis religatam coqui iubent ex aqua, donec Ordeum purgetur, deglubaturq;: Deinde in craterem amplioris & nouum trãsfusam Tritico abiecto lauari aqua, Simulq; uiolenter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

fricari manibus, postea exemptam siccatamq; in mortario Thebaico teri. Tum aquam infundi calidam usq; dum tabescat: mox aqua collo emissa Iterum teri die tota: & cum aduesperascit, calidam aquam ingeri: qua postridie eus die mane saccis emissa nouam infundi, atq; id die ter fieri: obseruationemq; hanc in diem at tineri septimum: postea salem addi fossilem in libram spumę denariis quinque. Iterumq; teri ex aqua calida percollando & abluendo ter die. Vt uero candorem accepit, calida perfundi sæpius, donec salsilago abierit tota: Demum in sole acerrimo eiecta prius aspergine, adsiccatam reponi. Sin alius modus quæratur, librã Argyritidis diligenter terendam in nouo fictili addito sale trito fossili partibus tribus: tum aquam indendam ut integat & singulis diebus uersandam matutinis pomeridianisq; temporibus iniiciendo aquam nec priorem fundẽdo: Fieriq; hoc diebus. xxx. Alioquin non peragitata coiret Silicis duritia. Post eum numerum dierum salsugine omni leniter separata: spumam in mortario Thebaico subigendam esse. Tum relatam in fictile addita aqua manibus strenue commoueri debere mutatis sæpe aquis, donec sale uicto dulcescat. Formatam ita in orbiculos recondi pyxide plumbea: alii confractam perinde in magnitudinem Fabę inclusamq; suillo uentri crudo in aqua coquunt: Donec uiscus amiciens absumatur exemptamq; terunt cum sale pari mensura & quemadmodum diximus, abluunt. Nec non libra salis tantundemq; spumę teritur in sole cum aqua: quæ mutari sæpius debeat: Donec fiat: qui spumæ quæritur candor. Aut sic Spumę quantum collibeat, In candida lana conuoluito & in fictili nouo compositam coquito addita aqua & Fabis nouis impurgatisq; quantum pugno quis prehendat. Simul uero & Fabas purgari, & lanam fatiscere contigerit: Spumam eximito & in alio uellere iterum coquito, cyathum aquæ adiiciens & Fabarum priorem mẽsuram. Idemq; & Tertium facito in plenumq; totiens donec lanam non denigret: quod superest: in mortarium terito & in Denarios. xxx. Spumę. libram salis fossilis adiungito: Tum ex interuallo nitri perquam candidi ex aqua diluti Denarios. xxxxvii. Rursumq; tertio: Donec spuma inalbescat. Hanc in fictile oris lati depleto aqua copiose affusa, & ut consistat, dimissã tempore: Mox foras collato: Nouam iniicito: & manibus probe uersato & spatiolum, ut considat: Relinquito. Omnia hæc sępius alternis uicibus nouato, usq; adeodum aqua ualde pura & dulcis & sine sale defluat. Tandem in patinam fictilem nouam Transfundito humoremq; omnem ociose ac molliter percollans siccato in sole Diebus. xxxx. Calidissimis æstatis sub emersum Canis. Tum habilis usu redditur. Opera eius: quæ lauata sit ad collyria & litum, ad muliebrium cicatricum fœditates tollendas & cutem in facie laciniatam, pãnosamq; ac macularum plenam.

CERVSSAM DCCCCXXXVIII

Erussa fiet hoc modo: Psimmithium uocant. aceto q̃ asperimo in cadum ampli oris aut i utriculum fictilem cõiecto: laterem plumbeum super os uasis suspendunt, subiecta prius tegete arundinea & Tegumento super imposito, ne quod aceto spiramentum supersit: donec appensa res soluta distillansq; decidat. Tum quod supernatat, purum ac liquidum excollatur. Id autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

quod crassitudinem Strigmenti habet: In alterum uas translatum siccatur in sole: arefactumq; manualibus molis subigitur, aut alio genere comminuitur & cribratur. Idem & tertio & quarto fieri necesse est. prima cribratura sequentibus præfertur oculorum medicamentis & quotiens id factum est leuatur bonitas pro numero. alii uase medio lignum suspendunt: in eoq; derasum plumbo quod uocant Rhypon hoc est Situm imponunt, ita ne acetum contingat: Deinde obturant & linunt os uasis: quo post aliquot dies aperto introspiciunt. ecquid dissoluta sit materia ea: quod ubi est factum: Rationem in cæteris: quam supra significauimus sequuntur. Sed si pastillos facere libeat: acetum miscere oportet atq; ita diuidere siccandos in sole: omniaq; hęc si æstas sit: quo tempore & pręcipuus candor & bonitas corrogatur Cerussę. Si uero Hyems super uaporaria & Balneas cados ponimus: Quoniam qui inde feruens halitus attollitur, uicem Solis calore suo pręber. Rhodi optimam: Item Corinthi & Lacedæmone conficiunt. proximam Puteolis. Torretur autem Cerussa in hũc modum. In noua testa Cerussa trita prunis ardentibus imponitur: sæpius agitatur: Donec colorem quasi fauillę accipiat: Mox exemptam refrigeras & uteris. Est & modus urendi alius in patinis nouis super carbones uericulis ferulaceis miscendo usq; dum ruffescat & Sandaracæ similis fiat: Deinde reponitur: quæ ita sit cocta Sandyx a quibusdam uocatur: Eluitur Cerussa ritu Cadmiæ. Refrigerat, agglutinat, emollit, replet, attenuat. Excrescentias leniter repercutit. In cerato & lipara & pastillis cicatrices lita trahit. Inter læta les & ipsa potus.

CHRYSOCOLLA DCCCCXXXIX

Hrysocolla laudatissima in Armenia: quę colorem herbæ segetis læte ui-
e rentis q̃ simillimum reddat. In Macedonia secunda: mox Cypro. Huius quoq; quę pura sit: præferunt: terrosam, lapidosamq; improbantes. lauatur hoc modo. Tusa in mortario ex aqua teritur manu lata & ualide affricatur lateribus: Deinde ubi constitit: faccis effunditur: & aqua mutata iterum teritur: Idq; per uices donec pura & sincera euadat. Demum siccata sole reponitur promenda usu. Quod si urenda sit: molitum ex ea quantum sit satis: Imponitur patinis super prunas & reliqua eodem exemplo: quo in supradictis: seruantur. ualet cicatrices exterere: Carnosa uitia erodere: perpurgare: astringere: concalfacere, Moliter exedere cum quodam profectu mordendi. Concitat Vomitiones: Veneniq; Noxiam obtinet.

ARMENIVM DCCCCL

Rmenium lapidem probamus: læuem: cęruleum q̃ planissimum sine are-
a nis friabilem. pollet ad quę chrysocolla: sed deficitur uiribus. Ad pilos utiq; alendos in palpebris natura fertili cognoscitur.

CERVLEVM DCCCCLI

Eruleus lapis in Cypro ex ærariis metallis Foditur. Largius id ex arena
e litorali. Quibusdam in specubus mari cauatis inuenitur: quod & antepo nunt omnibus. Probatur uero saturatum uehementer colore, nominis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

sui.uritur ut Chalcitis.lauatur ut Cadmia.uis eius in medicina ut reprimat: deuratq; leniter; præterea margines faciat & exulceret.

INDICVM DCCCCXLII

i Ndicum atramentum Sponte nascitur Apportatum ex India: ceu quidam pullulus Harundinum. sed alterum genus eius est Tincturis aptum quod ex flore fit purpuræ: qui adhærescit & Innatat æreis Cortinis. Hunc infectores attractum siccant. Signa optimi Species Cerulea: cremor & læuor. Reponitur inter ea: per quę astrictio modica requiritur & quę Tumores, collectionesq; rumpunt & quibus siccantur reprimunturq; ulcera.

OCHRA DCCCCXLIII

o Chram eligimus minimi ponderis luteo colore per totum: saturatamq; eo impense, Lapidibus carentem. Natura friabili: Natione atticam. Vrimus quoq; hanc & Lauamus ut Cadmiam, Spissat: exest: Tubera inflammationesq; dissipat. Excrescere carnes prohibet. Inanites farcit. Vesicæ tofos comminuit.

CINNABARI DCCCCXLIIII

c Innabarin qui putant idem cum Minio: falluntur. Quoniam Minium in Hispania fit ex usto Lapide: crudariis hoc est Argenti uenis: Arenisq; permixto. Deprehenduntur hi solo colore: nec nisi in fornacibus rubentes: qualis in Minio florentissimus: flagrantissimusq; est. Hoc autem in Metallis aura sua strangulat: proindeq; indigenis: qui Minium poliunt in officinis repertum, illigare faciem uesicis ut per illas identidem spectent, nec inrespirando pennitialem halitum trahant. V tuntur eo ad impendia picturarum in parietibus. Cinnabari uero e Libya inuehitur, & grandi precio distrahitur: Tum non promiscuum copiosum ue ut Pictoribus Ægre ad lineas ducendas Coloris uariandi gratia sufficiat. Est uero is Colos grauis & in altitudinem pertingens: Ideo quibusdam uisum Cinnabarin nihil esse aliud q̃ saniem draconum. Proficit Cinnabaris ad quęcumq; Lapis hæmatites uocatus. Oculorum Medicamẽtis quæsita, etiam si acriuscula existimatur. Magis enim astringit & Sanguinem cohibet. Ambustis & pustulis collectam in cera si quis imponat: curabit.

HYDRARGYROS DCCCCXLV

h Ydrargyros temporatur e Minio: quod abutentes uocabulo Cinnabarin appellant. Hoc patinis fictilibus impositum Concha ferrea Calice coopertum Argilla superillita Carbone ardenti succenditur. Tum fuligo: quę peruenit ad Calicem: Simul Refrixit Detersa Hydrargyrum fit. Inuenitur Hydrargyrum & in officinis argenti stiriarum modo in tectis. Tradunt & per se in Metallis Hydrargyrum nasci. Seruatur Vitro Plumboue. Materias omnes alias exedit: tabeq; perrumpit. Venenum est potu depopulaturq; Intestina pondere suo erodens. Remedium copioso Lacte hausto & uomitionibus reddito. Resistit ei & Vinum cum Absinthio: Item Apium succo decocti. Datur & Semen Ormini aut Origanum aut Hyssopum ex Mero. Quod si Scobem Auri

hoc est tenuissimam eius elimaturam aut Ramentum contra Hydrargyron dederis bibendam, miraberis effectum.

RVBRICA SINOPIS DCCCCXLVI

r Vbrica Sinopis probatissima quę sit densa & ponderosa colore Iocinoris, libera Lapidibus & unicolor: admodumq; fusilis ac solubilis cũ diluitur. In Cappadocia effossa quibusdam speluncis & inibi purgata, in oppidum Sinopem conuehitur primo: unde nomen. Vsus eius in medendo siccare: spissare: ferruminare. Propterea additur in Emplastra uulneraria & pastillos quibus siccatio & constrictio quæri solet. Aluum quoq; in Ouo sumpta & infusa Clysteribus sistit. Datur & contra Iocinoris uitia.

RVBRICA FABRI DCCCCXLVII

r Vbrica Fabrorum Minore per omnia effectu q̃ Sinopis est: sed optima in Ægypto & Carthagine sine Harenis & facilis friatu. Fit hęc & in Hispania exusta ochra in Rubricam.

RVBRICA LEMNIA DCCCCXLVIII

t Erra uero Lemnia e Subterreno quodam specu in Lemno insula effoditur: atq; inde ad nos infertur. Paludoso illa situ legitur: & Caprino sanguini miscetur. Tum in pastillos ab Indigenis locis diuisa signatur Imagine animalis eius: de quo Sphragidem Ægos idest Sigillum caprę appellauerunt: antidoti uim obtinet. Contra uenena in Vino præsentanei Remedii, Euomere omnia ea cogens præsumpta cibis. Animalium quoq; Lętalibus plagis conuenit atq; morsibus. Additur & in antidota. Porro aliqui & ad Religionem conuertunt diebus festis ea utentes: in dysenteria quoq; præclara res habet.

CHALCANTHON DCCCCXLIX

c Halcanthon generis & Originis unius est, cum nihil aliud sit q̃ liquor gelatus: sed fastigiis tamen specierum quibusdã spargitur. Ea tria sunt. Vnum: quod Distillantibus Stiriis e Lateribus in quasdam Scrobes hyberno gelu concrescit: de quo argumento: qui metalla in Cypro perficiunt, stalactida hoc est stillaticium atramentum appellant. Petresius autem Pinarion. Alii Stalacticon & Pecton & Ephthon & Aracton, & Lonchoton cognominare malunt. Alterum Simplicis confecturæ in specubus primo inuentum. Dein trãsfusum in Scrobes densatur & crassitudinem accipit: atq; hoc proprie Pecton: hoc est Gelatitium uolunt intelligi. Tertium cognomento Ephthi hoc est Percocti conficitur in Hispania coloris abiectissimi, Omnium infirmissimum hac forma. Dilutum aqua decoquitur: & in piscinas suas translatum certo Dierum numero glaciatur: in multa diuisum pręsegmina specie tessellarum, Imaginem Vuæ quandam Reddentium. Notę optimi Atramenti Ceruleus Color: Grauitas, spissitudo, perspicuitas: quę omnia in stillatitio genere agnoscuntur: quod ab aliis Lonchoton priuatim uocatur. Secundum locum optinet Pecton. Nam quod coctum cognominant, quemadmodum Infecturis & Rebus atrandis accommodatius uidetur esse q̃ Cætera: Ita in Remediis segnius intellectum est. Astringit: Excalfacit: Crustas molitur. Ad depellendas quoq; Inte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

raneis uentriq; tineas sumitur denarii pondere: propter quod cum melle quoq; lingitur. Vomitiones ciet: & cõtra fungorum uenena potum in aqua occurrit. Purgat & caput dilutum aqua & in uellere Naribus instillatum. Vritur ut chalcitis: de qua proxime disseremus.

CHALCITIS LAPIS DCCCCL

c Halcitis præferenda ęris colore friabilis, Nec lapidosa nec uetus, oblongas habens uenas atq; nitidas. Vis eius ad frangendum: excalfaciendumq;. crustas ulceribus circũdat: angulos oculorũ ipsosq; oculos purgat & leuiter mordet. Ignes sacros: Vlcerum serpentia: sanguinem erumpentem e uuluis, & naribus cum succo Porri suspendit. Vlcuscula gingiuarum: Nomas, tonsillas, Arida compescit. Cinis ustæ oculorum medicamentis adiicitur: efficacior futurus si melle accepto misceatur. Genas: callos: scabritias erodit: & discutit. Collyrii modo adacta fistulas tollit. Medicamentum uero quod psoricon dicitur: fit duabus partibus chalcitidis: simplici Cadmiæ temperatis subactisq; cũ aceto: fictilibus obrutis fimo diebus. xxxx. Flagrantissimis æstatis Caniculę ortum secutę: quo quidem modo acrius id uehementiusq; fiet: pollens ad quęcumq; chalcitis. Aliqui uino uti q̃ aceto malunt. Cætera eadem seruantes. Vritur chalcitis in noua testa carbonibus ad aggeratis ardentibus. Modus urendi, quod semel ad omnia dixerim: si pręmadida sint quę uruntur: donec bullare desinant: eleganterq; arida esse uideantur. Cętera usquedum floridiuscula spectentur. Ergo protinusq̃ colorem sanguinis aut rubricæ contraxerit: eximenda erit: In quinamentoq; omni cineris & carbonum efflato reponenda. Torretur autem in carbone follibus accenso, quoad subpallida compareat: nec non sub testa & patinis candentibus crebro uersatur. Donec igne concepto immutet colorem.

MISY DCCCCLI

m Isy optimum in Cypriorum officinis: cuius notę sunt: Aurigo, duritia, & cum friatur: aureæ præfulgentesq; modo Syderum Scintillæ. Ratio eius urendi: Itemq; medica similis chalcitidi: excepto apparatu psorici: de quo diximus extimatione tantum pluris, minorisq; a Chalciti distans. Ægyptium uero Misy: ut in cætera efficacius: Ita in oculorum curatione multo citerius Cyprio est.

MELANTERIA DCCCCLII

m Elanteria genus est Atramenti e terra idq; geminę Originis. Altera e Cauearum foraminibus: unde metalla æris fodiuntur: salsuginis modo emanat. Altera Super terram e Subdialibus partibus eorundem locorũ tollitur, qualis & terrosa est. Inuenitur & in Cilicia & aliubi quoq; fossilis. Probatur sulfurei coloris: leuore: planitie: puritate, atq; ut contactu aquæ Ocyus nigrescat. Naturam habet urendi eandemq;, quam Misy.

SORI DCCCCLIII

s Ori quidam arbitrati sunt esse Melãteriam perspicuo errore. Sui enim generis est, etiam si non prorsus dissimile. Virus huic maius Nauseosumq; inest. Inuenitur cum in Ægypto, tum aliis locis Hispania: Cypro: Africa, Præcellit Ægyptium, & in quacumq; Natione quod in frangendo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

amplius nigrescit: Foraminosum ac Leuiter pingue: Item gustus astringentis.
Deuoratu commanducatu olfactuq; uirosum: stomacho tumultum Redunda-
tionemq; afferens: radians cum friatur: ceu Misy. Sed alterius naturæ, omni-
noq; inualidum, cessansq; in usu. Vis & modus urendi similes supradictis. Prodest
autem & dentiũ dolori: si cauis indatur: labefactos quoq; cõfirmat. Infundi pro-
pter Ischiadas Clysteribus cũ uino proficit. Varos in facie cum aqua inunctum
abigit. Miscetur unguentis, quę ad inficiendum capillum parantur. In cõmune
illud tenẽdum tam hęc q̃ cæteras species minus pollere si comburantur, q̃ si ignẽ
expertæ nõ fuerint. ab hoc tamen catholico recedunt: Sal: Fex: Nitrum: Calx &
similia quęcũq; dilui possunt cruda. Hęc enim si urãtur, maiores effectus habent.

DIPHRYGES DCCCCLIIII

Ius uero: quod Diphryges quasi bis tostum uocant, Triplex noscenda
e Origo est. Alterum generis Metallici, uni terrarum Cypro concessum
ex luto cuiusdam specus arefacto prius in sole: Mox circumdatis Sar-
mentis usto: quod quidem illi argumentum Nominis fuit ab eo q͏̃ bis siccetur
torreaturq;: Sarmentis ac sole quasi frictum possit uideri. Fit & in fornacibus
cura: uelut æris excocti sedimentum atq; fex. Et enim post illam aquę frigidę per
fusionem: de qua retro in mentione floris ęris diximus: sublato ęre inuenitur ge-
nus hoc adherescens infima parte fornacium, æris astrictione, atq; gustu. Tertio
fit modo ex Lapide Pyrite: In caminos ab huius Operis ministris composito &
cremato continuis diebus ut Calx donec excoquatur in rubricam: Tum exem-
pto atq; condito. Quidam tradunt ex Lapide uno de quo ęs perficitur: Diphry-
gem quęri ad hunc modum. Torreri eum in sulcis siue areolis. (Ita enim officinæ
appellant) Mox cum superne in scrobes translatus est: percoqui & per oram ea-
rum ferruminari ambitu: quo detracto Diphryga nihilominus existere quod su-
perest. Probat͏̃ qđ saporẽ ęris in gustu referat: quodue linguã tactu statim astrin-
gat & admodum Siccet. Quod quidem adulteratum Ochra exusta non facit.
Vrunt enim hanc ut ueneat pro Diphryge. Ratio eius in medicina constringe-
re: uehementerq; purgare: abstergere, Adsiccare: corporis excrescentia consume-
re. Vlcerum Cacoethe: Item Serpentia includere Cicatricibus: Suppuratio-
nes discutere Terebinthina collectum, aut Cera.

ARSENICVM DCCCCLV

Rsenicum ex eadem Metalli materia qua Sandaracha perficitur. Op-
a timum coloris Aurei est, fissuris non Globis dehiscens: crustas habens
squamosas, Inuicẽq; farctas. Impromiscuũ: nec alterius cuiusuis naturę
concretionem habens. Tale est quod e Mysia Hellesponti uehitur. Duo genera
eius. Alterum: quale designauimus. Alterum glandis figura pallidum Sandara-
chę similitudine, glebulentum e Ponto Cappadociaq; illatum: quod & deterius
est. Torretur autem in noua testa suspensum & in carbone flagranti sępe uersa-
tum: donec accensum mutet colorem. Ab eo refrigeratur: molitur & conditur.
Natura ei septica restrictoriaq;. Vlceribus crustas contrahit cum uredine, mor-
suq; uehementi. Habet & reprimendi uim ac tollendi quicquid excrescit. In euel-
lendis quoq; a uirorum corporibus pilis uicem psilothri prębet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

SANDARACHA DCCCCLVI

s Andaracha melior: quo Saturatior magisq; ruffa. Prętерea fragilis pura friabilis: colore Cinnabaris: Sulfuris uirus redolens. Vis & forma torrendi eadem quę Arsenico. Alopecias cum Resina Terebinthina. Vngues scabros cum pice; Phthiriases cum oleo emendat. Panos & Tubera discutit cum adipe. Prodest & ad narium ulcera orisq; ac cętera: quæ erumpunt: cũ Rosacco: Item ad condylomata. Pus screantibus datur in mulso. Suffita quoq; cum Resina tussibus uetustis medetur, nidore ipso in os per fistulas tracto. Lincta cum melle uocem canoram & limpidam facit. Suspiriosis cum Resina in pilulis sumpta magno præsidio est.

ALVMEN DCCCCLVII

a Luminis fere omnes species in Ægypto ex eisdem Metalli fodinis quæruntur. Nam quod Schiston hoc est Scissile appellant: tanq̃ flos intelligitur Solidi hoc est Glebosi quod uocant Bolitida. Gignitur autem & aliubi. Melo, Macedonia: Liparis, Sardinia, Hierapoli phrygię, Africa & Armenia pluribusq; aliis locis: sicut & rubrica. Quãobrem plura eius sunt genera. Sed in medicina scissili & rotundo & liquido utimur. Optimum scissile quod recens & egregie candidum sit, Minimeq; lapidosum uehementius astringens: Nec glebę modo pressum, nec assulatim concretum: sed in Capillamenta quędam singula & canescentia dehiscens: quale quod ob eam rem appellatũ est Trichitis effossum in Ægypto. Solet autem lapis quidam alumini ualde similis nasci: quem gustu coarguas, siquidem linguę impositum non astringit. Alumen rotundũ: quod strongilem uocant: si arte id factum sit damnatur, & deprehenditur figura. Probantq; conglobatum sponte naturæ Bullosum & Candido propius gustu astrictissimo: cum quodam pallore pinguiter friabile sine arenis aduectum ex Melo: aut ex Ægypto. Liquidi probatio ut sit maxime limpidum: lacteum lęue: succosum undiq;: sine lapidibus cum quodam caloris igniculo. Generum omnium uis in calfaciendo: spissando: repurgandoq;. Discutit oculos obscurantia, carnosa palpebrarum uitia. Consumit & quęcumq; per corpus Reliquum excrescunt. Quamq̃ rotundum inertioris naturæ putandum est, q̃ scissile. uritur uero, torreturq; alumen ritu chalcitidis. putrescentia ulcerum compescit. Sanguinem sistit, gingiuasq; madidas ac dentes commotos cum aceto, melleue confirmat. Prodest oris Vlceribus cum Melle, Item eruptionibus. Siccat & aurium fluctiones cum succo Polygoni. Lepras uero cum Iure olerum aut cum Melle decoctum. Sic & pruritus corporis, Vnguium scabritias, Pterygia, Perniones cum aqua fouentium exterit. Phagędenas ulcerum ex aceti fece inunctum cum galla pari pondere cremata. Cum salis uero duabus partibus uitia: quæ pascuntur. Furfures corporum cum eruo piceq; illitum. Lendes ac pedes: ambusta igni ex aqua. Virus alarum & inguinum sedat perunctis. Quod Melinum uocant ab Insula Melo. Si ori uuluæ ante congressum cum uiro addatur: prohibebit conceptus: quoquidem modo & partus extrahitur. Pustulas gingiuarum: uuam quoq; in Ore comprimit ac Tonsillas: omninoq; uitia in ea parte omnia sed & auribus & uerendis cum melle impositum facit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

SVLFVR DCCCCLVIII

s VLfur Nobilissimum est Apyron hoc est Ignem non expertum, uiuūq; fulguris colore, per lucidum sine Arenis. Quod uero Ignem sensit, melius: quo magis uirens quoq; magis pingue: oleosumq; est. Plurimum in Melo & Lipara insulis. Natura eius excalfacit. Digerit concoquit uelociter: Extussientibus purulenta, suspiriosis in ouo sumendum, suffiendumq; ualet & ad fœtus trahendos impositum igni nidore ipso. Item ad lepras. Aufert & lichenas & ungues scabros cum terebinthi Resina illitum ex aceto & lepras uitiliginesq;. Medetur & cōtra scorpionum ictus addita resina: cū aceto autē draconis Marini & scorpii uenena. Ad pruritum quoq; totius corporis pellendum cum nitro exteritur. Ligula inspersum fronti morbū regium purgat, aut sumptum in ouo sorbili. Facit & ad grauedines distillationesq; pituitę. Inhibēdis sudoribus inspergitur. Cum nitro & aqua podagris inungitur. Tarditatibus auriū ut fumo prosit, incenditur. Itemq; sanguini profluenti. Auribus fractis cum nitro, myrrhaq; sublinitur.

PVMEX DCCCCLIX

p Vmices pręferendi q̄ Minimo pondere crebris inanitatibus Scissiles, nec arenosi in fricando, q̄ maxime aridi & excandidi. In ustrina uero, acceptos q̄ta lubeat mensura carbone ardenti obruimus, simulatq; accēsi sunt, exemptos odorato uino restinguimus: Mox in carbonem secundo repetitos & simili modo exemptos uino perfundimus. Idem & tertio facimus. Prætereq̄ q; uino non respergimus: sed patimur sponte refrigerentur. Atq; ita repositis iis utimur. Vim habent in Medicina spissandi, gingiuasq; abluendi. Caligines oculorum sedandi cum quodam calore: ulcera explendi, cicatrices trahendi: excrescentia reprimendi. Fiunt & Dentifricia e tritis. Iidem ulceribus crustas inducunt, & in usu corporibus læuigandis euirandisq; habētur. Theophrastus auctor est: pumice in cados musti coniecto statim feruere uina desinere.

SAL DCCCCLX

s Al efficacior Metallicus atq; fossilis. Laudatur qui arenosus nō sit. Prę terea candidus & perspicuus atq; depsus sine offensa fricandi. Natione Hammoniacus: facilis findi, scissuris rectis. Marini uero salis probatio in spissitate, cādore, planitie. Optimus cypri, pręsertimq; a Salamine: dein Megaricus. Mox siculus, africanusq;. Inter hos & Lacustrium genera censentur. Validissimusq; omnium est Phrygius, quē alii Tattęon: alii Tritęon. Alii Gantęon cognominant. Salis natura utilitates in medendo numerosas habet. Astringit: purgat: abstergit: extenuat: discutit: crustas ulceribus tanq̄ igne adustis facit. Reprimit excrescentias: quę Dotes omnibus generibus salis plus: minusue insunt: uendicat a putredine. Additur in unguentis ad psoras: Extuberantes in oculis carūculas & pterygia & alia id genus uitia obliterat & cōsumit. Clysteribus quoq; infusum prodest: & fatigatis inunctus ex oleo lassitudinem soluit. Tumores hydropicis discutit. Dolores partium mitigat in saccis feruens impositus. Contra pruriginem cum oleo & aceto ad ignem infricatur: donec sudor manet. Eodem modo & Lichenas & Scabiem leprasq; curat. Anginis cū melle oleo & aceto extra fauces illitus medetur. Tonsillis & uuis cum melle tostus imponitur. Vlceri-

bus oris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

bus oris manantibus: gingiuarum pituitę: phagedænis cum poléta crematis illinitur. aduersus scorpionum ictus cum Lini semine, aduersus Serpentium morsus cum cunila bubula: Hyssopo & melle. contra cerasten cum pice, aut Cedria aut melle auxiliatur. contra Scolopendras ex aceto atq; melle. Aduersus uespas & teredines capitisq; ulcera: Thymos & panos cum seuo uitulino. cum passa uero uua aut suillo adipe aut melle furunculos discutit. testiumq; collectiones: sed cum origano aut fermento furunculos concoquit uelocius. crocodilorum morsibus terunt, ex acetoq; in linteolis inuolutum imponunt, ita ut astringantur arcte uincta loca. Bestiarumq; percussibus collinunt & sugillatis in facie addentes & mel. Bibitur & contra opium ac fungos ex aceto mulso. Luxatis imponitur cum farina & melle. Ambustis igni pustulas amolitur, cum oleo quemadmodum & podagris imponitur. Aurium doloribus cũ aceto. Ignibus uero sacris, ulceribusq; quę serpunt ex aceto aut Hyssopo. uritur & sal fictili conditus operculo tam probe adacto, uti ne quid exiliat: mox obrutus prunis continetur q̃diu conflagrare uideatur. alii fossilem adipe oblinunt in carbone habentes, donec abdomen id deustum sit. Potest & sal uulgaris cremari hac forma uice simplici ablutus aqua: cõtinuo q̃ inaruit fictili adopto. succẽditur uersaturq; sedulo, usq; dũ resilire desinat.

HALOSACHNE DCCCCLXI

h Alosachne Tectorium est salis spumosum: Inuenitur in Scopulis. Potest quæ Sal.

SALSVGO DCCCCLXII

s Alsilago, siue Salsugo ualet ad quæcunq; Sal Dysentericis priuatim infũditur: quorum nomẽ intestina corripuit. Item Ischiadicis ueteribus. Ad fouenda quoq; utilis est: quęcunq; desiderant marinam.

FLOS SALIS DCCCCLXIII

f Los salis defertur quidem Nilo: sed lacubus tamen quibusdam innatat. laudatur crocei coloris: odor grauiusculus ceu Gari q̃q̃ non semper ingratus, gustu mordaculo & ut quãdam olei pinguitudinem reddat. Improbatur rubrica tinctus dehiscensq; globis. Sincerum quod est, non nisi oleo resoluitur totum. Fucatus uero ex parte: Item aqua diluitur. ulcerum cacoethe phagædænas & genitalium nomas persanat. Auribus pure manantibus prodest, & oculis retusis: cicatricesq; in iis & albugines tollit. Miscetur emplastris. Et unguentarii propter colorem utuntur eo: quod & cernere in rosaceo est: Sudorem cit: aluum turbat in uino & aqua sumptus. stomacho inutilis. additur in Acopum & smegmata. detrahit & ex palpebris pilos. Aspera omnino & feruenti natura, quemadmodum sal.

NITRVM DCCCCLXIIII

n Itro laus ut sit leue colorisq; Rosæ, aut candidi & foraminum fistulis simile spongiis cuismodi notę sunt eius, quod ex Bunis inuehitur. uis eius ad ea quæ euocanda sint.

APHRONITRVM DCCCCLXV

s Puma uero nitri: quã aphronitrũ uocãt optima est. quę minime ponderosa, tenuis q̃si crusta, friabilis naturę: coloris pene purpurei, aut spumosi:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Gustu mordax:quale Lydium a Philadelphia est. Secunda Ægyptio auctoritas. Nascitur & in Caria Magnesię.usum in medicina cremationemq; tam spuma ni tri q̃ nitrum ipsum habent ut sales. Ex abundanti nitrum exterminat cum Cy- mino tormina tritum:potumq; ex aqua mulsa uel decocto alicuius rei :quæ discu tere flatus habeat:cuiusmodi est Ruta & Anethum.perungi eo & in febre prodest ante suspectas accessiones:utile est additum in emplastra iis ; quę digerenda euo- canda; extenuanda ue sint. Item in Leprica inflationes & sonitus aurium dissipat: aqua calida aut uino intus liquato; Quemadmodum & ad pura earum infundi- tur. Sordes eiusdem partis erodit ex aceto:contraq; canis morsus cum pingui asi nino aut suillo collinitur. Furunculos extrahit Resinæ terebinthinę admixtum: Hydropicis fico tostum illinitur:claritatemq; uisus cum melle obunctum facit. Succurrit & uenenis fungorum ex posca potum; aut si Buprestis pasta sit ex aqua. iis uero qui taurinum sanguinem biberint cum Laserpitio partibus cibum non sentientibus Opisthotono inclinato cum cera luxatis illinitur. Paralysi in lin- gua cum pane imponitur. Quidam prędicta urunt; accumulatis carbonibus no- ua testa subiecta usq; dum exardeant.

FEX VINI DCCCCLXVI

f Ex probatur maxime uini ueteris Italici:Sed si id pręsto non sit ; alterius similis. Nam Fex aceti pro materia uehementior sit necesse est. creman- da uero ut Halcyonium magna cura. quidam in noua testa copioso igni admouent. Donec ex alto quoq; ardeat :alii glebam fecis in carbones accensos abscondunt:De cętero eadem sequentes. Experimentum legitimę coctionis ut ex albescat aut colorem æris assumat; utq; illata linguæ tactu eam uideatur urere. il- lo modo & aceti fex coquitur. uirtus insigniter adurens:Item exterens & commo da cicatricibus:stringens prætere a:uehementerq; siccans. Melior quo recentior quoniam celeriter exanimatur. proinde neq; non inclusis ; neq; non farctis locis condenda. lauatur ut Pompholyx. Incremata per se; uel cum Myrtho illita repri mit tumores:aduersus alui rheumatismos & stomachi quoq; imponitur. proflu- uia mulierum illita naturalibus & imo uentri mitigat. panos discutit nondum ex ulceratos. rigentes mammas & sui lactis impatientes cum aceto extinguit. crema ta ungues scabros aufert cum resina & addito lentiscino oleo. Illita una nocte ruf fat capillum:oculorum medicamentis eluta miscetur ut Spodium. cicatrices hęc corum & caligines pellit.

CALX VIVA DCCCCLXVII

c Alx uiua:quę Asbatos dicitur:hoc modo temperatur. Testas buccinis Marini detractas igni obruito:aut in clibanum ardentem condito to- ta nocte permissa. Postridie si exalbuerint:sublatas:sin minus iterum to stas; donec reducantur ad candorem frigida intingito; & nouo fictili composi- tas patitor nocte una linameneo crasso contectæ requiescant. Mane quod succe- dit; exemptas curatione perfecte condito:De lapillis quoq; fingi calx uiua potest crematis litoralibus calculis. potest & ex marmore fusaneo: qđ genus cōfecturæ p̄ferūt oibus. q̃cūq; uiua calx accēdit:mordet:amburit:crustas inducit. mixtis ue ro speciebus q̇busdā ut adipe atq; oleo cōcoq̇t:dissipat:mollit:p̄ducit ad cicatri-

cem. Eligitur recens, neqꝫ aquis aspersa.

GYPSVM DCCCCLXXVIII

Ypsum astringit, conglutinat eruptiones sanguinis sudoresqꝫ inhibet.
g potum quidem strangulando iugulat.

CINIS VITIVM DCCCCLXIX

Inis e uitium palmitibus, ac sarmentis: quem Clematinen, hoc est sarmē
c tarium appellant, urendi ui constat. cum axungia aut oleo sanat neruos
collisos & articulorum inuersiones, itemqꝫ neruorum, & carnes in ossi-
bus excrescentes cum aceto & nitro. serpentium & canum plagas cum aceto me-
dicamentis. ad crustas ulceribus inducendas adiungitur. lixiuium ex eo ad lapsus
& fungorum uenena cum sale aceto & melle.

ALCYONIVM DCCCCLXX

Lcyonii quinque genera cognoscimus: spissum gustus asperi. cinereum
a intuitu: ponderosum uirus: piscemqꝫ olens: quale frequentissimum litto
ribus. alterum figura pinnulæ Ocularis: aut spongiæ. multis inanitati-
bus leue. odorem fere algæ habens. Tertium specie uermiculi colore magis pur-
pureo: quod & Milesium a quibusdam uocatur. Quartum uelleri simile humido
& cum sordibus suis: multipliciter uulso & inane. Quinto effigies Fungi sine odo
re: intus aspero & quadantenus pumicoso foris lęuato: acri natura, quod in Pro-
pontide insula Bembico plurimum inuenitur: ab lociqꝫ hominibus Halosachne
appellatur. primum & secundum in Smegmata mulierum confertur lentigines:
lichenas: uitiligines: lepras: nigritias: maculas tollunt a facie & cætero corpore.
Tertio usus ad urinas difficiles: ad arenas in uesica collectas: ad renes: ad aquam
intercutem, ad lienes. tostum & illitum cum uino alopecias conuestit. Vltimum
pro dentifricio, dentibus inalbandis utile est. inseriturqꝫ apte & in alia smegmata
& psilothra cum sale. Quodcunqꝫ libeat cremari in crudo fictili ore argilla obli-
to mittitur in caminos: Non eximendum antequam figlinum percoquatur: Elui
tur uero ut cadmia.

ADARCHA DCCCCLXXI

Darcha in Cappadocia gignitur. Est autem ceu spuma quædam subsal-
a sa in riguis & palustribus nata per siccitates. coacta in arūdinibus & far
ragine: colorem habens similem flori lapidis asii: habitu Halcyonii
mollioris inaniorisqꝫ ut uideri possit Halcyonium lacustre. lepras, uitia cutis in
facie: impetigines: lenticulas & similia exterit, ac desquamat: prorsusqꝫ acris in-
genii est: trahens ex alto materias nocentes: propter quod ischiadicis prodest.

SPONGIÆ DCCCCLXXII

Pongiarum genera quidam ita distingunt. alias ex iis mares existimari fi
s stula tenui spissioresqꝫ. Item e maribus duriores alias: quas appellant
Tragos. alias feminas notis contrariis. uruntur spongiæ Halcyonii ex
emplo: Quo inaniores minusqꝫ unctę uulneribus utiliores & reprimendis tumori
bus. Recentia uulnerum cum aqua uel posca ferruminant: cum melle decocto si

nus antiquos operiunt: In quo spongiæ ueteres superuacuę ulceribus quę persanauere. Item callo circumligatæ aciis medentur: quibus & siccas linamenti loco adigere utile est. Imponuntur & ulceribus fluctione occulta laborantibus & uetustis: exiccãt enim ea si aridæ nouęq; ac uacuę legantur. Sanguinis quoq; profluuium coercent; & cum aceto inustæ ad lippitudines aridas probantur: & ubicunq; abstergendum constringendum ue aliquid est. Melius prosunt in medicinas oculorum si lotę inserantur. Sanguinem erumpentem cum pice suspendunt. Mollissimum genus earum penicilli candidum fit cura. Si tinctæ in urendo salis spuma: quam in scopulis concrescere docuimus, inferantur ad solem ita ut caua pars sursum uersus spectet: Qua uero adhæserunt: abscissæq; sunt deorsum. Q đ si dissenet æstiuo etiam ad lunam sternuntur spuma salis aut mari persusę; quo modo candorem maximum bibunt.

CORALLIVM DCCCCLXXIII

c Orallium, alii Lithodendron uocant. Forma est ei fruticis marini. Duraturq; illico exemptum mari, atq; in lucem uniuersam prolatum ut uideri possit spissatum a spiritu: qui nos ambest. Magna eius copia Syracusis e promõtorio uicino: quod Pachynum uocant. Probatissimum q̃ maxime rubet. colore florido aut Sandycis præsaturæ: Item friabile sine offensa fricantium toto eius concretu. odore terroso & muscoso Algisq; simili. Prȩterea ramosissimum & Cinnamomi effigie fruticantibus surculis. lapideum, scabiosum, hians & fistulascens deterrimum: spissat ui sua & blande refrigerat. Eminentias cicatricesq; oculorum extenuat. ulcerum caua & cicatrices operit. Reiicientibus sanguinem plusquam mediocriter salutare est. Difficiles Minctus resoluit. lienem ex aqua potum absumit.

ANTIPHATHES DCCCCLXXIIII

i D uerõ quod Antiphathes uocatur: corallium absq; dubio habendũ est, sed sui generis specie uidelicet distinctum. colore hoc nigricat. arborea & ipsum figura: Nodosius priore: utuntur ad omnia eadem.

LAPIS PHRYGIVS DCCCCLXXV

l Apis phrygius: quo Phryges tingendis uestibus utuntur: eoq; gẽtis eius nomen habet nascitur in Cappadocia. Optimus pallescens mediocriterq; nec corporis portione ponderosus uenis interstinctus albis ut cadmia. urunt uino ante perfusum optimo atq; ita prunis ardentibus conditum flatu crebriore folium accendunt: Donec ruffus colore mutato fiat. Exemptum restinguitur eodem uino: rursumq; ignibus redditum: Eodem more tollunt, sparguntq; mero. Tantundem & Tertia uice faciunt: illam curam subinde habendo: ne ipso in opere frietur, aut coinquinetur fuligine. potestas ei efficaciter astringendi crudo uel cocto: item purgandi & aliquatenus indurandi crustis cum cera uero incussis fractisq; medendi: huic lotura quæ cadmię.

LAPIS ASIVS DCCCCLXXVI

a Sius lapis probatur fere Pumicis colore: Hians ac leuis: In Farinamq; redigi tener: uenulis in profundo luteis. Eiusdem lapidis flos uocatur Saliua quędam flauescens in summa eius cute lanuginis modo: tenuis: co-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

lore partim candido:partim Pumicis in luteum uergentis: linguam tactu quadantenus mordet.utrūq; astringit,ereditq; leniter. Tubercula discutit cum Resina Terebinthi & Pice liquida. Validior floris opera: Ideoq; prçter ea quç diximus: In ariditatem siccatus ulcera uetusta,& repugnantia curationi ad cicatricem perducit:carnium quoq; in iis excrescentias imminuit. Vlcera Fungis similia & fera expurgat cum melle,quomodo & caua siccat: Identidem explendo ea cum cerato autem quç pascunt.Fit cataplasma ex eo podagricis mixto Fabarum lomento.ad lienosos cum aceto & Calce.Prodest & Phthisicis flos datus lingendus cum melle. Cauantur ex eodem asio & solia:in quibus podagrç pedes indentium leniuntur. Aceruì quoq; ad erodendas carnes obesis corporibus parantur:quos illinant sibi in Balneis uice Nitri.qui lauare uolet:utatur Forma quç dicta in Cadmiam est.

PYRITES DCCCCLXXVII

p Yrites lapidis est genus:de quo ęs perficitur.laudatur aspectu ęris.Scintillas leui percussus edens.coquitur melle intinctus leui pruna, flaturq; follibus continue donec ruffescat:ab aliis multo & ardenti carbone circundatur melle aspersus & cum in eo est,ut ruffescat: Detrahitur & efflatis cineribus,iterum perfusus melle torretur, usq; dum æqualiter squaleat & siccescat absumpto humore.Fit enim sæpenumero ut summa tantum toga uratur.Ita crematum & arefactum reponunt. cum uero utendum loto est:lauatur ut cadmia. usus crudi & cocti excalfacere:abstergere,oculorum obscuritates purgare:duritias excoquere:ac discutere:uitia carnium excrescentia temperatus Resina coercet cum quadam astrictione ac uredine.qui ita sit exustus:sunt qui diphryga appellent.

LAPIS HÆMATITES DCCCCLXXVIII

h Æmatites lapis laudatissimus qui maxime friabilis & colore nominis sui egregie infectus siue niger.Durus suapte ui atq; planus:sine sordibus sine discursu cingentium uenarum.Spissat:excalfacit aliquatenus & extenuat:cicatrices quoq; oculorum detergit:asperitatesq; adiecto melle,lippitudines cum lacte mulierum emendat.Tunicis quoq; in ea parte fractis & cruore suffusis medetur,cum uino ad difficiles urinas & ad profluuia feminarum sumēdus. bibunt eum & qui sanguinem screauerunt cum succo punici mali.Fiunt ex eo collyria & quæ in coticulis terendo Aconia Medici appellant oculorum malis aptissima.uritur ut phrygius:Sed non extinguitur uino.Modus cremandi sit facto mediocriter leui & iam bullanti. Adulteratur a quibusdam.ii Glebam Lapidis Schisti densam,Rotundamq;(Tales enim in eo sunt quę radices uocantur)in urceum fictilem condunt:In quo cinis calidus sit: mox spatiolo iniecto exemptam atterunt cotibus experimentum quærentes ecquid colorem Hęmatitę reddat. Quod si contigerit:reponunt adulterium:si nondum procedit: Iterum obruunt introspiciendo sępius & probando ad cotem spei respondeat necne. Alioquin si diutius in cinere habeatur:colorem mutabit:prçterq; diffundetur.Fucum uero discernunt uenç:adulteratus liniamenta in directum habet:reflexa.Sincerus non illo modo.Item colos.Factitius floridum mittit.Natiuus grauiusculum:atq; Minio similem.Reperitur autem Hæmatites & in rubrica Sinopide: Sed & lapi

dem magnetem diu concremant: existitq; ita Hæmatites, uoluntarius inuenitur & in metallis Ægypti.

LAPIS SCHISTOS DCCCCLXXIX

Apidem Schiston Hispania ex Hiberis mittit: eo commodiorem: quo
l est similior croco & quo friari & scindi ac dissilire facilior sponte sua: cęterum compositione tota & discursu alterno uenarum Hammoniaco sali persimilis uidetur. usus ex eo qui Hæmatitę: sed effectu citra subsistit. ulcerum cauis explendis feminarum lacte diluitur. Ruptis & procidentibus genis. Item crassitudini earum & Staphylomatis pręclare occurrit.

LAPIS GAGATIS DCCCCLXXX

Agates lapis optimus: qui celerius dicto ignem trahit, & cum uritur bi-
g tuminis odore. Inuenitur fere niger & squalidus. Ponderis admodum parui: crustaceus discutiendi, emolliendiq; ui. Explorat & sonticum morbum. suffitus recreat uuluę strangulationes: & serpentes fugat accensus. Miscetur unguinibus quæ ad podagras & lassitudines reficiendas parantur. Nascitur uero in Lycia quodam flumine: qua effunditur in mare iuxta oppidum Plagiopolin uocatum: locus autem aut amnis in cuius ore colligitur: appellatur Gages unde Nomenclatura lapidi.

LAPIS THRACIAS DCCCCLXXXI

Hracias lapis in Scythia nascitur quodam amne: qui Pontus dicitur.
t Vis ei par Gagatæ. aiunt accendi eum aqua: oleo restingui: quod & Bitumini quoq; accidit.

LAPIS MAGNES DCCCCLXXXII

Agnes lapis tanto melior est: quanto facilius trahit ad se ferrum. Item
m quanto magis ceruleus colore: spissus neq; ponderosus admodum potus ex aqua mulsa obolis tribus crassitudines detrahit. Quidam urentes hunc pro Hęmatite uendunt.

LAPIS ARABIVS DCCCCLXXXIII

Rabius lapis Ebori similis est macula: Tritus & impositus Hæmorrhoi
a das siccat. Dentifriciis mire accomodatur crematus.

LAPIS GALACTITES DCCCCLXXXIIII

Alactites lapis dictus a lacte, quo sudat. De cætero cineris color gustu
g dulci: fluctionibus oculorum & ulceribus conuenit perunctus. Ex aqua uero tritus Pixide plumbea reponitur, propter Glutinis Vim: quæ in eo continetur.

LAPIS MELITITES DCCCCLXXXV

Elitites lapis in totum Galactitæ similis uideretur: nisi dulciorem suc-
m cum remitteret. petitur ad omnia eadem.

LAPIS MOROCHTHVS DCCCCLXXXVI

Orochthus lapis: quem aliqui Galaxiam aut Leucographidem No-
m minant, Importatur ex Ægypto ubi nascitur. In usu linteonibus ad candorem uestibus conferendum: quia & mollis & dilui facilis sit. Videtur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

esse ferruminis ui: sanguinem screantibus, cœliacis: dolori Vesicæ in aqua prodesse: quomodo & feminarum sistit abundantias: Itemq; appositus. Medicamentis quoq; oculorũ mollioribus inseritur: quoniã caua expleat, humoresq; arceat. Collectus in cera cicatricẽ obducit ulceribus quę fiũt teneris partibus corporis.

LAPIS ALABASTRITES DCCCCLXXXVII

a Labastrites Lapis cognomento Onyx admixta Pice aut Resina discutit duritias. Doloribus stomachi cum cera prẹsidium infert. Gingiuas quoq; Reprimit.

LAPIS THYITES DCCCCLXXXVIII

t Hyitem Mittit Æthiopia lapidem colore subuiridi, similitudine quadam Iaspidis & cum diluitur lacteum. Vehementer Remordet: Caligines oculorum depellit.

LAPIS IVDAICVS DCCCCLXXXIX

i Vdaico lapidi nomen a Gente: cui nascitur. Glandis effigie candidus spetiosusq; respondentibus ordine quodam lineis tam exacte, ut manu & torno ductæ uideri possint. Diffuso fatuus sapor: Magnitudine Ciceris solutus ut collyrium ad coticulas: si cum aquę calidę cyathis ternis bibatur: urinæ difficultatibus auxilium prẹstat: calculosq; in uesica frangit.

LAPIS AMIANTVS DCCCCXC

a Miantos lapis in Cypro nascitur similis alumini: quod schiston appellauimus. Ex eo theatris uela texuntur. Natura eius sequacis ad uincturas lentitię. Hæc autem in ignem coniecta flammantur quidem omnino: sed splendescunt magis exempta & nihil igni deperdunt.

LAPIS SAPPHIRVS DCCCCXCI

s Apphiro poto scorpionum ictus leuantur. Bibitur & ad exulcerata intus. Eminentias oculorum, & staphylomata pustulasq; sistit. Membranas in iis: quæ ruptæ sint conglutinat.

LAPIS MEMPHITES DCCCCXCII

m Emphites lapis Ægyptius circa Memphin repertus gemmæ amplitudine. Pinguis & uarius. Conuenire traditur iis: quę urenda sint aut secanda: quoniam trito & illito iis partibus sine periculo corpus obstupescet, ita, ne cruciatum sentiat.

LAPIS SELENITES DCCCCXCIII

s Elenites uocatur Lapis: quem aliqui Aphroselenon appellauere: quia noctu inueniatur plenus luna crescente. Nascitur in Arabia. Translucet ex Candido Ponderis exigui. Scobẽ huius quęsitam Lima comitialibus dant in potu. Feminæ adalligatum eum gestamen amoliendis periculis utile testantur. Fertiles quoq; fieri uidentur arbores: si uinctum eum contineant.

LAPIS IASPIS DCCCCLXXXXIIII

i Aspis alia Smaragdo, Alia Crystallo & Pituitę. Alia Similis Aeri est. Alia fumo infecta: quę Capnitis ob id uocatur. Alia Venis albis & Nitentibus intercincta: cui nomen Asyrię. Alia Terebinthi Resinę figu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ra, Calaini Lapidis colore. Laudantur omnes tutela gestantium Innato contra pericula omnia præsidio. Feminis obligatę in cera pollere ad partus accelerandos existimantur.

LAPIS AETITES DCCCCLXXXXV

a Etites Lapis ceu Pręgnans intusq; uelut in aluo alterum Lapidem habens: sonum si quatias: remittit. Grauidis quibus uteri prolabantur, leuo Brachio suspensus partum continet. Sed cum in eo sunt ut pariant, translato eo ad femur citra Dolorem soluentur. Deprehendi & furta illo prędicant. Nam panis in quo Lapis ille fuerit porrectus furi cōmanducatusq; transmitti non poterit. Esitia item quibus in coquendo additus sit: negantur deuorari posse ab iis: qui affines eius culpę fuerit. Idem subactus in cera pręparata oleo Cyprino aut musteo aut generis alterius ex iis: quę excalfaciant: comitiales morbos insigniter iuuabit.

LAPIS OPHITES DCCCCLXXXXVI

o Phites Lapis alius grauis & Nigricans. Alius Cineris colore aut fauillę, Interpunctusq;. Alius Candidus lineis. Omnes adalligati Serpentium ictus & capitis dolores sedant. Priuatim Phreneticis & Lethargicis adalligari Iubent candicantem.

LAPIDES SPONGIARVM DCCCCLXXXXVII

l Apides qui in Spongiis inueniuntur natiui calculos rumpunt in Vino poti.

LITHOCOLLA DCCCCLXXXXVIII

l Ithocolla Temperatur Lapide pario aut Marmore cum Taurino Glutino. Potentia eius ut in stilo accensa incommodantes pilos in Oculis deglutinet.

LAPIS OSTRACITES DCCCCLXXXXIX

o Stracites similitudinem Testæ habet crustaceę perq̄ fissili natura. Pro punice leuigandorum corporum feminis assumitur. Menses iis denario ponderis epotus compescit. Quod si a purgatione drachmis duabus in quatriduum bibatur: conceptus arcet. Cum melle illitus mammarum collectiones refrigerat: sistitq; nomas.

LAPIS SMIRIS M

s Miris est lapis: quo Gemmarii sculptores poliendis gēmis utūtur: additur in septas & caustica, & ad gingiuarū fluores dentifricii quoq; usu.

HARENA LITTORVM MI

a Rena littorum Maris candens in medicina est siccandis corporibus suffusorum aqua coopertis ea excepto capite. Torretur & ad siccas excalfactiones in Saccis pro Milio, aut Sale.

COTES MII

c Otis Naxię Ramētum, quod attrito ad eam ferro quęritur: Alopecias inunctum pilis explet. Mammas uirginibus illitum prohibet tumescere, lienem extenuat cum aceto potum & comitialibus prodest.

GEODES LAPIS MIII

g Eodes Lapis astringit, siccat, obscuritates uisus abigit. Eodem inuncto

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ex aqua inflammationes mammarum & testium finiuntur.

TERRA IN COMMVNE MIIII

t Erra omnis quę in medicinę usum recipitur: Frigerandi uim habet, agglutinandiq;. Discrimina e speciebus nascuntur: cum alię in alias utilitates certo quęq; apparatu commodiores fiant.

TERRA ERETRIA MV

t Erra Eretria differẽtias habet duas. Nãq; & uehemẽter alba est & cinerea quæ & præfertur. Probant quæ mollitie sit notabilis, & quę, si æra prædurantur: lineam uiolaceo reddat colore. Lauatur ut cerussa: Item sic tritam quantolibet pondere tam seorsum q̃ cum aqua patimur quiescere usq; dum sidat: Deinde humorem ociose collo emittimus. Ipsa terra siccata solibus iterum Teritur die aqua indita: uesperi ut nocte consistat: reposita. Mox diluculo effusa linteis adsiccatur in sole: digeriturq; in pastillos ut potest. Si uero ex re sit torreri eam confracta Ciceris magnitudine in uas fictile perforatum obturatumq; diligenter carbone ardenti componitur, & crebro follibus flatur: & cum in fuliginem conuersa est aut aeris colorem satis recepit: subductis ignibus reponitur. Natura ei restringere: Caua explere: agglutinare uulnera Recentia & cruenta.

TERRA SAMIA MVI

t Erra Samia pręponitur admodum candida minimiq; ponderis: & quæ linguę adhibita cohęrescit glutinis modo. Præterea dilui facilis: teneraq; ac friabilis: quæ notę spectantur in ea: quam collyrion cognominant: hodieq;. Sunt autem eius duæ species una: quę nobis dicta mox est. Altera: quæ Aster appellatur similis crustę: densaq; ut coticulę. Vsus in medicina crematio & lotura: qualis Eretrię cretę. Prosunt & sanguinem Reiicientibus: sistunt profluuia mulierum datę cum Balaustio. Contra Epiphoras testium & Mammarum ex aqua & Rosaceo si opponantur, ualebunt. Sudores quoq; inhibent. Bestiarum ictibus uenenisq; aduersantur in aqua potę.

LAPIS SAMIVS MVII

e St & lapis samius in terra Samia inuentus quo aurifices poliendo auro & ad nitorem ei dandum utuntur. Probatio eius in grauitate & candore. Astringit: refrigerat. Prodest contra uitia stomachi potu. Sensus recreat obtusos. Fluxionibus oculorum & ulceribus cum lacte occurrit. Videtur & partus accelerare: & conceptus custodire grauidis adalligatus.

TERRA CHIA MVIII

l Audatur Medicaminibus & Terra Chia candicans & modice in cinerẽ pro cliuis samiæq; similis. Crustosa quidem & hæc albaq; est: sed pastillorum figurę differunt. Effectus eius qui samiæ, ampliusq; ad extendendam cutem in facie: Nitoremq; atq; hilaritatem coloris toto corpore præstandum. Vsus & pro Nitro corporibus fricandis in balneo.

TERRA SELENVSIA MIX

i Dem & selinusię. Assumitur maxime candida & nitens friabilis & humore accepto celerrima dilui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

TERRA CIMOLIA MX

Imoliæ cretæ duo genera. Candidum & ad purpurissum inclinans cum
c quadam pinguitudine, Frigidaq; cum tangitur. Pręferunt hanc. Vis utriq; ad discutiendum aceto assumpto. Parotidas quoq; & alia item tubercula cohibet & pustulas ambustis illico inuncta reprimit. Duritias testium inflammationesq; totius corporis repercutit. Ignibus sacris resistit. Omninoq; numerosas utilitates habet, si quis legitimas sincerasq;: nõ degeneres earũ & adulteras adhibeat.

TERRA PNIGITIS MXI

Erra Pnigitis uidetur Eretriæ similis colore grandioribus glebis. Re-
t frigerat applicata manibus statim. Linguæ quoq; glutinosa est, ut adhęrescat & pendeat. Effectus idem qui Cimolię: Tantum paulo infirmior. Sunt qui hanc pro Eretria diuendant.

TESTÆ FORNACIVM MXII

Estæ Fornacium uehementer ustæ crustas ulceribus obducunt. Proinde
t cum aceto inunctę pruritus eruptionesq; sanant. Medentur & ad podagras. Strumis collectæ cera discutiendis probantur.

TERRA VSTA MXIII

t Erra e Caminis prætosta & rubens eundem usum obtinet: quem Testæ.

TERRA MELINA MXIIII

Erra Melina eundem colorem habet: quem genus Eretriæ: quod Cine-
t reum appellauimus asperiuscula & digitorum attritu submurmurans susurro pumicis: cum in micas subigitur. Aluminis ui sed remissa: quod & gustu indicatur linguam tactu blande siccando. Corpus nitidum reddit & colore cõmendat hilari. Mitigat & pilos. Lepras & uitiligines expolit. Vtilis & pictoribus pro pigmẽto coloribus alligandis ut durent. Medicamentis quoq; uiridibus inseritur. Huius cretę in uniuersumq; omnium generum laus ut sine arenis, recentesq; sint. Molliri, friari & accedente aqua dilui teneræ.

TERRA AMPELITIS MXV

Mpelitis Creta: quam Pharmacitin nonnulli appellant, Probatur Na-
a tione Syria a Seleucia: item colore nigra, & quę longis e larice carbonibus similis uideatur, modice assulosa, ęqualiterq; pręnitens. Et si cum subigitur oleo exiguo sparsa non tarde colliquescat. Improbatur candida Cinerea & quæ non tabescat uncta. Vsus ad diffundendum atq; Refrigerandum. Ad hęc additur in calliblephara & inficiendis capillis. Vitibusq; inuncta cum germinant uolucras siue quod idem est uoluoces earum necabit.

FVLIGO PICTORIA MXVI

Vligo pictoria e uitreariis officinis laudatissima est. Erodit, astringit.
f Fracturas perducit ad sanitatem assumpta cera Rhodia.

ATRAMENTVM SCRIPTORIVM MXVII

Tramentum librarium colligitur e Fuligine Tedarum. Temperaturq;
a in libram gummi quadrante addito fuliginis. Fit & de fuligine resinarũ & pictoria. Huius. p. Gummi. p. semis. Taurini glutini denarius semis: atramenti sutorii tantundem. Miscetur & erodentibus. Ambustis igni cum aqua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

illinitur crasso tectorio: Nec remouetur donec persanet. Quoniam con tinuo cu ratis ulceribus sponte decidet.

EPILOGVS. V. LIBRORVM

Et quia fere iam quantũ animo cõceperam & operis instituti magnitudo creuit & copia remediorũ: quę huic inseri materię uolebam. Finẽ scribendi facio.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE MEDICINALI MATERIA LIBRI. V. FINIS HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE NOXIIS VENENIS VT CAVERI VITARIQVE POSSINT LIBER SEXTVS.

s Vperioribus Libris Aree Suauissime Rationem odorum: oleorum: unguentorum: arborum, & ex his fructuum lachrymarũq;: Item Animalium: Mellis: Lactis: Adipis frugum: oleorum: Radicum: Herbarum: Succorum: Vini genera: metallaq; persoluimus. In hoc laboris nostri extremo de Medicamentis homini salutaribus, aut pestiferis agendum est.

DIVISIO OPERIS C.I

u Erbositate igitur omni de Medio sublata Redeat Oratio ad propositum: Et quoniam cõmentatio hęc bifariam diuisa est, In obseruationẽ uti ne ab initio quoq; nocentia ignorẽtur, maxime si fieri potest: sin quãdo nobis imprudentibus imponitur, Quemadmodum saltem præuertere atq; irrita ea facere possimus: & in remedia iis: qui ueneno iam impacto discrimen uitæ adierunt.

DE OBSERVATIONE CONTRA VENEFICIA PER INSIDIAS ILLATA C.II

c Vstodiam indicare causa instituti operis prior est. Difficilis Mehercle ratio ut prisci existimabant: propterea q; ii: qui clam in id scelus descendunt, utuntur astu: quo uel peritissimus quisq; falli possit. Nam & amaritudines Venenorum aliquo dulci medicantur: Et graueolentias odoribus additis operiunt. Demũq; aliqua ex speciebus iis: quę iuuandi gratia ministrari consueuerunt, Adulterant, in quo maxime periclitari uidentur ęgrotantes obnoxiis omnibus per quę uiuant: nam & cibis absinthio: Tragorigano: hyssopo: Thymo Satureię: abrotano: iridi: castorio: mandari fucus potest: aut si quid aliud maleficiis quę miscentur, similitudine qualitatum respondeat: & potu in uina aspera in aquam mulsam in iurulenta in musta in Succos & alias sorbitiones condito: per quod perimi quem libeat. Proinde quibus in suspicione huius doli uita fuerit: condimenta in cibis omniũ generũ cauere debent: sapores quoscũq; intẽtiores dulcedine: sale: acore senserint uitare: in magna fame aut siti: neq; uniuerso haustu desideriũ explere, neq; auidę manus iniectione pasci: sed qualitate omnium explorata considerabũdi scrutabũdiq; manus admoliantur: in eoq; re-

spectu maxime laudatur, ut qui poturi sunt: frigidam præsumant: Quoniam appetitione restincta, qualitates gustu facile præterea deprehēdant. Ne illud quoq; consilium Ægris inutile ferimus ut potionē usu aliquo ualitudinis sumpturi ministros obiter caueant qui miscendi uenena callentes infamesq; habeantur. Ita p hoc haud temere potio nari eos continget. Atq; hæc fere præcepta sunt quæ sequi oporteat: qui per errorē facile irretiri capiq; se nolit. Est & alia ratio facilior, ut iis: quibus suspecta uictus administratio est: antecedat aliquid in cibo semper quod ueneficiis succedentibus quasi præripiendo uires adimat: cuiusmodi habentur cōmanducatę ficus siccę cum iuglandibus aut mala quę citria nūcupantur, aut semen buniadis napi denario ponderis e uino, aut Nepitę folia pari mensura, aut rubricæ eius quam lemniam sphragidem uocari monstrauimus ęque in uino pari pondere: aut rutæ folia cum carne iuglandium aut salis mica cum ficis Aridis duabus ieiuno. Quodcūq; horum quis præsumat nullum ei malum Medicamentum nocebit. Idem prestant antidota propinata ex uino: quale est quod scinco, & quod sanguine animalium quorūdam componitur & Mitridatium nobile cognomēto magnum. Sunt & corporum quorūdam priuati Coalitus itemq; habitus genere aliquo Edulium & potionum quęsiti, aut peculiariter uini cōsuetudine copiosioris parati a quibus exitialis illa uis medicaminum quasi frangit: neq; peragi, aut permanare in uenas priore cibo fartas sufflatasq; permittitur.

Assumenda ut a uenenis præcaueamus.

DE OBSERVATIONE CONTRA VENENA Fortuita. C.III

q Via uero incidunt sæpe tempora: quibus nullo insidiante alteri pericula eadem ueneni hominibus inferantur, ut in peregrinationibus atq; solitudinibus necessarium existimo non nihil & in eam rem præcipere. Primum igitur cum metus ille adest, prouidendum est ut locis q̄ fieri potest subdialibus coquantur, parenturq; tum esculenta, tum potus. Secundo ut intra tectum culmina diligenter explorētur: quia Crebro fiat, uti ex Lacunaribus, subiectisq; trabibus bestiolę decidant Pestilentes: qualia uidentur Phalangia & aliæ quædam serpentiū presertimq; ascalabotę id est transmarini stelliones appellati. Tertio ut qui uinum doliis exhauriunt magnam in obturando eo probe curam adhibeant. Trahuntur enim odore uini serpentes & multoties euomunt in bibēdo uirus, aut collapsę immoriuntur: quæ causa plerūq; familias interemit.

Trahuntur serpentes odore uini

REMEDIA VENENORVM COMMVNIA C.IIII

q Vemadmodum insidias uitare oporteat uitam ueneno petentium, aut qua custodia uti pro se quisq; debeat, satis indicauisse uideor. Quod si quis aut desponsione animi uenenum ipse sibi attulerit: aut fraude alterius biberit: nulla mora cessandū, quo minus auxilia protinus corrogētur. Alioquin dilatis iis: usq; dum signa compareant: quę de singulis uenenis sua eduntur: inualescit malum, & irremediabile fit. Si ergo ii: qui hauserunt scientes aut profiteantur ipsi nominatimq; reddant uenenū, aut ab iis: qui interuenerint: prodantur: extemplo remediis prolatis: quæ ueneno illi contraria ui respondeant: facile retrahentur in naturalē & pristinū corporis statū: neq; uero assensum iis accōmodent: qui maleficia id genus irreparabilia & cōclamata esse putauerunt. Qui enim uerisimile est Morbos: qui cęcis latentibusq; causis & intrinsecus abditis oriantur:

oriantur.curationem recipere uenena quæ sint euidentia: & deforis ueniant, curari non posse. Illud proculdubio uerum est: omnes ægritudines quocunq; modo accesserint pro magnitudine incurrentium causarum, pro habitu & affectione corporum præcedente, curabiles, aut incurabiles existere. Quoties autem pertinax silentium uel deliria superueniunt, aliterue agitur destinato forte uiuendi fine: quominus compertum nobis ueneni genus fiat: Tum ad præsidia uaga & omnibus uenenis communia festinandum est. Nullum porro communius haberi conuenit q̃ id quo uenenum anteq̃ coalescat exturbetur foras per locum qui proxime exitum sit. Quamobrem tarditate omni detracta oleum calidum proferre oportet, aut per se, aut cum aqua ut reddatur subinde uomitionibus, aut si oleum præsto non sit: (Sunt enim loca in quibus non proueniat) Butyrum loco eius succedat cum aqua calida aut Malua, aut Lini semine, aut Trago, aut Silicula, aut Semine Vrticæ, aut Alicę decocto. Non solum enim Homo facile ita reiectionibus leuabitur nauseabundo & effuso in uomitiones stomacho: Verumetiam detractionibus per aluum exulceratione omni repercussa. Quoniam natura earum rerum acrimonias hebetet: ac retundat. Hoc autem liquido comprehendi potest experimento: quod si quis ulcerare cutem uolens calce uiuo, aut fece, aut cantharide, aut alia ui caustica: oleo corpus perungat: frustrabitur: neq; ulcus excitabitur in corpore. Item si quid adstringere uehementer, aut refrigerare libeat: confricatis ante membris oleo, ludetur opera: ac uomitus quidem non in eo tãtum iuuat, quod exinanit excernitq; quod nocet: Sed in eo quoq; quod uenenum ipsum plerunq; nũc odore: nunc colore: nunc globulis repræsentat atq; prodit. olacitas & amaritudo notę sunt Cicutæ, color Cerussam, Gypsumq; indicat. Globi lac & sanguinem a iugulo recentem denuntiant. uirus qualitas, fetor Leporem marinum & Ranam rubetam ostendunt. ut per hęc aliaue signa occurrere periculo possimus. Reiectis uulgarib⁹ ac ꝓmiscuis, inuicẽq; admotis peculiarib⁹ & suis cuiq; priuatim aduersantibus adiicit̃ oleo & succus maluæ decoctę, aut Glaucion, Anserinus ue adeps aut ius e pinguissimis carnibus, aut lyxiuiũ e cinere focario. simulac uero uomitione depulsum id mali est, ne qd in aluo subsidat: qcqd ex eo in intestina decubuit clystere aspero foras eluit̃. In eodẽ usu & nitrũ infriat̃ in aquã mulsã, bibẽdũq; datur. prodest & copiosum uinum & uetus: Item iura gallinaceorum, pisces quoq; præpingues; caro uetus & adiposa, & quęcunq; aruina uel recenti Butyro condita. Nam & uentrem ducunt ut dixi & stomachum soluendo paratiorem eum ad uomitus efficiunt: subindeq; acrimonias resoluunt & meatibus corporum constipatis acumina uenenorum & impetus retardant. Dantur obiter quędam & ex communibus ut terra Lemnia, Abrotonum, Agaricũ, Irio, Radix Heringii, Semẽ Pastinacę syluestris, Nardũ Gallicũ, Castoriũ, Medulla uiridis Ferulę, Nerii flos: cui cognomen Rhododendro est. Succus Marrubii, Laserpitium aut Laser. Sagapenũ, panacis Lachryma, Succus Peucedani & Radix Aristolochia oblonga, Semen Rutę syluestris, Folia Cestri: quæ dicitur Betonica, singulorum modus drachma ex uino. confert & polii decoctum & Pix liquida in farinam contrita linctu. Sed generosissime auxiliantur antidota: quorum compositurAS in Li

uomitum est remediũ uagum

Folia cestri

bri calcem distulimus. Erratica hæc & in commune sunt remedia.

NON OMNIA: SED MVLTA ESSE VENENORVM ET SIGNA ET AVXILIA COMMVNIA. C.V

Illud sciendum ex accidentiis: quæ committentur, in uniuersum uenena intelligi posse uti communia eis & remedia opponi debeant. Fere enim plurima ex iis habentur genera: quę similiter afficiant. Ideoq; haud temere multa sunt: contra quæ communia præsidia non ualeant. ac sunt quidam uaria ac multiplicia: quibus Vita Homini hoc modo adimitur: Sed affectiões: quæ indidem eueniunt communes uidentur: nec omnino multę. Fieri porro nequit ut accidentia ex uno aliquo sequantur omnia. alias superuacuus esset labor ista scrupulose commentantium & singulis uenenis remedia nominatim sua dicantium. Nam stomachum frequenter dolere & aluum & intestina & iecur & uesicam & renes: Item singultire, morderi, tremere, obmutescere, algere, conuelli, uenarũ ictus procũbere, difficile anelitum trahere, intempestiua ui somni auferri & rapi, uertigines sentire, pręfocari, ardere siti, sanguinem erumpere, torreri febribus: lotium non transire, torminibus uexari, crebro uomere, nauseari, cutem adrubescere, subliuere, pallescere, dementare, stertere, per omnia membra deficere ac resolui, aliaq; tum facere multa, tum pati, ex unius tãtum ueneni poculo sequi omnia hæc haud promptum inuentu sit. Singula utiq; in affectiones uniuersales secantur. ut ratione communium subducta breuis præterea capitum numerus relinquatur, quamobrem genus ueneni de aliquo prædictorum accidente nõ cognoscitur. uredo .n. oris ac linguæ, inflammatio stomachi, alui, renum, uesicæ, cruciatus urinæ uehemẽs. Interim sanguinis parte illa emissio: Multarum in corpore partium cõmorsio ac succensio: non cantharidum modo argumenta sunt: sed Bupreſtis, Salamãdræ, Pityocampes. Marcor, Sopor, Inexpugnabilis dormiendi, stertendiq; necessitas, liuor, Pallor, Torpor, Algor, Ereptio sensuum, Rosio per omnia corporis Membra notæ sunt, non Meconii tantum, Sed Mandragoræ, ac Cicutæ. mens commota non Apollinaris modo herbæ, Sed toxicorum omnium. sic enim uenena quędam appellantur, comes & assecla est. Itemq; aconiti & mellis põtici quod in Heraclea nascitur. pręfocatio non solum a Fungis infertur, sed a sanguine taurino, Lacte, Gypso, Cerussa, & Aconito. prorsus difficile est singula indicia, singulis reddere: quibus uenena queq; noscantur. præsertim cum in morbis aliis eadem sępenumero consequantur incommoda. q̃q̃ refert pręsentaneum sit uenenũ, an uexationes longas inducat. In priore signa reddi quadamtenus possunt: sicut docebimus. in altero sine labore curatio exigitur Indicante se processu maleficio: regenteq; auxilia: Nam uenena languida & quę a peremptorio illo acumine recesserunt: In diuturnas communesq; cęteris morbis affectiones transeunt: Quo fit ut proprietate eorum tempore abolita & in longinquas admonitiones retracta noxię id genus omnes in rationem unam cum morbis longinquis recidant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

In quo iam opera medicinæ facilis & sine alea est. et hęc sunt quę in commune ceu remedia quædam uaga & translatitia proficiunt.

VENENORVM INDEX C.VI

Consequens ab hoc est uti membratim ea recurramus, adiunctis quæ seorsum in quodq; genus singula conueniant: sed priusq̃ istuc accedimus, bene est, ut collecta unum in locum uenena omnia, tanq̃ in fronte spectentur: quęcunq; aut interimendi aut debilitandi uim quolibet ordine sortita uideantur, admonendis obiter studiosis omnibus nõnulla ex iis: quæ ad rationem salutis accomodantur: inter uenena collocari. quandoquidem neglecto prębendi modo ea quę sint etiam innocua: plurimum officere consuerunt: & usu eorum frequenti pernities sępenumero consecuta est. Ex animalibus ergo quæ perimant: sunt cantharides, Buprestis: salamandra: pityocampe: lepus marinus: rana rubeta læuis: rana palustris muta: hirudines haustę. ex seminibus uero Hyoscyamus: coriandrum: cicuta: psyllium: melanthium. ex succis & lachrymis meconium: opocarpason: Thapsia, Elaterium, Mandragora. Ex Radicibus Aconitum: Veratrum: Thapsia: Viscum: Agaricum nigrum. Ephemeron, quod aliqui Colchicon appellant: quoniam nascitur in Colchis. Ex Oleribus atq; plantis, Smilax, quã alii Milon, Romani Naxium aut Taxum uocant, Strychnõ cognomento Insanum quod & Dorienion uocamus: Herba Sardonia: quę ranũculi species est. Papauer cornutum: Pharicon & toxicum: ruta syluestris: Fungi: Ex partibus animalium: sanguis taurinus recens: lac coagulatum: mel insanum id est ponticum ab Heraclea. Ex metallis Gypsum: Cerussa: Calx: arsenicum. sandaracha: Hydrargyron argenti spuma plumbum & adarcha. E liquoribus domesticis uinũ copiosum raptim a balneis potum aut passum, aut etiam frigida.

CANTHARIDES SIGNA ET CVRATIO C.VII

EX Cantharidum potu signa insequũtur sæuissima: primum omnia fere quæ ab ore pertinent ad uesicam sentiũtur morderi, ad gustũ simile quiddam cedrię atq; pici redditur. præcordia dextera inflammantur: difficultas urinę suboritur. Interim per urinam & sanguis excernitur. sedimenta alui: qualia dysentericis. contingunt & animi deliquia & uertigines & fastidia. in finem ab alienatio. prius ergo q̃ aliquid tale eos adoriatur, cogendi sunt uomere oleo dato aut aliquo ex iis quę supra meminimus Et cum plurima exinanitio facta fuerit: Tum clysteribus aggredi conueniet: succum alicę infundendo, aut Orizę: aut tragi aut ptisanæ, aut maluæ decoctum aut seminis lini, aut fenogræci, aut radicum althęę illius: quæ a romanis Ebiscus uocatur. superbibere uero ex aqua mulsa nitrum oportet ad impellendum eluendumq; si quid etiamnum stomacho interaneisq; adhæreſcat: & si ne sic quoq; discussum fuerit: euacuare oportebit aqua mulsa cum nitro in aluum data. Deinde uinum aut passum offerre ut bibant intritis cum eo nucleis pineis & cucumerum seminibus. sunt qui lac probent aut aquam aut adipem anseris liquefactum in defruto. partes uero quæ inflãmatæ sint: illinẽdæ sunt farina ordeacea cum aqua mulsa incocta: Nec adhibenda tamen initiis cataplasmata sunt: quia excalfactis corporibus Remedia contineantur: quæ Defendendis & muniendis illata Vitalibus fuere. Processu efficacissime op-

ponuntur : inflammationumq; pericula & dolores insigni profectu mitigant.
interea oleo aliquo ex calfacientibus perunctos subinde in solium descendere la-
uariq; iubebimus ut per cutem quoq; summam (si fieri potest) pestis inusta corpo
ribus egeratur: in plenumq; omnibus modis agenda exinanitio est, ne quis habi-
tus, aut stabilitas affectioni pessimæ quęratur. laudantur cibo iis carnes gallina-
ceorum: porcellorum: ædorum, quas & præpingues haberi & q̃ tenerrimas curẽt
easq; additis lini seminibus decoquant. per hęc enim futurum est, ut & uentrẽ flue
re & acrimonias hebetari necesse sit. porro in potu uinum dulce copiosumq; pro
derit. Auxiliaria esse constat & corticem turis & cretam, quę aster dicatur: utrun-
q; denariis quaternis in denario passi ministrantibus. Item pulegium ex aqua tri-
tum & oleum irinum aut rosaceum cum decocto rutæ, surculisq; uitigineis tene-
rioribus contritis in passo. Sed potentissima in hoc genus antidota iudicantur
ex aqua mulsa denariis quatuor.

PITYOCAMPÆ. SIGNA ET CVRATIO C.VIII

Ruca pinorum siue Pytiocampa confestim q̃ illata uisceribus est: uexa-
e tio in ore, palatoq; insequitur uehemens stomacho, aluo & linguæ inflã
matio. intestina corripiuntur magnis doloribus: superq; ceu morsicus
apprehendi uidẽtur. Feruores corpore uniuerso, interęstuationesq; sentiuntur. cõ
tra hoc malum promenda sunt quęcunq; contra cãtharides. illud peculiare in eo
ut uice olei simplicis melinum adhibeatur: quod e cotoneis malis & oleo tem-
perari Docuimus.

BVPRESTIS. SIGNA ET CVRATIO C.IX

Vprestin qui bibere, persentiscunt gustu quandam ueluti putrilaginem
b uirusq; nitri. comitãtur eos dolores stomachi & alui subinde inualescẽ-
tes, earundemq; partium insignes & euidentes inflationes ut uideri pos-
sint hydropici: toto in corpore cutis attenditur. urinę non transeunt. auxilia ea-
dem: quibus uenena cantharidum domantur. priuatimq; post detractiones utrali
bet parte comissas: aridam ficum edisse aut decoctum earum in uino bibisse lau-
datissimum. utile est & palmulas Thebaicas & pollinẽ earum cum lacte aut mul-
so & pira cuiuslibet generis: etiam mulierum lac dedisse, sed inclinato tamen ac
decedente iam periculo.

SALAMANDRA. SIGNA ET CVRATIO C.X

Alamãdra linguam accendit: menti negocium facessit. tremorem cum
s quodam torpore defectioneq; aggenerat. liuores quosdam in corpore at
tollit orbiculari forma. qui maleficio durante multotiens computre-
scunt: & defluunt. machinamenta & aduersus hanc quæ contra cantharidas pro-
bantur: seorsumq; resinam commendant e picea, aut galbanum cum melle ut lin-
gãt. Damus iis & chamępityos decoctum contritis in eum nucleis pineis. pro-
bantur & urticæ folia cum lilio cocta ex oleo. Damus & oua testudinis marinæ,
aut terrestris, quæ utiq; sint decocta. Damus & ius ranarũ in quo radix Eryngii sit
concocta.

EPHEMERON. SIGNA ET CVRATIO C.XI

Phemeron: quod alii Colchicon: alii Bulbũ erraticum appellãt pruritus
e excitat toto corpe nõ alios hercule q̃ scilla urtica ue carnib9 affricatis.

Idem remordet interanea, stomacho ardores molitur non sine quodam insigni pondere. maleficio autem inualescente per inferna sanguis expellitur cũ strigmẽtis. occurrendum ut Salamandrę uomitionibus & clysteribus: & anteq̃ uires sibi maiores uenenum corroget: Dandum est eis foliorum Quercus, aut glandium, aut mali Corii decoctum, aut Serpilli cum lacte, aut Polygoni succus, aut surculorum uitis, aut rubi, aut ferularum qua tenerrimę sunt: medulla aut Baccarũ myrti cum uino succus: Ipsæ quoq; Baccæ seorsum pinsitæ in farina & in aqua mersæ præsidium allaturę sunt: Epoto in quo maduerunt diluto ad eundem effectũ probatur & castanearum interior tunicula: quæ in iis media & corpori proxima conspicitur. si cum aliquo e succis quos indicauimus bibatur. Origanum quoq; potũ cum lexiua utilitatem eandem pręsentat. Illud uero exquisitissimum esse creditur, ut asininum lac bibant & simul in ore contineant, si hoc possit fieri: nihil esse prędicant quamobrem aliunde remedium petatur.

DORYCHNIVM. SIGNA ET CVRATIO C.XII

Is: qui Dorychnium pauerint, siue ut alii appellare malunt Strychnon
i insanum huiusmodi notæ accidunt. sapor lactis cuiusdam in gustu. creber & cõtinens singultus. linguę dilutio: sanguinis uniuersi reiectio: mucosa per aluum excrementa, uelut in dysenterico egerũtur iis: sed prius q̃ aliquid horum sequatur, quęcunq; superioribus. uomitiones dico infusionesq;, aut siqua sunt alia: quæ maleficium elidere foras habeant. priuatim uero aqua mulsa: lac caprinum, asininumq;, Item passum cum aniso tepefactũ, amygdalæ amarę, pectuscula gallinaceorum decocta, omnis generis conchylia, siue cruda: siue tosta, quomodo & locustas marinas & gammaros laudant: & ex iis iura.

ACONITVM. SIGNA ET CVRATIO C.XIII

Conitum obiter cum bibitur, lingua dulcescit cum quadam astrictione.
a ab eo uertigines statim commouet. pręsertimq; dum assurgitur. oculi humore implentur: pondus in pectore, pondus in pręcordiis sentitur: cumq; flatus multus editur: Ergo aut uomitionibus confestim leuandum id erit: aut clysteribus deiiciendum per inferna. propinandum uero prius Rutam aut marrubium, aut origanum cum uino, aut absinthium, aut Erucam, aut abrotonum, aut chamæleam, aut chamępityn. conuenit & opobalsamum instar drachmę cum lacte: ruta castoreo pipere in uino coagulum ædi leporis: inuli ex aceto: recrementum ferri quod scoriam uocamus: ipsum ferrum, aurumq; & argentum candentia omnia: & uino restincta humore illo in potum dato. lexiua quoq; cum uino & gallinaceus indidem decoctus & carnium bubularum pręp inguium iura ex uino. specialis herbæ abigæ auctoritas aggrediendi, debellandiq; aconitum eamq; in heraclea ponti Holcyron uocant, ubi & aconitum fit. Athenienses Didoniam: Euboea Sideritin.

MEL INSANVM. SIGNA ET CVRATIO CXIIII

Abetur & Mel insanum quod nasci ad Heracleam Ponti diximus.
h Pastum aut potum similiter ut Aconitum afficit. Subueniunt cademq; Aconito quoq; aduersantur: Facillimeq; mulsum crebro sumptum cum foliis Rutæ.

CORIANDRVM. SIGNA ET CVRATIO C.XV

c Oriandrum latere non potest. odore proditur illico. raucescunt qui hausere. Insanientes intemperantesq; linguæ fiunt temulẽtis similes: turpia & obscœna blaterant. totum uero eorum corpus coriãdrum obolet. suppetias it post reiectiones cum oleo Irino ut dictum est, commotas uinum meracũ cum Absinthio, item sincerum. Oua quoq; in patinam depleta & subacta cum salsugine in sorbitionem prębentur. salsugo quoq; ipsa & ius salsum ex Gallinaceo & ansere, Item passum cum lexiua insumptum.

PSYLLIVM. SIGNA ET CVRATIO C.XVI

p Syllium algores cõtrahit toto corpore ac torporem cum lassitudine ac tristicia. resistunt ei quęcunq; in coriandrum præcepimus.

CICVTA. SIGNA ET CVRATIO C.XVII

c Icutæ potu capiti uertigines & caligines inferuntur, adeo ut ne minimũ quidem ad contuendum lõginqua luminis supersit. iam singultus, demẽtię, Frigus extremitatum. in fine conuulsi distentiq; præfocantur, spiritu uidelicet: qui reciprocare haberet, intercluso & procumbente. igitur uomitiones initio sunt ciendæ: quibus desistens in stomacho uirus eiiciatur: Deinde agendum iniectionibus ut quod prolapsum ex maleficio in aluum & intestina fuerit exernatur euadatq; foras: Tum quod maximum in hac peste remedium est, Meracum propinare oportet: repetendum per interualla in quibus aut lac bubulum asininũ ue bibi utile est: aut absinthium cum pipere atq; uino aut Castoreum & Rutam & Mentam cum uino aut Amomum aut Styracen. uncia ponderis: aut piper & semen Vrticę cum uino aut Laurus folia & laser æque in uino: passum quoq; per se copiosum bibendo insigne iuuamentum contrahitur.

SMILAX SIGNA ET CVRATIO C.XVIII

s Milax a quibusdã, Thymilon a Romanis Taxus appellata, corpori uniuerso frigus molitur: strãgulat: cõficit celeriter. cõueniunt quę in cicutã.

OPOCARPATON. SIGNA ET CVRATIO C.XIX

o Pocarpaton soporem præfocationemq; importat. iugulat ocissime. recreantur quibus Cicuta periclitantes.

SARDOA HERBA. SIGNA ET CVRATIO C.XX

h Erba Sardoa ranunculi genus est. pota hæc aut comesta mẽtem statu suo dimouet. Distentiones neruorum & labiorum contractiones facit. dehiscereq; in rictus ora cogit, imagine ridentium plane reddita, ut ob id sardonius risus in prouerbium usq; famigeratus esse uideatur primum. Ergo studendum est ut nausea correpti uomitent: uomitionibus finitis dari oportet aquã mulsam & lac bibenda q̃ largissime: dein excalfactoriis medicamẽtis oblini ac madescere, ita ut oleo corpora tota diffluãt, crassescãtq; penitus. solia uero in quæ mittantur oportet esse tẽperata oleo & aqua calidis. Egressos superinungere uehementer & defricare conuenit. in totum curationes eas omnes adhibebimus quę contra conuulsiones adiungi solent.

HYOSCYAMI. SIGNA ET CVRATIO C.XXI

h Yoscyami hoc est apollinaris herbæ pastu potuq; alienatio animi, qua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

lis e Temulentia consequitur; In eoq; ratio medicinę facilis. A qua mulsa copiosa, aut lacte infuso per os: In quod potissimum quæritur ex Asina. Sin occasio eius non sit e Capra uel Boue. Medentur & Ficus siccæ decocto. Nuclei pinei, Cucumerum semen In passo. Vinum salsum cũ suillo adipe recenti ac dulci. Semen urticę, nitrum ex aqua. Intubum erraticũ: sinapi: allium: cępa: quę sumant in uino. Deinde iubentur quiescere, ut quemadmodum ebriosi solent: excoquant.

MANDRAGORA SIGNA ET CVRATIO C.XXII

m Andragora epota cõfestim adest sopor marcorq; corporis, dormiẽdiq; improba necessitas, ut a lethargo nihil intersit. Sed anteq̃ indicia ca erũpant: uomitiones moueri & aquam dari mulsam conueniet: ab eo nitrum & absinthium in passo aut uino dulcescente Caput Rosaceo & aceto perfunditur. Excitantur idẽtidem uellicatibus & olfactoriis: qualia sunt eupatoriũ: sinapi: testes fibri: acetum: ruta: odor a lucernarũ extinctu: Quod si ne hoc quoq; modo expergiscantur: sternutamenta inferre aliaq; somniferis morbis communia excogitare oportebit.

OPIVM SIGNA ET CVRATIO C.XXIII

o Pium hoc est Lachryma papaueris quibus sit haustum: soporem cũ refrigeratione inducit & uehementem pruritum: adeo ut concipiente uires medicamento altissimum somnum plerumq; abrumpat. Halat uero succi eius odor circũsecus ab omni corporis parte prodendo se. Igitur Vomitionibus ex oleo & iniectionibus acrium specierũ peractis auxilio erit acetum mulsum cum sale potum, aut mel cum rosaceo calefactum & Vinum Meracum cum scopis absinthii Cinamomo ue largiter insumptum aut acetum per se calidum: Item nitrum cum aqua: & Origanum cum lexiuio aut passo. Semen quoq; syluestris rutę cũ pipere uino & panace. Item piper cũ aceto mulso & castoreo: aut satureiæ aut cunilæ bubulæ decocto, & uino adiectis: & ii quoq; olfactu excitari debent subinde & in balneas feruentes ad restinguẽdos pruritus descẽdere: simul lauere: pinguia iurulenta cũ uino passo ue tradũtur ut bibant. Itẽ medulla cũ oleo.

PAPAVER CORNVTVM SIGNA ET Curatio C.XXIIII

p Apauer cornutũ cibo & potu enoxat ut opium. Cura parili depellitur.

PHARICON SIGNA ET CVRATIO C.XXV

p Haricon gustu quidem omni assimilatur nardo: sed resolutionem facit neruorũ cum alienatione mentis atq; spasmo. Purgatione ut in cęteris præmissa uinum absinthites bibendum cũ myrrha uel Cinnamomo uel nardo gallica: quã serinen appellauere: uel nardi spica drachmis duabus in passo & myrrhæ obolis totidem: Item cum Iride ac rosa in uino. Caput uero erasum prius farina ordeacea illinendum cum ruta trita & aceto.

TOXICON SIGNA ET CVRATIO C.XXVI

t Oxicum Nominatum uidetur ab arcubus: quoniã barbarorum sagittę in præliis tingerentur illo. comitatur inflãmatio labiorũ atq; linguæ. Furor indomitus, obuersatio uariarũ imaginũ: quibus illorũ mens pręcipue addicta fuerit. Omnino difficilis medicinæ curatio proponit': raroq; unq̃ accidit quẽquã seruari: qui biberit. Quamobrem uincire conuenit primum eos

Dein cogendi sunt Vinum dulce cum Rosaceo bibere: mox Reiicere. Ingerendum & semen Rapi cum uino priuatimq; Radix quinquefolii: sanguis Hircinus aut Caprinus. In eundem usum & cortices quernus fagineus & Ilignus subacti lacte dantur. Prodest & cotonea mala esse trita: aut cũ pulegio ex aqua, Item amomum & balsami semen in uino. Quod si qui forte periculum effugere, diu in lecto inutiles iacent: conualescentesq; etiamnum raro ad sanitatem perueniunt: & reliquam uitam uelut attoniti ac stupentes exigunt.

VISCVS SIGNA ET CVRATIO C.XXVII

Iscus qui & Vlophonon uocatur quẽdam odorem Ocimi & saporem
u in bibendo refert. Inflammatur insigniter lingua: desipiscit & aliena loquitur: qui hausit. Excrementorum meatus obturantur omnes. Strepitus uentris ac murmura cum animi defectione cõmouentur: neq; cupiditas desidendi quicq̃ ultra proficit. Succurrit post Vomitionem multam & deiectionem per aluum bibisse dilutum absiuthii cum uino copioso mulso ue aceto: aut semen rutę syluestris, aut radicem Laserpitii, aut decoctum Tragorigani cum aliquo ex prædictis, uel cum Lacte, uel Terebinthi Resina, uel Nardum uel Castoreum, uel Silphium singuloꝝ obolis in Vino. Iuglandiũ quoq; nucleos cũ Resina detritos & castoreo & ruta denariis omniũ: nec nõ chamęlęam drachmis duabus aut thapsiam totidem cũ aqua mulsa. Vtiliter & acetũ incalfactum prębetur.

CERVSSA SIGNA ET CVRATIO C.XXVIII

E Cerussa quoq; iniuriam suam occulit. Deprehenditur colore illico:
n quoniam palato & linguę Tectorium album sponte sua inducat & dentibus mediis prodatur candore. Singultus: tussis: ariditas linguę: refrigeratio partium extremarum: Mentis cõmotio: corpus fere demortuum Notæ illius sunt. Leuantur aquam mulsam bibẽtes: Item ficorum decocto, aut maluæ, aut Lacte calido. Sesama quoq; in Vinum trita uel lixiuius cinis e uitium sarmẽtis uel oleũ Amaracinũ siue Irinũ, Vel persicorũ ossa cũ Liliorũ decocto uel colũbarũ Oua cũ Ture, aut Ordei succo decocti aut prunorũ: Itẽ gũmi ex ulmo & humor i folliculis eiusdẽ arboris inuẽtus cũ aqua tepida: subĩde ut uomãt. Proficiet ad eos & succus thapsię & lachryma scamonii altero eoꝝ cũ aqua mulsa epoto.

FVNGI SIGNA ET CVRATIO C.XXIX

Vngorum Alii genere, Alii copia iugulãt. Ex omnibus pręfocatio exi
f stit: qualis in suspendioso. Pręsidiũ cõmune uomitio potu olei excita: tũ cinis e uitibus mirabili effectu: Item e ligno pirastri cũ posca & sale aut nitro: ipsa quoq; Pira syluestria foliaue incocta cũ fungis uirus eorũ exitiale ancepsq; detrahunt. Et si edantur quoq; uel seorsum adiuuant. Medẽtur & gallinarum oua in posca cum malo terrę drachma una & absinthium cum uino & melle cibo & potu. Citrago quoq; cum nitro. Radix e panace in uino. Fex uini cremata in aqua. Æris flos ex aceto: Rhaphanus: Cardamomum: sinapi.

GYPSVM SIGNA ET CVRATIO C.XXX

Ypsum obstrangulat densatum in Lapidem: proindeq; auxilia: quæ in
g fungos reddimus, Transferenda huc sunt. Superq; decoctum Maluæ: quod uice olei assumendum est: Nam & pinguem naturã habet & in uo-

mendo tam fluxam atq; lubricam ut transitu ueneni eius intestina corporis uelli stringiq; non sinat: quod alioquin faceret gypsum quoties silicis duritia cōcresceret. Est & in oleo utilitas cū aqua mulsa & ficus decoctę succo: & lexiuio & uitibus & ficis in uino copiose sumptis. Cōmendatur & Origanum & Thimū cum aqua lexiuia uel aceto uel passo. Perluendi sunt & decocto maluæ.

TAVRINVS SANGVIS. SIGNA ET Curatio. C.XXXI

t Aurinus sanguis recens difficultatem spirandi, strangulatūq; affert oppilatis meatibus: qui circa Tonsillas gurgulionēq; sunt: cum uehemēti cōuulsione lingua efficitur rubicūda, Dentes inficiuntur: & in mediis iis glomuscula inueniuntur concreta. Vomitio in his abdicanda tota est: Quoniam sanguinis globi attractu illo in angusta gulę sublati celerius opprimerent. Dantᵋ quę sanguinem conglobatum dissoluere habeant: simulq; aluum trahant. Laudātur grossi Lactentes in posca: Nitrū uero etiā per se: Item omne coagulū cū aceto. radix & Lachryma laserpitii, semina brassicę, Lexiua ficulnea, Cunilaginis folia pipere addito, Succus rubi ex aceto. Oportet & uentrem quoq; ducere: solent his: qui seruantur, excrementa per sedem reddi stercorosa & sordida. Eodē tempore stomacho atq; aluo farinam ordeaceam cum aqua mulsa illini pręcipiunt.

LAC COAGVLATVM. SIGNA ET Curatio. C.XXXII

e Lacte coagulato creber uno impetu strangulatus aggreditur: Quoniā conglobatio intus facta sit. Pro antidoto his est coagulū cū aceto ut sæpe id uesci cogantur & folia nepitæ arida & succus expressę. Radix Silphii & lachryma eius posca. Thymū in uino lutū, lixiuiū, salsamenta oīa improbantᵋ: qa spissescat iis lac: magisq; colostretᵋ in caseū: & i his quoq; periculosa uomitio est: qa retractū in angustias gulę lac suo cōcretu animā cōmeantē itercipit.

SPVMA ARGENTI. SIGNA ET CVRATIO C.XXXIII

s Pumam argenti hoc est lithargyron qui biberunt grauitatem quādā in stomacho & aluo intestinisq; sentiunt comitāte importuna ui torminū: quandoq; uero interanea pondere uulnerantur. Vrinę subsidunt: corpora intumescunt & indecora plumbagine colliuescunt. Hos uomitione antecedente curabimus: semine syluestris Ormini. Ex uino item myrrha octo denariis: absinthio hyssopo: semine apii, aut pipere, aut cypri flore cum mero & palumbi feri fimo exarefacto, addentes nardum atq; Vinum.

HYDRARGYRVM SIVE ARGENTVM VIVVM. SIGNA ET CVRATIO C.XXXIIII

h Ydrargyro Signa & remedia eadem sunt: quæ spumæ argēti, q̄q̄ specialiter uidetᵋ copiosum Lac prodesse. Auspicādū & iis a reiectionibus est.

CALX: SANDARACHA: ARSENICVM. SIGNA ET CVRATIO. C.XXXV

c Alcem Sandarachā & arsenicum dolores Intestinorum & alui cum rosione insigni consequūtur. Quare omnia oportet præberi quæ cum eo, quod temperant: suauem quoq; ac facilem exitum uentri præparent: cuiusmodi est Ibisci succus & malue: Natura enim utriq; perlubrica. Exhibetur & lini seminis decoctum & herbę Tragi appellatæ fructus, Item Oriza. Damus &

Lac cum aqua mulsa Copiosum bibendum. Conueniunt & iussulenta quæ cum adiposa tum boni succi habeantur.

LEPVS MARINVS. SIGNA ET CVRATIO C.XXXVI

q Vibus in pastu fuerit Lepus Marinus piscem sibi Virosum olent. Hoc primo argumento ueneficium id arguitur. Aluus processu dolet. Vrinę supprimuntur, aut si quę interim transeunt colore purpureo uisuntur. Auersatio & odium & ad omne piscitium. Sudor tetri odoris. Vomitus biliosus quandoq; mixtus & sanguine: obstat ei asininum lac: aut passum: quod sepius bibatur. Item Radicis malue ac foliorum decoctũ. Cõmendant & cyclamini Radicem tritam in Vinum: Item ueratri nigri: aut Scamonii lachrymã denariis singulis cũ aqua mulsa & acinorũ granati acidi succo e nucleis, aut pollinẽ cedriæ n uino. Facit & Anserinus sanguis datus potui calidus: & cum cęteros pisces ut prediximus detestentur: Fluuiatiles cancros Esitant decoctos & peragunt: & iuuantur. Salutis signum in his cum admittere piscem incipiunt.

RANA RVBETÆ ET RANÆ PALVSTRES MVTÆ. SIGNA ET CVRATIO C.XXXVII

r Anæ Rubetę itemq; palustres corpori tumorẽ afferunt. Vehementi pallore uniuersa cutis suffunditur & ad Buxi similitudinem lutescit. Anhelitus ęgre trahitur: grauecolentia oris molesta. Ex oritur & singultus. Interdum effluxio geniturę uoluntaria. Vinum a uomitionibus large ingestum meracum facillime sanitati restituit. Laudatur & Radix arundinis odoratæ aut Cyperi duarum utriusq; drachmarum pondere. Fortis inambulatio decursioq; ad torporem excutiendum probantur: pręceptio est ut & singulis diebus lauent.

SANGVISVGA. SIGNA ET CVRATIO C.XXXVIII

b Dellę hoc est hirudines & Sanguisugę cũ aqua epotę adhærescentes in ore uentriculi: attractis ibi partibus quẽdam ceu suctũ intelligi ac sentiri faciunt: quod & signũ habetur hirudinis pastę. Deiiciunt sorbitionibus muriæ laserisq;, foliis betę cũ aceto: Niue cũ posca gargarissatibus quoq; cũ nitro ex aqua: Item atramento sutorio ex aceto. Si uero in faucibus subsistãt, Descendẽdũ est in soliũ excalfactũ & aqua frigida in ore cõtinenda. Egredient.

VERATRVM ALBVM: THAPSIA: ELATERIVM AGARICVM NIGRVM C.XXXIX

c Æterum prudentia illa medico pernecessaria est, ut nonnulla intelligat ancipitis usus esse quę ut ꝓposito iuuãdi ministrant, ita periculũ frequẽter, nihilo q̃ cætera uenena leuius ĩportãt: cuiusmodi sunt: ueratrũ albũ: Thapsia: Elateriũ & agaricũ nigrũ. Nãq; oĩa hęc sepe numero aut iugulant aut purgatiõe imodica debilitãt. Curatio ꝯtra hęc ut in fungis ac similibus: exinanitiones uero nimias reprimũt quęcũq; ad cõtinẽdã aluũ fluẽtẽ pollere demõstrauimus. Ac nõnulla quidẽ parũ oĩno uident officere: sed qbus tamen neglectis in discrimen uita deducit, hęc habere despicata aut cõtemnere nõ oportet, ut sunt ruta syluestris atq; Git.

AXOS C. XL

p Ericulum & Pappi recentes afferunt. Flores ii sunt eius spinæ: quæ uocatur axos. Contra hos uomitio sola præsidium est.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

AQVA FRIGIDA ET VINVM C. XLI

a Qua frigida uniuersim ac sine interspiratione hausta: Item uinum copiosum meracum pręsertim a balneis a cursu a ualidis exercitationibus strangulationes & dolores inuehunt. In his sanguinem mittere q̃ primum necesse est: quoniam uena exonerata metus omnis momento discutitur.

EPILOGVS.

q Vę signa letalium Medicamentorum haberentur: & qua ratione obuiã eundũ esset iis: & qua custodia uti oporteret eos: quorũ uita talibus esset insidiis obnoxia. Hactenus dixisse conuenit. Subscribenda erant iis antidota nobilia: quibus usi ueteres dicuntur. Mithridatium & quod sanguine animalium constat: & quod e scinco fit: sed quoniam in cõmentariis ei generi dicatia accurate habentur perscripta: supersedendum nobis hoc opere censuimus.

LIBRI SEXTI DIOSCORIDIS DE VENENORVM CVRATIONE FINIS.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE VENENATIS ANIMALIBVS ET RABIOSO CANE. LIBER SEPTIMVS.

QVID SIT THERIACON QVID ALEXIPHARMACON Cap. I

d E uenenatis Animalibus & Medicamentis: quæ pernitiem afferre consueuerũt propterea scribere aggredimur, ut medicinæ pars quæ periodice uocatur, consumationem ambitu suo toto capiat. Alioquin pars hęc nihilo minore usu q̃ cætere medico futura est: quando quidem præceptionibus: quæ hoc opere continentur & magna pericula & graues molestias & uehementes dolores & incõmoda id genus plurima depelli, arceriq; contingit. Sũma igitur diuisione agendo bimembris ut initio pręfati sumus oratio proponitur de Animalium uenenatis Ictibus & de medicamentis Lętalibus. Prior Sermo Theriacos. Secundus Alexipharmacos uocatur: in quo explicando demonstrare prius est signa: quæ comitentur percussos: deinde remedia: quibus singula tollantur. Oportet uero Medicũ prudentem parata ad manum & tanq̃ in Numerato habere omnia ea: quoniam Intempestiua mali uis liberam plerũq; moram non patitur ad supputanda quæ potissimum ualere possint: Pauca omnino sunt, cum ex Animalium numero, tum ex pestilentibus uenenis: quæ pericula sua in longũ trahant: segniterue differant. Ex aduersum plurima: quę celerius dicto Iugulẽt: statimq; si nõ succurratur, operam laborẽq; frustrentur: Et qui tam facinorosi natura sunt ut huic sceleri se obstringant, ac uitę insidientur alienæ, pręsentaneum admoliri maleficium conantur. Sed & qui desponso animo aut cõscientia peccati: aut difficultate aliqua circũuenti uenenum ultro hauserunt ut se rebus humanis extrahãt si dein aut superueniant amici: aut pœniteat, opus est celeritate q̃ta maxima esse potest. Hostes

quoq; Iacula sua Toxico illinentes & puteis atq; fontibus uenena disseminantes Repentinum & sine dilatione aduersariis suis interitum cogitant. Plane uenenũ quibus ita datur nõ ut obiter q̃ illatum est officiat: sed ad tempus, nisi auxilia qua si anticipent ac pręuortant: omnis deinde labor inanis & superuacuus insumit: propterea q̃ futurum est ut pestifera illa uis iam crassata sit in corpus, depopulãdoq; uitalia confecerit. Quamobrem non fortuito negligenterue interueniendũ his erit: sed ut in Cęteris quoq; morbis elaborandum ut artis huius prudentia salutem suam hominibus repręsentasse uideatur.

VENENA PERTINERE AD THERAPEVTICEN C.II

C ueteribus quidem genus hoc de quo nunc agimus in Therapeuticen
a hoc est rationem curandi placebat referri. contra recentiores ab eo separant Prophylacticũ siue Prophylacen id est obseruationem & custodiam antecedentem uocantes & mediam statuentes inter partem: quę docet quẽadmodum sanos agere cõueniat & eam: quæ ad morbos & curationes eorũ pertinet, in quod probandũ superuacuo & plane futili argumento utuntur. Tris inquiunt haberi corporis humani status. Vnum ualitudinis secundę. Alterum aduersę. Tertium inter hos ancipitem: quo species quidem sani, sed affectio tamen aliqua subsistat: quæ decliuem propensumq; faciat ad decũbendũ periculo: cuius rei exemplũ afferunt cõmorsos a Cane rabido, nondum tamen pauentes aquam: Item eos qui potu cantharidũ tentantur, necdũ tamen dolores aut urinæ tormẽta senserunt: oportere artem proportione triplicis habitus in tria quoq; mẽbra diuidi: Hygienon hoc est sanitatis tuendę præceptionem: Prophylacticon hoc est rationem prohibendi ne corpora facile collabantur. in morbos Therapeuticon hoc est institutionem per quam incidentes Morbos discutimus. sed contra hos in eo primum insistimus: quod illo quidem modo necesse habent nõ tres sed quatuor habitus concedere. Nam queadmodũ sunt qui nondũ quidem languẽt: sed propter causam impendentem aliquam Idonei redduntur: ut langueant: Ita sunt qui non ægrotant quidem amplius: sed nondũ tamen cõualuerunt: quod uidere est in his: qui nuperrime ab aliqua ualitudine resurgunt: nec uires tamen pristinas adhuc sumpsere, sed quemadmodum diligentia recolligendi se: qui iam liberati sunt, Therapeutice propria est: ita ratio custodiendi ne corruant, qui propensi sunt eiusdem partis esse iudicanda est. Deinde si spectes ad remedia: quibus uenena debellãtur: nõ temere alia parte ualidiora uehemẽtioraq; pręcipi comperies: nam & uulnera in ferendo altissime dehiscentia, Item urendo, secando, exulcerando: potionibus pręparando mille aliis modis exercendo & communiendo corpora: medicinæ ratio illa constat: quã ipsi Prophylacticen appellant. Ac sunt quidem aliqui usq; adeo contra ueritatẽ obstinati, ut remedia uocari negent: quibus morbi pręueniantur. quod quãobrẽ defendãt elicere coniectura nõ possum. Nam & ipsum nomen Prophylaces & modus in eo genere uersandi nihil demum aliud significant q̃ remedia. Iam obseruatio qua quis contra pestilentiam utitur adhuc integer: cum tamen opportunus ad illam sit iniuriam uicio aeris qui nos ambit, Cur nũ in diuisionẽ illam eodem modo quo uenena recidat? Quin & pars ea: quę sanitatis pręcepta seruandę complectitur: nihil aliud uideri potest q̃ pręcedens

cedēs istęc custodia. Ideo enim corpora cōfirmari & fieri dura q̄rimus, ut morbis inexpugnabilia & inuicta custodiātur. Iā qđ in hac cōtrouersia cardo caputq; est, negare oportet qđ illi proposuerūt, medicinæ artis partes cōgruere cū numero statuū corp̄is. sed explorāda est natura generū p̄ suas cuiusq; notas, seorsūq; de singulis accurate disserēdū. Vt ipsi suis in locis ostēdimus. Sed aduersus istos causa ē, q̄ obrē plura nō dicamus. VENENA CERTAM HABERE CAVSAM CVR INTERIMANT CONTRA Empericos C. III

i Llud potius testandum est pericula, quæ de animalibus infestis ictu, & q̄ de medicamentis aliis exitium importantibus oriri soleant, Anętiologeta a quibusdam uocari, hoc est Abditos cæcosq; morbos & quorum explicatio in causam aliquam certam referibi nullo modo possit. similiter & auxilia q̄bus cōtra hęc occurritur. propterea deficiēte ratione ad disceptationē partis eius uideri percurere, cui mandata obseruatio est. utiq; si fides ita dicentibus adhiberi cœpta, quibus equidē protinus reclamo ipse. Non enim uerum id prorsus est. Sed semp̄ qđ in quaq; re sup̄uacuū, est & nullius ad op̄a momēti est cōiectūrā difficilē habere cernit̄, aut etiā oino tale est, cuius ratio p̄prietatū nullo modo reddi possit. hoc autē & in aialiū p̄cussibus, & in uenenis interneciuis assolet cōtingeē. Id. n. qđ in iis usū aliquē ad opus & curationē cōtinet, neq; obscurū ē, neq; causas suas nō habet. q̄n ab ipso se aliq̄s fiduciā capiēs & fortiter loq̄ sumēs de imp̄spicuis quoq; illis nō nihil affirmauerit. ac illa q̄dē seorsū extimata p̄pter exilitatē sēsus nr̄os diffugiūt, sed notitia eorū tñ euidēs haberi potest, ex illis ipsis inuicē collatis. quē q̄dē locū & Diocles in cōmētario ad Plistarchū elegāter tractauit, cuius & uerba p̄texuimus. argumēto inq̄t sunt cū alia pluscula, tū uiperę, scorpiōesq; ac similia, quæ tāetsi obscura & genus pusilla, diros tñ cruciatus & magna p̄icula nobis inferūt. quorū pleraq; tā exigua & uiribus imbecilla sunt, ut ne cerni q̄dē facile possint. q̄ta obsecro magnitudine censeri debet animal portiōe ictus, quē facit scorpio & cętera id genus q̄ carnē uulnerāt: quorūq; aliq̄ uehemēter nos torq̄nt: aliqua erodūt, nōnulla celeriter interimūt: aut q̄s tm̄ uirus credat esse qđ e morsu Phalāgii uitalibus illatū intestina oīa exerceat: nimirū in tam paruis atq; tā nullis aīalib9 dignosci q̄ta sit moles eius maleficii nō potest. porro affectus esse aliquos in corp̄e, quorū merito istęc cremētū & magnitudinē accipiāt, in cōfesso est oībus sed potētiā inesse q̄dā in bestiolis illis tabificā, q̄ corporibus insinuata causam accidētis incōmodi nōnullā habeat. cōcessū & hoc p̄suasūq; uulgo est. neq; futurus sit aliq̄s studio cōtradicēdi p̄negādiq; tā stolidus, ut molestias eas cōtēdat a hūde ut lubet cōtingere, nō ab materia pestilēti, q̄ certa p̄te aditū in corpus tulerit. hoc aūt illud tm̄ est, qđ ad opus artis p̄tinet uidelicet in oi op̄e, q̄ res opus hoc efficiat posse p̄nūciare. ut nihil p̄terea nobis obsit icognita p̄prietas. q̄doq̄dē ratio cōmunis indicari & certissime cōp̄hēdi potest. q̄obrē Erasistratus audaciā medicoꝝ q̄ se ab exp̄iētia Emp̄icos appellauer̄ taxaturus causā iis ascripsit q̄ illi anętiologeta, hoc ē originis icōp̄tę dicerēt. fateri nolēs aliquos esse morbos. quoꝝ causa saltē q̄ trāscēderet & uniuersalis haberet̄, teneri nō posset. p̄inde i causaꝝ pictura deliniauit hāc ex cādido. nec usq̄ p̄fessus est q̄b9 i morbis curatio p̄ obs̄uationē sufficeret, ut q̄ cōtra s̄pētiū morsus & oīs gn̄ris uenena obseruatio sola satisfaciat nul-

la penitus ratione causarum habita. Primum nempe saltem genere comprehendi possunt. Nam qđ sit uis corrumpens aliqua & ea in quibus cōtinetur subiecta immutans adeo ut & interimat, & horum non spetiatim, Sed generatim curationes subscribit ipse, quibus hebetari & extingui debeāt. Qđ autē subiungit iis, uenisse quem ad aquas dulces atq; poculentas & ante obseruationem, usum esse ob præcordia tenta uomitu, aut percussę partis suctu, cucurbitula, sectione, ustione, aut medicamentorum idem pollentium impositione. Ad postremum præcisione mēbri. considerauit remedia esse aliqua naturæ ad cutem reuocantia, quę immissę in altitudinem pesti resisterent. Omnia hæc quibus aliquid dixit, recte ab eo uidentur esse dicta, & rerum ipsarum naturæ consentanea.

DE EADEM RE CONTRA METHODICOS C. IIII

Æterum mirari subit eorum qui se Methodicos uocant, prudentiam qui
c nolunt concedere uirus illud tabificum quod succedit ex animaliū morsibus in corpora causam esse periculorum: quę creari ab eo uideanrur. Sed nomen illud quasi omnino temere impositum recipiant. Nam & apud ipsos uis ea, quę sic iniicitur Phthoropoeos hoc est tabifica, & exitialis uocari consueuit. Tabificum porro esse non potest alterius officium uideri, q̃ causæ. At illi nomen hoc tabificum simile aiunt esse iis uocabulis in quibus partes quidem orationis aliquę iunguntur. Sed significatione ac potestate carent & nuda soni prolatione continentur, cuiusmodi sunt Marsippos & Anacalyptin, & proxima his complura. atq; ut hæc intellectus certos principalesq; nō habent, Ita & hanc uocem Tabificum commentitiam uideri & quasi productionem esse uerbi sine ullo sensu. Deinde argumentum a portione causarum concinnant hoc modo. Causarum alias esse procatarcticas hoc est initiales & originis (Sic enim appellant quę ꝑtinus q̃ iniuriam attulerunt digrediuntur, abiunguntur q;, ut lassitudines algores, æstus, similia iis) alias continentes hoc est Synecticas, quia & nocumentum afferant neq; abscedant. Sed quibus præsentibus præsentes & morbi sint increscentibus increscant, Decrescentibus decrescant, recedentibus, recedant. & omnino quibus solis ac per se manentibus effecta quoq; ipsa maneant. hæc esse fastigia causarum confessa & receptissima, uim Tabificam in neutrum genus referri posse. Non initialium, quoniam & corpus affectum esse perseuerat. Nec illa tamen exclusa est. nec continentium, quia diutissime malum adsit, ut in iis, qui a rabiosa cane sunt emorsi. Qđ si neq; in hunc neq; in illum ordinem reponi potest maxime consequens uideri, ut neq; per se neq; alterius consortio sit causa. Ita cum elicere nō sit in utrā diuisionis illius sedē recidat uis tabifica, necessario manus dari obtineriq; ne dignatio ei inter causas ulla tribuatur. Ad hæc nostra respōsio est negari nō posse, uocabula q̃dā esse, quę partibus nectātur nihil significātibus, sed factitia tm̃ sint, ac strepitu syllabarū mero cōstēt. illud eūdū inficias est oīa uocabula generis atq; sortis eius esse ut nihil rep̄sentēt audita. qn & pauco numero habētur q̃ illo more efferātur. Nā & uerbū facere in qđ nomē hoc tabificū deponit. cēseri nō potest uolūtariis illis ac temere cōuictis simile. sed significatū p̄sefert maxime peculiare atq; ꝓpriū. ut enim nomē tabis pro corruptione acceptū mutationē in deterius significat, Ita uerbū facere seorsum intelligit̃ neq; ab eo, qđ in composi-

tione tabi subditur. significationem sibi corrogat precariamq; possidet, sed suam & a se habet. Ergo nomen quod omnes integrum & prefectum audiūt sine aliquo significatu redditur. perinde q̄ Pædis & cindapsos: quod si dant tabe corruptione ue innasci morbum sano: dabunt & de illo cui mandata faciendi significatio est. si quidem tale aliquid habetur, quod tabem aut corruptioné progeneret. quicquid porro sigillatim facit aliquis, aut generat, necesse est ut causa earū rerū dicat̄, quę in corpore subiecto continētur. Idq; tam in iis uenenis. quę animaliū immitūtur ictibus, q̄ medicamētis aliis pniciē importare solitis. at oportet inquiūt sub altero causarū genere collocari possint. sed errāt & hinc diuisioné causarum uitiosam & hiantem afferentes, quando causæ medium quoddam ac tertium discrimen habent, ut placet iis, qui Dogmatici uocantur: quod quidem partim initiale sit, ac efficiés: partim adiūctū atq; cōtinés, ut ulcus inguinū atq; febris inde, & qđ cū illo genere causa℞ q̄ ppetuo effectibus sui assidét, supuenit mox, digredit̄ ut lapsus a fractura. in summā quotiēs aliquid incurrit, qđ suopte ingenio causa qdē rei sit, sed in mēbra distictiōis cadere nō possit, hoc nō causā cōgeneris naturę, sed mochtherō id est noxam & detrimentum appellare cōsueuerunt. q̄ uero tabificum quid dicere sit causam quoq; rei dicere tum uocabuli uis ostendit, tum multo certius ipsa res. Quid enim aliud excogitari quęso potest in quod eius mali culpa transferatur, quod ex canis rabidi uulnere consecutū est, nisi uirus & natura ea, quæ ab animali egressa penetrauit in corpus? cum non perfrictio, non excalfactio, non lassitudo, non cruditas, non aliud quicq̄ inueniri possit, quod accuses. Quoniam uero in partitione illa causarum bicipiti, plurimum se mirantur, alias earum initiales uocando, alias continentes atq; iunctas. nihil mutamus. blandiantur & placeant in eo sibi. Fruātur inuentione sua per nos, omnino dū sciāt custodita ea quoq; nihilosecius futurum, ut rationi eorum facile respondeamus. fatemur uim tabificam in utrolibet distributionis eius fastigio posse constitui. originis propterea q; antecesserit effectum & quasi prius corpore substiterit continentem. quia dum affectus adest, adsit. dum abest, absit. ac de iis dixisse hac fini satis.

GENERA CVRATIONVM IN COMMVNE C.V

Constituendum autem pro certo est Tabificā potētiam, quæ intus sit in corpore ualidissimā esse causam cōtingētiū malorū, atq; hinc summa intētio regēda. Sed anteq̄ ęrūnæ aut dolores exerāt sese multifariā colluctādum cum maleficio erit, donec utiq; trudatur e corporibus. modo enim excernendum erit parte qua intrauit, modo tardandum adalligandumq; alicui membro, qđ e capitalibus non sit, priusq̄ in altum se dedat, perstringatq; contactu suo uiscera: Modo aliqua superbibenda: quibus acrimonia ueneni diluatur. Postq̄ peruicerint remedia, & libero cōmeatu per corpus euagari cœpit: ac excretio qui dem ipsa: si mala fuerūt medicaméta: detractione p uomitū actitāda est. sin animaliū pcussus: scarificatione, cucurbitulis, suctu, scalpro. Interdū & mēbri pcisione. retardatio auté & coerctio infusionibus & acriū facultatū iniectione sup uulnus. hæc auté simul & impediūt uirus & tēperāt. Extingūtur uero & debellātur omnia ea potionibus meracis uini & passi aut etiam cibis acribus aduersantis naturę. postremo auxiliat̄ iis & deductio alui & euocatio sudoris & quædā alia e cōmunibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

quę singulatim a nobis indicabuntur. Necessarium uero est nõ tabificã modo illã uim quæ subiit in uiscera, spectari: sed & magnitudinẽ uulneris & tẽpora, utpote secũdũ quę ratio medẽdi maxime uariari soleat, magnitudinẽ dico, quoniã ex animalibus quę ꝑcutiũt, delibutoriis itẽ uenenis alia uitã in discrimẽ ꝓsentissimũ adducũt, alia rosiones in ꝓfundũ agũt, alia summę cuti eas committũt, alia uehemẽtes ꝑ ambitũ excitãt dolores, alia obscuros, alia difficultates & cruciatus alios, plus minusq; apportãt. aduersus pericula ualidissimis quibusq; auxiliis protinus occurrẽdũ est. at in iis quę minus sunt infesta, mitioribus & blandioribus aggredi ęquius fuerit: Stultũ est enim in grauibus morbis segniores adhibẽdo medicinas periculum ægrotãtibus adducere. cõtra in leuioribus cõpẽdia remediorũ quærẽdo temere corpus affligere. nec illa tẽporũ obscura determinatio est, aliud uehemẽter & sine mora uexationes inuehit & ꝑicula, aliud dilationes habet maiores, aut minores. acutis occurrere festinanter & experiri plurima cõueniet. lõgioribus pedetentim. hactenus rationes artis in uniuersum mediocriter attigimus. nũc a d singula partibus persequenda uadimus.

CVRA CANIS MORSV INCIPIENDVM C. VI

Venenum à cane rabido contractum post sextum mensem detegi affirmat Gal. 6. de loc: aff. cap: V.

VSpiciũ uero a canis morsu capere uoluimus. quoniam animal id pręter

a q̃ qđ fœcũdũ prouẽtu familiareq; homini est, sæpius & rabie corripitur atq; moritur. præterea & difficilis custodia in uno eo habet̃ & periculũ irreparabile, nisi multipliciter obuiã ei malo itum sit. in rabiem agũtur canes fere Calidissimis diebus ęstatis. Aliquãdo & per hyemem gelicidiis & niue ortis algoribus. In Rabie auersantur cibos & potum, pituitãq; spumosam ex ore atq; faucibus profundũt. Tum & toruus illis oculus, & membra strigosa & corpus solito compressius. assultãt sine latratu. Discrimẽ nullum, belluas & homines notos iuxta ignotosq; mordent. A morsu nihil sentitur, præterq̃ dolor merus ex uulnere: sed processu effectus ille accedit, qui pauor aquę hoc est hydropouos appellatur, cum neruorũ distentione ac totius corporis rubore præsertim oris: maximeq; tũ sudoribus & fastidio totus interęstuat. alii tenebras quærunt. alii tristitia meroreq; tabescunt. Alii delatrant ritu Canũ & obuiũ quęq; dentibus appetunt: ut & qui ab iis mordẽtur in eundem perinde collabãtur furorem. nec pręterq̃ unus sũmumue alter proditur superuixisse, qui ita sit cõmorsus. Si quidem Eudemus seruatum quẽdam testatur. Themisonẽ uero medicũ. sunt qui emorsum ab homine in Rabie affirment: Rabiosumq; inde factum euasisse postea. Alii non morsum quidem scribunt, sed dum pernoto cuidã percusso a cane, formidãtiq; iam aquas sedulus assisteret, calamitate amici plus nimio cõmoueretur, quasi cõtagiõe actũ in rabiem & post multas difficultates ægre ad sanitatẽ perductũ. negari certe non potest dirũ ac sæuum genus morbi esse id. Cęterum anteq̃ affectus ille occupet & multos ipsi seruauimus & ab aliis medicis seruatos nouimus.

REMEDIA IN CANIS MORSV C.VII

VRatio alia communis: qua uti oportet contra omnium animalium ue-

c nenatos ictus: alia peculiaris est & ad canis tantum morsus pertinet: quę interim magnifice succurrit: interim superuacua est, atq; irrita, ut in iis: qui iam pridem uulnerati auxilia distulerunt: priore loco hanc: posteriore illã cõ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

munem exponemus. Ergo fluuiatiles cancros sarmẽtis albæ uitis cremabimus & tritos in cinerem condemus illico q̃ collibeat promendos: similiter & radicẽ Gẽtianę tusam cribratamq; reponemus. simul uero a cane rabido emorsus quis est: Ligulas ei duas cineris cancrorum & gentianæ unam in uini meraci quatuor cyathis subactas in modum polentæ dilutioris dabimus. a primo die Continentur in quartum: atq; hęc mensura custodiẽda est quotiens ad initia uulneris arcessimur. sin dies a morsu pręteriere bini terniue, tribus partibus quam primo die pręcepimus, augere sorbitionis modum oportebit. Est autem remedium hoc cõmune omnibus qui a rabioso quoq; mordeantur: quo quidem aliqui uidẽtur solo fuissę cõtenti: proptereaq; utendum magna fidutia eo est. qđ si aliis etiamnum præsidiis curationem hanc communire placeat: propter ineuitabilem fere, cum ea sors incurrit, pernitiem, nihil prohibet quin & illa quoq; incommitatum hunc suppetias aduocare liceat. Melius enim est cruciatus insignes & inhumanos quoq; pati etiã si frustrentur, incassumq; recasura sint auxilia, q̃ per inertiam ac desidiam certum exitium operiri uelle. Nec uero timenda ęque sunt ampla canum uulnera q̃ quæ pusilla uideantur & dilania cunculis similia. quoniam e magnis uulneribus sanguis qui turmatim & copiosus effunditur raro unq̃ est quin partem aliquam ueneni colluat. in exilioribus contingere hoc non potest: quotiẽs uero maiuscula ea sunt: carnes abscedentes secari oportet, & margines uulnerum scalpistri acie circumfodi. caruncule porro: que in sedem redierint: hamulo, aut uulsella præcidantur. utcunq; uulnus ipsum altiusculo & incondito laniatu per ambitum excauari iubent. ut sanguine ita numeroso excito inferatur ueneno mora, ne subire possit in Vitalia. magnus & cucurbitulæ usus est ad uirus exanimandum: si multo igni adigatur loco, ferrumineturq; uehementer. Efficacissima & ustionis opera est. qđ ignis natura inter omnes ualidissima superueniens impedit uenenum, ne arbitrio suo commeet, peruadatq; ultra: Simul uero pars eius aliqua intercepta est, scire oportet, non mediocre iactum esse fundamentũ curationis futuræ. Modo id agatur ut diu patescat ulcus: neq; oras eius coalescere cito patiamur. in quo respectu maxime prouidẽdum est, ut crustę decidant: ne hiatus ille celerius q̃ necesse sit, coeat: quin si fieti potest, enitendum est, ut ad multum constituti temporis exulceratio tum inflammatione, tum sordibus accensa contineatur. pręstabunt hęc salsamenta imposita, & ulpicornm nuclei: & cepæ intrita sed magnificentissime lac Cyrenaicum: Item Medicum & Parthicum. Grana quoq; Tritici commanducata uel integra imposita conspersa omni madore illo aperiunt, Dilatantq; uulnus. sunt qui medicam uim & Antipathiam inesse Tritici seminibus: quæ a ieiuno commãducata sint, existiment: quod quidem licet certum non sit: usus tamen eorum in tẽpore contemnendus non est. qđ si, ut sæpe fit, cicatrices anticipent, persaneturq; uulnus, anteq̃ legitimus dies adsit: manu adacta redulcerãdũ & diducẽdum erit, cogendumq; dehiscere, aut carnibus circuitu ablatis desectisq; ferro, aut ad ignẽ quoq; repetitis. Si ita facto opus fuerit: post certum præscriptũq; numerũ dierũ consolidescere permittimus: sed emplastro: cui nomen est a salibus regionem illã omnem linimus & contegimus. Deinde intra paucos dies Sinapi locum exulceramus rubore. atq; hęc partis eius: unde pedem uenenum intulit, curatio est.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

VICTVS IN CANIS MORSV C.VIII

s Ed & ratio uictus quoq; pernecessaria iis uidetur, uidelicet ut contrariis ueneno cibis uescantur: in quo utrunq; propositum queritur: & ut redundet expugnetq; illud: & ne in altitudinem corporis prodire patiatur: si enim accomodatus sit: qui prębebitur cibus: impetum morabitur: quo tabes illa pestilens in corpus mergi properat: utrunq; usum habet uinum meracum uetustũ Item passum atq; lac. omnia enim hæc festinationem ueneni ad uitalia impedient: & acrimoniam eius omnem hebetabunt. prodest & allium & porros & cepas esse, quoniam tarde sumptitentur aboleanturq;: & enim qualitas eorum per aliquot dies mansitat, quando tabe illa non uincãtur: neq; uertantur in fugam: sed occupẽt atq; ui contineant. utiliter & antidota ministrantur & pastilli Theriaci, tam iis qui eupatorius, & qui mithridation uocatur q̃ cæteri. quicunq; de odoribus multis componi solent. Est enim odoramentorum omnium natura immutari, corrumpiq;. difficilis proinde uis eorum in corporibus diutissime continetur: Et hęc uictus forma. Sciendum est horrorem aquę, ut nullum præscriptum constitutũq; tempus habet: quo erumpat: ita plurimum a quadragesimo die superponentes & remedia differẽtes aggredi. aliquãdo & orbe semestri acto, plerunq; post annum.. quæ omnia ipsi uidimus. tradidere aliqui & a septimo demum anno comparuisse

DE CVRATIONE MORSVS CANIS POST PRIMOS DIES CVIIII

h Actenus exposita curatio, qua subinde q̃ morsus quis est, uti conuenit. Q ď si primis diebus pręsidia hæc ut cunq; neglecta fuerint: circuncidi quidem carnes, aut candentibus ferramentis exulcerari non erit necesse: quia occasionem præteritam nunq̃ satis retro per ea traxeris. quãobrem nec utilitas extitura inde ulla est: & corpora in uanum cruciabuntur doloribus. Itaq; modum curationis alium quæramus: purgationem uidelicet: quæ maximum afferre potest adiumentum. immutant enim affectum illum corporis mouendo, agitãdoq;. facit hoc potio Hieræ diacolocintidos uocatæ. Facit & lac scissile, tam excernendi effectu q̃ temperandi uim atq; impetum ueneni. acria & potiones meracæ: nullo non die ad hebetandum & stringendum ueneni acumen sumãtur. super hæc desudatio: quæ cibum & antecedat & consequatur excitanda erit Dropace ac sinapi toto corpore: sed ante cuncta nobilissimum est ueratrum, quo & q̃ fidentissime utendum monemus: non semel aut bis: sed sępissime, ante quadragesimum diẽ maxime: sed & post numerũ eũ dierũ. Tantus enim remedii huius ꝑfectus, ut qdã ex incipientibus aquam expauescere, seruati reperiantur ueratro in prima timoris accessione præbito. qui uero iam oppressi morbo eo sunt, leuari pręterea nullo modo possunt. Quę curatio esse deberet aduersus rabiosi canis morsus, & quãobrem hęc ante alias in frõte collocanda fuerit, per initia docuimus, nunc ad reliqua transeũdũ nobis est. In quo primũ signa eorũ atq; notas ꝑfatione una iunctaq; mõstrabimus: Deinde curatiões oĩbus cõmunes similiter in unũ cõtrahere studebimus. ad postremũ remedia singulorũ: quæ priuatim qbusq; accomodata esse uideãtur, subiiciemus. indicãdis simul & iis: qbus omnio leuiter occurri põt.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PEGACI DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE NOTIS EORVM QVOS ANIMALIA VENENATA MOMORDERINT. LIBER.VIII

SIGNA PHALANGII C.X

u Bi Phalangium nocuit rubor loco affunditur: qui & compuncto similis fit: sed neq; increscit tumore: neq; percalidus efficitur: Sed contra potius modice Humescit & sentitur frigidus: Comitatur tremor toto corpore. Tentio genitalium & poplitum similis spasmo. circa lumbos contractio: crebra urinæ eiiciendę cupiditas. Difficilis & tarda recrementorum uentris egestio. sudor alsiosus. innumeris totius corporis cacuminibus excernitur dilachrymatio oculorum, & quędam hallucinatio cooritur.

SIGNA SCOLOPENDRÆ, SIVE OPHIOCTÆNÆ C.XI

e Morsis a Scolopendra siue Ophioctæna locus ambitu coliuescit. & eroditur. rarum uisu est, ut feculentus & rubens appareat. exulceratur autem sponte sua initio: eaq; exulceratio laboriosa & propemodum incurabilis efficitur: præter hæc prurigines toto corpore sentiuntur.

SIGNA SCORPIONVM C.XII

s Corpione ictis continuo uulnus inflammatum durescit: rubescit liuore obducitur: dolorem affert; alternisq; uicibus modo accenditur calore: modo excipitur frigore: iam uexatio repêtina & instabilis: p uicesq; modo uehemens modo languida: sudant: rigent & contremunt fr geratis extremitatibus: inguina subriguntur: tubercula in sede nascuntur: pili horrescunt: ora discolorantur. Dolores cute tota quasi compunctis acu formicant.

SIGNA PASTINACÆ MARINÆ C.XIII

p Astinacam marinam comitantur dolores inextricabiles: neruorum distentiones: molestiæ: langores, & alienatio mentis, obmutescentia, oculorumq; caligines, locus & partes propinquę circuitu nigrescunt. sensu tactus erepto: & si quis eleuat: saniem pullam & crassam, graueolentemq; reddit.

SIGNA MVRIS ARANEI C.XIIII

m Vrem araneum detegit inflammatio loci & pustula nigra extuberans: sanie aquosa madens, & partium in uicino liuor. pustula ea dissiliente corripit locum nome: qualis ab iis quæ serpunt. cum iis & tormina intestinorum succedunt & urinæ difficultates & frigidæ corporis aspergines.

VIPERARVM SIGNA C.XV

u Iperarum ueneno inflantur corpora: uehementerq; siccescunt: colorem trahunt subcandidum sanies e uulnere primum fere oleosa: deinde sanguinolenta funditur: pustulę ambustis similes, Mox nome occupat per ambitum lateq; uicina omnia depascitur. Nec summa cute modo uaga. Sed & in altum descendens. Contingit iis & gingiuas sanguine suffundi: iecur in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

flammari: tormina & uomitiones biliosas moueri. accedit ad hæc tremor & gra-
uitas capitis soporifera: subst illum urinæ, frigida sudatio.

SCYTALÆ ET AMPHISBÆNÆ SIGNA C.XVI

Imilia eueniũt iis. quos scytale amphisbęna ue momorderit: Et eadē auxi
s lia fere quæruntur. ideoq; hoc genus indicari mētione ꝓpria nō meruit.

DRVINI SIGNA CXVII

Ctum Druini uehementes dolores & pustulę in locis eius excipiunt indi
i demq; aquatica eluuies abstergitur. sequũtur rosiones atq; tormina.

HÆMORRI SIGNA C.XVIII

Vos Hæmorrus ferierit ualidis opprimũtur doloribus: præterea & cre
q bris: nec nisi breuissima q̄dā interstitia ꝓbentibus. e loco ictus liquor mu
tus excernitur: & si qua parte corpis aliqua cicatrix fuerit: sanguinē ma-
nare cogitur. Egestio quoq; alui sanguinolēta est: & qui parte illa sanguis exit cō-
cretus, cōglobatusq; cernitur: iidē & de pulmonibus sanguinē extussiũt in uomi-
tiones sine remedio effunduntur.

DIPSADIS SIGNA C.XIX

Ipsadis morsus comites sunt tumor q̄dā solutus: sitis cōtēta uehementer
d nũq̄ explebilis: nũq̄ interq̄escens. ꝓinde qui ita sunt affecti potũ hiāti ore
trahũt: semperq; in principio desiderii eius sunt, tāq̄ si nihil adhuc bibis-
sent. proinde similes toto illo habitu aguntur haustus: ob id ipsa Dipsas ab aliqui
bus prester, ab aliis causos uocata est.

SIGNA HYDRI C.XX

Lcus ab natrice hoc est ab hydro illatũ ampliatur subinde ac liuescit. sa
u nies eius redundans atra peminosaq; ceu ex nome.

CENCHRI SIGNA C.XXI

Enchros ictum molitur similē uiperæ. sed cōsequitur erosio. intumescũt
c primo carnes ut in hydrope: mox defluũt ꝑ orbē. tũ quasi lethargo exci
piuntur & pręcipiti somno corruũt. afficit̄ iis iecur & intestinũ ieiunũ &
lōgauo ut Herasistratus putauit. nā cōsectis iis uitiatas partes eas reperiri tradũt.

CERASTÆ SIGNA C.XXII

I feriāt cerastę: locus attollitur, duraturq; pustulis. uaria inde sanies: mo-
s do nigra: modo subpallida ruffescit toto eo tēpore. in iis genitalia tēdũ
tur: excessus mētis excipit: caligāt oculi: tandē intētione, rigoreq; ner-
uorũ cōuulsi moriũtur.

ASPIDIS SIGNA C.XXIII

Vlnus aspidis puncto acu facto simile est omninoq; per exiguum ægre
u ut appareat, adeo nihil tumet sanguis inde non copiosus: sed breuis ater
q; distillat. oculi celeriter obscurantur. corpus totum multiformiter: sed
omnino leuiter laborat: non sine quadā uoluptate, ut Nicāder poeta recte dixerit.
Eripiturq; homini sine sensu uita dolores.
colos parum elegans herbaceus ac maligne uirens. tremor cordi modicus. Frons
identidem cōuellitur: palpebris nictātibus & ereptis ut in somno sensibus. inter
has notas matura mors appellit: ne diei quidem tertiam partem morata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

SIGNA BASILISCI C. XXIIII

E Basilisco Herasistratus in libro de mortiferis facultatibus ad uerbum
d ita scripsit. Quotiens basiliscus quem momordit, Aureo colore plaga suffunditur. Quæ signa de animalibus uenena morsu Iaculantibus sequantur, Iam dictum est. Nunc ad curationes oratio se nostra uertat. Communibus earum primo quoq; loco demonstrandis.

CVRATIONES COMMVNES C. XXV

D omnem morsum Homo adhibendus est, qui Vulnus ore suggat. Sed
a is neq; Impransus neq; Ieiunus queritur. Colluerit etiam os uino & olei modicum in eo continuerit oportet. postea tutus ita munitusq; accesserit. Locus ipse fouendus spongia est & intus Scalpistro laciniandus altiore laniatu, quo magis ex profundo confluat materia. Excarnificatio quoq; uulneris per orbem & excisio melius proficiet. Vtilitas earum rerum duplex est. Vna φ uirus in loco eo inuentum eximitur. Altera φ pars ueneni: quæ uiam capescere ad intestina ceperat: sanguine diluitur. Verum si hæc remedia locus non recipiat: admoliri cucurbitulas oportet, easq; multo igni adigere corporibus. Ratio quoq; urẽdi proderit: de qua in mentione Canis Rabidi pręcepimus. Quod si pars, quę uitiata est habilis præcidi fuerit, separanda erit ferro sine aliqua hęsitatione, In omnium quidem bestiarum uulneribus, præcipue uero Aspidis & Cerastes ac similium. Quę uero aptissime iis imponantur, hęc sunt: Cinis uitigineus, aut ficulneus cum Lixiuio Cinere consperso. Item cum garo acri salsamentisq;: porri: ceparum & alii quæcũq; genera. Hæc modo trita tantum illinere: modo Cremata iniicere conueniet. Gallinaceum quoq; pullum spirantem diuidere per medium Iubemur, & ita ut Tepebit, super uulnus imponere: quod quidem aliqui uidentur usurpasse quasi carnes eius aduersitatem uenenis habeant. Sed ratio in promptu. si quidem Gallinaceorum tam calida est natura, ut nũmos Æreos quos deuorent absumant obliterationẽq; signo afferãt. Idẽ, siccissimas fruges peragũt. harenas & lapillos gutture oppleto concoquũt. Igitur ad calorẽ animalis eius spiritu partis quæ læsa est eius: quasi recreato cõualescẽteq;, una cũ eo, uenenũ quoq; ipsum foras exigitur. Scitũ est & illud, quod Ægyptii per triticeas messes faciunt. fictile secũ habeat cũ pice: linamẽtũq; in fictili suspensum, quia tũc serpentes maxime Infesti sunt, φ & tempus anni facit: nec caueri possunt in tanta densitate fruticũ ac satorum: quę quidem Pestes in Ægypto passim frequentesq; nascuntur multo q̃ cęteris in locis peiores. Quotiens aliquis offensa Serpente, aut onere lacessita pedem aliudue membrum conuulneratus est, linamentum illud protinus demergunt in fictile, oblinentesq; pice cubito aut Tibiæ paulo supra sedem uulneris iniiciunt, ita ut semel iterũq; fascia circumeat. Tum assidentes duo uehementer astringunt, dein locum per linamenti eius oras incidentes superinfundunt picem & cum esse satis arbitrantur fascia exempta, Ceparum aliarũq; rerum, quas diximus, Emplastris excipiunt. hęc illi habent auxilia. Sed & Pix liquida per se cum Sale trito excalfactoq; imposita egregie opitulatur. In quo tamen nouari eam Interpolariq; sedulo conueniet. Ad idem faciunt & Cedris & Caprarum decoctus in uino fimus. Vtile est & calido foueri aceto & calaminthę succo in Vrina

uel mari uel aceto salso decoctę. Sunt & Emplastra quædam excalfacientissima & quę immissum uirus cum opprimere, tum discutere posse uideantur: cuiusmodi sunt quæ constant ex Sale aut nitro: Sinapi: canchrye: quæ omnia deinceps & ordine quodam imponenda erunt uulneribus. Non iniuria uero Herasistratus reprehendit eos, qui quædam genera medicinarum ignota peregrinaq; Rimātur: describuntq; in remedia ut Elephanti fel, Sanguinem & oua Crocodili & huiusmodi complura, per quæ uidentur quidem illi nouis rebus instruxisse medicinā: sed qui cōmentarios eorum adierunt, Solis iis decepti circūscriptiq; noscuntur. Quamobrem repudianda sunt omnia ea: quę facilia inuentu futura sint, nisi regibus: nec longi temporis obseruatione: inter confessas utilitates referri potuere. Nobis: quę cōmuni usu prosint & quę parabilia sint omnibus, indicare studiū est. Qualia sunt astragalus seris eryci: quæ cum aceto potę contra omnium Serpentium uenena præsidio sunt. Iam bitumen & pilulæ Platani uirentes in mixto coctæ radix Eringii & Aristolochię: paliuri ius decocti. Lauri Baccę coctę commanducatęq;: Anethum: Ruta Cyclaminos: Coma Porri per se cum pane: aut Allium aut Cepa: Salsamentum quo uehementius hoc pręstantius. Decoctum Origani ex uino: Item Fœniculi: Calaminthæ Pulegii. Succus porri cum melle in sorbitiones: & hæc ex herbarum satorūq; genere uenena domant. Ex animalibus uero cerebrum Gallinacei: quo uescantur. Coagulum Leporis: quod in uino bibant. Castoreum æque in Vino unciis duabus. Testiculi marinę testudinis. Mustella sale inueterata: sed requiritur, ut prius conscerpta fuerit detractis interaneis, & cum inaruerit sale macerata sit: Ex ea denariorum duorum pondus prębetur in uino percussis. Hæc e simplicibus medicinis auxilia. Conuenient uero & purgationes per aluum & desudationes corporum & copiosa urinæ deuocatio. Sunt & compositę potionum quæ inter cōmunes utilitates aduersari Serpētibus ferantur. Opii obolum. Myrrhæ tantūdem: Piperis uncias duas melle colligimus, Ægyptiæ fabę magnitudinem in uino propinamus. Alia fictio est Syluris rutę seminis, Git, Cumini Æthiopici Galbani: Aristolochię omnibus molitis & succo Erucæ in Orbiculos denarii pondere digestis Semihemina in Vino danda percussis. Curationes in uniuersum hę sunt. Nunc singulis bestiarum generibus singulæ medendi rationes opponentur.

VESPARVM CVRATIO — C. XXVI

Vespę et apes

S Igna e Vespis & Apibus iccirco nulla reddimus: quoniam uulgo essent notissima: neq; pręcipuū quicq; habere uiderentur, quod obseruari utiq; potuerit. Curatio tamen a nobis prætermitti nequāq; debet. Ictibus uesparum & Apum si malua illinatur, Item farina Ordeacea cum aceto, aut si lac e ficu instilletur, aut si Salsugine aut mari foueris, occurritur.

CVRATIO PHALANGII — C. XXVII

C Ontra Phalangium cinis ficulneus ex uino cum Sale trito: aut Radix Punicę syluestris trita imponitur, aut malum Terræ cum farina ordei aceto madefactum: Marina quoq; ulcus fouendum aut Citraginis decocto: cuius folia etiam lita proderunt. Tum sępe homo demittendus in Solium est: propinandūq; ei semen Abrotani Anisum: Aristolochia: Cicer syluestre. Cu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

minum Æthiopicum. Fructus Cedri contritus. Cortex Platani. Semen herbę Trifolii. singulorum par modus drachmis duabus in uini hęmina. datur & Tamaricis fructus & Chamępitys & Pilularum cupressi uirentium decoctum temperatum cum uino. Tradunt aliqui & Cremorem expressi fluuiatilis cancri cum Lacte addito Opii semine molestiam illam continuo discutere.

SCOLOPENDRÆ CVRATIO C. XXVIII

s Vper uulnus Scolop endrę iniiciendus est cum aceto Sal intritus. Au Ruta in farinā facta. locus foueri aceto salso debet. Potio salutaris in uino ex malo terrę aut Serpyllo, aut Nepita, aut syluestri Ruta.

SCORPIONIS CVRATIO C. XXIX

s I Scorpius Enocuit: illico medebitur Lac e ficu instillatum uulneribus. In remedio erit & Scorpio qui læsit cōtritus & super locum impositus, tanq̄ iniuriæ suæ uindex & perniciem quam intulit, corpore suo luens: dominante illa rerum dissidentia ut constat. Prodest & Scorpius quicūq; tritus cum sale ac Lini semine: & Althea herba impositus. Sulphur quoq; uiuum in Resina Terebinthina Emplastri uice iniectum. Leuabit æque & Galbanum splenii more additum & Calamintha trita illita, & farina Ordeacea ex Vino in Rutæ succo decoctę. Semen quoq; Trifolii cōmanducatum protinusq; ab ore impositum opem feret. Et localis quidem curatio hęc est. Vtendum & potionibus quæ in genere hoc efficacissimę habentur. Malum terrę drachmis duabus in Vino pręsertim ex Cortice. Gentiana quoq; tusa & Pulegium percoctum. Baccę Lauri tritæ numero exiguo. Calamintha in posca. Sed hęc in eo genere hoc est in posca discoctā diu quęrunt: Item Cupressus in uino, aut Ruta. similiter & ficorum Lac & Silphium si sit. si non sit, parthicum laser. Solet & Trifolii succus cōmendari ad potum & semen Ocymi. omnibus iis utilitas par est ea quę de balneis frequentibus consequitur cum euocatione sudoris & potione uini cum mixto.

PASTINACÆ MARINÆ CVRATIO C. XXX

a T quos Pastinaca marina demomorderit, iuuabunt fere omnia: quę cōtra morsum Viperę monstrabimus.

DRACONIS ET SCORPIONIS Marini Curatio. C.XXXI

u Irus habent & Draconis & scorpionis marini plagæ: a quibus & dolores sępe graues oriuntur: sed raro excipiunt nomę. Contra eas potu dat' Absinthiū: saluia, sulphur uiuū ex aceto distritum. ipsum quoq; animal: quod percussit, dissectū exēteratūq; & super Vulnus impositū ictus suos sanabit.

MVRIS ARANEI CVRATIO C. XXXII

i Niurias Muris Aranei Galbanum cum aceto tritum pro splenioq; impositum sedabit. Item farina ordeacea cū aceto mulso illita. Ipse quoq; mus diuulsus iniectusq; uulneri pro remedio futurus est. Vtiliter & porrum coctum & allium tusum illinitur. Inter auxilia est & salsa feruenti aqua fouisse. Localia hęc. Potu uero abrotonum decoctum & in Vino exhibitum medetur. Laudantur & serpillum & Galbanum & Eruca ut uino diluantur, bibanturq; ita. Eundem effectum & pilulis cupressi tenerrimis ex acetoq; deuoratis reddimus. Eundem Rapo terræ in aceto mulso: eundem Pyretro in Vino, aut Radici cha-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

mæleontis. Quidam contritum murem araneum potui dant: quod nos in auctoribus inuentum admonitionis tantum gratia intulimus. Nonnulli tradunt non aliter exulcerari solere, qui sit percussus, q̃ si mus Araneus pręgnans momorderit. tum enim pustulas dehiscere atq; ita demum remedia ualere pręd[i]cant.

AD VIPERAS CVRATIO C. XXXIII

p Ericula Viperarum tolluntur caprino fimo diligenter subacto ex uino. Similiter & lauri baccis & abrotono & galbano spleniatis uulneribus. Pollet & Origanum recens dilutum & Carnes Pulli gallinacei auulsæ, atq; ita ut calebũt, admotæ loco. Itẽ farina erui accepta in uino, & Raphani cortex Tusus uerberatusq; uehementer, ita ut maxime tritus sit. Scilla quoq; tosta & Chamęmillum tritæ, & farina Ordeacea ex aceto mulso pręparata calido uulneribus ante fotis. Atq; hęc forinsecus remedia. Prodest autem in uino & rubus. Quidam arbitrantur & anchusam tenuiorem bibendam. Datur & Coagulum leporis in uino efficaciter. Et succus Porri hemina in meraco uino & Melyssophylli succus ex foliis & Ruta syluestris, atq; omnia hæc perinde ut priora in Vino. Ipsum quoq; uinum per se ut sępius sumatur necesse est: conducit & allium cepas ac porros teneriores comesse. Salsamenta quæq; acerrima preciosissimaq;. Hactenus simplicia remedia. Nunc factitia: inter quæ probatissimum: quod Myrrha, Pipere, Castoreo: Portulacæ floribus & semine acetabuli dimidio constat. Hæc omnia in passo cretico aut alio e Nobilioribus subigenda sunt. Adiecit iis Herasistratus libro illo suo de Facultatibus mortiferis & alia quædam plusculat quibus uenena uiperarũ frangantur. Sed laudatissima & hęc sunt. Cerebrum gallinacei potum in uino. Semen satiuę brassicę acetabuli mensura tritum in uino. Egregium est & digitum pice liquida intinctum colluere uino ac bibere. Hęc uiperę potissimum resistunt.

AMPHISBÆNÆ CVRATIO C. XXXIIII

d E Amphisbęna in loco meminimus: subiicientes morsum eius remediis quibus uiperarum maleficia purgantur.

DRVINI CVRATIO C. XXXV

p Lagas Druini malum terrę in uino potum leuabit & herba Trifolium & Radix albuci: æque in uino sumpta. Fructus e Robore generis cuiuslibet. Radices ilicis Tusę ac litę loco pręsidiũ afferre cõsueuerunt.

DIPSADIS ET HÆMORRI CVRATIO C. XXXVI

i Ctus ab hæmorro & Dipsade multi ueterum conclamatos & incurabiles esse putauerunt. Hinc inopia remediorum: quę priuatim aduersus ea faciant. Ergo experiri cõmunia relinquitur: sed ante omnia dilaniatio & candentia ferramenta & membri, si locus patitur, pręcisio quęrenda. Mox acria illa imponere licebit: de quibus sępe dictum est. Scimus & cibos uehementes prodesse pręsertim inueteratos sale. In remedio sunt & potiones meracę & ut in soliũ homo sępius descendat, repetendo & Cętera quę superius indicata sunt, ex interuallis iisq; breuiusculis, anteq̃ notę morbi eius dirę illę ac miserrimę corripiant. simul enim occuparint, nulla demum opera medicorum spectanda erit. Contra hæmorrum quoq; ratio eadem pręcipitur. Confugium ad communia est

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

habendum. Ea sunt scalpellum, ustio: acrementa in cibis, potiones Meracæ: demum quæcūq; ad dipsadem fieri monuimus. Prẹter omnia ea, compertum est & folia uitium decocta cum melle: atq; trita profecisse.

HYDRI CVRATIO C. XXXVII

B Hydro percussis Origanum terendum ex aqua & Lexiuium ex Oleo
a subactum, & Cortex siue Radix querna in puluerem contrita, & farina Ordeacea cum Melle macerata. Propinatur uero Malum terrę binis drachmis in posca Cyathis sex, aut succus Porri, aut decoctum alterutrius in uino. Est & sua recenti fauo gratia cum aceto.

AD CENCHRVM CVRATIO C. XXXVIII

Vlneribus a Cenchro factis semen Lactucæ cum Lini semine illitū me-
u detur. Probamus & Thymbram & Rutam syluestrem. Item Serpyllum cum albuco. Potu uero statim præbenda radix Centaurii drachmis duabus in Vini Cyathis ternis, aut Radix Aristolochię. Similiter Cardamomum gentianaq;.

AD CERASTEM CVRATIO C. XXXIX

Ctus Cerastæ aspidisq; pręcisio membri celeriter sanabit. Quamobrem
i differenda hęc non est: aut certe partes morsas statim excarnifica in orbem quemadmodum & propinqua iis oportet. Deinde cauteriis utendum in ea quæ manserunt. Et enim uirus iis perinde ut Basilisco infestum.

ASPIDIS CVRATIO C. XL

Duersus Aspidem eadem quæ aduersus Cerastem ualebunt. Hoc uene-
a num sanguinis Taurini modo, positum in uenis sanguinem atq; spiritum Ocyssime coagulat. Inuicemq; coagulatur ab iis: quod quidem in Basilisco quoq; uerum.

AD BASILISCVM CVRATIO C. XLI

Ercussis a Basilisco prodesse fibroꝝ testes denario ponderis sumptos in
p uino auctor est Herasistratus. In auxilio est & Lachryma Papaueris: Et hęc contra Serpentes pręceptio: quā Theriacem uocari pręDiximus.

FINIS. VIII. LIBRI DIOSCORIDIS DE VENENIS.

IN CODICIBVS REPERIVNTVR ET HÆC QVÆ SEQVVNTVR QVÆ TAMEN DIOSCORIDIS ESSE NON ARBITROR.

Febres Anthemis trita & cum Rosaceo diluta sanat. Vtilis uero ea & mediocriter ualentibus. Nascitur in sabulis planta breui speciosissima & Medicis gestatu æstate incipiente gratissima.

Rhamnus si quis effossam in coitu lunæ eam sole contineat contra medicaméta & maleficos homines tuebitur. Pecori quoq; adalligata & nauigiis circúdata defendit a periculis. Auxiliatur & capitis doloribus. Eadé phaunos occursusq; malos abigit. In secúdo siccantiú ordine est. In primo refrigeráti ú fine.

Artemisia herba manu uiatori contenta in itinere discutit lassitudinem in pedibus gestata. Nocentes feras & dęmones fugat. Si sanguis duratus circa articulos sit, ramulos Artemisiæ cum Rosaceo in fictili olla decoquito. Et hominem totum cum pergit cubitum perungito. Magnifica feminarum medicina laborantium locis. Vrinæ tormenta Opisthotonum & Rupta compescit. In siccando proximi gradus a primo est. In calfaciendo, aut primi Creméto aut secundi principio.

Herbam pentadactylon qui circa corpus ferunt indefessi durant, Oculos, strumas, tonsillas, uuam, subiectas linguæ partes, articulos neruorum dolores, ac dentes iuuat. Psoras ex inedia, menses a puerperio subsidétes illitum recurat. Ex aqua tepida in manus affundit excellenti remedio cótra tumores fascinationes ac dęmonia. ob quod carpenda solis ortu pręcipit luna crescente.

Peristereon, qui rectus est cogit neruum hominis subrigi, contra: qui pronus sit, remitti & inarescere. Rectus adalligatur contra oculorum dolores. Facit & ad caligines & ad capitis molestias. Lassitudiné cú aceto infricatus refouet, strumis tonsillis momento succurrit. in horrore utile est ut ramulos ex eo in manu quis habens ex aduersum algentis solis insistat. mométo curabitur.

Dictamnus arefacta si manibus in farinā teratur mox stilla uini adiecta corpus tangatur, Aduersus omnes serpentes tutum hominem pręstabit. Vlcera & putres nomas purgabit: explebit. Proficiet & ad infixa corporibus tela. Leuabit enim ea protinus q̄ lita fuerit. Lieni & inflammationibus partium conditarum polentę modo imponitur. Foditur uere calidissimis anni temporibus & autumno.

Saluia dissoluit ardores & tusses. Vlceribus malis cum Rosaceo & Cera subigitur. In lienis dolore dysenteriaq; in potum datur. Et cum ea uini albi par modus. Sanguinem expuentes in potu sanat. Ad desideria feminarum in partu efficax. Pessimę mulieres admota ea in lana conceptiones eiiciunt.

Cyparissus herba tonsillis, faucium, pituitæ, Auriculis medetur. aquam intercutem & coxendices curat.

Centaurion inflāmationibus prodest. In cussa uulnerum iuuat. mulieres intermori solitas, Distillationes urinę. Caculos sanat. Tollitur uere solis emersu.

Buphtalmon uellitur augente se luna. Formidines, dęmonas, mala medicamen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ta defascinantes aueruncassit. Pituitam dentium resiccat cõfestim, si quis protinus radicem mansam expuat. Aluum trahit.

Pęonia herba legitur flagrantissima æstate sub canis ortum anteq̃ cõpareat sol abinde suspenditur. Aduersa medicamentis fascinationibusq;. Nocturnos metus, Lemures incursusq; finit. Febribus ex algore nocturnis, diurnis, quartanis medetur. Aiunt in monte quodam infesto dęmonibus nata repente Pęonia retro abi'sse refugisseq; tedia illa.

Polion qui gestant. neq; admonitiones lunę nec lassitudinem sentiunt. Eadem cũ aceto trita & infusa pedibus arcet extremitatum podagras.

Moly herbam cum radice sua pręcisam gestantibus nec fascinationes nec ueneficia enoxare poterunt.

Marina quercu intermestri luna cum Rosaceo admixta faciem perunge: quotiẽs negotium capescis: bonos pręstabit euẽtus. Immo quoq; uentri gestata sobolem promittit. Habenda est & per noctes ad metus fascinationum & omniũ quę officiant absolutorium amuletumq; corpori. Quãtum enim uenefici homines recedunt, tantum & illa se contrahit. Contra si prope accedant, dehiscentibus ultro surculis periculum imminere significat.

Chrysanthemon. Si a terra tollas ante ortum solem & circũalliges corpori. uel suspendas e collo: ueneficas mulieres & fascinationes cunctas amolietur.

Irio tritus in uino in dolore alui bibatur. Discordialis ea domibus. Nam grana eius. vii. In ædes abiecta iurgium & uelitationes creabunt.

Hierabotane & thiabotane dicitur: quam & aglaophontem uocant. Vulgo autem seleneam. Romani lunariam.

Elleborine alii Epipactis alii Borion. Parua herba. foliis exiguis. Iocinorum uitiis utilissima & contra uenena pota.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y

Omnes sunt terni pręter Y qui est quaternus.

Excudendos Venetiis Hosce Dioscoridis libros octo Aloisius & Frãciscus Barbari & Ioannes Bartholomęus Astensis Curarunt in Gregoriorum Fratrum Officina Hermolao Barbaro Patritio Veneto & Aquileiensi Patriarcha interprete Lauredano Principe optimo Kal. Februariis.

.MCCCCC. XVI. RESTITVTÆ SALVTIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

¶HERMOLAI BARBARI PATRITII VENETI ET AQVILEIENSIS PA RIARCHÆ COROLLARII LIBRI QVINQVE NON ANTE IMPRESSI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ℭEGNATIVS LECTORI.

N tibi Lector optime Barbari Corollarium libris quinq; tandem absolutum emittimus. Quos non dubito tanto tibi gratiores iucũdioresq; fore/quo tibi magis iá pridem persuasum forsitan erat/aut ab auctore non perfectos suo/aut ab aliis interceptos/aut apud Hermolai fratres situ squalloreq; obsitos/ atq; etiam capite diminutos latere. Sed & ille iádudũ cœpto operi fastigium imposuerat/& sartum tectum (quod aiunt) uel ad libellam exhibuerat/& Didymus fertinus eius anagnostes diligenter admodum asseruarat. fratres quoq; ipsi/ut Thesaurum/ac gemmas condiderant. Næc sane fallebantur opinione sua. sunt.n. hi libri tales/quibus nihil eruditius/cultius/copiosius/ornatius/centesimum ab hinc annum in lucem prodierit. Qui cum latinam linguam plurimum illustrẽt/ græcam etiam aliud agentes non negligant. Qui quicquid ueteres græci latiniq; scriptores in hoc olim genere prodidere memoriæ:complectantur/ ut tamen recentia quædam fœliciter attingant. Accessit ad hoc singulare quodam Barbari iudicium:& candor animi qdã egregius in his aut æstimandis/ in qbus auctores ipsi diuersi abeunt/aut arguendis in quibus uel incuria/uel imperitia peccatũ ab aliis sit: Quid dicam quanto studio/quantis uigiliis/qua industria in hisce libris usus ipse fuerit? Nam ut plinianæ castigationes non parua cum laude uirum ad rem literariam iuuandam natum exercuerint:ut Aristoteles latinitate donatus clariorem illustrioremq; illum facturus mox est:sic sane libri hi quinq; ab illo perpoliti:& per nos tandem editi in omnes ętates illustrare illum:& patriam etiam atq; ẽt possunt. quæ cũ reliquas urbes Domestica externaq; Laude facile antecellit:tum ingeniorum copia: & sublimitate nulli italicarum cesserit. Ex quo.n. literæ latinæ ac græcæ reuirescere:atq; efflorescere apud nostros homines cœpere:cum multi/& clari in literis Patricii nostrates semper uiguere:tũ uero in hac una familia Hermolaus senior / Frãciscus auus/& ipse deniq; Hermolaus noster adeo pręstitit:ut obscurare maioꝝ suoꝝ pene laudẽ potuerit. Quæ cum ampla & multiplex sit:in literis tamen iuuandis/& ornandis aliquanto amplior/& uberior extat. Quare eo libentius id nr̃i præstare debent:quanto eoꝝ ingenia longe aliorum excellant: Et uirtutis ampliora præmia illis ꝓposita sint. Bene Vale.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

IOANNIS BAPTISTÆ EGNATII VENETI IN PRIMVM COROLLARII LIBRVM HERMOLAI BARBARI PATRITII VENETI, ET AQVILEIENSIS PATRIARCHE PRÆFATIO.

Qui populorũ ac Principum res egregie gestas, aut q̃uis aliã studiorum partem illustrãdam suscipiunt, solẽt Illud in primis ꝓfiteri: nihil sibi maiori curę esse: nihil ęque studere: quã vt vitæ vsuiq; mortalium cõsulant. Hanc laudem atq; eoꝝ animi ꝓpensionem Ipse etiam a puero semper admiratus: Quãtum mihi ocii a priuatis publicis ne officiis impetrare licuit: id totum honestis artibus, ac Liberalibus Disciplinis percipiendis impendi. Nec sane quicq̃ antiquius unq̃ habui: q̃ vt studio, cura, industriaq; mea vitæ hoium ꝓdessem, deq; ea optime meritus existimarer. Assecutus id sim, nec ne alioꝝ malim esse iudicium q̃ meum. Illud certe pro iure meo testari possum: Nos hac mente aioq; elaborasse, Vt quicqd, cogitando scribendo consequi possem: Id omne ad mortalitatis fructum & vtilitatẽ transferrem. Quãobrem Themistium adolescentes pene ciuitate Romana primum Donauimus: Tum vertẽdis oibus Aristotelis eiusq; interpretum voluminibus oẽm operam atq; industriam adhibuimus. Quod opus infiniti pene laboris cum mihi Plinianæ Castigationes excussissent de manibus: his mox editis, tãto ai ardore, quæ remiserã absoluẽda suscepi, Veteraq; studia reuocaui, Vt nõ multa mihi vertenda superessent. Subiit interim nõ minor hisce omnibus cura, ac nescio an maior ẽt cogitatio Dioscoridis in latinam linguam Transferendi. Quem cum emittere vel hortãtibus Amicis vellem, eadẽ ai inductione, quã a Teneris hauseram, ꝓmerẽdi oium opus oium maximũ ac laboriosissimũ aggressus Dioscoridis ac Plinii, &(vt ingenue fatear) ois rei literarię illustrandæ noua Cõmentatione suscepi: vt nihil uel apud Græcos uel apud Latinos ad hanc diem extet in hoc scribẽdi genere, quod nõ in hosce cõmentarios regresserim. Ausus etiam non pauca ex recentioribus attingere corrupta scilicet & indoctoꝝ ꝑtinacia non satis adhuc explosa. Hosce libros. Corollarii noie nuncupare uolui. q hi uelut appẽdix additamẽtumq; essent legitimo iustoq; operi tralati Dioscoridis. neq; uero Dioscoridis solum, sed meorum plane studioꝝ, scriptorumq; oium. Sic. n. mihi persuadeo: me quãtum ingenio ꝓficere, quantum industria elaborare: quãtum studio ac cura cõsequi potui: quãtum deniq; iudicii in literis habui, in hosce libros cõtulisse. Qui si tales erunt: quales vt essent, cõtendimus: gratulabor mihi & oibus quibus hæc scripsimus. Sin uero aliud Doctorum fuerit de his iudiciũ, nõ recuso: quin quãtum de his libris: tãtumdem de studiis ac Vigiliis detrahatur meis. Illud certe petitum ab oibus uelim eodem animi candore nostra æstiment: quo uel ipsi nostra scripsimus, uel nos de alienis iudicauimus, uel ut illi perpendi examinariq; sua ab aliis uellent.

HERMOLAI BARBARI PATRITII VENETI ET AQVILEIENSIS PATRIARCHÆ COROLLARII LIBER PRIMVS.

IRIS ILLYRICA. Cap. I.

I Ris Æstate floret. Folio arundinaceo. Caulem habet cubitalẽ ac q; tectũ similẽ Asphodelo: Sed minorẽ durioreq;. Sũt qui Hieridã appellẽt: unde Cõsecratrix quoq; dicta sit in latino. E rebus in unguenta uenientibus nihil in Europa nasci præter iridẽ Auctor est Theophrastus. In Illyrio commẽdatissima est: parte mediterranea, maximeq; septẽtrionibus exposita: Et ut inqt Nicãder & Plinius in syluestribus Drilonis ac Narone. Laudatur Iris Radice tãtum. Macedonica cãdicat. Illyrica duoꝝ generũ est. Raphanitis a similitudine: quę & melior. Rizotomos subrussa. Non improbaf & pisidica selgensium. Fossuri tribus ante mensibus mulsa aqua circumfusa hoc ueluti placamento terræ blandiuntur. Circũscriptam Mucrone gladioue triplici cum legerint: ꝓtinus in Cœlum attollũt. Præcipiturq; ante omnia ut casti petant. Nullos cultus exigit. nisi q ablaq̃atã reficcare solẽt. Tractatu pustulas ambusti modo facit. Teredinibus nõ sicca modo, Sed in terra quoq; celerime infestatur. Ostẽdit nobis iridem in horto suo fœlix Sophia paduæ. Repræsentabat eius flos pruna ꝑq̃ matura odore, ob quod mire appetitur a formicis. Radicẽ quoq; uidi Ruffam extra: intus ꝑcandidam. Genus vnum eius troglodyticum appellant: quam qui manducauerit: uinum q̃uis copioso eo hausto non obolet: ut Aphricanus scriptum reliquit. In Paulo non troglodytin

ſed aſtragalitin legas in paſtilli compoſitione pantolmii vocati. Philinus flores iridis lycoſ
vocari tradit quia labiarum lupi ſpeciem reddãt:apollonius Herophili diſcipulus irin ex Eli/
de ac cilicia probabat. Eſt & orbiculus paſtillusve iris appellatus in medicina:is ex croco, alu
mine myrrhaq́ꝫ conficitur.

ACORVS II

a Corus & acorꝫ foliis iridis ſed pediculo lõgiore. Radices ſei, Dioſcorides ſubalbidas,
Plinius nigras minusq́ꝫ venoſas reddidit. Ipſe Rubẽtẽ ĩtus uidi. Foris colore ĩter ni
grum atq́ꝫ cãdidũ. Rarã inuẽtu falſo tradit apuleius. Nec niſi cũ florem emiſerit co
gnobilem:locis cultis & hortis pratiſq́ꝫ naſcẽtẽ. legendã Auguſto mẽſe, aphrodiſiã & ſandicẽ
nauticam & ſingẽtianã, alio codice Radicẽ naucicã & vnguẽtianã & piperapiũ vocatam. Vt
de prauatũ in Dioſcoride quis putet piperaciũ pro piperapiũ. Quãdo q̃dem apes ſuſpẽſa in
vaſis earꝫ herba nunq̃ diffugere idem auictor ꝑditum reliquit. Arbitrãtur & ea parte mẽdã eſ
ſe, qua in Dioſcoride aſpletion appellari legitur. Aſplenon verius exiſtimãt, ꝙ Radix acori lie/
nem cõminuat. Optimæ ponticæ. poſt galaticæ: mox creticę cãdidiores põticis. ſed primę in
cholchide iuxta phaſin amnẽ: & ubicũq́ꝫ in aquoſis. Recẽtibus virus maius q̃ vetuſtis. Siccanť
vtribus in vmbra digitalibus fruſtis. Sunt qui Radicem Ruſci acorõ vocẽt, ꝑinde vt hãc nõ
nulli acorũ ſylueſtrẽ appellare malint. Acoro flores aureos croceoſue attribuũt. Semẽ ſpiſſum
atq́ꝫ gliſcẽs nõ ſine odoris gr̃a. Haberi ferũt in Chio, helleſpõtoq́ꝫ & euxino mari Radicem a
cori ſubrubẽtẽ, vẽis ĩtrinſecus neruoſis, prætenuibus & cãdidis: eaq́ꝫ ĩdigenas iridis loco uti.

MEV III

Eu græci meon ꝑducta priore ſyllaba nõ diphthõgo ſed vocali lõga ex Galeno. Ge
m nera eius duo nobilius athamãticũ ita dictũ ꝙ ab athamãte inuẽtũ ſit. Siue ꝙ lau/
datiſſimũ in Athamãte reperiať. In italia non niſi a medicis ſeri ſolitũ Foliis A niſi,
caule interim bipedali. Radicibus multis & ob nigris. Alterum Ruffius. Eſt & geum inter her
bas longe diſtans a meu. Radiculas vt inquit Plinius tenues & nigras habens & beneolẽtes.
Pectoris & lateris doloribus quærẽda. Cruditatibus quoq́ꝫ diſcutiendis. Iocũdo ſapore. Sũt
tamen pliniani codices in quibus gethin hæc non geum ſcribatur. q̃ recte neſcio.

CYPERVS IIII

Ypetus gladioli nomine apud noſtros, aliud eſt q̃ cyperus is, quẽ latini Radicẽ iun
c ci, vt Dioſcorides hoc loco columellaq́ꝫ teſtanť, vel iuncum quadratum ut corneli
us. Cyperus pro gladiolo ut Theodorus Gaza uertit a theophraſto peculiarẽ habe
re quandam æqualitatem in caule deſcribiť. Radice tñ inæquali partim craſſa carnoſaq́ꝫ, par
tim gracili atq́ꝫ ſurculoſa. Hanc & in altũ agi. Ideoq́ꝫ contumacẽ emori atq́ꝫ uelli. Naſci e late
re huius Radiculã, unde cauliculus erũpat alius. Sũt qui nõ diſtinguãt vicinitate noĩs fallẽte,
ſed diſcrimine multo ſeparãtur. Cyperus ſiue Cypirus is: qui latine gladiolus & xiphiõ a dio/
ſcoride ſuo loco dicitur, Radice bulboſa. Laudatiſſimus in ĩſulis creta, dein naxo poſtea phœ
nice viſitur. Cretico candor odorq́ꝫ propinquus nardo. Acrior hic naxio. Exilis phœnicio,
nullus egyptio. Nam & ibi ꝑuenit. Tradunt nõ egredi barbaros domibus niſi ab hoc ſuffitu.
Vegetiores enim firmioreſq́ꝫ ſic fieri. Dulcis huic Radix: & quæ decocta panẽ etiã gratiorẽ fa
ciat, vt inq̃t Theophraſtus, vnde ſumpſit Plinius. Põderoſior vtiq́ꝫ ſimul ſubacta. Hoc ipſo
nomine paluſtris alter cypirus ſiue gladiolus oſtenditur: quem iulio menſe ad radicem ſecari
præcipiunt. Tertioq́ꝫ die in ſole contineri, dũ candidus fiat. Quotidie autẽ ante ſolẽ occiden
tem in tectũ referri, qm̃ nocturni rores paluſtribus officiant. Sit paluſtris hic qui floreat uere
cum viola nigra, ſed utiq́ꝫ poſt anemonem, que timõia vocať, comitatus hyacĩthis & gladio
lus appellatus, an quod magis Puto xiphion Theophraſtum ſecutus, quęrendũ & æſtimãdũ
relinquo. Eſt eñi uagũ & cõmune multis nomẽ gladiolus. Folium ſimile nomini. At cyperus
de quo nũc agitur iunci trianguli vt Plinius interpretať, Vt celſus quadrati ſpecies iuxta ter
ram cãdidus, Cacumine niger pinguiſq́ꝫ ꝑſilit. cuius Radicẽ cũ oblõga eſt, cyperidẽ appelli
tant. Laus prima hãmoniaco. Secũda Rhodio. Tertia thracio, ſi Pliniũ ſequare. Nouiſſima
egyptio, qui & cõfundit intellectũ qm̃ & cypiros ibi naſcitur, qui eſt gladiolus. Sed & cyperus
pro iunco duriſſima vixq́ꝫ ſpirans in egypto. Cæteris odor ipſam nardũ imitãs. Nõ nulli diſti/
ctionis gratia cypiron pro gladiolo, cyperon pro iunco triãgulari ſiue quadrato nominant.
Non deſunt qui pſeudo cypirũ vocẽt gladiolũ: de quo Plinius ſemel quod meminerim, dixit.
Ocyſſima oĩum cypirus & pſeudo cypirus frutex, protinus eñi inq̃t floret ſemẽq́ꝫ ꝑfert. Qua/
dratus & angularis ad differẽtiã rotũdi iunci quem ſchoenõ greci vocãt: cognominatus intel
ligitur. Penultimã cyperi qñq́ꝫ diphthongo longã, qñq́ꝫ vocali breuẽ græci ſcribũt. Diciť hęc
& neutro genere cyperum a Paulo. habetur & cyperus indica: quam Plinius Cyperin appel/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

lat, etiam ſi quibuſdam exemplaribus cypera legitur. Non poſſum nõ mirari quãobrem Laurẽtius ualla cyperum in herodoto ſiler conuerterit.

CARDAMOMVM V

Ardamomũ Theophraſtus refert alios e Media putare, alios ex india cũ amomo atq;
c nardo & plurimis id genus aduehi. Simile amomo frutice toto prædicant, ſemine ob longo. Quatuor eius genera uiridiſſimũ & pingue acutis angulis, Fricanti pertinax, quod & maxime laudatur. Proximũ e Ruffo candicans. Tertiũ minutius atq; nigrius. Peius uarium & friati facile, odoris q; parui id quod uerius eſt, uicinius eſſe coſto debet. Precium optimi ait Plinius in libras denarii. ii. Recentiores mauritani hoc nõ cardamomũ ſed cordumeni & ſylueſtre caros uocan:. Cardamomi uero noĩe genus aliud intelligunt in geminas diuiſum ſpecies. Alterũ lentis amplitudine. Alterũ ciceris obnigri. In quo granũ albũ ſit guſtu mordaci. Vtrũq; odoratũ. Quid q officinæ cardomomo utuntur alio, q̃ quod & a mauris & a Dioſcoride perſcribitur: duplicis faſtigii, minus & maius appellantes; cui ſimile id ſemẽ ſit: quod uulgo melligeta dicitur prælatum uiribus:

NARDI SPICA VI

Ardum ſiue Nardus in Thracia exili odore naſcitur, ſiue ut Theophraſtus ſcripſit Radi
n culæ potius quædã imitãtes odore nardũ, ſed leuiter, q̃q̃ Plinius inuẽtam in Thracia nuper herbã dicat, cuius folia nihil ab indica nardo ſpecie diſſentiant. Principatus in unguentis nardo apud ueteres ſtetit. Frutex eſt graui & craſſa Radice, ſed minuta nigraq; ac fragili: q̃uis pingui, ſitũ Redolente, qualem cupreſſi aſpero ſapore folio paruo denſoq;. Cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, Ideo gemina dote nardi ſpicas & folia concelebrãt. Alterũ genus apud Gãgem in totũ Reiicitur. Adulterãt Pſeudonardo herba, que ubiq; naſcit̃ Craſſiore atq; latiore folio, colore languido, in candidũ uergente. Sit hæc fortaſſe quã Dioſcorides ſamphariticã appellat. Item ſua Radice permixta, ut ſtibio ponderis gratia, et gũmi & argenti ſpuma & cyperi cortice. Preciũ ſpicæ in libras denarii. lxxxx. foliorum uero eius quod maiora hæc habet Hadroſpheron uocatur, Denarii. xxx. eius autem quod minora & meſoſpheron dicitur denarii. lx. At eius quod minima & ob id microſpheron appellatur laudatiſſimumq; eſt denarii. lxxv. odoris gratia omnibus. Maior Recentibus. Nardo color: qui inueterauerit, nigriori melior. Indica ſyriacæ præfert̃ a Galeno. Nigrior & ualidior etiam nõnunq̃ ſyriaca. Reliqua genera in mẽtione gallici nardi montaniq; dicemus. Sed poſcimur identidem, quæ ſint illæ nouem ſpecies, quas Nardum indicum repreſentare Plinius exiſtimet. an gangetis prima, ozenitis ab odore uirulento dicta. Secunda Pſeudonardus. Tertia ſyriaca. Quarta gallica. Quinta cretica: id eſt phu. Sexta baccaris. Septima hirculus. Octaua aſſaron. Nona thracia. Quidã uſum nardi, oẽm abdicant ob ancipitẽ ex ea medicinã, propterea q in nardo quiddã ueneni delibutorii uice naſci ferãt, e quo Piſon illud uocatum indi conficiant. Exitiale nõ potu modo, ſed in ſudore corporibus appoſitum etiã ſi ab legulis purgari & elui curioſiſſime moris ſit fortaſſeq; hoc ſit aut nõ diſſimile quod pharicon a Dioſcoride ac Plinio Phariacon ab athenæo dicitur guſtu nardi omnino, ſed Reſolutionẽ faciẽs neruorũ cũ alienatione mentis atq; ſpaſmo. Aduerſari autẽ huic ueneno maxime cydoniam philarchus prodidit. Notatu dignũ a Dioſcoride cæteriſq; ueteribus nardũ cyperi odore commẽdari, a Plinio cupreſſi. Malim quidẽ librarii fuiſſe culpam ſed ſi Plinio tribuendus error foret, affinitate uerbi lapſum eſſe dicerem. Cypariſſizin pro cyperizin legentem. Neq; dici poteſt contra deceptũ eſſe Dioſcoridẽ nõ Pliniũ. Quando quidẽ cyperũ idem ipſe Plinius odorem nardi referre alio loco ſcribat. Aduertendũ eſt & illud oĩa nardi genera herbas eſſe præter indicum. In iis probatio una, ne ſint fragilia & arida potius q̃ ſicca folia. Hirculus porro qua uitiari nardũ ſincerã dicunt, nõ grauitate odoris modo, ſed ſimilitudine etiã nonnullã animalis eius nomen accepit. Græci tragon uocant. Illud, ne quem fallan us noſcendũ: Syriacã nardũ duplicis eſſe generis unũ in india, ſed parte montis in ſyriã ſpectante, quã Plinius ſub indicæ uocabulo cõplectitur. Alterũ in orbe nr̃o id eſt ſyria, ciliciaq; hoc aliqui gallico præponũt. Aliqui Contra, gallicũ ſyriaco tali præferũt. De gallico mox dicemus. Galenus indicã nardũ accipit quoties abſolute ſtachyn id eſt ſpicã nardi nominat, quaſi ſpicam cæteræ non habeãt, ſed herbam dũtaxat, queãdmodũ & Plinio uidet̃. In Gedroſia quoq; nardũ ẽ. Sed ſub indico ꝯtineri credimus

NARDVM GALLICVM VII

Ardum gallicũ ſiue ut græci appellant, celticũ, laudatur in orbe nr̃o poſt ſyriacũ, quip
n pe quod ſyriaco ſit leuius, neq; multũ ab indico differens ut Plinius exiſtimat. Preciũ ſiclis. xiii. hoc & aliucã uocari Dioſcorides alpinis populis tradit, Credo ſaliuncã legẽdum a uicinitate puto ſaliuncæ. Quã nr̃i folioſam quidẽ, Sed breuem & quæ necti non poſſit, deſcribunt. Radici numeroſæ cohæret herba uerius q̃ flos, Denſa ueluti manu preſſa. Breuiterq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

cespes sui generis. Pannonia gignit hanc & norica & alipum aprica. Vrbium Eporedia tantæ sua
uitatis, ut metallū esse cæperit. Vestibus interponi eā gratissimum. Seruius hanc uulgo appellari
orci tūicā putauit. De hirculo herba, cuius Dioscorides hoc loco meminit, supius mox absolui.

NARDVM MONTANVM VIII

Ardus montana: quam & syriacā & ciliciam uocare possis a Galeno pyritis appellata
n est: nec priuatim a Plinio describitur. Sed inter Nardi genera promiscue Refertur.

ASARON IX

Saron præter cæteras differentias molliora quoq; folia obtinet q̄ hedera. Radice galli-
a ci nardi. Semine saporis calidi ac uinosi. Bis āno floret, autumno & uere. Optimum in
ponto, proximū in phrygia. Tertiū in illyrio. Effoditur cū mittit folia. situm ocyssime
trahens ac senescens. Error librariorū est in Plinio qui aliubi iubere uideat siccandū in sole aliu
bi in umbra. Nisi quis posteriorē locum ita legat. Non ꝙ siccandū sit in umbra, sed ꝙ situm celer
rime in umbra sentiat. Non ignorādū baccarē aliud oīo esse q̄ asaron etiā si medicinas, quas Dio
scorides asaro dicauit, Plinius apud nos baccari magna ex parte acceptas retulit. Nec mirū cum
sit earum natura uiribus & effectu proxima. Cæterū perpēsam siue perpresam (nā utrūq; legitur)
ut in baccare latius exposui, nō asaron ut Dioscorides, sed baccarē intelligi Secundus noster uo
luit. Contra quoq; descriptio asari a Dioscoride facta congruit baccari multis partibus. Primum
ꝙ odor ei Cinamomo uicinus Redditur, ut asaro. Deinde ꝙ gracili nec humido solo prouenit.
ut Asaron. Alioquin Reprehendūtur a plinio qui Nardū Rusticū Radicē baccaris a pellauere,
quia nardum Rusticum proprie sit asaron. Quod uero Dioscorides coronamentariam esse dicit
herbā asaron, id baccari potius q̄ asaro conueniat. Propterea ꝙ Asaron uocari scribunt, qm̄ in co
ronas atq; serta nō addatur. Legebatur in Dioscoride Romanos asaron peritresam uocare: nos
perpensam aut perpresam ex Plinio correximus. Auctor is eandē opinor herbā. xxi. libro perpē
sam. xxvi. perpresam nominat. Codices etiā nū sunt in quibus nō perpresa sed sparsa legitur, ut
existimo corrupte. Legitur & asarus, nō pro asaro sed pro arisaro mendose. Quid enī incolume
Relinquit medicorū inperitia? De arisaro agemus suo loco;

PHV X

Hu creticum nardum nonnulli uocant. Radice uillosa imitanteq; auium pedes. In Pli
p nii codicibus corrupte aliphu pro phu legitur.

MALABATHRVM XI

Alabathrum Plinius arborem syriæ affirmat esse, folio conuoluto arido colore. Ferti-
m lius in Aegypto. Laudatius in indiæ paludibus, sine Radice fluitās. Improbāt cādidū
Celerrime sitū in uetustate sentit. Odor in uino sufferuefacti antecedit alios. In precio
quidē prodigio simile est a singulis denariis ad tercentū peruenire libras, ut idem īquit auctor, o
leum autē ipsum in libras. lx. Sunt codices ī quibus, nō oleū sed foliū scribatur. Si hæc uera sūt,
malabathri gemina conditio. Alterū palustre ut Dioscoridi uidetur. Alterū ex arbore. Nunc me-
dici nec primū, nec secundū, sed tertiū malabathri genus nouere appellatū a mauritanis suis Tē
bul, cuius surculi cū folio, quale arbuti siue lauri est, pollicares plerūq; ad nos ferantur & fructus
quoq; laurinis bacchis simillimus. Omnia tria genera folii appellatione significari consueuerūt.
Sed priora duo maxime. Foliatū inde unguentū, quo feminas locupletes oblini Romæ solitas
Galenus auctor ē. Greci phyllon hoc est foliū uocant. Herbæ genus in saxosis montibus repertū.
Nostri uulgo foliū syluestre nomināt, ut suo loco differemus. Notandū uariare Dioscoride a Pli
nio, ꝙ alter malabathrū probari scribat, quodā salis gustu, alter nullo.

CASSIA XII

Assiam Theophrastus fruticē magnitudine salicis amerinæ prodidit: sed multis surcu-
c losisq; brachiatā Ramis. Crassiore q̄ cinnamomū sarmēto. præterea neruosissimā & so
lo cortice Cōmendabilē, qui ei cutis tenuitate obducitur. Neq; aliter detrahitur q̄ si præ
sutas corio bubulo uirgulas bicubitas, enati uermes eroserint. Cortice tuto intactoq; propter a-
maritudinē, odorisq; acrimoniā futuro. Hæc iuxta cinamomi campos in æthiopia. Troglody-
tis permixta connubio, sed in mōtibus nascitur. Dissentit a Dioscoride Plinius, Theophrastū (ut
arbitror) secutus, ꝙ Dioscorides crassum eius corticem esse scribat. Illi cute uerius q̄ cortice uestiri
tradant, quem cōteri atq; in cinamomo leuari exinanirīq; preciū sit. Amplitudo fruticis cubito-
rum triū ut idem Plinius existimat. Colos triplex cum primū emicat, candidus pedali mensura.
Deinde Rubescit addito sesquipede. Vltra nigricans: quæ pars inquit maxime laudatur: ac dein
de proxima. Damnatur uero candida. Eligendā Recentē maxime, & quæ sit odoris mollissimi,
breui tunicarū fistula & nō fragili quæq; plurima, minimū ponderis faciat. Cæteræ notæ cōgru-
unt. Lactā uocant talem barbaro uocabulo. Alia est balsamodes ab odore dicta, sed amara. Ideo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

q; utilior medicis. Hác esse, quã Dioscorides zegir & Galenus gizer. Aetius ozem uocarũt, haud
multum absum quin credã. Nominat & mottoden Galenus speciẽ cassiæ uiribus proximam ap/
pellatæ Gizer. Nigra unguẽtis expetebatur. Precia nullis tam diuersa. Optimæ in libras. xl. cæte/
ris. xv. his addidere mãgones, quã daphnoidẽ uocãt isocinamõ cognominatã, preciũq; eius fa/
ciunt. ccc. adulteratur styrace & propter similitudinẽ cortice lauri surculis tenuissimis. Forteq; da
phnoides eadẽ sit cassia, quã daphnitin a mercatoribus uocari scribit Dioscorides. Fabulæ sũt cas
siã, cinamomũq; nidis auiũ decuti plumbatis sagitis aut circa paludes quasdã colligi propugnẽ
te diro serpentiũ genere, ut Theophrastus ait, uespertilionũq; ut alii. Sciẽdũ q ubi nos in Diosco
ride cõuertimus quãdã haberi cassiã Redolẽtẽ hyrcinũ uirus, Mauritani odorẽ porri trãstulerunt
prasizusã, nõ tragizusã legẽtes. Vtra lectio sit uerior, experti iudicẽt. Nõ ꝯuehitur modo cassia præ
ter q̃. Rarissima inter xylocinnamomi fasciculos quãdoq; inuẽta nigritiæ argumẽto. Casiã latini
correpta priore syllaba pronũtiãt etiã si apud græcos fere omne geminata consonante scribitur.
Virgilius Nec casia liq̃di corrũpitur usus oliui. Habet & cassia odoratæ genus herbæ ut in thy
melæa siue potius chamelea demõstrabimus. Aliud etiãnũ genus est, quã ætas nr̃a cassiam appel
lat, & cognomẽto fistulæ ab aromatica, ligneaue discriminat, ueteribus ignotã perinde ut fere no
bis modo lignea, alioquin in nr̃o quondã orbe seri cœpta, extremiq; imperii Romani margi/
ne, qua Renus alluit. Viuere in aluearíis apum solita. Etiã si color aberat ille torridus sole, atq; ꝓb
id simul idem odor. Cæterũ scire oportet, si quãdo cassiam syringa, hoc est fistulã, in antiquis au
toribus legere contigerit, nõ pro ea capiendã esse, quæ nunc cassia fistula dicatur. Colore rubro
nigrans. Laminis intus carnosis: quas parietinæ discludunt, seminibus siliquæ ceratiæ, ad deiici
endã bilem ustam mire ualens, sed pro lignea siue aromatica, cuius una quoq; species ad ipso
Dioscoride platea syrinx idest lata fistula nuncupari cernitur. Cassius certe foelix si mõ liber eius
est, qui circũfertur, appellatione fistulæ simpliciter, cassiam odoratã, siue aromaticã intelligit. In/
uenio tamẽ apud græcos: autorẽ, qui paulum, & oribasiũ ita loquẽtes induxerit. Cassia syrinx ad
uersus flauã bilem prodest. & item eos, qui præter naturã pallescunt. Item anginas, & laterũ dolo
res & peripneumonicos. Hæc paulus. At oribasius. Refrigerari ea inquit iecinoris calores intem/
peratos. Hanc Recentiores græci calidã, & humetã abscessu primo perhibent. Idem fere Maurita
ni. De cassia qua bilis per aluum detrahitur, & ꝓpterea cathartice dici potest. Nam aromatica siue
lignea excalfacit, atq; siccat abscessu fere tertio. Porro cassia cathartice partim in india, parti ĩ ægy
pto nascitur, folio iuglandis. Alexandriæ sibi uisam ponticus facinus Retulit, dum ista proderẽ.
Siliquas habet prælongas, ac teretes utrinq; fastigatas, duo fere pedes proceras carne intus nigra.
gustu prædulci. Sed plane medicato, ligneis distinguẽtibus membranis, & ossibus siliquarũ in
tercursantibus, ut prædixi. Eligunt ponderosam: collucẽtẽ, plenã & quã si concusseris in clusa in
tus ligna non sentias. Negociatores in hortis alexandriæ nascẽtẽ præferunt. Iam & asiæ cõmunis
facta dicitur. Seritur & apud nos, uerũ frustra. quia nec ad frugem peruenit, & celeriter opprimit.
Quid sit myrrha casia Hippocrati, cuius semẽ laudat uolumie feminarũ morbis dicato. σμύρνης
iquit κασσίας τὸν καρπὸν haud scio Reddere. Nisi quis pro smyrri herba ceperit: cuius cibo men
strua feminarũ iuuari constat. Strabo cassiam odoratã e stagnis colligi nõ solum ex arboribus in
arabia foelice quosdã in india, maiorẽ eius partem existimasse prodit:

CINAMOMVM XIII

Inamomum in partes quinq; concidunt: præcipua bonitas tenuissimis ad longitudi/
c nem palmi, paulo ue amplioribus. Secũda ꝓximis breuiore mensura. Vilissimæ, quæ
Radicẽ antecedunt, qm̃ ibi minimum corticis, in quo sũma gratiæ: qua de causa præfe/
runtur cacumina ubi plurimus cortex. Ipse frutex duorum cubitorũ altitudine amplissimus pal/
miq; minimus. Quatuor digitorum crassitudinis. Statim a terra sex digitis surculosus arido simi
lis. Cum uiret non odoratus. Folio origani siccitate gaudens. Sterilior imbre. Ceu contraria cæ/
teris natura. Gignitur quidẽ in planis, sed densissimis ĩ uepribus, Rubisq;. Difficilis collectu. Ve
rior sententia est, nasci in æthiopia troglodytis cõnubio permixta: nõ ut Herodotus, quo situ li/
ber pater educatus esset, ex inuiis rupibus, auiũq; nidis peti, & priuatim phoenicis. Neq; ut alii in
arabia. Igit mercãtes illi a ꝯterminis uehũt p maria uasta ratibus sine gubernaculo, sine remis ac
uelis, sed hyberno p brumã, euris tum maxie flãtibus. Primus his portus gebennitarũ ocila, siue
acila ut Strabo: Ptolomeus ocelis. Produnt uix quinto anno Reuerti mercatores, & iterire mul
tos. Contra Reuehũt uitrea: & ænea, uestes, fibulas cũ armillis, ac monilibus. Ipsum lignum in
fastidio est propter origani acrimoniã. Xylocinnamomũ uocatur. Preciũ in libras. xx. Quidam
cinnami: nam & cinnamũ dicit, duo genera tradidere, candidius, nigricansq;: Et quondã præ
ferebatur candidũ: Nunc cõtra, nigrũ cõmendatius autore Plinio, atq; etiã uariũ ꝑferunt candi/
do: certissimo argumẽto, si sit scabrum, atq; ut inuicẽ tritũ cõtumaciter frietur & inhorrescat. Im/

probatur molle imprimis: aut cui albicat cortex. Ius eius a Gebannitarũ Rege ſolo proficiſcitur. Is edicto mercatu uendit. Precia quondã fuere in libras denariorũ mille. Auctũ id parte dimidia eſt, icẽſis (ut ferũt) ſyluis ira barbarorũ: aut etiã forte fortuna, qm̃ auſtri tam ardẽtes ibi afflare ſolent, ut æſtatibus ſyluas accẽdãt. Coronæ ueteribus fiebãt ex Cinnamomo interraſili auro incluſæ. Radicẽ eius magni ponderis aureæ pateræ ĩpoſitã uidiſſe Plinius meminit, ex qua guttæ editæ annis omnibus in grana durabantur. Pſeudo cinnamomum Galenus Cinnamomidẽ quoq; appellari ſcribit.

AMOMVM XIIII

a Momum quidam ex india, alii ex media importari narrãt. E uite indica, quæ ſit labruſca, exiſtimat̃ naſci frutice uenoſo palmi altitudine. Carpit̃ cũ Radice. Manipulatĩ leniter cõponit̃. Protinus fragile laudat̃. Punici mali foliis ſil̃e, nec Rugoſis, colore ruffo. Secũda bonitas pallido. Herbaceũ peius. Peſſimũq; cãdidũ: quod & uetuſtate uenit. Preciũ uuæ in libras ſicli. lxx. friato uero amomo. xl viii. Naſcit̃ & in armeniæ parte, quæ uocatur ocene. Adulteratur mali granati foliis, & gumi liquido ut cohæreſcat, uuæ modo, cõuoluatq; ſeſe. Eſt &, quæ uocat̃ Amomis minus uenoſa, atq; durior, ac minus odorata, quo apparet aut aliud eẽ, aut colligi immaturũ. Nec mirandũ ſi quãdo Plinius a Dioſcoride nr̃o diſſonat, qm̃ ſicut precia rerũ, ita & notæ, & Experimẽta quoq; uariant̃. Neq; ulla medicinæ pars ĩcertior, q̃ quæ ab alio orbe q̃ noſtro petitur, id quod & ratio perſuadet. Amomum quale nunc officinæ præferũt ſabuloſa ſpecie, nec odoris argumẽto, nec alia rõne cõgruit cũ eo, quod hic deſcribitur.

COSTVM XV

c Oſtus & coſtum dicitur & per diminutionẽ a ſtrabone coſtariũ. Huius radix in precio. Fructus inutilis. Plinius indicum dumtaxat uidetur nouiſſe coſtum. Primo ſtatim introitu amnis indi in Patale inſula compertum. Duo eius genera faciens nigrum, & qd̃ melius eo iudicat, candidum. Preciũ. xvi. in libras ſingulas.

IVNCVS ODORATVS XVI

i Vncum odoratũ ſchoenon græci uocãt, & Hippocrates ſchoenon myrepſicõ, & ſchoenon hedyoſmon: & florẽ eius ſchoenu anthos. Cornelius celſus iuncũ Rotundũ, ut ab angulari differat, cypero a græcis appellato: Rotundũ & in campania inueniri tradunt, utiq; minus pollentẽ. In Arabia ſane cũ calamo odorato naſcitur, cõualle quã dicemus nihil aſpectu differẽs a cæteris. Prouenit & in ſyria coele cognominata. Iuncũ Rotundum uinoſæ mordacitatis ad guſtum ſentiri perhibent. Precium in libras denarii quinq;. Noſcẽdũ uero babyloniũ, & Teuchitin a Dioſcoride pro eodẽ genere ĩtelligi: nõ ſic a cæteris qppe qui Teuchitin eũ dẽq; nobiliſſimũ, qui e nabathea, ſit appellẽt. Proximũ babyloniũ. Peſſimũ ex Aphrica, ac ſine odore. Dicit̃ & lentiſcus arbor ſiue frutex a græcis ſchinos nõ ſchoenos, ut quidã e peritioribus falſo interp̃tati ſunt. Vulgaris porro iuncus, quo ad uitiliũ nexus utimur, item rotũdus & odoratus, nõ ſchinos, ſed ſchoenos unde funes appellati. Recẽtiores iũcũ odoratũ cũ funario paluſtri q; cõfundũt. Græci quãq̃ & paluſtrẽ & odoratũ ſchoenõ uocãt, quoties tñ de odorato ĩtelligi uolunt ſchoenũ id eſt iuncũ abſolute nominãt. Alterũ uero genus helis hoc eſt paluſtris adiectione diſcriminãt. Dicit̃ & ſchoenos menſura quædã ſicut aſtarus, & paraſanga barbarorum.

CALAMVS ODORATVS XVII

c Alamus aromaticus, ſiue ut Hippocrates myrepſicos id eſt unguentarius & odoratus ĩ Arabia naſcẽs cõmunis indiæ, atq; ſyriæ eſt. In qua uicit omnis a noſtro mari, ſtadiis ut Theophraſtus inquit. cl. Inter libanũ montẽ, aliũq; ignobilẽ, nõ ut ſtrabo & alii quidam exiſtimauere Antilibanum lacu genneſaretide, ubi conuallis ampliſſima: & pulcherrima: quam aulonem cognominant: ſed in conualli modica prope ſtagnũ paluſtribus per æſtatem ſiccatis. In eo tricenis ſtadiis iuncus et calamus odorati gignunt̃. Sed præſtantior odore calamus ſtatim e longinquo inuitat. Mollior tactu, meliorq; qui minus fragilis. Araneum eius ut ait Plinius in fiſtula florem appellant: magno Domitii errore in quadam papinii poetæ ſyluula nõ diſtinguentis harundinem ſaccarum fundentẽ ab odorata. Calamo precium in libras denarii. xi. Reliqua probatio ut niger ſit. Damnantur alibi. Nobilior quo breuior & craſſior, lentuſq; in frãgendo. Succum eius elaterio ſimilem excipiunt. Legi & in meotide odoratum naſci calamum, Radice ſubalbida, & ſine fiſtulis, Plena intus & amara. Specie acori. De quo & falſi quidam ſunt acorum eam putantes. Quanto autem amarior, tanto & calidior eſt indico. Vtrumq; tamen genus acorum odore ſuperat. Teredinibus ut acorũ inceſſitur. Omninoq; uicarium pro acoro eſt ab Ionia & Ponto & Herculis columnis, prorſuſq; apud omnes, qui mediterranea colunt Aphricæ, ut ſi eadem non ſunt plane, maxima tamẽ germanitate uiſantur, ut auctor es pleriq; tradunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

BALSAMVS XVIII.

Alsamo alii punicæ magnitudiné reddunt Ramis frequētibus, semine terebinthi: colo
b re: amplitudīe: figura: qđ & odoratius quidā lachryma sua prædicāt, casamū, & carpo
balsamū uocantes. Cædit̃ sub canē, parte qua maxīe uideat̃ eē p̄gnās, & caudice & ca/
cumīe. Sudor e plaga manat æstate tota. Sarmēta quoq; eius & surculi odore p̄stātes amputant̃,
& ueneūt magno, alioqn grādesceret arbuscula: nisi succideret̃, Balsamū Syluestre Theophra//
stus Reperiri nusq̄ testis est. oībus odoribus Balsamū præfert̃: quondā in duobus tantum hortis.
Vtroq; Regio altero iugerū. xx. altero pauciorū. Hiericunta nomināt q̄q̄ & palmetis consitū tan/
to quæstu ut iudeis opes ex opobalsami uectigalibus creuisse Trogus p̄dat. Is humili piceæ, qui
dā cyaso terebinthoq; ut strabo, quidā myrto similē dixere. Sed uiti similiorē esse Plinio constat
maleolis seri cepta. Impletq; colles, Vinearū mō, quæ pedatæ nō sunt. Tōdet̃ nitescitq; rastris. In
tra tertiū annū a satu fructifera. foliū tuberis (Id genus mali est) a Plinio Reddi putant, Sed men/
dosum In eo locū eē arbitror. Nec tuberis scribendū. Sed Rutæ. nā & exēplaria sunt in quibus ita
legit̃, foliū proximū rubet, corrupte ut pleraq; alia, p̄ rutæ, alioqui Theophrastus & Dioscorides
rutæ folio sed exalbido Balsamū describūt. Pausanias nūc myrto, nūc sampsuco a quo non per
B. sed per. P. palsamū pronūciat̃. Id ipse in arabia gigni scribit arbore uiperis obsessa quarū mor/
su nemo extinguat̃, qm̄ succo eo pastæ noxiū uirus habere desinūt. Ab Hierosolymis captis fere
re fiscus Balsamū cœpit. proceritas intra bina cubita subsistit. arbori tria genera. Capillaceū, theri/
stō uocāt. Alterū scabrū, icuruū fruticosū odoratius: ostracō. tertiū eumeces: q̄a p̄cerius læui corti
ce huic secūda bōitas. Nouissima theristo. Semē eius ē uino p̄ximū gustu, colore ruffo, nec sine pī
gui, peius in grano, q̄ leuius, atq; uiridius. Ramus crassior myrto. Incidebat̃ ante ferreis Vngui
bus: sed quoniā ferro uitalia læderent̃, transiit usus ad uitrū & lapides osseosue cultellos. Incidē/
tis manus artifici librامēto tēperat̃, ne quid ultra corticē desquamet lacessatue. succus lanis par
ua colligit̃ in cornua ex iis nouo fictili condit̃, crassiori similis oleo, & in musto cādidus, Rube/
scit deinde, simulq; durescit translucidus. sub Alexādro & Theophrasti tēporibus toto die æsti//
uo unā conchā īpleri iustū erat. oī uero fœcunditate e maiore horto semicongios bissenos. e mīo
re binos. At Plinii æuo etiā singularū arborū largior erat uena. Ter omnibus p̄cutit̃ æstatibus. po
stea deputat̃. amputatio ipsa & surculus. dccc. uenit intra quintū demū annū, corticis ēt ad medi
camēta preciū ē etiā ante q̄ ligni. Ex hoc buxosū ē optimū, quod ē odoratissimū. Ex semine āt ma/
ximū, & ponderosissimū mordens gustu feruēsq; ī ore. lachryma debet eē pinguis & tenuis mo/
dice ruffa, & infricādo odorata cū austero. Secūdus candidæ color, peior uiridis crassusq;. pessi//
mus niger quippe ut oleū senescit. Ex oī incisura maxime p̄bat̃, quod ante semel fluxit. uitiatur
semine suo, ut uix possit deprehēdi fraus. Itē & oleo rosæ myrti, Resina, galbano, Nequissime gū
mi: qm̄ ip̄m quoq; inarescit manu inuersa, & in aqua sidet ut Balsamū. Quod cera & Resina per/
mutatū ē in carbone nigriori flamma detegit̃. Nā mētitū melle, contrahit muscas. Metopio adul
teratū in aqua circulo cādido cingit̃, nec aliubi Seplasiæ maior īprobitas. quippe sextarius, qui
mille denariis uendēte fisco emebat̃, mox. ccc. tantū denariis constabat. Xylobalsamo preciū ī in
libras sex. Romæ ī triūpho Imperatores Vespasiani Arbusculā ostēdere. pleriq; in ægypto nasci
p̄hibent, Regione quæ nūc solis oculus, siue fons dicat̃ quōdā heliopolis, Incidi autūno ad li//
quorē, qui & oleū Balsaminū uocat̃. Strabo & ī syria coele nasci prodidit. ualle illa fertili q̄ liba/
nū & antilibanū interiacet iuxta lacū gēnesaritin. In arabia quoq; sabæorū tractu maritimo. Ad//
monēdi sumus dioscoridē ī huius mentionis calce dicere Xylobalsami decoctū cum iride sicca
mederi capitis uulneribus. ἀνάγκην δὲ καὶ λεπίδας nos squamas detrahere conuertimus, ut uel
porriginē ītelligas. Est. n. porrigo, ut celsus ait, ubi īter pilos quædā quasi squamulæ surgunt eæ,
quæ a cute resoluuūt̃ mō sine ulcere, mō exulcerato loco uel queādmodū Recētiores de squāis
fractorū ossiū. Sed & carūcula quæ īter uiuā & emortuā ossis adusti partem subit expletura quod
abscessit, quasi testa tenuis & angusta ut idem Cornelius testatur. squama idest lepis a græcis ap//
pellata est, liberum estimaturis esto.

ASPALATHVS XVIIII

Spalathus ī ægypto quoq; nascit̃ spina syluestris. magnitudīe arboris modicæ, cādi/
a da flore rosæ: euius Radix unguētis expetitur. Idē frutex humilior in syria & Nisi ro
Rhodiorūq; insulis prouenit: quā alii sceptrum elisei: alii adipsatheon alii dipsacō: alii
diacheron ut Plinius uel diaxylon ut Dioscorides uocant. Nascitur & pluri//
bus locis. Sed non perinde odoratus, Tradunt in quocunq; frutice, Sed in aspalatho ampli//
us cœlesti arcu in eum innixo suauitatem odoris inenarrabilem fieri, laudatur colore ruf/
fo uel Igneo & odore castorei. permutatur in libras quindecim. sane per Hispanias multi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

& ad odores, & inter unguēta utūtur spina, quā uocāt aspalathum. Sed ea uulgaris est, ex qua ful loniæ implētur urnæ. Radicisq; usus tantū habetur: nec dum cōperi sit idē uulgaris spina, & to piaria de qua in acātho diximus. Radicē nigrā Hippocrates cū uocat. Radicē Galeno significat aspalathi crisæo phocidis agro cōmendatissimam.

BRYON XX

b Ryon hoc est muscus. Verbū ex uerbo dicitur & Ipnon in cyrenaica prouīcia maxime probatur. Secūdū locū obtiet cypriū ab eo phoeniciū. fertur & in ægypto nasci qn & in gallia: nec dubitat. sunt & hoc noīe pāni arentes muscoso uillo, quales e glandiferis sola fere quæ uocat ægylops: fert: nō in cortice modo, uerū e Ramis dependētes cubitali magni tudine. Sed odore præstātes, candidissimis, atq; altissimis prima dignatio, proxima Rutilis, nul la nigrātibus & in insulis petrisq; nati dānātur, omnesq; quibus palmarū, atq; nō suus odor est. Ex bryo & balanino oleo expeditissimū, primūq; unguētū fuisse ueteribus tradūt. differētia hæc q; bryon aliarū arborū cani quidā sunt, ut dixi, brion uero populi candidæ uua. circa gnidū op tima aut cariā in sitiētibus, asperisq;. Secūdā in lycia cedro pertinētem ad unguētum prædicant Paulus & in picea uel larice bryō nasci prodidit a Galeno priore scriptū. Est & bryon thalattiō hoc est marinū ut suo dicet loco muscus. præciosissimū odoris genus est & quod muscus uulgo noīatur ab aetio, itēq; paulo, sed & a phocione grāmatico Recētiore moschus odoratus capreæ seu quod idē ē dorcadis peregrinæ sanies ex umbilico eius aut uomica. Gazellā uocant animal id barbari ut uerba Hieronymi ad demetriadē: hoc nōnullis significat muscus in quit & oenāthe ex pegrini muris pellicula. Sed muscus Hieron ymo aliud nō est quā Bryon, de quo hic agit. nā & Plinius eadē fere mētione de bryo & oenanthe disputat. Quis aut sit pegrinus mus, odorata ce lebratus pellicula, nō uideo nisi quis aīal hoc ītelligat ex quo Zibettū siue ut recētiores græci uo cāt Zapetion excipitur: qq̄ & cōpositōis quoddā genus est Zapetion ex aīalis musco: agalocho: & orietali succino. hæc ipsa cōpositio ēt Net uocari solet a græcis quibusdā. Sed uox ē arabica. In uenio & muscilion dici quādā herbā ab odore musci, ut cōiicio, qm̄ & dorcida uocāt eam nari bus uitiosis & fetentibus accōmodatā: ut aetius existīat nisi quis pro dictamno accipiat, quod & dorcidium appellant.

AGALOCHVM XXI

a Galochon Aetius & medicorū uulgus Xylaloen idest lignū aloen appellat: a nōnulla similitudine coloris aloes ut arbitror. Nō animaduerto ubi de hoc genere loquat gale nus. Recētiores græci tradūt sub terra condi solitū agalochon nō alias odoratū futurū q̄ ubi teredinibus cōputruit. Fastigia eius sūma quatuor. Indicū, sapphicū ex urbe sappho. Speō & hygrō, idest humidū, qd ipsum deinde in species quatuor cōciditur. Arabes nōnulli semē hu ius arboris eē uolunt id quod haormiam ipsi uocāt similitudine piperis miuti colore subrubēs, qua propter & piperellā dixere. Agalochon aetius In thymiamate myrepsico idē esse, quod & ta rū putat. De taro Plinius ex casiæ inquit & cinnami cōfinio cancamū & tarum inuehitur per na/ bathæos, troglod ytasq; iis uicinos.

NASCAPHTHVM XXII

n Ascaphthon prætermissum a Plinio arbitror cōsulto, quia īcerta eēt natura eius. ut alio rū quoq; plutiū: quæ ille orbi nostro tātū noībus cognita eē tradit, ut sericatū gabaliū q;. Paulus & lacaphthon noīat, Inter ea, quæ a quibusdā in cyphi heliacū adduntur: & corticē piceæ, uel alterius arboris existimat. Ego lacaphthon idē eē cū nascaphtho Ratus sum.

CANCAMVM XXIII

c Ancamū ex collimitio casiæ, cinnamiq; p nabathæos, troglod ytasq; cōfines aduehitur. Qui cōsedere ex nabathæis noīe solo cōpertū Plinio. Nec sum nescius laccā a barbaris hoc genus uocari aliā, q̄ quæ de purpurarū floccis cōficitur tinctoribus. Est & gummi quoddā arboris lacca dictū & tincturis utile. Nec an ea cācamū sit hoc de quo agit satis habeo cōpertū Democritus certe, si modo eius liber ē qui de tingenda purpura circūfert: lacchan noīat inter colores. hoc & florē achaicū appellat idē auctor, sicut florē syriacū quod Rhizion pri uatim uocari tradit ad eūdem usum. sit aūt flos achaicus, aut syriacus id quod nos modo cremes dicimus: an diuersum: nō ꝯstat. Paulus odoratū eē cācamū prodidit. differt cancamū a cancano q; cācanus herba est a Galeno dicta a Dioscoride cacalia. Nā caucalis alia est, ut post dicet. In quo fœdissime neoterici diffluctuāt, græci lignū quoq; aridū cancanon appellant.

CIPHI XXIIII

c Iphi urebāt uesptinis omnibus ægyptii. Matutinis Resinam. Meridianis myrrham ea erat nuscella, ut Plutarchus inquit sexdecim literis sacris contenta, ex melle uino, uua passa, cypero, Resina, seseli, aspalatho, myrrha, bitumine, iunco, bryo: calamo, utroq; Iunipero, cardamomo. Lapatho, quamquam lacaphtho forte non lapatho scribendum sit in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Plutarcho, ut ex iis quæ in nascaphtho diximus comprehen di potest. Confundebantur hæc nõ temere aut fortuito, sed præeuntibus de scripto qui rõnem & ordinem præcineret, quo quicq; loco, tempore, mensura, coniiciendum esset. placuit uero nũerus sexdecim q̃ is e quadrato quadratus existeret. Talis. n. linea circumcurrens per oras æqualem cum area sua mensum habet. de quo latius in libello dictũ est, quem ex antiquis auctoribus de iside & Osiride condidimus. sunt & aliæ thymiamatis huius & pro arbitrio cuiusq; rationes. sed duæ in medicina cognométis insignibus. heliacon & seleniacum hoc est solarium & lunare.

CROCVM XXV

c Rocum folio angusto ad usq; capillamenti exilitatem, germine ac flore serotino p autumnum occasu uergiliarum: qui paucissimis diebus marcescat. cũ folio florem expellit obiter, quin & prius uidetur. subest radix multa: carnosa peruiuax. calcatũ melius surgit, & quasi pereũdo lætius prouenit. semitas eo fontesq; amat. Seritur radix bulbo. duo genera eius montanum & satiuum. prius hebes. posterius odoratum. utrũq; primis imbribus. emicat autumno ut dixi post aphacen. Inodori duo genera, candidum ac spinosum. Viret bruma & colligitur siccatur in sole. Sed in umbra melius ét hyberna. Crocum syluestre optimum: serere in Italia non expedit ad scrupula usq; singula areis decoquentibus. satiuum maius nitidiusq;, sed leui momento degenerat. omnino infœcũdum natura ubiq; uel Cyrenis ubi laudatissima oia. Quidam phlegræo croco secundum locum sciscunt, probatio sinceri, ut manu imposita crepet, uelu ti fragile. dilutum & humidum sedet. Altera probatio si manu prolata ad ore leniter faciem oculosq; mordeat. Esse inquit Plinius & per se genus satiui blandissimum uulgo cum sit medio sui candidum dialeucon uocatum. Cyrenaico uitium, q̃ omni croco nigrius & q̃ celerrime corrũpitur. laudatur breuibus capillis in Lycia anno septimo uel octauo transfertur in locum subactũ: atq; ita degenerans reuocatur. Vsus eius in coronis nusq̃ propter ãgustiam folii: nisi quæ ad mulcendam ebrietatem fieri à quibusdam soleant. uino mire congruit præcipue dulci. quo & aqua facillime soluitur. nulloq; alio dulci. Tritum ad theatra replenda, utq; hoc nõnulli apud Dioscoridem itelligant, cum θύιαν dicit errore librariorum θύιαν pro θέαν scribétiũ. Sed nos immutare lectionem antiquã ausi non sumus. Ideoq; mortariis tingendis cõuertimus. præsertim cum de mortariis atq; croco mentioné quodam loco habitam a Plinio sciremus. asseruatur pixidecula e cornu acerrima croco uis tribuitur: ut illatum manus palmæ cõtinuo pueniat ad cor.

CROCOMAGMA XXVI

c Rocomagma uerbum ex uerbo fex olei crocini est. nam feces unguentorum magmata græci appellant & cõspersionem: siue massam quæ subacta sit: Ecmagma: quo nomine inquit Galenus ipsum quoq; crocomagma significamus.

HELENIVM XXVII

h Elenium enula siue inula, sed duplici natura. folio Serpilli: de qua statim post dicetur. Altera folio Verbasci exilioris: de qua nunc agitur breuior hæc q̃ pastinaca est. sed torosior, amariorq; & nisi temperatur liquido dulci, stomacho immicissima. Sed pluribus modis austeritate uicta gratiam inuenit. Nam & uuis passis & defruto & melle subigitur in pollinem tusa: & pinguibus quoq; caryotis, iã cotoneis, malis, sorbis, & Prunis aliquãdo pipere atq; thymo illustrata maxime Iuliæ augustæ cotidiano cibo. Superuacuum eius semen, quoniam ut Dioscorides meminit propaginibus seritur modo, quo harundines: magnisq; interuallis neq; ullo minus quaternorum pedum, quoniam spaciose fruticet.

HELENIVM AEGYPTIVM XXVIII

h Elenium hoc posterius a nostris inulam appellari posse non uideo. Theophrastus interim uelenion. Aristoteles belenion scripsere, si modo liber eius est qui de plantis ad autorem Aristotelem refertur. Belenium inquit delibutorium in Perside uenenum erat, in Aegyptum & Palestinam translatum sine periculo mandi cœpit. hæc cõmentatio græcis perierat. habebatur in arabico. demũ cõuersa est in græcum sermonem a quodam ut ferunt Maximo propterea quædam in eo libro barbara fruticũ & radicum leguntur nomina ut sunt benteli: nenuphar opinais. & aliquot huiusmodi. nenuphar pro nymphæa quidem capitur arabiæ sed benteli & opinais, quid sit parum liquet. nisi quis opinain pro silphio itelligat: quoniam succum ex eo mãare lentiusculũ dicat, quem priuatim uocamus opon. bentelos aũt initio spicata esse tradi tur mox in arborem grandescere. Sed redeamus ab heleniũ. Plinius hoc helenæ lacrymis enatũ refert, dum gubernatorem Canopum hæmorrhi serpentis ictu exanimatum fleuisset. hilaritatem Hippocratis testimonio facit. prædulcis in eo cremor, Radix contrita mures necat. cãdida intus est & dulcis. Dioscoridi uero pallida, laudatissimũ in helena insula. huius rami dodrantales a Plinio: cubitales a Dioscoride feruntur. Addebatur in coronamenta folium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

OMPHACINVM XXIX

o

Leum Omphacinum fit duobus modis, olea adhuc alba expressa. Candidum deteri/us ex Druppa (ita.n. uocatur a græcis latinisq; priusq̃ tenera esui sit) Iam tum luteola, colorem q; demutans. hoc uiride Cato appellat. atq; utilius est. Est & omphacinum siue omphacium e uite de quo post Galenus oleum nō omphacinum, sed dulce fieri ex druppa scri/bit. Alterum uero genus quod ex immaturis albisq; premitur & omphacinum & omotribes appellari tradit. unguentis utilissimum e phaulia ut Theophrasto placet. Simile omphacino fit ole/um, si oleæ ramus in conditurам adiiciatur. Quibusdam natura soli: non conficiendi ratio astri/ctoriam uim qualis in omphacino sentitur, dat, ut hispaniensi nominato. Omphacinum ab omphace deducitur unde acor ex uuis græce appellatur omphacium & acerba uua: omphax & acerbum mel omphacomeli ab eodem omnia uocabulo.

OLEVM EX DRVPPA XXX

o

Leum ex Druppa fieri dulcissimum Galenus testis est, utiq; si ex maxime druppa fiat, non si ex druppa tantum. olei probi notæ apud Galenum sunt ut sit q̃ dulcissimum, tenuissimum: purissimum: transiucidum, quodq; modico eius cuti superfuso plurimum se se fundat & facile combibatur. Cuiusmodi est inquit, quod sabina bacca premitur. oleum cū aqua mixtum hydreleon uocatur & chytlon: q̃q̃ posterius hoc Homero lustrationē fere signifi/cat. In Bactris iuxta flumē Ochum effossa terra fons manauit olei, quod quidem traditum ab iis qui Alexandri res scripserunt: & Strabo credidit.

OLEVM EX OLEASTRO XXXI

o

Leum ex oliua syluestri tenue multoq; amarius q̃ ex satiua. utile hoc ad medicamenta fere tantum. de quo alia quoq; Dioscorides in ratione oleastri & oliuarum commemorat. aridissimum hoc Galenus inter olea describit. post hoc histricum: mox hispanum. pinguissima. lybicum & cilicium. In pingui uero tenue sabinum. Inter hæc media fere natura eorum: quæ Græcia & Asia & Cyclades mittunt. Pausanias Tithoreū e Phocide commendat. hispaniensi prætulit & histrico pingue lenticia: tenue perspicuitas & puritas consequuntur.

OLEVM CANDIDVM XXXII

o

Leum cādidum aliud sponte, ut quod ex oliua adhuc alba exprimitur omotribes uo/catum. aliud factitium, ut de quo nunc agimus.

OLEVM SICYONIVM XXXIII

STRIGMENTA A BALNEIS XXXIIII

f

Trigmenta hoc sunt quod græci Rhypon & Gloeon appellant. Id quod ex Celso Plinioq; colligimus aurium certe sordeculas Græci uocāt Cypsellas. Rhypon Iulius Pollux pro cera quoq; sigillari acceptum quandoq; tradit ab auctoribus. nisi quis typō nō Rhypon in polluce lectitet. Sed & apud Ciceronem in epistolis ad atticum Rhypos scriptum ē pro ceris siue formis unde sigilla fingebantur fortasse a situ uetustatis appellatas, ut Plinianum quoq; illud expressi cera uultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera. defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui unq̃ fuerat, populus.

STRIGMENTA PALLESTRITARVM XXXV

f

Trigmenta hoc genus aliud non sunt, q̃ puluis: qui luctantium corporibus inspergit: & oleo superuenit. hæc pulueris inspersio a græcis Aphe dicebatur. puluis ipse conis cū ipso te inquit Plautus puluisculo conuerram. Et gæometricum est puluiusculus. palæstris quidem optimum e nilo sabulum tenuissima sui parte: oleum quo luctaturi pertundebant Ceroma dicitur & patos. q̃q̃ patos proprie coenum est atq; lutum ceromati permixtum: cui si sudor accesserit, Conisalon uocari ab iis qui nimis attici uideri uolūt. auctor ē Galenus. locus in xystis huic operi dicatus priuatim Conisterium appellatur uictruuio.

STRIGMENTAA PARIETIBVS GYMNASIORVM XXXVI

f

Trigmenta a Parietinis & a Palæstra significare Plinium existimo, Cum ita loquitur. usum olei in luxuriam uertere græci uitiorum omnium genitores in gymnasiis publi/cando. Notum inquit est magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei uendidisse. Item. Quin & sordes inquit hominis in magnis fecere remediis quæstuosorū gym/nasia græcorum: quippe ea strigmenta molliunt calfaciunt complent sudore & oleo medicinā facientibus. Item alibi. Et in gymnasiis inquit oleum conditur odoribus sed uilissimis. At strig/menta statuis gymnasiorum detracta: in quibus Galeno auctore multum olei comburebatur: qa puluere inquit carerent, Et cum ærugine permista colligerentur: acrioris naturæ q̃ strigmenta cætera noscuntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ELEOMELI XXXVII

Leomeli fluit ex ipsis oleis in Syria, tenuius resina, sapore Mellis: unde nomē. nō sine
e nausea emollit aluum: Pugnatores certaturi præsumūt ex eo cyathū. Plinius in ma
ritimis Syriæ nasci ꝓdit cū tñ Palmyra longe a mari absit: forte non maritimis, sed
palmyris legendum. nisi qs locum, unde id excerpsit nō palmyris sed almyris legisse Plinium
existimet: quod in tāto uiro dubitare nullo modo possum. Eleomeli medicinæ tm̄ gign . sit
hoc idem quod & Æromeli dicitur q̄si mel æthereum ac cœleste: quod sacræ literæ Māna vo
cent, vt non plane cōrendo, ita certe ꝓpensissimus sum ut credam. Sed ita tamen vt intelliga
tur aliquod discrimen esse inter id quod mandi potuerit: & id quod medicinæ tm̄ nascitur.
Decerpi hoc Amyntas scribit vna cū ipsis quibus hæsit frondibus. Et in offas pastillosue, aut
etiam orbiculos conuolui, vt cū vsus postulat, in lignea pocilla, quæ tabaitas in Asia cogno
minant aliquo humore diluatur. Plane ab exortu sideris cuiusq;, sed nobilium maxime, vt
Plinius existimat, aut cœlestis arcus, si non sequātur imbres, sed ros tepescat solis radiis, Me-
dicamenta potius q̄ mella gignuntur oculis vlceribus intermisq; visceribus dona cœlestia.
Quod si seruetur inquit hoc Sirio ex oriente, casuq; congruat in eundem diem, vt sæpe Ve-
neris aut Iouis Mercurii ue exortus, non alia suauitatis vsusq; vis mortalium malis a morte
reuocandis, q̄ diuini nectaris fiat. nisi hoc ut alia fraus hominum pernicie corrumperet.

OLEVM CICINVM XXXVIII

Leū Cicinū e Cici arbore fit in Ægypto copiosa: vbi sine igni & aqua sale aspsum
o exprimit: cibis fœdū: luminibus lucernaꝗ ꝑ nimiā pīguitudinē ineptū & obscurꝗ.

OLEVM AMYGDALINVM XXXIX

Leum ex amygdalis Neopū vocari legitur in Plinio. Puto corruptam esse lectiōem:
o & aut netopum vt Hippocrates, aut metopiū vt Dioscorides legēdum. Adde q; vn
guentum ægypto familiare quod Metopium appellatur: ipsum quoq; de nucibus
amaris cōditur vt post liquebit. Paulus amygdalinum inquit, metopium quoq; dicitur pro-
pter galbanum quod metopū in Ægypto nominatur & in oleum hoc adiicitur. Ætius oleū
hoc etiam halinon vocari tradit ab amaritudine vt opinor.

OLEVM BALANINVM XL

Leum Balaninum e glande fit egyptia quę myrobalanus quoq; dicitur. Simplex hu
o ius compositio diu fuit. deinde resina quoq; mixta.

OLEVM SESAMINVM XLI

o Leum Sesaminum indis refertur acceptū, qui e castaneis quoq; atq; oryza conficiāt.

OLEVM CARYINVM XLII.

Leum e iuglandibus iners & graue corpori est sapore ingrato. Et. n. si quid in nucleo
ŏ computruit, totus modus deperit. Nunc tota fere Liguria Insubriaq; promiscuum
& cibis & lumini, haud magnopere molestum.

OLEVM HYOSCYAMINVM XLIII

Leum hyoscyaminum ex seminibus apollinaris herbæ cōficitur, quam hyoscyamō
o græci vocant. Cauendum in potu, quoniam cerebri motus faciat.

OLEVM GNIDIVM XLIIII

o Leum Gnidium ex gnidio grano id est Gnidio cocco fingitur.

OLEVM CNICIVM XLV.

Leum Cnicium ex Cnico herba, quam celebrant ægyptii. oleo tātum non cibo gra
o tam. Italiæ ignota Plinii temporibus.

OLEVM RAPHANIMVM XLVI.

Leum Raphaninum ex radice latinis appellata. Ægyptii Raphanū maxime cupie
o bant serere modo licuisset, quia & quæstus maior q̄ e frumēto redibat, & minus tri
buti pendebatur. nullumq; copiosus erat oleum.

OLEVM MELANTHINVM XLVII

Leum melanthinū nomē habet a melanthio, q; est Git quasi nigellā verbū e verbo
o dicas. nā melanthemō, anthemis est, quā mō chamęmilō uocari frequētius aīaduer
to. q̄q̄ Plinius vtrāq; melanthiō appellat, nisi lectio deprauata est, q; & crediderim.

OLEVM SINAPINVM XLVIII

OLEVN MYRTEVM XLIX

ŏ Leū Myrteū & hoc e latifolia nigra syluestriq; ꝑstantius. quā oxymyrsinē, alii Chamę
myrsinā vocant. Aliqui Acoron a similitudine. Est enim breuis & fruicosa, minore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

semine.vt docebimus.fieri & aliter oleũ myrteum solet. Tunduntur baccę aspsæ calida aqua,
dein coquunt.Myrtas catto baccas huius arboris appellat. Interest Vinũ an oleũ facias.Ad
Vinum baccæ in ariditatẽ siccãtur.ad oleum nõ siccãtur.inest huic oleo vini qdam sapor. si/
mulq́ pinguis liquor.præcipua ui ad corrigẽda vina saccis ante perfusis.Retinet qppe fecem
nec præter purum liquorem trãsire patitur:datq́ se liquatis cõmẽdatione mira quasi comitẽ.

OLEVM LAVRINVM L

Leum laurinum e Druppis inquit instituitur.Nam druppa nõ olearum modo, sed
o alias quoq́ baccas uocamus.grecos imitati Δρυπετεῖσ appellantes.Quidã foliũ &
corticem baccarum adhibent. laudatur syluestris & nigra baccis. Ex delphica vero
ad acopum & cerata vtilissimum.

OLEVM LENTISCINVM LI

Leum lentiscinum e lentisco fit græci schinon vocãt. Nam schœnos iuncus est de
o qua vicinitate noĩum sæpiuscule decipimur.durius hoc paulo q̃ rosaceum. cætero
eiusdem effectus.Nec mihi plane certum est an hic iuncinum potius q̃ lentiscinum
interpretari debeam. Quando qdem & iuncinum rosaceo simillimũ esse prædicant. Duobus
quoq́ locis Plinius hac similitudine rosacei Altero lẽtiscinum describit. altero iuncinũ:alio/
quin falsum aut lapsum affinitate auctorem illum diligentissimum qui putẽ! præsertim cũ
fieri possit, ut rosaceo sit vtrũq́ natura proximũ. Nam & therminum, quod ex lupinis cõstat
Proprietatem Rosaceo sororiam habere Plinius idem testatus est.

OLEVM TEREBENTINVM LII

OLEVM MASTYCHINVM LIII

o Leum Mastychinum e mastyche, cuius species multæ suo loco numerabuntur. Re
sinam lentiscinam Dioscorides appellat:

VNGVENTA IN COMMVNE LIIII

Nguẽta græci myra uocãt a myrrha siue q̃si mora vt Chrysippus inqt, q́ infatuati
u Vino & crapula fere vti soleant vnguẽtis:Et.n.cũ bellariis & corollis vnguẽta secũ/
dis mẽsis inferebãtur qđ & Socrates apud Xenophõtem vt meretriciũ accusat. ut
vestẽ ita odorem aliũ pudicas aliũ impudicas decere prædicãs. Lacædemonii certe vnguen/
tarios eiiciebant urbe, quasi corrũpentes oleum, quemadmodum & infectores:vt qui cando
tem vellerum accersitis medicamentis inqnare uiderẽtur.prohibuit & Solõ, ne quis unguen
ta venderet. proinde Sophocles & Callimachus veneri speculum & vnguẽta tribuũt. oleum
Mineruæ, q́ illa voluptati, hoc virtuti natũ esset.Primus oĩum Archilochus vsurpauit unguẽ
ti nomen hoc est myron.ẽt si res Homero quoq́ nota fuerit oleum nõ myron appellanti. Vn
guenta sane, quæ non de floribus sed de aromatis cõficiebãtur, Thyomata vocabant: quod
& Homerus nouit:cum tethyomenõ hoc est delibutũ eo genere Iunoni corpus fuisse cecinit:
Dicuntur & myromata.non myrisomata. Hippocrates odoramenta hoc est aromata & suf/
fitus appellauit. nomen & a patria Vnguentis est quibusdam:vt Panathenaicon athenis fa/
ctitari solitũ, & Babylone babylonicum.q̃q̃ Apollonius auctoritatem & præstãtiã vnguẽto/
rũ nõ locis aut regionibus sed peritię artificũ & industriæ acceptã retulit.Nam ephesina quõ/
dam in precio habebantur:nunc exoluere. habebant & alexandrina ꝓpter duas Reginas opi
bus & luxu disfluentes Berenicẽ & Arsinoẽ. In cortyna quoq́ diu laudatũ est rosaceũ:Bereni/
ces maioris tpibus œnãthinũ Adramytti modice cõmẽdabatur:postea ob Stratonicem pri/
mum eumenis nomẽ obtinuit.Syriacis præsertimq́ telino Sũma fuit olim auctoritas, Sicut
& asiaticis e pgamo Vnguẽtarii occasione libanotion e ture cõmẽdãtis: quod antea nusquã
fuisset.unguentũ porro preciosum Innatat infusum uili.cõtra mel probum uitioso melli ad
ditum sidet. Nec oĩa sane vnguenta omnibus placebant. Quin sua singulis fere partibus cor
poris erant dicata ut in baccari monstrauimus.infames huius luxuriæ lydi sunt.a quo sardia/
num mundum poetæ pro vnguentis capiunt.in mẽtione sunt & brethyon ex lydio pro cras/
so & pro anthino quoq́ acceptum:& sagda siue psagdan: etiam si Nicander in verbo sagda/
non unguentum sed hoĩes effœminatos & profligatos moribus intelligit. alii vero suffimen
ti genus.helæi celebrant ab inuentore dictũ plagonion: Athenis unguẽti hemina quiq́ pon
do argenti uenibat. Aliqui decem ꝓdunt. Vnguentũ frequens vt inquit Aristoteles caniriẽ
oblinentibus siccitatis uitio conciliat. Icesius, qui de odoribus scripsit, vnguentoꝝ duo facit
discrimina, deliciarũ, quod & chrima siue chrisma dicitur, & vulgare ac promiscuũ, & fere pa
læstris dicatum, quod alima cognominãt & aloemõ & epalelima. de quo verbo Festus quoq́
apud nos: vnde aliptes & exaliptes, quos nostri vnctores & reunctores vocãt: a græcis.frequẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tius coniatę christę ac pædotribæ nominantur:ut qui a limo dictum epalima ob uilitatem
scripserunt/errauerint/etiā si mediastini non medicoꝝ ipsi medici reungerent: habētur &
quę sicca unguēta hoc est xeromata dicūtur : ut liquida: quæ hygromyra fœminarū auri⸗
bus expetita. Sunt & moschata: quę alii moschomyra: Paulus moschelea uocauit. In que si⸗
cut in arabica quoq; unguēta/genus illud quod arnabonē paulus & aetius appellant/quęri/
tur. Sed quid sit arnabo nōdum cōperimus: de moscho/ siue musco diximus aliubi. In mul
ta odoramēta uenit & camphora: quā Aetius caphura noīauit : in eo unguento quod salca
dicitur: axillis & auribus fœminarū dicato. Nam & suffimentū moschatū in eodem Aetio
legas: in quod & sandala & nuces indicę desiderant comitante oriētali succino. Est autem
nux indica fructus ut mauri putāt: palmę cuiusdam indicę pręmagnus atq; pinguis / cuius
oleum butyro quoq; ꝑferunt/bonitate succi. Sandaloꝝ uero tria genera : candidū : rubrū:
luteum. Camphorę quaterna: arboris ea gūmi est. In quibusdā locis medulla non aliter ꝓ⸗
uentu magno q̄ si terręmotus & tonitrua multa fuerint. initio maculis rubētibus : post uel
calore solis tosta / uel ignitū candescit. Inuenio & alua & sarua & scylmatis folia: siue scyma⸗
tis odores suffumigādis domibus idoneos. Primū in eo thymiamate quod Cyrię Romuli
ascribit. Sequēs in eo quod ad Embolarchū refert autorē. Tertiū in eo quod myrepsicon
uocat. Scylma certe hoc etiā ad calliblepharon ꝓbatur aetio. Nominat inter suffitus & ma
sucha/siue masuaphion a paulo. Sed ea compositio est non facultas simplex aliqua. Vnguē/
ta sane quę ceram/uel resinā/uel aliquid huiusmodi recipiunt/nō myra simpliciter/sed my⸗
ra copa dicuntur: quoniā similia sint acopis. Talia sunt amaracinū & decamyron a decē re
bus unde constat appellatum: sicut a quinq; pentamyron.

VNG. ROSACEVM

Nguentum rosaceū idest rhodinon Phaseli maxime diu placuit. Cōmēdabatur & LV
u neapolitanū: & quod in Seplasia capuę diuendebat: ut inquit Apollonius: a qbusdā
addi salem & anchusam & rosaceū & Dioscorides & plinius autores sūt. disiunctim
hoc fortasse capiēdum est/cū ea sit unguēti faciēdi regula/quibus anchusa adiecta est/sal uti
ne addat. Simplicissima eius mixtura diu fuit additis omphacio: flore rosę: crocino: cina⸗
bari: calamo: melle: iunco: salis flore: aut anchusa: uino: huic candidus colos erat. Qui ma⸗
cerant in sole rosas oleo conditas/uitreis uti pręcipiunt. Vnguētum Cyrenis e rosa ꝓciosis
simū Theophrastus prędicat: qm̄ rosa ibi odoratissima sit. Inuentū est/& Rhodomeli face⸗
re: hoc est mel rosaceū: & aquā hydrorosatā appellatā recentioribus gręcoꝝ.

VNG. ELATINVM

Latinum e palma fit elate: quā nostri palmā abietem uocant. Dicēda per se in locos LVI
e lachrymā eius in unguētis misceri tradunt ad oleū domādum/idest stymmatis ui⸗
ce: huius & surculos & lachrymā uocauim⁹. Abietē certe gręci arborē ipsam elatē
& spathen noīant: lachrymā fere spathen. In Theophrasto nomē huic unguēto phœnix.

VNG. MELINVM

Elinum pręlatū in Co e cotoneis malis & struteis fit. Quidā genus hoc tum demū LVII
m in unguentū transire perhibēt admixtis cyprino: sesamino: balsamo: casia: abroto⸗
no. Quęritur uti ne in humidis nata sint: quę in hoc parētur. Ideo utilissima eē quę
in sicilia nascantur. Minus probari strutea quāuis cognata.

VNG. OENANTINVM

Enanthinum in cypro: deinde in ęgypto prępositum est ex adramytto. De oenan⸗ LVIII
o the in loco agetur. Sit hoc unguentum idem cum anthino ab Hippocrate uocato:
muliebribus malis utile an diuersum & anethinum potius/non liquet. Alioquin ui
detur anthinum dici posse unguētum omne/quod ex floribus componitur : lilio: narcisso:
rosa: iride. Cuiusmodi maxime in bœotica Cherōea fingebant cōmendata Pausanię. Vinū
porro anthine/siue anthinon : aliud est q̄ uinum oenanthinū / ut in uua oenanthe diximus.
Vnguentum oenanthion etiam oenantharion dici posse testis est paulus/qui non eo nomi/
natum putat ꝙ accipiat oenanthen/cum sępe fiat sine ea. Sed a uino & floribus lilii uteban⸗
tur: inquit hoc ueteres a balneis. Spargebant eo mensas & nares linebāt : & cōtra pestilētiā
ualere iudicabatur/pręsertim possidonianū cognomento mesopotamites.

VNG. TELINVM

t Elinum e silicula idest fenogreco nomen rationemq; habet : addebant huic & mel LIX
& sertam campanicam & cyprum & mellū & marum & amaracum. In Telo insula

etiam Menandri ętate celeberrimum. Quid sit Mellum plinio: quod & in uina fictitia & in
susinum addi meminit/haud ita dum inueni. Forte non mellum/sed mel in iis locis scriben
dum sit. Nam amellum de quo & Virgilius & Columella frutices fert apibus gratissimos
aureo ac luteo colore: ab imo foliosos: florib⁹ purpureis aspero gustu: cuius radicis succus
ęgroto examini cum amineo uino dari pręcipitur. Dicitur uero amellum ꝙ pastores eum
curua legant prope flumina mellę: is gallię amnis est. Quēadmodum a lemano lacu alema
ni ut Seruius existimat. est & amilla flos apud gręcos autores quosdā gallico uocabulo: her
ba ea quę uocatur anthenis/siue chamęmilon/ut forte amilla/uel idem/ uel similis sit amel-
lo/nihil asseueramus. Sed in medium posuisse nihil officit.

VNG. SAMPSVCHINVM LX

Ampsuchino calamus accessit. In cypro & mitylenis optimū ubi plurima sampsu-
s chus: differt hoc dioscoridi ab amaracino/ꝙ alię res in sampsuchinū/alię in ama-
racinum quęruntur: dubitationē Pliniana uerba faciunt: e sampsucho inquit oleū
fit quod sampsuchinum uocatur: aut amaracinum.

VNG. OCYMINVM LXI

VNG. ABROTONINVM LXII

VNG. ANETHINVM LXIII

VNG. SVSINVM LXIIII

Vsinum omniū tenuissimū est: hoc & phyllinon & lilion & lilinum & lirinū & liriū:
l ut Galenus inquit & syrium quoq; uocabaṫ: & crinomyron: unguinosum erat hoc
& e lilio quoq; sub diuo/sole/luna/pruina maceratum fiebat. ipse quoq; succus flo-
ris syrium dicebatur atq; mel: lilia purpurea oleo faciendo maxime pręferunṫ quę in syria
& pisidia pamphilię Dioscorides cōmemorat. Hinc syrium appellatū crediderim. Nunc
omnes fere succi: unde syrupi uulgo: nam syrupa oliuę condiendę genus est Columellę.
Susinū porro diciṫ a suso qđ liliū significat: unde susa persarꝫ regia: ut inquit Athenęus ob
amoenitatē uocata fuerint: theophrastus lilium ęgineticū/& e cilicia cōmendat.

VNG. NARCISSINVM LXV

Arcissinum ex narcissi flore componi desiit Plinii ętate. Id de unguēto eius dictum
n accipio. Nam de oleo narcissino medicinas idem Plinius persequitur.

VNG. CROCINVM LXVI

Rocinū in Solis cilicię diu laudatum: mox Rhodi: additū huic & cinnabari & an
c chusa & uinum: theophrastus & ex ęgina cōmendauit.

VNG. CYPRINVM LXVII

Yprinum in cypro cōmēdatissimū: denide in ęgypto: huic & abrotanum quidam
c adiiciebant. Alii panacē: optimū postea phoenicion e Sidone fuit mox ęgypto. Si
non addatur sesaminū oleum durat quadriēnio: excitatur cynamomo: uiris dica-
batur cyprinū & rosaceū. colos cyprino candidus theophrasto: uiridis plinio: precium in
libras quinq;. E cypro canopica in ripis nili nata laudatissimū: ascalone iudeę proximum.
In cypro tertium. ita mutatur sępe autoritas. Vnguētum ipsum a theophrasto nō cyprinū
sed cyprus quoq; dicitur. Nam cyperinon e cypero quem Cyclades ferunt insulę compo-
nitur: euetricon a theophrasto nominatum:

VNG. IRIVM LXVIII

Riū corinthi/postea Cyzici placuit: ipsa quoq; per se iris illyrica nobile unguen-
l tum facit. Sunt qui unguentum hoc catirinon quoq; uocent.

VNG. GLEVCINVM LXIX

Leucinum dictum est: quia ex musto conditur: ab aliis mustum incoquitur uapore
g lento. Alii permittunt/sine igne cōsumatur oleo mustum: alioquin nō sampsuchū
tantum admiscent/ sed preciosiora quoq; odoramenta.

VNG. AMARACINVM LXX

Maracinū duplex uulgare/& quod priuatim cōponebaṫ in Co: cui & nomen pecu-
a liare inditum hedychrum/ideoq; seorsum agitur de utroq;: q̄q̄ non distinguit Pli-
nius. Laudabaṫ & e melo insula: ut scribit Apollonius. hedychrū a colore dictū ui-
deri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

deri potest: quoniã Theophrastus infici hoc tradidit radice syria, quam chroma uocant: unde chromasius forte color nomẽ uulgo traxit: quamuis & aliam originem dicemus in saxifraga: Meminit & herbæ cuisdam syriæ uocatæ Aristoteles quam theodorus suriam cõuertit. In columella radix syria genus quodam, ut nonnulli traddunt, Rhaphani significat. Et in carmine assyriam Radicem uocauit, quam zythum commendari cum lupino macerata cecinit. Ipsius quoq; amaraci cyzicenæ succo preciosum unguẽtum fiebat: paucarum, ut ait plinius, accessione specierum: melle: salis flore: omphacio agni folio uel ut quidam legunt agno, polea, panace. Plinius & alii amaracum hac parte pro sampsucho uolũt intelligi ex quo amaracina unguẽta nominentur. Seruius grammaticus puer fuit inquit unguentarius amaracus qui casu lapsus maiorem ex confusione odorem creauit. unde optima inquit unguenta dicuntur amaracina alioq̃n amaracus proprie Galeno & Paulo est herba illa quæ a dioscoride partheniõ uocatur.

VNGVENTVM MEGALIVM LXX

m Egalium propter gloriam appellatum ferunt, ꝙ excusserit telinum ante se cantatissimum, alii ut a megalio inuentore qui siculus siue atheniensis fuerit, existimãt. In qua sententia & Aristophanes & Pherecrates & Stratis comici poetæ sunt. huic nõnulli & casiam sciscebant. huius proprietas ut uentiletur incoquendo donec olere desinat. Rursus refrigeratum odorem suum capit. Iulius Pollux & metallicon a metallio siculo inuentore celebrat: nisi quis mendose pro megalio scriptum metallicon existimet.

VNGVENTVM SIVE MASMA HEDYCHRVM LXXII

h Edychrum & hedychroon a coloris hilaritate dictũ ut præfati sumus. Idem uidetur esse cum amaracino, nisi ꝙ nomen hoc proprie habet In Co: ubi nobilissimũ. hinc prouerbio locus. nihil cum amaracino sui. ut est apud Gelium. Inuenio & in theriacen requiri hedychroon: q̃q̃ diuersa eius compositio probatur. Andaracaron peruerse appellant arabes. Ingrediũtur in hedychrum: ut græcos sequamur: asarum: amaracus, aspalathus, carium. semen, calamus odoratus, Iunci flos: xilobalsamũ, opobalsamũ. phu põticũ, cynamomũ, costũ, myrrha troglodytica. Feniculũ, spica nardi: amomũ. mastiche. unũ uetus odoratũ.

VNGVENTVM METOPIVM LXXIII

m Etopium in Egypto præferebatur quondam cyprino. abstulit deinde gloriam phoenice. hoc e uilissimis erat.

VNGVENTVM MENDESIVM LXXIIII

m Endesio colos nigerꝛ a loco ubi Mendes hoc est caper colitur. ueteribus inter laudatissima & post deliacũ in ægypto prælatũ quãdoq; uel ciprino. celebratur & mendesium uinum ex ægypto. Item mendæuũ ex thracia Hippocrati contra renũ uitia.

STACTE VNGVENTVM. LXXV

f Tacte dictum quoniã e stillaticia duntaxat myrrha fiat: colore pallido: suauitate mira. Sed amaritudine præcipua: Constabat & myrrha unguentum regibus persicis dicatum. quod illi capite, ceu diadematis uice impositũ gestabãt. Sed addebatur myrrhæ labyzos appellata quam multo preciosiorem q̃ myrrham esse Dinon scribit. Appellatiõe unguẽti ægyptii stactẽ uenire auctor est Athenæus. Hippocrates pro eo quod ex acanthes uocatæ floribus cõficitur & pæderos ab aliis uocatur. olei uero ægyptii uocabulo, idẽ Hippocrates cicinũ significat. ubi uero addiicitur candidũ ægyptiũ pro libino capitur ut Galeno placet.

CINAMOMINVM VNGVENTVM LXXVI

c Inamominũ quod mel accipit odoratum sit a nõnullis quæritur. precia eius prodigiosa a denariis xxxv. ad cccx.

VNGVENTVM NARDINVM LXXVII

n Ardinum galenus spicatum Romæ dici solitum & fœminis præcipue diuitibus familiare prodidit. Nardus uero pistica, siue unguentum de quo mentionem literæ sacræ faciũt, probam & fidelem & quæ adulterata nõ sit nardum significat Hieronymo. quidam a loco nomen id fuisse putant. Nardinum e Tarso ciliciæ commendatissimum. unguenti nomen est & nardus Cyzicena in quod tamẽ nardum q̃ndoq; nõ quæritur nisi gallicũ. Ingreditur & Arnabo. Iulus pollux & babylonicũ nardũ pro unguento uidetur accepisse.

VNGVENTVM MALABATHRINVM LXXVIII

m Alabathrinum succo folii eius, nullo præterea coniecto nobile unguentum. precium in libras: lx. foliatum quoq; appellari diximus q̃q̃ dicat aliquis Nardinum quoq; foliatum uocari posse: quia folium malabathri quandoq; accipiat, quod & dioscorides in nardino meminit. paulus quandoq; foliatinũ pro foliato appellat. Idem foliatum spicatum, moschaleon & comagenũ fœminis ad odorẽ tãtũ quæri affirmat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

IASME VNGVENTVM LXXVIIII

i Asme si quis interpretetur, uiolaceum significat: q̃q̃ uiolaceum illud quod triuiale est iatõ potius appellãt græci. Theophrastus leucoion, ut ipsam quoq; uiolã. aliud hoc q̃ quod regale nominatur a persis conditũ atq; parthis. ii fœtẽtis animæ uirus multitudine ciborũ & ebrietate natum accersita Odorum cõmẽdatiõe summouẽt. Vnguentum hoc & Iasiminũ & Iasimeleon & Iasme dicitur: quæ uox admonet me ut ex ea fere uiola compositum intelligam, quæ uulgo Ieseminum uocatur, distinctiones & harũdineos parietes in hortis opere topiario conuestiens, flore cãdido præcipuæ suauitatis, folium in uiridi nigrans ob longum fastigiatum: mucrone languido, magnitudine Rosacei, sed angustum. hoc uiolæ genus persicum & parthicum & omnino peregrinum uocauerim, ab alba uiola nostrate longo interuallo distans, ueteribus (ut arbitror) incognitũ, saltem italiæ. Recentiores tria iasmes siue iesimini genera constituunt albam colore, ceruleam, & in ægypto luteam, qualem & in uenetia nasci modo cernimus.

MYRRHA LXXX

m Yrrha græce smyrna dicitur. & zmyrna ob id & notis duabus. zz. scribi solet a medicis, hãc & myram uocat Hippocrates minor altitudine sed fruticosior est ture. ad. V. tũ cubita crescere arborem Plinius meminit caudice duro intortoq; & crassiore q̃ hominis sura, & ab radice etiam q̃ reliqua sui parte, corticem leuem, proximumq; unedoni Andrachnæue. folium olusatri, quidam oliuæ tradunt. uerum crispius aculeatum extremitate ut iligneũ. Theophrastus Vlmeo simile nisi quod suspicor librariorum mẽda sit pteleas pro aleas contraue scribentium, Scabrum aliispinosumq; dixere. cætera similem terebintho. aut iunipero etiam gustatu, folium etiãnum Rotundius, ueteris odoratior lacryma est, ut in ture. Prima eius partitio, ut aliam stacten hoc est stillaticiam, aliam plasten hoc est fictitiam a Theophrasto nominatam sciamus. permixtam arboribus turis nasci tradunt. Alii separatim. Sed & aliis arabiæ locis proueniunt. e syluis quoq; laudata, q̃ a troglodytis sabæi transitu maris petunt. Satiua syluestri præfertur. Gaudet rastris & ablaqueationibus. melior radice nuda refrigerataq;. Falsum est e turis arbore utrinq; gigni. Inciditur bis: iisdẽq; cũ ture temporibus. sed a radice usq; ad ramos qui ualeant. sudat sponte anteq̃ incidatur, stacten uocatã: cui nulla præfertur. post hanc satiua: & in syluestri quoq; melior æstiua. Regi Gebennitarum quartas partes myrrhæ pendent: Deo non dant, quia & apud alios nascatur. Coemptam passim ac pluribus locis in folles confarciũt, ipsiq; unguentarii probitates digerunt odoris & pinguitudinis argumentis. Aliter nomina generũ tradidit Plinius q̃ Dioscorides, hoc ordine prima stacte cui precium a. xii i. ad. L. Secunda satiua: cui precium summum ad. XXII. Tertia Syluestris. Syluestrium genera complura. primusq; inter eas locus troglodyticæ: cuius nucleo precium ad xvi. probatur pinguedine aspectu aridiusculo, sordida & plane barbara. acrior cæteris. proximus erythrææ, quam intelligi Arabicam uolunt. Mineam uocant alii. preciũq; eius ad xvi. huius species quatuor. stactea. atramitica, gebennitica. ausiritis in quibusdam exemplaribus non habetur stacta. Tertius dianitidi. quartus collaticiæ: Quĩtus sembracenæ a ciuitate Regni sabæorum, mari proxmæ. hæc hilaritate insignis est. Sed uiribus infirma. Sextus druisitidi. Est & cãdida uno tantum loco: quæ in messalum oppidum confertur. Diuersa sit a prædictis odoraria cognomine atq; sea, qm̃ pleriq; sextam in plinio non seam legunt, haud constat: cui precium Redditur ad. xiiii. In plenum probatio myrrhæ glebis exilibus nec rotundis in concretu albicantis succi & tabescentis. secunda bonitas intus uaria. pessima quæ intus nigra. peius si sit etiam foris. Adulteratur lentisci glebis & cucumeris succo amaritudinis causa, sicut ponderis, spuma argenti. Reliqua uitia deprehendũtur. sapore gummi dente lentescentis. Fallacissime autem indica myrrha, quæ ibidem quadam e spina colligitur, multo deterior: atq; hoc solum peius affert India. Nascitur & in Gedrosia ut inquit Strabo. Argillosa uero terra. crustosaq; prouenit in arabia. describitur a Dioscoride & uocata Caucalis colore atro. Retorrida. ὑπέρωρος: conuerti maturitate insignis. Quemadmodum & exoletos & exoleta dicimus, quæ græci ἔξωρος & ἔξωρα. Quidam corruptum locũ putant & ὑπέροκληρον legendum arbitrantur: hoc est prædurum atq; scabrum: quod & barbara illa mauritani Serapiõis interpretatio secuta est: quamq̃ et τὸ ὑπέρωρον etiam hilaris speciosaq; transferri põst: qualem sembracenam fuisse diximus ex Plinii sententia. hæc inquit ante alias hilaris est sed uiribus tenuis. Seorsum indicabitur & herbæ genus apud nos myrrhis & myrrha nominatum. Itemq; apud græcos: q̃q̃ pro aromate illi quidem proprie non myrrham, sed smyrnam uocant.

MYRRHA BOEOTICA LXXXI

STYRAX LXXXII

Tyracē syria supra Phœnicē gignit, ad Gabala, siue ut Dioscorides scribit Catabala
s & marathūta: & Cassiū seleuciæ pieriæ cognominatæ mōtē. Arbor & lachryma eodem nomine est. hæc illi ex austero iucundior. Intus arbori similitudo harundinis succo prægnans. In eam fere per canis ortum aduolant pennati uermiculi erodentes, ob id in scobe sordescit. laudatur & e sidōe Cypro. e Creta uero minime. Ex Amāo Syriæ medicis sed ūguētariis magis. placet maxime purus. Improbatur color cano situ obductus. Adulteratur cedri resina uel gummi aut amygdalis amaris. omniaq; ea gustu coarguuntur. Exit & in Pamphilia: aut pisidia prope Selgam lacedæmoniorum in eo tractu coloniā. Sed acrior minusq; succosus. ut Helianus auctor est post strabonem. Ibi syluam eius ligni fertilem fuisse tradunt equo missilia corneis similia conficerentur. unde ortum ut tōsillæ præpilatæ quas græci alio nomine uroscos uocāt styraces appellari consueuerint. Ibi caudicem uermiculus Ramentaq; congerit ad radicem, deinde fluit humor & scobi se ad radicem collectæ miscet. pars quæ non leprosa modo sed terrosa quoq; est odoratior ut inquit Strabo est. In æthiopia quoq; styracem prouenire scribunt. precium optimo. xix. Qualitatem eius non unam esse argumento sunt cognomina in compositione medicinarum frequentia. chrymatias. calamitis. aspros hoc est (ut puto) candicans. Chrymatiam arabes interpretantur eum, qui rarus inuentu & gummi similis describitur. iidem calamitin q̄q̄ harundine sua mixtus ipso nomine significatur, pro liquido tamen accipiunt: & fastigia styracis duo faciunt siccum & liquidum confusione magna, q; aliq̄ndo liquidum styracen pro myrrha stacte summunt, aliquando ex eadem arbore colligi utrunq;, putant: liquidum atq; siccum. Aiunt arabes styracen e Syria petentes in pellibus hircinis urere ut odorum suorum turis & myrrhæ facietatem acrimonia peregrini ligni redimant. iidem petunt elimæos arborem brutam cupresso fusæ similem exalbidis ramis iucundi odoris accensam & miraculo ut inquit Plinius historiis Claudii Cæsaris celebratam, cuius Parthi folia potionibus inspergant, odore cedri. fumum eius contra ligna alia remedio esse prædicant. Nascitur ultra Phasim tigrimq; in finibus oppidi scinæ in monte Scanthro. sunt autem Elymæi assyria gens susianæ Persiæ contermina. petunt & in carmanos arborem strobum, quam uino palmeo perfusam urunt suffiuntq; tecta. Nidor a lacunaribus ad solum iocundus reciprocat, qui citra dolorem caput aggrauet et somnum ægris conciliet.

BDELLIVM LXXXIII

Dellium in nomine est ut Galenus inquit scythicum & arabicum. scythicum nigrius
b Resinosiusq;. Arabicum tralucidius & siccius. ubi nos Sambracenicæ cōuertimus in Dioscoride saracenica legebatur: Sed nos Plinium secuti sumus: q̄q̄ de myrrha commentantem. Cæterum optionem do utrum probent, qui hæc cognoscunt: ut obiter criticos effugiam.

TVS LXXXIIII

Vris arboris altitudo ad quina fere cubita. Ramis frequentibus folio piri: sed multo
t minore. coloris herbacei: modo rutæ leui cortice ut lauro. Alii folium lauri. leueq; prodiderunt. Alii lentisco similem etiam fructu: folio subrutilo nonnulli proximam terebintho faciunt alii terebinthum esse. Et hoc uisum Antigono regi, allato frutice. sunt qui ex eadem arbore tus & myrrham manare putent. Diodorus paruam ægyptiæ spinæ albæ similem folio salicis. flore aureo. placet Theophrasto & Plinio sententia eorum qui lauro similem tradūt. quoniam talis arbor fuerit Sardibus studio Regum asiæ delubro quodam sata. Iuba Rex contorti esse caudicis siue ut placet Solino uiminis scribit, ramis aceris maxime ponti: succum amygdalæ modo emittere, talesq; in Carmania apparere atq; ægypto cura ptolomeorum Regnantium consitas. e uirgis certe ad nos commeantibus credi potest: matrem quoq; teretem & enodi fructicare trunco. Tus collectum & myrrha quoq; sabotam camelis conuehitur. porta una ad id patente in delubrum solis: quem sabin uocant, armatis ibi custodibus tabella super struem posita de scripto quem modum attulerint, quantiq; indicēt: mercatores tabellis perlectis, precium ture sublato deponunt: idq; absentibus dominis fit: Sacerdotes partem pecuniæ tertiam Deo reponunt: Reliquū dominis redeuntibus numerant: auctore Theophrasto. Tus spontinum præter arabiam, nullis ac ne arabiæ quidem uniuersæ. commēdatissimum quod spectat ad persas ut Straboni placet. cæterum in medio fere eius atramytæ sunt pago sabæorum: qui caput regni est. in Sabota Monte arduo. ab hoc mansionibus octo distat regio eorum turifera: Sabaq; appellatur. Solum id rubrum e lacteo traditur. Syluarum longitudo passus. C. millia siue ut alii passus. V. &. L. millia. Terra ibi argillosa crustaceaq;, raris fonti-

bus ac nitrosis per mimeos proximum pagum euehitur tramite uel singulis angusto. hinc & tus minieum uocatur. Ius in tura. ccc. esse familiarum dicunt: quæ ob id sacræ dicantur: & cum arborem uulnerant: nec feminarum congressu: nec funerum pollui. Quidam promiscuum ius his populis esse perhibent in syluis. Alii per uices annorum diuidi: Duplex eius uindemia prior canis ortu cortice: qui pregnans & tenuissimus tenditur. Laxato plaga non adempto quod hæsit in arbore: ferro depectitur, Ideo Corticosum. tāta inter barbaros fides. Saucias arbores nemo custodit. Contra alexandriæ ubi tus rude interpolatur, renouaturq;, nihil tutum a fure. Autumno legitur ex partu æstiuo. hoc purissimum & candidum, Carphiatum uocāt. Sequens uindemia uerna: Incisis per hyemem arboribus. Ruffum hoc exit: nec comparandum priori. Dathiathum appellāt. Nouellæ arboris candidius: ueteris odoratius. In isulis melius. In arabia suauius: q̄q̄ in insulis nasci negatur a Iuba Rege: Masculum tus a specie testiū uocari, sunt qui credant. Præcipua gratia māmoso cum hærente lacryma priore consecuta. Alia miscuit se. Singula hæc manum implebant, cum tardius depecteretur. hoc modo stagoniam & atomum tus uocabant. Minores guttas orobiam appellant. Inueniūtur tamen etiam num guttæ quæ denariorum. xxxiii. pondus æquent: Conuehentibus tura capitale est digredi uia. Decimas deo mensura non pondere sacerdotes Solis accipiunt: nec ante mercari licet. Inde impensæ publicæ tolerantur, Nam & benigne certo dierum numero deus hospites pascit. Euehi non potest nisi p gebannitas. horum Regi penditur uectigal. Caput eorum thomma abest a Gaza nostri littoris iudeæ oppido. lxxx. xxxii. millia passuum quod diuiditur in mansiones Camelorum. lxii. Ture q conuehunt commutant: Si quid in itinere opus est queri in singulos camelos sumptus. Denarium DC. lxxxviii. ad nostrum littus colligit: precium optimi siclorū. vi. secūdo. xii. tertiæ. xiiii. Resina piceæ non quacunq; adulreratur. Sed gemma ea: que interuenit ei, tam similis turi: ut mixta uisu discerni non queat & inde fraus. laudatur in ture candor. amplitudo: fragilitas. neu dentem Recipiat potiusq̄ in micas frangatur. omnia hæc cum Theophrasti tum Plinii temporibus, Tus aut a uerbo græco deos: aut sacrificium significāte flectitur, aut certe a tusis glebis ut tunc latine scribi debeat. Porro cum dicat in fastis Ouidius.

Tura nec euphrates nec miserat india costum.

Videri potest aliunde q̄ ex arabia in urbem comportari solitum. forte quoniā in carmania quoq; nascebat: unde ad nos inuehi non poterat: nisi transmisso amne illo, aut certe quia chara oppidū arabiæ nundinarium haud procul Euphrate situm erat sinu persico.

CORTEX TVRIS LXXXV

Ortex turis, plinius medicinas nec turis, nec myrrhæ priuatim exequitur: Cum tamen styracis & peregrinarum rerum multarum describat: Credo q usus horū uagus & amplior esse uidebatur q̄ ut loco uno includi posset. Arbor porro ipsa libanos & dendrolibanos. lacryma uero libanotos a Galeno dicitur. Interim confundi usum eum comperias. Sophocles ut Galenus. Euripides cōtra libanum pro lacryma. libanoton pro arbore turis accipit. a iuuene assyrio cui nomen esset libanos in hunc fruticem conuerso dictā græci fabulantur: quē deos studiosissime colentem inuidi occiderint hinc esse diis ture gratius. In sabæis & larimnum odoris ut iquit Strabo præstantissimi genus oritur; nec quale id sit demōstrat: quemadmodum nec herbam illam in ora littorali ejusdem tractus nascentem suauissimi odoris; sed qui celerrime uanescat.

MANNA TVRIS LXXXVI

Anna Turis est hyposisma: quod Plinius micas concussu Elisas interpretatus est, ubi deprauata dictione, Mammas non Manna uulgo legitur. Id autem fit gestatum atterentibus se glebis ut inquit Aetius. Differt a Ture Manna. quod plus astringit propter corticis fragmenta quæ remanent. Nam quod turis chondros a grecis dicitur: Nos turis granum interpretamur secuti Plautum in Penulo: qui nullum inquit turis granum sacrificant. Est & genus mannæ Recētioribus dictum & a sacris quoq; literis acceptum. De quo superius in elæomelite. Manes certe uasis nomen est: & in cottabo pars extātior ac prominula: quam Sophocles aheneum caput uocauit. Erat autem Cottabus siue Cottabis uasarium. Iocularis in conuiuio iactus conceptaculum propositis uictori præmiis: quæ Cottabica uocabant: id quod eiaculabantur: liquida erat materia: hoc est id, quod in poculo Reliquum obmanserat. Latagæ Itemq; latax appellatum. in eo uase pars, quæ sonitum Reddebat percussa casu lataginis: Plastinx nominabatur. Sinistro cubito innixos dextra molliter & per girum Iacere legitimum erat, Cottabi mentionem in Plauto quoq; habes: Medici Cottabum ex imperitia uocabuli ut Atheneus inquit potionem a balneis siue ut Photion uomitionem ante balneas uocabant, non pridem inuentam & sanitatis usu detestabilem, Et ab Erasistrato uehementer damnatam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

FVLIGO TVRIS LXXXVII

Vligo turis græce lignys & æthalon & ethal noíata. Nã lychnis herbæ coronamẽtariæ
f genus est ut liquebit: & alio modo scribitur. Dici Aethalida & Rubiginem satorũ le//
go, & a chymistis quoq; uideo æthalen uocari diuinum laticem: unde philosophicũ
illud pharmacum siue lapis consistat. a quibusdam etesios & androdamas quoq; dictos & aurũ
poculentum & aliis nominibus innumeris ut Mazys & per diminutionem Mazygion & chal/
cyriõ. alioqn maza æs ipm iudeis significat. iidẽ fuligies hemisomata hoc ẽ semi corpa appellãt.

FVLIGO MYRRHAE ET ALIORVM LXXXVIII

f Vligo myrrhæ styracis Resinæ lacrymarum omnium.

PICEA LXXXVIIII

Icea ueteribus ẽ quã græci πίτυ fere uocãt. huius speciem Theophrastus & Plinius
p phthiropoeon hoc est pediferam tineosamq; appellant, quia totis paniculis non pría
tantum in parte ut abietes nucleos & mĩores & nigros habeat: sed ipsas quoq; pãiculas
minores gracilioresq;. Sunt autem paniculæ nucamenta quædam quæ e ramis arborum Resi//
nam fundentium callo squammatim compactili dependent præterq̃ larici. Negant aliqui flore
re piceam: Sed uice floris esse nucamẽta illa. quæ κίτταρος græci uocãt: grossis præciduis fici ꝓ
portione respondentia. hæc compressiora maribus sunt: ac minus Resina madent q̃ feminis.
præuenit germinatio huius florẽ abietis. quia paulo ante solsticium erumpit Diebus fere. xv: &
ad proportionem fructificat post uergilias. Differt a pinu picea ꝙ pinguior ac tenuior folio est,
ꝙ q; minus alta minusq; recta q̃ Pinus assurgit. Præterea conum minorem & magis algentem.
Nucleos quoq; Resina perfusos obtinet. Vtriq; foliũ capillamenti modo ꝑtenue ac breui seta uil
losum, crassiore duraq; ceu cupressis. Materies candida & abieti similior: Pinus ustis radicibus
nõ Repullulat. Picea repullulat. Vt in lesbo accidisse Theophrastus scribit icẽso Pyrræi mõtis
nemore quod piceis scatebat. In quo scire oportet Pliniũ larici tribuere quod Theophrastus de
peuca hoc est de pinu prodit. Decacuminatio quã græci epicopen appellant Piceæ: pino: abie//
ti, Palmæ: aliqui addunt & cupresso & cedro perniciem afferre perhibetur. Picea nauigiis ex//
petitur. In Cypro præstantior etiam q̃ pinus. Eadem & ad fabricas cæteras: malleos grandio//
res scandulas: cupas & alia secamẽta utilis. celerius tñ q̃ abies corrumpitur. Vsus & in carbone
metallis argenti. Montes amat & frigora. Feralis arbor & funebri indicio ad fores posita ac rogis
uirens, Iam tamen & in domos recepta tonsili facilitate. rami pene statim ab radice modici, ue/
lut brachia lateribus inhærent. hæc plurimam Resinam fundit, interueniente candida gemma
tam simili Turi ut discerni uisu nequeat: & ĩde seplasiariorũ adulteria: ut in Ture diximus. In
Hispania & piceastri sunt, ex quibus Resinam: unde pix coquatur colligunt. Pinus procera est,
hãc uecte sollicitatã octo cubitis longiorem effici Theophrastus affirmauit: ac ne si quidem
solida radice, sed abrupta. Germinatio cæpta in pinu, sicut in robore, abieteq; intermitti//
tur: ideoq; turget ter: & terna edit germina: quod genus arbores τρισχοίτωους appellantur
qui ter inchoatum opus ĩtermissumq; Repetãt. Theodorus gaza ter squamosas interpretatus est
Credo eũ τριχέτρους non τρισλίτωους legisse. Germinatio pría februario ĩeunte: q̃q̃ in mõte
Ida serius ac fere idibus. Secunda mense Martio qua & omnis galla gignitur. Aprili tertia. pau
cioribus interiectis diebus q̃ inter primam secundamq; fuerãt. q̃q̃ tempora hæc ad rationem la
tinam translata non congruunt ut in galla de robore disputauimus. Ceditur uere: ubi cortex tã/
tum detrahendus est ad operum rotunda. Nam ad quadrata: ubi germinatio desierit: & si ualidi
or quæratur, etiam ubi fructum excoxerit. Sed tum uermiculi quidam sub cortice nascũtur, qui
summo tenus caudicem non erodant, sed uelut inscribant unde quibusdam sigilla. hoc non in
pino uel larice tantum euenit sed in omnibus quæ post fructus maturitatem cedũtur. Et illa cõ/
munis omnibus: quæ cæduntur in arte fabrica ue distictio: ut aliæ quadrifidos uẽarum cursus
habeant. bipartitos aliæ. uel omnino simplices. hoc est ut Theophrastus inquit τετραζόους δι/
ζόους μονοζόους: q̃ Gaza meus quadriuiuas & biniuiuas & uniuiuas cõuertit. errore mãifesto, ꝙ
τετραζώους διζώους μονοζώους legisset. Nos in ea re pliniũ & uictruuiũ auctores hũimus. Ex pi
no nauigiorũ rotũda fiũt: & onerariis carinæ: q̃q̃ nec ex quercu negligũt. Sed illa trireĩbus ido/
nea magis est ut diximus, æscussores carbonem pini querno præferunt: non quia uiribus pa//
rem, sed ꝙ ad flatum commodius respondeat: nec ut quernus marcescat. Resina huius a germi/
natu tollitur, detracta prius teda. Ex omnibus Resinam ferentibus scãdulas e pino firmissimas
esse constat. Ex cæteris faciles omnino sed imbecilles. folium pino pinastroq; aculeatum mucro/
ne. prælongum, exile. Pinus fert minimum Resinæ interdum ex ipsis nucibus uix ut ascribatur,
generi. Pinaster nihil aliud est q̃ pinus syluestris mira altitudine: & a medio ramosa. Sicut Pinus
in uertice. copiosiorem dat hæc Resinam. Gignitur & in planis eodem modo peuce dicta. Easdẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

arbores alio nomine eſſe per oram Italiæ, quas ſtibulos uocari Plinius exiſtimat. Ego ſtrobilos legendum arbitror e natalium cognatione ita dictas: ſed graciles ſubcinctioreſq; & enodes. li/burnicarum ad uſus, pene ſine Reſina. cura degenerant. Florem abietis, taxiq; præueniunt die/bus circiter. xv. ab occaſu uergiliarum eadem proportione fructus ſuos afferunt. Aliqui gene//ra duo faciunt in troade montanum ſiue Idæū recta celſa craſſa materie, nucibus oblongis ui/ridibus, ſero dehiſcentibus ut pote ſylueſtrior pice copioſa. Maritimum folio tenuiore īfirmio/req;. cortice leuiore. Et coriis utiliore q̃ idæi. Nuce rotunda, breuiq; aperienda ualida & robuſta materie. Alii ut macedones marem intelligunt ſterilem breuiorem folio duriore. Feminam pro/ceram & foliis pinguiter mollibus & ſimplicibus atq; non rigentibus. lignum maribus retorri//dum præcinctum medulla. durum & ad fabrorum opera contortum, Nigrior radix Feminæ mollius & omnino tractabile ſecuribus. Pinus femina habet. quam græci uocant ægida mellei coloris. pictorum tabellis immortalem. nulliſq; fiſſilem rimis. proximum medullæ. cor pinus a Theophraſto nominatum: quæ in abiete luſſon appellatur. Naſcitur, hæc in fœmina duntaxat, ut quæ minus tedacea ſit q̃ mas. leuigatior quoq; ac probior curſu meatuum. Ficum uocāt idæi tedarii, cum grandium arborum medullæ ſecuris adigitur. Quibus proſtratis partes candidæ ambienteſq; computruerti: colore uehementer abiecto: & neruo prætenui. Nam id q̃uod in pi/nu rubidius Teda naſcitur, mares potius habent q̃ feminæ: hoc maribus tantum accidit & odo/re grauiſſimo eſt: neq; tedam redolens, nec ardens. ſed ab igni reſiliens ſyce non ſtacte dicta ut in Plinio correximus. Pini morbus eſt ut teda fiat tam parte caudicis externa q̃ corde, id quod abundantia ſucci & ubertate larga luxuriantis naturæ prouenit. mares hanc tantum ferunt. In quo noſcendum ſupiora, q̃ de pino Theophraſtum ſecuti diximus oīa ferre aſcripta eſſe larici a Plinio ut p̃monuimus. Nec mirum quando & ppetua frondeſ̧uirent omnes & in macedonia & arcadia circa Elin permutant nomina: nec conſtat auctoribus quod cuiq; generi attribuant. La/rici ergo ſitus idem qui piceæ in montibus eadēq; facies. Materia præſtantior longe. Incorrup//ta uis emori contumax, rubens, odore acrior: nec ardet, nec carbonē facit: nec alio modo ignis ui conſumitur q̃ lapides, cum cætera quæ picem & reſinam fundunt, immodice accenſa carbo/nem expuant: cum eruptionis crepitu eiaculanturq; longe. pluſculum huic melleo colore: atq; lentiore nunq̃ duraſcētis. Teda uero, pprie dicta & a græcis δάι et δαδίον uocata ſed & ſui gene/ris arbor in Illyrico eſt. Redūdantior humore q̃ reliquæ, parcior liquidiorq; q̃ picea, flammis: & lumini Sacrorum quoq; grata. Improprie uero tedas appellamus Tum alia quoq; ligna, quæ flamma olei uel picis illitu concepta, faculæ modo luceant Tum piceæ ſatiuæ partes imas, qua/lem in nucleorum pineorum capite monſtrauimus. Ex iis quæ dicta ſunt: conſtat in europa: ſex baberi genera cognatarum arborum quæ reſinam ferant. pinum: pinaſtrum. piceam. abietem. laricem. Tedam: Addi poteſt & ſeptimum piceaſter i hiſpania. pinum uoco piceas nuces feren/tem: quam græci conon appellitant. pinaſtrum & laricem: quam peucem. in troade uiſenda ma/gnitudine quatuor & uiginti pedum ambitu. altitudine duorum iugerum, preterq; cubitorum quindecim: piceam quam pityn & poetæ blotrem ut quidam rentur. Tedam porro, quam dadas & dadion: atq; omnia hæc Plinium ſequentibus. Nam Theophraſto pinus atq; larix idē quemadmodum ſæpiſſime teſtati ſumus. in palladio corrupte legitur Tinus pro pinu: idem au/ctor ligum gallicum uocando aut laricem aut ei ſimile quid ſignificat ut multi ſentiunt.

PITYIDES LXYXY.

p Ityidia fructum piceæ Dioſcorides uocari ſcribit. Itemq; pini: ſed improprie ut Ga//lenus inquit. Plinius e pinaſtro nuces ita nominat Hippocrates pityida pro reſina e pi/nu ſiue picea potius intelligit ut eidem Galeno placuit.

NVCLEI PINEI LXXXXI

n Vclei pinei græce ſtrobili dicuntur, q̃q̃ ſtrobilos & tripudii genus eſt ſiue ſaltationis apud Iulium pollucem. Galenus etiam coccalos uocat nucleos eos. in Hippocrate ſūt qui coccalos non pro nucleis pineis ut cæteri, ſed pro cocco gnidio accipiant ut idem Galenus ex alterius Dioſcoridis ſententia teſtatur. Arbor ipſa conos & quandoq; ſtrobilos. cum decocti melle ſunt in taurinis aquiceli nominatur. Dulciarii quoq; genus quoddam ex uua paſ/ſa nucleus pineus ex amygdalis una toſtis conos appellatur apud eundem Iulium pollucem Nuces ergo pineæ grandiſſimæ altiſſimæq; a terra ſuſpenſæ. Intus exiles nucleos lacunatis toris ferruginea tunica ueſtitos contegunt. Nucis pineæ quaterna genera: durum, quod & uulgare.

Tenerum & putamine digitis fragili. Ideoq; auibus expositum. Tarentinam uocabant. Tertiũ
e Picea satiua nucleorum cute mollissimum adeo ut simul mandatur: quod auctore Plinio sa
pium uocetur & nucleis. q̈q̈ uerbum nucleis in eo melius fortasse pro nucibus sapineis q̈ pro
arbore ipsa capitur sextodecimo uolumine. pliniani certe codices libro quintodecimo non sa
pium sed apinum habẽt: nos apium & indicis, & inscriptiõis, & exẽplariũ, quæ mãu scripta sũt
argumẽto legimus: & Columellæ: apud quem nux sapinea legatur. Quidam apinas a uilitate
dictas arbitrantes literam. S. dictioni ueræ detrahunt. imas arboris huius partes ut idem inquit
Plinius, tedas appellamus. Omninoq; nihil aliud q̈ picea est feritate paulum mitigata satu:
Nam sapinus siue sapinea fusternæ pars est abietis inferior: nõ ut Seruius scribit, spẽs abietis apta
nauibus. Nam superna eius arboris a duritia nodorum fusternæ simpliciter appellãtur. utriusq;
meminerunt & Plinius & cæteri. Mouit hominem grãmaticum Varronis credo auctoritas pa//
rum intellecta: qui dixerit in montanis prolixiores uenire abietes & sapinos firmioresq; prop//
ter frigus. Quartum pityides: quas proxime descripsimus. E nucibus quoq; pineis non nihil
resinæ colligitur.

LENTISCVS LXXXXII

Entiscus schinos a græcis uocata Resinam ubiq; sudat. Mastichem' uero dictã i Chio
l tantum insula fere. lentisci fructum Hippocrates schinida nominauit etiam si libra/
riorum culpa, non schinides sed echinides legantur, sicut & cechrides pro cedrides.
lentisci folia quibus modo pelles excoriarii conficiunt apud nos, iudaico uico plurima ex illy
rio conuecta, & uulgo folia dicuntur. Plinius lentiscum italicam dicendo uidetur præter chiam
alia quoq; genera nouisse. Fructus initio rubet, post nigrescit: qui & sabuci specie in racemis de/
pendet. folio pistacii sed minore p extremitate rubẽte. i sũmo siliquæ pisorũ, sed corniculi mõ
intortæ: in quibus resina odoris iucũdi cõtinetur. Romæ demonstratur in ruderibus monumẽ/
tisq; Lẽtiscus folliculis innanibus & deformibus, iis confractis culices euolant frequentes.

RESINA LENTISCINA LXXXXIII

Esina lentiscina in chio Mastiche est. Importatur & ex India quadam e spina mastiche
r item ex arabia lamam uocant: sed ex asia & græcia ueræ q̈ simillima, ex ixme herba: q̈
Theodorus gaza chamæleontem album intelligit, & carduum pineam appellat: id
autem q̈ recte, diximus inter herbas. Ex lentisco chia gummi modo nascitur nigra & candida.
precium candidæ in libras. xx. nigræ. xii. Ex ponto quoq; uenit mastiche bitumini similior atq;
nigra uino condendo. cæterum laudatissima inter omnes chia candida. adulteratur ut tura, re//
sina ut Plinius ait. Sed ut dioscorides ture & Resina. Galenus in duo genera colligit. Nigram
& Candidam. Nigram ægyptiam. Candidam chiam uocari prodens. Ex ægyptia unguentum
aut oleum fieri solere negat. Non arbitror quenq̈ monendum q̈ longe a uero sint qui masti/
chem a silphio non separant.

TEREBINTHVS LXXXXIIII

Erebinthus Terminthos græce dicta. messibus tritici aut paulo serius fructificat. Mas
t sterilis: feminæ distinguntur. Aliæ fructum prot nus rubentem. magnitudine lentis
edunt: qui concoqui non potest: Aliæ uiridem pallidum ue primo. demum rubentem
nouissime cum uua maturescentem & nigrescentem: qui & odore iucundior. amplitudine fa//
bæ. Interim maiorem & resinosum tactu, sulphurosumq;. In troade circa idam & macedoniæ
breuis & fruticosa & contorta. Damasco syriæ insignis copiosa: decoro aspectu. ubi mons terre//
bintho nec alia sylua scatens. Materies admodum lenta radicibus ualidis. actisq; in profundũ.
fidelis ad uetustatem. Flos racemosus oliuæ modo: sed rubens folium numerosum ab eodem
pediculo. Figura laurei. digesto in uersus ut Sorbo. unicum ad cacumen exit & numerum parẽ
conturbat: minus tamen angulata sunt q̈ sorbo & similiora per ambitum laurinis uidentur oleo
sa quoq; ut fructus. Fert & nucamenta quædam caua ceu folliculos Vlmi exemplo: In quibus ani
malia quasi culices erũpũt. & resinosus lentor, qualis e ligno unde fit resina. fructus q̈diu ma/
turus non est, in aqua fere supernatat niger sidit. uulneribus profundis ut abies & quæ resinam te
damq; ingerunt, Fecundior efficitur, contraq̈ cæteræ arbores. materia uehementer nigra: spissa
splendida: præcipue in syria tantum ut hebenum quoq; prouocet. cultellis ex ea capulos & cali/
ces thericleos detornant tam foeliciter ut a Figlinis internosci nequeant Thericlei porro calices

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

athenis clari habebãtur. Nomen ab inuẽtore datũ qui Aristophanis ætate fuerit, siue ut alii putãt a detornatis in eo belluarum pellibus: sacrum Baccho poculum facere. cæterum falso quidam extimauerunt idem esse quod carchesium, cum hoc constet antiquissimum pateræ genus fuisse. Nam poculum quod Alcmenæ Iupiter in faciẽ uersus Amphitruonis eius coniugis dono dedisse fertur carchesium uocatum perhibent multis post seculis Lacedæmone seruatum. Terebinthus ad resinam tollẽdam postq̃ germinauerit, icidicur, id quod in omnibus Resinam fundentibus custodiendum est.

RESINAE LXXXXV

Resinæ multis arboribus legu ntur, omnibus incisis a germinatu: Sed uarie: de pinu, Teda demum detracta de abiete ac picea, ligno prægustato, De terebintho, radicibus ramis & caudice uulneratis. Sed melior quæ defluxit in caudice. optima therebinthina est spissitudine: leuitate, odore, secũda bonitas abietinæ: ac piceæ, copiosissima, põderosissima piciq; proxima e pinu est. portatur utribus liquida. Tum sponte crescit, auctore Theophrasto. Nam Plinius minimum Resinæ de pinu colligi scribit. Credo quia pinus Theophrasto larix est ut diximus. Resinam piceam quæ sicca sit, aridissimam inter omnes prædicat Aetius: eamq; Pityinon physema priuatim dici meminit.

RESINAE ALIAE LXXXXVI

Resinam græci Retinen & pityinen quandoq; Paulus uocauit. Hanc ex pinu & picea siccam esse Plinius intelligit. Dioscorides ex iisdem arboribus alias esse siccas, alias haberi liquidas uult. Item liquidas e terebintho: Larice: Lẽisco: Cupresso. Nã & eæ ferũt in Asia Syriaq;. Falluntur uero qui eandem esse putant e picea atq; larice. picea pinguem & turis modo succosam fundit. Larix gracilẽ colore mellis attici ac mellei etiam liquoris uitus redolentem. Illud Notauimus tam arborem ipsam q̃ eius Resinam uocari laricem. potest & larigna ut iligna dici: nam & castellum in fluminis Padi ripa ex eo ligno conditum uictruuius larignũ appellauit. Oribasius atq; Paulus resinæ genus Italiæ tantũ nascentis xylodẽ hoc est lignosam commendant in dropacem: fortasse hanc intelligẽtes quã Dioscorides Tyrrheniam siue gallicam uocauit uel corticatam Columella. resina laudatur nationum cypria, Syriaca. utraq; mellis attici colore. sed cypria carnosior sicciorq; antecedens omnis. In sicco genere candida. In omni mõtana & campestri, prefertur aquilonia. Terebinthi tenuissima ẽ. cupssi acerrima sapore. crassior cedri & faciendis picibus idonea. Arabica alba est, acri odore. difficilis coquenti. iudaica collosior. In asia, quæ fiat ex picea, admodũ ut Plinius inquit. cãdida sphagos siue ut legi maluimus. epargos a candore dicitur. Liquida raro utuntut medici & in ouo fere, nec pinea magnopere in usu. ceteris non nisi decoctis. Resina oleo dissoluitur: utiq; ad malagmata ususq; uulnerum. quidam & creta figlinarum hoc fieri arbitrantur in potiones amaris amygdalis. colophonia præter cæteras fulua. Si teratur, alba fit grauior odore: & ob id ab unguẽtariis neglecta. Abieti Resina, ut larici teda uitium est. Exiguum abies sudat aliquando contactu solis. Inuenio & acernam resinam. hoc est zygian in cõpositione cui nomen ẽ baion. Est .n. Zygia tertium genus aceris rubens ligno fissili, cortice liuido & scabro: quod alii carpinum uocare maluerunt Vt uictruuius a iugis quæ bobus ex hac arbore fieri solent.

FVLIGO RESINAE LXXXXVII

Resina picea, si cum aqua leuius decoquatur colleturq;, lentescit, colore ruffo, stillaticia q; dicitur. Eliguntur autem in id fere uitia resinæ corticesq;. picea uase æris albi. Terebinthina in sartagine referuenti coquitur. Est & illa temperies ad crapulam. Flos crudus Resinæ cum multa assula tenui breuiq; auulsus cõcidit ad cribrũ, minuta: Deinde feruenti aqua: donec coquatur. perfũdiẽ. huius expssum pingue præcipua resina fit atq; rara: nec nisi paucis in locis subalpinæ Italiæ conueniens medicis resina: quæ coquenda sit candidissima, requiritur. Porro sciendum est aliud esse resinam comburi, aliud coqui: si proprie loquaris. Vritur ad fuliginẽ: coquitur uero: quia crudæ usus in medicia fere nullus, nec extra q̃ in ouo, teste Plinio

PIX LXXXXVIII

Pix nihil aliud est q̃ fluxus combusta in Teda sua Resinæ, de pinu fere omnis, ut Theophrastus inquit: q̃q̃ in Syria terebinthi quoq; picem ferunt: quia desint ibi pinus. e picea quoq;: cedro: palma colligitur. pix hyeme frigida deterior. minus copiosa decolor: ubiq; optima ex apricis Aquilonis situ. Ex opacis horridior, uitusq; præferens

Ex idea & montana pinu largior: coloratior: dulcior: odore gratior, utiq; cruda: quoniam deco
cta multum deperdit: propter serum quod in ea continetur abundanter. E paralia hoc est mari/
tima flauétior & crassior q̃diu Resina est. uidelicet q̃diu cruda. sed decoctio ex ea ptius absumit.
Idea Tedosior, e pari modo tedæ. imbribus admissis q̃ squaloribus pix abundantior & liquidi
or excipitur. hec idæi. Priora macedones. In ida pinus aperiuntur parte solari, ablato p uulnus
cortice: binis ternis ue a terra cubitis cum plurimum, singulis cum minimum. Postea confluit
e tota pix in ulcus, non sine teda cum manare humor desiit. Simili modo ex alia parte cæditur,
ac deinde alia, & sequenti semper anno Teda locum implet. Extenuata per hæc arbor facillime
subuertitur uento: quod cum fit, tota succiditur: & cor, Id ẽ medulla eius uritur: In qua & in ra/
dice plurimum tedæ semper est. Explentur uero in pinu caua uulnerum, non cortice, nec cica
trice: quæ in hac arbore non coit. Sed resina, seu pice. Anno maxime ab incisu ꝓximo: si pinus
frugi sit, aut secundo aut tertio: si pessima. probæ uices multas perferunt. uitiosæ nisi quis modi
ce inaniat: prouentumq; dispenset, detractionem quartam non tolerant. Pinus nouellæ fructifi
cãt. ueteres teda non fructu sunt fertiles. Plinius hæc de pinu a Theophrasto dicta trãstulit ad la
ricem: partem ad piceam: cuius assulas terræ proximas laudarit: Altiores amaritudinem afferre
scribit. in Syria terebintho quoq; ad picem detrahunt cortices e ramisq; etiã num ac radice uin
demiantur, cum resina tamen damnetur iis partibus. In hispania e Piceastro quoq; fit minime
laudata: quoniam resina eius arida uirosa & amara sentiatur. Pix conficitur hoc modo pauitur
area canali præparato: per quem humor in medium confluat. Tum lignum in hastulas cõcisum
locatur struis congerie, uelut in carbonis usu: mox Igni succenditur: terra undiq; circundata:
ne flamma erumpat. pereat. n. pix si hoc eueniat. Q d' si fumus se parte aliqua extulerit: scalis pro
tinus admotis locum terra sapiunt. lutoq; obstruunt nequeat. a canalis subiectus picem fluentẽ
Corriuat in scrobes. ebuitis a congerie circiter. xv. remotas. strues ipsa sexagenis aut quinquage/
nis cubitis. Centenis & octuagenis alta patet p ambitũ. Sunt qui per utrunq; mensum, cubitos
centenos agant. humor qui fluat, obiter frigescit contactu. uritur fere biduum. operis perfecti si
gnum si rogus decumbat: subsidatq;: & quasi latus det. Sũma hoc illi diligentia & religione per
agunt: ceu feriantes & cum apprecatione præsentium solenni. ut pix ea tum copiosa, tum pro/
ba euadat. Ac primus quidem sudor: qui aquæ modo fluxit in canali, cedrium uocatur, utiq; in
Syria: ubi pinus non sunt. quo in ægypto corpora defunctorum perfusa custodiuntur. Sequẽs
liquor picem fundit: quæ in cortinas æreas coniecta, aceto spissatur & coagulata, brutiæ cogno/
men accipit doliis dumtaxat utilis lentore ab alia pice differens: Item colore rutilante. Et ꝙ pin
guior est, auctore Plinio brutiam a brutiis dici constat ubi nascitur, ad oppidum mamertium
feraci nemore ut Strabo ĩquit. Nec brutianam silam quamobrem uocari eam picem dicat cõ/
peri. Non. n. silatum uinum pro picato significari crediderim, etiam si Plinius quodã loco spis/
sarum utilissimam medicinæ brutiam & ad uasa quoq; in italia condiendo uino tradidit. quo
niam pinguissima & resinosissima utranq; præberet utilitatem. hanc ex mascula arbore meliorẽ
esse adiiciunt. Id quod intelligi non posse Plinius existimat. Theophrastus certe uri pinum in
macedonia non omnem sed marem scripsit picis gratia: nec feminæ tamẽ radices negligi. ꝙ ea
tantum pars in femina tedam habeat: ex qua omnia illa fiunt. in Asia Syri nõ detrahunt tedam,
sed machinamento quodam in arbore ipsa picem urunt. Fit pix e resina quoq; sola piceæ feruẽ/
tibus cocta lapidibus in alueis ualidi roboris, aut si aluei non sint, congesta strue ut in carbonis
faciendi ratione. hæc in uinum additur farinæ modo tusa colore nigrior ut ait Plinius. Vitia pi
cis acor, aut odor fumidus, aut picis adustio. Expimentũ si fragmẽta subluceãt, ac sub dente len
tescat: acore iucundo. Asia picẽ idicã maxime ꝓbat. Græcia e macedonia piericã. Virgilius Narĩ/
tiam. Condiẽdis uinis Columella & nemeturicã cõmendat: quæ in liguria cõficit: & allobrogi
cã: quæ corticata dicitur. siccata hæc uetustate in puluere resoluitur: cribraturq;. Idem auctor pi/
cis quodam genus crudæ rasim uocari tradit in defrutum neapolitanũ addi solitam. Sunt qui
Rhoeticam. Palladius coracinam picem nominat contra formicas arborum. Sed mendosa le/
ctio est. & coracinum piscem legendum: Id quod ex græcis rei rusticæ scriptoribus elicias.

OLEVM PICINVM

Leum picinum græci pisseleon uocãt. probatur maxime e brutia, ut quæ resinossima LXXXIX
o & pinguissima sit. Color oleo fuluus.

FVLIGO PICIS

f Vligo picis cremata pice fit: ꝙ quidẽ aliud ẽ q̃ pice cocta ut in fuligine resinarũ dixius. C

PALIMPISSA

Alimpissa nihil aliud est q̃ cocta bis Resina. Nam prima decoctione pix fit. secunda bis CI
p pix. hoc est palimpissa.

ZOPISSA CII

z Opissa efficacior omni Resina & pice traditur ad omnia: quibus illæ prosunt, uidelicet adiecto salis e mari callo. optima hæca tirocinio nauium.

BITVMEN CIII

b Itumen græci asphalton dicunt: unde lacus iudeæ, ubi nascitur asphaltites uocatus: quo iordanes amnis e Tiberiade lacu altero profectus in fluit lacum asphaltitem. Galenus in Syria coele salsum & propterea mare mortuum uocari prodidit. Victruuius sub Babylone inquit lacus amplissima magnitudine asphaltites appellatur: habet supra natans bitumen liquidum, quo Semyramis situsa cum babylonem circundedit muro. Item ioppe in Syria arabiaq; lacus inquit sunt immani magnitudine, qui emittũt bituminis maximas moles. Ex iudeo bitumen oritur certo anni tempore supernatans nec potest sibi tũc auelli, ad omnem contactum sequax atq; lentum, præterq̃ filo, quod menstruum mulieris infecerit. Bitumen alibi limus ut in iudæa, alibi terra est ut in Syria circa Sidonem oppidũ marinũ. spissantur hæc ad densanturq;. liquida sũt Zacynthium & babylonium: cui detracto subest sal: & ad lucernas utũtur. Babylone nigrum & candidum gignitur: ubi & siccum fonte quodam ut inquit Eratosthenes euphrati proximo. liquidum est & in apolloniatarum agro inuentum: etiam si coire in glebas a Dioscoride dicatur. Fortasse defertur hoc a montibus liquidum: post concrescit. Siculum ex agrigentino lacu pingue, liquorisq; oleacei est. Incolæ harundinum paniculis id colligunt, ocyssime ita adhærescens. Bitumen illitur Aeramentis, munitq; ea contra uim ignis. statuas ex eo inungi solitas ferunt. Placet in ferrariis fabrorum officinis tengendo ferro, clauorumq; capitibus: Nam calcis usu constructos eo babylonios muros nouimus. Bitumen ex fulmine oriri dicitur: Vnde iuxta babylonem redundant, eo lacus, q̃ frequentia ibi cadãt fulmina, ut seruius grãmaticus existimauit. haud ꝓcul Susis puteum haberi scribit Herodotus, unde bitumen sal & oleum extrahitur: id oleum persas appellare rhadinacem.

PISSASPHALTON CIIII

p Issasphalton aliud naturale. ut apolloniaticum, babylonium, zacynthium e quodã lacu: Nam græci omnia ea modo asphalton, modo pissasphalton nominant: quandoq; resinam. Naturale optimum. Ex eo quod cum feruet innatat. aliud factitiũ mixta pice bitumini. hoc genus bituminis in apolloniatarũ agro inuenti picem fossilem a Theopompo dictam auguror.

NAPHTHE CV

n Aphthen Eratosthenes generi bituminis liquidi ascribit. Sed ardens eius uis: igniũ naturæ cognata. procul abest ab omni usu. ita appellatur circa babyloniam & susidem & in Austagenis parthiæ profluens bituminis modo liquor. Crematam ea pellicẽ Creontis filiam a medæa ferunt: ad aras accedẽtem: Corona igne correpta: etiam si radicis cuiusdã ui a Circe doctam incendium id creasse Diodorus meminerit. Similis est naturæ limus in cõmagene urbe Samosata: stagno emergens: maltham uocant. Flagrat ea protinus & cum quid attingit solidi, adhæret: & sequitur fugientes. Ita defẽdere muros suos municipes oppugnãte Lucullo. Flagrabat miles armis suis: aqua magis accenditur, utiq; non admodũ copiosa: pulueris tñ & luti iactu restinguitur. Itemq; aceto, uisco, sulphure. Possidonius in babylone fontes naphthæ geminos esse tradit. Alterũ candidi quod & liquidum sulfur sit: Ignes in se contrahens, alterum nigri, quod liquidum sit bitumen & olei uice ad lucernas utile. in mutinensi certe agro italiæ similis bituminis seu naphthæ potius liquor nascitur & candidus & ruffus: quem circulatores ad præstigias suas utilẽ circũferũt. In terra moesia pãnoniæ iuncta inquit Solinus parte qua pontũ attingit, herba nascitur: qua cum inficitur oleum, quod uocãt medicum: diræ naturæ. aqua. n. exardescere: terra extingui.

CVPRESSVS CVI

c Vpressus longa subrecta caudice attollitur: Cætero quidem orbe. Satu hoc est semine suo nascitur. In creta etiam trunco præsertim in montuosis Tira sensium ubi cedua est: & cesa regerminat: modo ab terra: modo a parte media, modo summa. Raro ab radicibus. Semen ei pexiguum. Nõ. n. galbuli: q nascunt: ut Theophrastus refert & uarro mutuat, tan q̃ pilæ paruæ cortice cupressini dictæ coni. Sed iis intus primigenia semia dedit natura, laricis ꝓxima, ꝑq̃ minuta. hæc pilula dehiscẽte: illa cũ maturescit difflãt & euolãt: neq; facillime colliguntur præterq̃ a peritis. Aduena Italiæ quondam & natu morosa: baccis torua. folio amara. odore uiolento: materie rara: ac pene fructicosi generis: Diti sacra funeribus indicandis ante domos poni solita, sterilis femina diu: Sed metæ aspectu: quæ in fastigio ei conuoluta est, grata

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

distinguendis pinorum ordinibus, facilem se tonsili culturæ præbẽs historiales picturas tenui
folio breuiq; & uirente superuestiens. Contra mas spargit extra se ramos. deputaturq; & accipit
uitem. Vterq; sexus in perticas assereſq; admittitur amputatione ramorum: qui tertiodecimo an
no singulis denariis uenirent: proinde filiarum dotem plantaria ueteres appellauerunt. Taren
tinam Cato nominat, quoniam ut Plinius arbitrarur, primum e creta uenerit Tarentũ. Cupres/
sus. In ænaria quoq; succisa regerminat. In creta quocunq; loco quis mouerit solum, nisi seratur
alia, hæc sponte gignitur: in idæis albisq; montibus etiam non appellato eo prosilit, Ibiq; sum/
mis iugis ubi niues nunq̃ absunt, plurima. Alibi non nisi in tepore prouenit, magno altricis fa/
stidio ac labore. Commendari maxime cupressum milesiam inuenio. Fructum cupressi, gal//
bulos & nuces cupressi recte uocaueris. Nam Galbæ ut ait Suetonius animalia sunt exilia, quæ in
æsculis nascuntur. Cupressos a partu ramulorum parilium uocatas græci uolunt ἀπό κύειν παρ
ισους τοὺς ἀκρέμωνας Easdẽ & charitas appellari solitas Eteoclis fuisse filias adnarrant: quæ dũ
Tripudio dearum subsiliunt in puteum ceciderint.

IVNIPERVS CVII

Vniperi duo genera quidam constituunt, Vnum, quod floreat: nec fructificet: Alterũ
i quod fructificet: nec floreat. Solam fere arborum prorogare fructus suos in bienniũ,
qui ne maturescant quidem, Sed decerpantur. & aliquandiu conditi seruẽtur. Etsi in
arbore relinquantur: marcescant. Materia fabricis conueniens, tam futuris sub dio q̃ terra ob//
ruendis. Plinius hac descriptione cedrum maiorem non iuniperum demonstrauit ut indi//
cabimus in Cedro.

IVNIPERVS MAIVSCVLA CVIII

Vnipero uirtute similem capidam a Catone dictam inuenio ad lotium mouendum:
i nec quid sit: dicere coniectura possum.

SABINA CIX

Erbæ Sabiuæ aut etiam sauinæ genus id quod simile cupressi folio est. Cupressum cre/
h ticam nonnulli uocauere. Notum est contra gallinacei generis pituitas remediũ, ut cu
bent in fimo: qui ex herba sabina fiat. Dioscorides hoc loco baryton uocari eam tra/
dit a nonnullis. Vt fortasse de hac ĩtelligant scriptores præsertimq; Diodorus cum in arabia na
sci dicũt boraton iuniperum, cedrumq;, quasi boraton pro baryto uel contra exemplariorum
uitio legatur.

CEDRVS CX

E cedro auctores uariant. Theophrastus alteram phœniciam. Alteram lyciam appellat
d similes iunipero, nisi q; folium cedro acutum spinosum & durum, Iunipero simplici
us ac mollius excelsior & hæc q̃ Cedrus. Alii utrãq; Cedrum ĩquit nominant. sed quæ
proprie sit Cedrus. acutã cedrum uocare malunt. Idest oxycedrum. Nodosæ ambæ, alis frequẽ
tibus ligno contorto. Sed in iunipero spissiore putrescenteq;. Cedro æterna materies. Vtriq; me
dulla rubẽs. Sed odorata in cedro, sicut & fructus: qui & flauus & magnitudine baccarum myr
ti cernitur esculentus: hilaris iunipero niger: acerbus: ingustabilis: durans ãnum, prius non de/
cidens q̃ subnascatur alius. arcades fructus in ea ternos eodem haberi tempore confirmant. Sa/
tyrus utrãq; sibi allatam sine flore: cupresso similes, scabriore tantum cortice. Radices solutæ sũ
ma cute ambabus hærent. Saxosa loca & algentia sequuntur. Plinius longe aliter: quippe qui
notas Iũiperi Cedriq; confundat. fortasse uerius q̃ priores. Cedri summa genera duo facit, ma/
ius & minus. Maioris iterum duo, quæ floret, fructum non fert, que fructifera est: non floret: &
in ea antecedentem fructum occupat nouus. Semen eius cupresso simile. Quidã cedrelaten uo
cant. Ex hac resina laudatissima. minoris quoq; species binæ. lycia & phœnicia. Iuniperi simili/
tudine: differunt folio. Nam quæ acutum durum: spinosumq; habet, oxicedros inquit appella
tur, Ramosa & nodis infesta. Altera odore præstat. Fructum eæ ferunt myrti amplitu//
dine, dulcem sapore, Dioscorides fructus myrti similitudinem cedro maiori, ex qua
pix fiat, non minori tribuit. Crassiuscula cedri Resina est: & ad faciendas pices com//
modissima. e Cedro simulacra diis præcipue, sicut in cupresso: loto: buxo, atq; etiam
num oleaginis radicibus miora. optima nauigiis, Syriæ phœniciæq;. Nã syriacæ ĩ mõtibus na
tæ tãta crassitudo fertur, ut hoĩes terni caudicẽ amplecti nequeãt. Solent cedri humorẽ quẽdam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Reddere ut simulacra etiam deorum quandoq; sudent. Similis in arcadia est arbor Cedris no
mine. Frutex in phrygia pusillus. frondis æterne arborescésq; nunq̃, a theodoro gaza uocatus
cedrula hanc & cedriam a Theophrasto dici puto quatenus arbor est, non quatenus frutex. tũc
.n. cedris sit non cedria: Cedria Theophrastus inquit differt a cedro. arbor folio pungente mu/
cronibus perinde ut cedrus. Hippocrates cedrin creticam & hederam creticã feminarum in cõ/
modis auxiliari scribit in uino lacteo idest tepido. sic. n. oenogala interpretãtur nonnulli.

CEDRIA CXI

Edria mõ Cedri pix, mõ cedri Resina uocat̃ e cedro magna q̃ cedrelate dr̃, nihilq; alid'
c est, si proprie loquẽdum sit q̃ cruda cedri lacryma. Cedrium uero succus cedri est e te/
da eius concisa furnis. qui primus aquæ modo fluxerit in canali. Nam sequens liquor
pix iam nõ cedriũ est. Sed cõfundũt auctores nũc pro Resina: nũc ꝓ sudore tedarũ: nũc ꝓ pice ce
driã & cedriũ uocãtes, interim ꝓ oleo cædrino, quod cedrelæon ex malis cedri ut ait Plinius ap
pellant. omnibus. n. iis q̃q̃ diuersis eadem tamen natura inest. Columella cedrinum liquorem
uocauit. Libri cedrio Inuncti a tineis & carie uindicantur. Damnat usum Plinius propter ancipi
tem eius proprietatem uiuentia perimendi, perempta custodiẽdi. Cuius tamen ratio præclare a
Galeno redditur: quia tametsi adurat ita ut ordine quarto calfaciẽtiũ censeri meruerit. Inter om/
nia tamen erodentia medicamenta quæ græci septica & septas cognominant: infirmissimum
esse constet. Proinde uiuentibus appositum uitali calore adiuncto sumit uires & quasi accẽditur
atq; ita iugulat. Sed defunctis additum: putredinem tantum & uitiosos humores exterit & ab//
sumit: quibus detractis incorrupta seruantur. Galenus & Paulus Nõ cedriã sed cedreã uocabãt.

CEDRIDES CXII

Edrides Fructus cedri sunt: ut daphnides Lauri: Minus urunt q̃ cedrus gustantis os:
c ut mandi quoq; possint. soporifera tamen ui. si copiosius edantur: caput tentant: inflã
mantq;. Interanea quoq; torquent: Galenus auctor.

LAVRVS CXIII

Aurus cortice tenui describitur. degenerat ut quercus & myrtus ptinaciter adeo ut in
l Antandro fructus e Rubro niger eueniat: quod & in Myrto ibi accidit. Fert & uuã, su/
am laurus tam fœcunda q̃ sterilis: nec tamen fœcunda omnis. Copiosius sterilis quam
marem appellamus. Genera lauri præter ea: quæ ĩ ratione daphnoidis & alexandrinæ monstra/
bimus. Delphica ex albo uiridior. Maximis baccis atq; e uiridi rubentibus. Dicta ꝙ uictores del/
phis coronarentur ea ut triumphantes Romæ: quo & triumphalem uocabant ad Cæsaris Augu
sti tempora. ut mox dicemus. Delphicã Hælianus e thessalia translatam Delphos ab ipsis Tempe
scribit: tum: cum pythius Apollo draconem sagittis interfecit. hãc Lactantius grammaticus etiã
tripodem uocari dicit quoniam radices inquit ternas habeat: Apollini dicata, ꝓpter uim tripli/
cem diuinatõis præteritorum, futurorum, præsentium. Cypria folio breui, nigro per margines
imbricato Crispa: quam laurum syluestrem aliqui intelligunt. nonnulli sui generis arborem, ꝙ
bacca ei Cerulea sit, mustax folio maximo albicãte flaccido appellata, ꝙ mustaceis subiiceretur.
Mustacea quid sint: & qua ratiõe fiant, Catoné consule. Diximus & in Amylo. Regia, quæ & au
gusta dici cæperit: amplissima folio, baccis, arbore, gustatu quoq; nõ aspero. Aliqui ab augusta
Regiam dispescunt longioribus foliis latioribusq; q̃ augusta. Baccaliam uero dicunt hanc quæ
uulgatissima é, baccisq; fertilissima. sterilem earum triumphalem, ꝙ ea putant triũphantes usos
a Cæsare augusto Reiecta delphica. sterilem & laurum eam esse perhibet, quæ missa sit e cœlo ei
dem Cæsari, altitudine minima, folio crispo ac breui, Rara inuentu. Est & quæ Taxa dicitur To
piarii generis excrescente in medio folio paruula uelut lacinia folii. habetur & spadonia opaci/
tatis patientissima. Itaq; quantalibeat sub umbra solum implet, extra herculis columnas in mari
nascitur frutex folio laureo: qui eiectus in pumicem transfiguratur, in heroo sinu parte aquis ex
tante lapidea est similis tñ uirenti. Magnitudo frutici bipedalis in mari quoq; rubro uiuere af/
firmant eam sed similem Ariæ. Aria siluestris arbor est, hyemis initio fructificans materie duris/
sima ut necesse sit anteq̃ terebretur macerari eam prius aqua quod & in robore carpinoq; serua/
tur. honos ei ad carbones argentariis officinis, ut robori, unedoni, piceæ, utiq; ad coctionem
primam. Est & aria siue agria quam pro ilice Aquifolia dores habent ut in fago diximus. Ex ea
lauro quæ in mari rubro nascitur instrumentum musicum pandura factum a troglodytis le//
gimus. In Corsica laurus diu nulla fuit, nunc ibi satu prouenit Ramo Laurum se//
ri posse constat, quod ueteres dubitauere, manu satarum Receptarumq; in domos fulmine so/
la non icitur. Ignes abdicat salis modo crepitu. Interaneorum etiam uitia et neruorum ligno
torquen te. folium eius lauream uocamus & cato loream. Vni arborum latina lingua. nomen
imponitur uiris. Nã Tullius Ciceronis libertus laurea nominabat̃: qui ciceronianas aquas epi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

grammate celebrauit. Laureolos quosdam ueteribus dictos Iuuēalis & Martialis poetæ satis in
dicant. Sunt qui lora hinc dicta existimēt, quæ antiqui laura nuncupabant a laurea triumpho
rum: sub qua solerent captiuos uincire ducēdos in pompam. Vti lignum eius prophanis usi/
bus, sed ne aras quoq; ipsas accendi eo fas erat. Vt quidam mirentur unde Oratius & papini/
us laurum ipsam non solum imperatoribus, Sed uatibus dicatam cecinerint. Cum edera poe/
tarum: laurus ducum fuisse legeretur. Quidam seniles baculos e lauro quoq; faciunt. Cæsarū
pontificumq; domos: militum arma: fasces imperatorum ornare quōdam solita: pacis ut olea.
Sic uictoriarū laurus semp īdex. In lauro uetere spartani libū & bellaria iacētes rodebant post
cœnam ob id folia eius cāmatidas ἀπὸ τοῦ κάπτειν quod est rodere uocabāt, & placētas ipsas
cammata siue psesta hoc est polentam oleo cōspersam, quarum loco nobilioribus epæcla siue
quod idem est mattye dabantur ceu sportulæ quædam maiores preciosioresq;, ut turdi, palum
bi, merulæ turtures & anseres & alia iis similia. post obtinuit ut omne paulo suauius atq; lauti//
us eduliū mattya diceretur, siue ab eo uerbo, quod pinsere, unde magides & maze quoq; sint
appellatæ, siue ab eo quod mandere significat unde mastiche dicatur. hæ quia in postremo cœ/
narum dabantur ab aliis epidorpismata & epidipnides appellari solent. hinc iuris cuiusdam
ꝑciosi genera Magis & Capis appellanrur in Plauti poetæ Pseudulo. Nā & uasis genus est Ma
gis quod tamen Varro a magnitudine deducit, ut capis quoq; nō captis legi possit. Fuit enim
hoc moris ueteribus, Iurulenta ipsa nominibus uasorū appellare: ut paropsidē & triblion. Sed
& tragematis uice laurum in secūdas mensas inferri solitam Callias & Diocles ut Atheneus in
quit auctores sunt. Ramus lauri aut etiam oliuæ a quibusdam uocatur æsacus: q̈q̄ & auicula ery
thacus hoc ipso noīe appellari solet. Est aūt Erythacus a theodoro dictus rubecula. Est & rubetra
quædam uolucris ab eodem, conficto nomine, quam Aristoteles batin uocauit.

DAPHNIDES

d Aphnides & daphnococci baccæ lauri sunt, Daphnoides uero frutex. CXIIII

PLATANVS

Latano in quantā uis altitudinem radicandi se matura, modo nihil obstet, & aquæ CXV
p suppetāt, qualis in Lycio athenis fuisse traditur: quæ iuxta aquæ ductū nouella adhuc
In dodrantes fere cētum progressa est. In creta insula ad Cortyniam Platanus stetisse
dicitur ad fontem quendam: quæ folia hyeme non amitteret, sub qua Ioui compressam Euro/
pen indigenæ fabulantur. Itemq; in Cypro una, simili esse natura uisam aliquando. Platanū
ī æreo tripode nasci credit Theophrastus. una hæc maxime tolerat securim & subuersa flatu, ab
radicibus reponi potest: ut salix & populus alba. Ideoq; actionem dabat labeo arborum furtim
cæsarum contra eos: qui prostratas uel subcidissent uel asportassent. quoniam nomine arborū
continerentur: quæ possent resurgere. hæc italiæ aduena, diuq; in ea Theophrasto etiamnum
prodente Rarissima: per mare Ionium in Diomedis insulam primum inuecta. Com//
municata quoq; barbaris occidentis & ad morinos usq; imperii Romani term nos per//
ducta. In lycia unius specu Plinii ætate: octuaginta atq; unius pedum cauo prædicata. hu/
ius umbra delectatum Xerxem in terra lydia reperio qui diem integrum cū exercitu consum
psit sub ea: atq; ut capti amore solent, multis donauit arborem muneribus: quodq; ridiculo
proximum est, custodem ei tanq̈ pellici Meledonium quendam reliquit: auctor Helianus. nu
tritur mero Platanus infuso radicibus. Commendatio eius summa. Solem æstatibus arcere,
per hyemes admittere. platani satæ ut Plinius inquit regenerauere uitium. Sunt & platani pu/
milæ, chamæ platani uocatæ. Id & genere serendi & recidendi fit. Ratione inuenta sub Augu
sto Cæsare quemamodum nemora tonderentur, a platani foliorum amplitudine platanistos
græci uocāt loca spatiosa lateq; patentia, ut Photioni credamus. Platanionem uero Hippocra
tes saxū mari extans leuigatūq;. At Platāos uasis genus ē e, quo popana fingebantur. Platanum
Italia modo raram habet: Romæ uisam & in Venetia prouincia Bassiano agro: In uiculo cui so/
gia nomen sit. Theophrastus e platano ægyptia unguentum fieri solitum scribit Commenda//
tum uestibus: non per se: sed additum in alia presertimq; Irinum.

FRAXINVS

Raxinum Mileam & meliam quoq; græci uocant: Trinodemq; cognominant, hoc est CXVI
f triozon, quia ramos habeat pregrandes: ordinatos paresq; numero: quod genus ar/
borum græci ἀξιολογώτατον hoc est ut quidam interpretantur egregias, appel//
lant. copiosissima, procera, teres. Fructificat æstate. q̈q̄ in duo genera diducitur: excelsum pro/
cerumq;: ligno candido molliore, crispiore, neruoso, enodi. Alterum humilius scabrio//
re, duriore, fusciore. Sed folio laurus latifoliæ acutiore, leuiterq; per ambitionem ser//
rato: & ut Theodorus inquit subsidenti quia legisset ἐπικαθίζοντι Nos ἐπακανθίζοντι

hoc est non sine quodam marginis uel cacuminis aculeo. Ramulum totum ceu folio singulari
credas constare. quoniam ab pediculo uno folia simul cuncta erumpunt: & per ampla uersuum
interualla, tanq̄ per genicula continenter ordineq; pendeant, perinde ut in sorbo unde penna//
ta dicitur a Plinio. internodia latiora candidæ coniugationesq; plures. & folia lōgiuscula. & ma
gis angusta: coloris herbacei. Cortex læuis, spissus & tenuis rubro colore. Radices crebræ, sub
limes & crassæ. Carere hāc flore ac fructu in troadis ida credūt falso. Et. n. fructū fert minutū in
siliquis, nucosum, q̄lem amygdalæ, gustu subsalsum. Fert & lauri modo fraxinus muscū: & alia
quædā astrictiora gustu, circinnataq; ut pilulæ platani. hæc parti cū fructu emergūt. parti multo
post nascunt̄ ei, & quæ plecta hoc est plicaméta siue Inuolucra dicūtur. læuis exire amat cauis ma/
dētibusq; locis. scabra, sitiētibus & saxosis. In macedōia bumeliā appellāt raro corpore, minusq;
crispo amplissimā & lentissimā Fraxius. Pirus: Piraster solæ in planis & materia & fructu cōmen
dātur. opportūa cedi autūno est. materies ad plurima utilis. In Ida troadis in tantū similis cedro
cortice ablato ut Plinius, Taxo Theophrastus ementes uti fallat. Quidam situ diuisere fraxinum.
Campestrem crispā. montanā spissam. Folia earū iumentis mortifera. Cæteris ruminātiū inocuā
id ꝙ in græcia. Nihil iumētis nocēt in Italia. Et hoc de taxo Theophrastus interpretat̄. non de fra/
xino. fortasse nominum uicinitas fefellit prodentes. Græcis fraxinum mileam, Taxum milon
uocantibus. Matutinas occidentesq; umbras eius, q̄uis sint longissimæ: nulla serpens attingit.
Expertum se Plinius dicit. Si fronde ea giro claudatur ignis & serpens in ignē potius q̄ in Fra/
xinum fugere serpentem. Fraxinus anteq̄ serpētes prodeāt floret: nec ante conditas folia dimit/
tit. a fraxini foliorum similitudine fraxinula siue fraxinago herba dicitur ueteribus nusquam di
cta quod equidem sciam. Mauritania uel hāc uel similem fraxinulæ secaculim appellat: in com
positiones ad uenerem excitandam quæsitas adhibitam Radice candida & nodosa: Flore uio/
laceo fere inter candidum & ceruleum: Semine Rotundo ut Iuniperi. folio inter pisum atq; fra
xinum. Non desunt tamē qui decaculim ex India tantum Inuehi putent notis quas modo ex//
posui. Quādoquidem fraxinago hæc quæ in nostris habetur manibus inefficax & infirma sen/
tiatur ad medicinam.

POPVLVS CXVII

P Opulus duplex alba & nigra. alba leuce, nigra, ægyros a græcis appellata. utriusq; fo
lia ut crotonis in iuuēta circinatæ Rotunditatis sunt. uetustiora in angulos exeunt.
E contrario hederæ angulosa rotundantur. propterea meminit theophrastus puta//
re quosdam mutari candidam ut Croton & helix in hederā uetustate quemadmodum & pi//
rus in pirastrum. habet cādida cum quibusdam perpaucis proprietatē illam, ut ab æstiuo sol
stitio circum agātur hoc est partes supinas foliorū cōuertat. sicut olea: salix: ulmus & Tilia. quod
quidem sideris confecti rusticis argumentum est. Vtrunq; genus Erectum. Sed nigra procerior
& leuior. folium simile ligno intus utriq; par candor. Neutra uidetur florere. populorum foliis
grandissima lanugo græci χνοῦν appellat. Euolat candidæ ut Iulus. Nostri tria genera po/
puli fecerunt. albæ: quæ uuas, bryon uocatas ferat unguentis. folio numerosiore. bicolore Su/
perne candido, inferiore parte uiridi. Nigræ: quam arcades sterilem putauere. Sed in creta
fructificat in ipso ideæ specus aditu: & ad fontem quoq; sauri, duodecim ab eo loco stadiis: in
Cindrio quoq; proximo ab ida monte: & circa tirasiam parte montuosa. Tertium genus lybi/
cæ folio minimo ac nigerrimæ fungisq; enascentibus laudatissimæ. populi ferunt in foliis gut
tam ex qua apes ꝓpolim suam faciunt. inter nigras efficacissima populus est quæ in creta nasci//
tu. Aristoteles auctor est, acheroin uocari nigram populum: pausanias candidam ita nomi//
natam q̄ hercules in descensu ab inferis apud acherontem uidisset eam, ramumq; extulisset.
proindeq; non alio ligno cremari uictimas in elide ioui olympio. Aristoteles omne satum
syluosum: arborosumq; acherusion dici prodidit. ad quod forte alludēs poeta festiuissimus ul
morum acheruntem dixerit in amphitruone. Resina populo exigua est. humore cauis huius
effluit medicinæ utilis. oleum fit & e populo nigra, semine, populeum uulgo. ægirinon a græ/
cis appellatum. uerno id conficitur, cum plurimum grauis est, prægnansq; Resina. Nam un//
guentum populeum ex uua populi: que bryon est: conficitur.

propolis

MACIR CXVIII

M Acir græce Macer & xylomacer. cortex est Rubens: Radicis magnæ nomine arboris
suæ. conuehitur ex India. gustu acerbo: & cum quadam acrimonia, iocunde odora//
to, ut Galenus iquit. Qualis ea sit incompertum habet plinius. Recentiores: non radi
cis sed nucis odoratæ corticē ac folliculū esse affirmāt: idq; uero ꝓpius ē & plane ita modo cerni
tur. hanc nucem græci modo caryon myristicon appellant: hoc est nucem unguentariam: quæ
sane diuersa est a glande unguentaria ut post constabit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

POPVLVS NIGRA CXIX

Opulus nigra qualis ea sit indicatum est in candida. De ipso autem Electro sunt qui tria eius genera constituant ex arborum succo primum quod inde succinum dicatur, ut non hoc sit quod homerus nouerit. Secundum naturale quinta parte argenti ut in canaliensi auro. Tertium cura fit ex tribus auri partibus & una argenti q̃q̃ quod quintam partem argenti excedit incudibus non Resistat. Errare Plinius existimat qui melius esse putant naturale, cuius probatio, ut ueneno accepto & stridorem emittat & uarios quasi arcus cœlestis in dissimilitudinem reddat colores. Narratur & hæc ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Electrum inquit strabo purgamẽtum ipsum auri est coctura prima quod ex sulphurosæ cuiusdam cretæ comitatu fit: argẽtũ aurũq; in se cõplexum. chymistæ phaethontẽ uocant. Diuersum ab hoc uidetur genus esse quod ãbra siue ampar caninũ dicitur. Aetius ambar: nos succinum oriẽtale primi nominauimus: incompertum ueteribus ut arbitror. multis locis scaturiens bituminis & sulphuris modo. Discrimen eius triplex. Ruffum & pingue præferunt. Selachiticũ a municipio quodam indiæ uocatum: ubi nascitur. Subalbidum ex arabia fælici minus probatur e maritimo quodam oppido: cui Sechra nomen est: Deterrimum nigrescit quod pisces deuorauere. de hoc tantum alii aliter. Nos græcam fidem sequimur.

VLMVS CXX

Lmum pteleam græci uocant utiq; campestrem: quæ & fruticosior. Alterum genus montanæ, oripteleam nominãt. Folium indiuisum læuiter per oram serratũ oblongius q̃ piro, scabrum. Arbor grandis & celsa, irriguis amica: ligno flauo, neruoso, robusto ut quæ tota cor sit. Vtuntur eo ad fores lautiores ad Cardines, assamenta portarum & torcularia, sontiũ caueas & ad carpentarium q̃nq; opus. uiridis facile ceditur. sicca difficile. Sterilis habetur arbor. Cradæ ulmo, ut fico, robori, platanoq; gignũtur. uuam fert & in petiolis lachrymæ modo gummi & bestiolas culicibus caprifici similes in foliculis: & autumno cachryes uocatas, complures minutas atq; nigras ut Theophrastus scribit. italiæ q̃tuor ulmi sunt genera. Nostrates densiore folio & ab eodem pediculo numerosiore. gallicum sylnestre. quartum attinias uocant excellsissimas & in iis sicanas illis præferunt: quæ non sunt riguæ. steriles attiniæ. ideo plantis seruntur autumno uitibus & maritas appellamus. Reliquæ proueniũt Samara siue amara ut columellæ placet (ita nominantur ulmi semen) colliguntur circa martias Kalẽdas cum flauescere incipit: priusq̃ folio uestiantur ulmi. columella ulmorum duo tãtum genera putauit. Gallicum & uernaculum: illud attiniam, hoc nostratem uocari: qui & Tremellium scropham reprehendit q attiniam ulmum non ferentem amaram falso sit opinatus: Nam Rariorem inquit sine dubio creat: & iccirco plerisq; sterilis uidetur seminibus inter frondem primæ germinatiõis latentibus. Itaq; nemo inserit ex amara sed ex sobolibus. Est autem attinia lõge lætior & procerior nostrate frondemq; iucundiorem bubus præbet. Amara ut dixi dicitur semẽ eius latina uoce. Nam græce amara nõ hoc significat sed Riuulũ & incile rigãdis hortis ita dictũ quia marcessere ꝓhibeat, Sed & auriũ cauernæ dicunt a græcis amaræ.

CARIES LIGNORVM CXXI

Ariem lignorum Saproteta græci uocant, & embion poetæ.

HARVNDO CXXII

Arũdo calamus a græcis dicitur a phœnicibus gingros ob Adonin: quem gingrem uocant: & lugent: Radices eius uiuaces geniculatæ ac fere insola. Similes iis partibus, quæ supra terram eminent. huius duo summa genera. Tibiarium id est auleticon, uulgare posterius hoc in characiam hoc est uallarem crassam & ualidam: quæ græcanica quoq; uulgo dicitur, & a uitruuio cerdone græca. Et in plotiã siue plocimõ diducitur, hoc est fiutam uel nexilem graciliorem et imbecilliorem priore. utraq; orchomenium circa lacum Superior in Ripis exspaciantis stagni & in comythibus (sic enim harundinetum prædensum & farctum appellant) Sequẽs subtilis in insulis fluitantibus quas græci ploadas uocãt: in immensum prælatis iis quos cephisus amnis abluisset ut cecinit pindarus. interim cum auletico nascitur characias sed longior cæteris, & uermibus obnoxia. Tibialem hyeme legunt. uere tunicas eixmunt. æstate per internodia cedunt. optima fieri armamenta e medio geniculo, mollissima e superioribus. durissima ex imis asserunt. persuasum erat & ligulam ex sua quanq; tantum harundinis parte congruere: & eam: quæ Radicem antecesserit: leuo Tibiarum lateri conuenire, quæ cacumen, dextero: cæterũ internodio in duas partes dissecto utriusq; ligulæ os incisuræ committebatur: alias negatur congruere: theophrastus auctor. plinius magno nominum ambitu calamos enumerat: ægyptios chartis seruatos: probatiores tamẽ Gnidios: & qui in asia circa anæticum amnẽ nascãtur. Nostratibus fungosior natura, bibulos, cauo intus cor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

pore, tenui superne ligno fissiles, præacuta semper acie geniculatos. Gracilitas nodis distin-
cta leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculæ coma, qua pro pluma implẽtur stra-
ta cauponarum: & hæc ad nauium commissuras in belgis, glutino quocunq; fidelior rimis
expelendis. Bononienses e Rheno amne, quibus plurima inest medulla pondusq; uolucre:
contra flatus quoq; peruicax libra, ut nullus sagittis aptior sit calamus. post hos cretici & bel-
gici laudantur. Creticus carnosissimus longissimus internodiis, lẽtissimus si calfiat, Toxicus
idest sagittarius ab excellentem eius usum a Theophrasto dictus. Nunc scriptorius ex ea insula
præcipuus nec aliunde fere expetitur. omnibus præferuntur Indi ut qui hastarum quoq; uicẽ
præpilati hoc est cuspidibus additis præbeant: iis amplitudo arborea est: nec dubitatur. e qua-
rum Radicibus ut Solino placet succus exprimitur ad suauitatẽ mellis, quasi saccarum inter-
pretari possis. longitudo subrectarum triginta fere passus. humi uero serpentium quinquagin
ta. Crassitudo cubitorum ternum, interim senum: quæ tamen strabo non credidit. Diodorus
in australi quadam insula, æquinoctiali plaga scribit harũdines haberi plurimas fructum can-
didum eruo similem ferentes e quo suauissimus panis conficitur, æque fabulosum atq; illud
quod in eadem insula duas nasci tradit herbas, supra quas iacentes placidissimo somno mori-
antur. In AEthiopia certe populi radicibus harundinum in farina tritis uictitant & ob id Rhi
zophagi nominantur. spissius mari corpus Indi tradunt: feminæ capacius. nauigiorum etiam
loco singulis eorum internodiis circa acesinem maxime amnem ternos homines capiente al-
ueo. Syringias totus concauus ita dictus, quia fistulis utilissimus quoniam nihil sit ei cartilagi-
nis atq; carnis ut Plinius existimat. Dioscorides crassa eum carne descripsit. Tibialis orchome-
nius idemq; Auleticus, continuo foramine, peruius est. fruticosissimus Donax: non nisi in
aquaticis natus latine Canna: q̃q̃ Canna apud nos ut inquit Columella gracilem & degene-
rem significat arundinem. apud græcos fiscellæ genus canna dicitur ut est apud Pollucẽ. præ-
fertur aquaticis siccus. laconicis folium uarium & ab ima parte densius: Tunicis longiori-
bus: quales circa stagna dissimiles ãnicis. Est & obliqua harundo non excelsa: sed iuxta terram
fruticis modo se spargens. Suauissima in teneritate pecori: ab aliquibus uocatur Elegia. Zeugi
tæ calami dicuntur, armamentarios Theodorus interpretatur, cum in amplitudinem aucupa
toriam adolescunt auletici lacu orchomenio, influente Cephiso amne permanenteq; anno.
celerius autem recedente graciliores bombycinæ appellabantur. horum generum feminæ,
spadones & Eunuchiæ uocari solitæ, folio latiore, candidiore: nulla uel modica lanugine.
hinc erant armamẽta ad cantus inclusos quæ græci iugamenta siue paria hoc est zeuge ad dex
teram & sinistram tibiam utilia uocabant: quod ita essent coniunctæ, ut altera eiusdem carmi-
nis incentiua altera succentiua foret: ad bacteriam a Theophrasto (nisi fallor) appellatos. De ba
cteria meminit & Plutarchus & Pollux, gestamenq; id theatralium personarum demonstrant
esse: ut Scipionem Plautus: rectum insignibus: curuum ignobilibus. In sacris certe literis bacte
ria dicitur inuocatio ea, quæ post preceptionem addi solet. Quid si quis in Theophrasto non
ad βακτηρίαν Sed ἐμβατήρια legẽdum putet? Erat autem hoc & loci nomen ut inquit Pol-
lux & theatralis cuiusdam operæ cantionis ue genus statarium & citra saltationem ac tripudi-
um, quo lacedæmonios & arcades uti solitos incinente modulos & frequentamenta quedam
simplicia tibicine Atheneus commemorat quod & enoplion uocauerint: etiam embasim hoc
est ingressionẽ icessionẽq; ut est apud Geliũ. ob id inclusos cantus a Plinio dictos intelligo: qui-
bus antiquitas in theatro contẽta erat, simplici adhuc musica hoc est ut Theophrastus inquit apla
sto: comprimentibus se tibiarum ligulis, quia tempestiue cederentur, Ideoq; ad uarietates fle-
xusq; sonorum inutilibus. ad hoc exempli. ψιλὴν κιθάρισιν uocabant: cuius inuentor Ari-
stonicus fuisse dicitur ut Atheneus meminit. Illos autem quibus operosa ratio canendi placuit
camptaulos a uocum inflexione appellauerũt: quod nomẽ in Carini Cæsaris uita deprauatum
correximus. Correxit hoc luxuria & per solsticia cedi placuit ut in trimatu demum utiles fie-
rent apertioribus earum ligulis ad flectendos sonos. Armamenta sane, Plinius est ubi pro iuga-
mentis uinearum pedamentis ue acceperit. Tibicines græci & monaulos & calamaulas & Rhap
paulas quoq; dicũt. habetur & illa distinctio: Tibiarum aliæ uirginales & puellares. Aliæ uiriles:
quas & perfectas & plusq̃ perfectas cognominant. Sunt & citharisticæ quædam tibiæ: Itẽ quæ da
ctylicæ uocantur. & quæ lysiodicæ & tragicæ: lysiodi uero dicebãtur, qui mimos quosdam sub
personis muliebribus agebant ut uirilibus magodi. Nam elimi tibiæ apud Sophoclem in Nio-
be nihil aliud uidentur esse q̃ phrygiæ: quas & scytaleas ob crassitudinem appellant & obliquas
ut inquit Varro: siue impares. quemadmodum serranas quæ pares essent & æqualibus cauernis.
cum in phrygiis dextera unum haberet foramen sinistra duo: quarum inuentor Midas. nomi-
nantur & diopi hoc est biforæ, quibus & nos utimur sed e buxo aliaue materia. hæ corniculorũ

tubarumq;

tubarumq; sunt & semper fuere comites: habebātur olim & Hemiopi hoc est semiforæ: quas &
minores & imperfectas & puellares uocabant atq; terrenas hoc est moluculas epulis adhiberi so
litas, ut hoc uideatur Plautus intellexisse cum semisonarios artifices quosdam nominat: Itē Me
socopi & hypotretæ, quod alteræ in medio foratæ, alteræ, ad imum pertusæ forent. Tityrina
quoq; tibia eadem est quæ harundinea. Nam magadis & palæomagadis ea est quæ acutum gra
uemq; sonum, Reddit genus citharistica, tibiæ, q̄q̄ magadis & psalteriū nomen est. Idē cū sam
buca & pectide ut multis placet nec tamen omnibus. alias quoq; tibias in arbore loto diximus.
Singularem tibiam monocalamou & monaulum uocant: sicut multiplicem polycalamon. pri
orem Marsias Celænis aut Mercurius inuenit. Alii seuthen & Rhonacen medos homines inue
nisse quidem. Sed Marsiam uinxisse cera putant: Alteas Silenus siue Marsias, quorū poetæ græ-
ci tibiam plerunq; lebyn uocant ab inuentoris patria ut Duris scriptum reliquit. Varro præcenti
uas & succentiuas connumerat: quarum sit usus ad puluinaria præcinendi subcinendiq; a quo
& p̄centores & subcētores appellāt. Itē uascas foraminibus q̄ p̄cētiuæ pluribus. lydias porro eas
dēq; Turarias uocabāt q̄ iter tura adhiberent. Gingrine tenuiorē sonū edebant, q̄ uascæ. clarissi
mū ægyptiæ. Garrulū arabicæ, ob id græci nugacē hoīem arabicū tonariū, puerbio facto noiant.
acutissimæ gingrinæ hēbātur & Corithiæ ut inqt Solinus. Gingrinas ab āserina uoce dictas pu
tāt. Nā & græci cheniazin, p eo q̄ est tibia sonare dicūt. Ego a Ginge q̄ sit Adonis ut huius capitis
initio mōstrauimus. Erāt & suæ funerū tibiæ siue tubæ ut iquit Gelius, quarū peritos siticinas uo
cabāt nō q̄si siccinistas a gn̄e tripudii, sed q̄ ad sitos hoc est uita functos & terra cōditos sonarēt.
Erāt & Tonaria, quibus uti Gracchus solebat ad componendam in cōcione uocē eburneis. No
ta ē historia. Est & in Italia nascēs ex qua fit Adarcha noīe de qua post dicemus: aucupatoria sane
harūdo a Panormo laudatissima legit & panorito piscatoria abaritana ex africa. musicæ harūdi-
nes ex isula siciliæ thermitano agro sita laudātur, ut Solius ait. Sūt & aliæ sine noībus harūdines
p̄ceritate: breuitate: crassitudine: exilitate similibusq; distinctæ: adeo ut uigintinouē earū gn̄a de
mōstrasse Plinius se dixerit. harūdo oīs ex una stirpe nūerosa atq; ēt recisa deustaq; fœcūdior. Fo
lia indicis tm̄ breuia. oībus a nodo cōplexus initiū est mēbranis p ambitū tenuibus: raroq; nō a
medio genu, pcūbētibus. latera i rotūditatē bina sup nodos alterno semp inguine. hoc a dextra:
illo, ab leua: supiore p uices. Inde exeūt aliq̄n rami: qui sunt calami tenues. Mira huius & filicis
discordia. Vtriusq; radix cōtrita & iposita stipē alterius eiicit ifixū corpori. Ad hūc usum ex harū-
dinis radice medicamētū Hippocrates Epispastron orchomeniū ur quibusdā appellasse. Magna
cū altero gn̄e cōcordia, siquidē ut Cato p̄cipit, optīe corruda serit, ubi sint harūdines. harūdini-
bus septētrio domos suas opit: duratq; ita in altitudine tegulū earū. In reliquo orbe cameras le-
uissime suspēdunt. harundinis Italiæ usus ad uineas quoq; ut arpino agro. paniculæ florē illū au
ribus infestū anthelem græci appellant.

PAPYRVS CXXIII

P Apyrus & papyrū latine dr̄ i palustribus Aegypti aut quiescētibus Nili aquis nascit: q̄
regio delta & iferior ps uocat. Itē syriæ: circa quē odoratus ille calamus lacū nascit: &
in Euphrate circa Babylonē in Aegypto nō excedēte bina cubita gurgitū altitudine uo
lari hoīs robusti brachialiq; radicis crassitudine. obliqua hæc atq; densa nō āplius q̄ cubitorū de
cē lōgitudinis: Triāgulis papyrorū lateribus: qui a terra multis ptibus tollunt pedibus ut iquit
Strabo decē uel ut alii cubitis q̄ternis. In gracilitate fastigiati sustinētes comata, ac thyrsi mō cacu
mē icludētes exile ad nihil utile. p̄terea nullo semie aut usu eius alio q̄ floris ad deos coronādos.
radicibus incolæ utunt: nec ignis tm̄ grā, sed ad alia quoq; utēsilia uasorū: ut q̄ p ba & alta mate-
rie sint. Ex ipso quidē papyro nauigia texūt. E libro uela tegetesq;, nec nō & uestis genus & stra-
gula & funes. Mādunt crudū elixū: succo deuorato: corpus expuētes. scitur & usus ex eo ad char
tas ueteribus. Nūc alia earū officinis inuēta ratio est. hētur & in Aethiopia & Italia papyrus uel p
miscue Ciminio lacu plurimū, sed alterius forte gn̄is. Nec ad chartas utile, q̄nquidē Aegypto p
pria tribuit & biblos oppellat. alioquin Strabo in india quoq; nasci Biblū scribit. Idē auctor in
pte nili quæ dr̄ iferior: abūdare tradit eā: qm̄ ibi p̄cipue colat: & duorū esse generū: deteriorē: &
meliorem: quæ hieratica dicatur: unde & nomen chartæ Plinio. Herodotus ueteri consuetudi-
ne pelles quoq; hircinas & ouillas biblos uocari tradit q̄ iis in penuria chartarū uteretur uita.

MYRICE CXXIIII

M Yricē Tamaricē uocāt Corithi, & i achaia: q̄ circa ē, bria dr̄: & cū plus iusto adoleuit, pma
la utiq; poetis. syluestris & sterilis forte q̄a fructus ei bryodes hoc ē muscosus. Nā satiuæ
similis gallæ, pueit: q̄ i syria & i ægypto copiosa ēt ē. hāc & amaricē nōnulli appelāt: similē scopis
amerinis, pdētes: neq; tm̄ oībus eandē esse Tamaricē & amaricem, placet. Myrices certe infelicia
ligna uulgo noīant: qm̄ nihil ferat p̄ter flosculū de quo diximus: muscosum: nec ferat unq̄. hu-
ius cū uno uiscerū liene tāta diffidētia est, ut affirmēt a Democrito sumētes, si ex ea alueis canali
bus ue factis bibāt sues: sine liene iueniri. Et ideo hoī splenetico cibū potūq; dant in uasis ex ea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

fabricatis. Illud obiter indicãdũ ẽ, Columellæ studiosis ut locũ in octauo eius libro corrigãt: ita
scriptũ. Succurrit inqt si fabricẽtur Canales Tamaricis & rusco legẽdũ est Tamaricis e trũco, au/
ctor Dioscorides. Nec illud nõ docẽdũ q uitro soluẽdo firmãdoq; accurãt ex hac arbore potissi/
mũ igni suo escã ministrãt. huius radicẽ officinæ casiã uocare solẽt. & quæ palã impitia medico/
rũ ẽ, ꝓ casia odorata utunt. Foliũ miricæ sunt qui sabinæ herbæ nõ nihil simile ꝓnuncient.

ERICE CXXV

Ricem colore tradũt roris marini ac pene folio, ꝓpterea Theophractus uberrimã liba
e notidẽ Erice nasci refert. Mel qᵭ e flore huius apes faciunt Ericeũ uocat simile arenoso
syluestre, iprobũq;. Cõuehit post primos autũni imbres cum erica sola floret in syluis.
Asiæ greciæq; fruticibus ascribit. Athenieses hãc ut ait Plinius tetradicen, Euboea sisarũ: siue ut
Varro sisarã uñ liquidũ mel fiat. putãtq; apibus eẽ gratissimã. Fortassis qa tũc nulla alia sit copia.
Theophrastus Tetralicen nõ tetradicẽ. nisi mẽdosus codex est appellat in genere fruticũ aculea/
tã & germinãtem æstãte. De hac Erice itelligat nec ne haud scio: quia tñ bis ãno floret erice prima
uidelicet & ultima syluestriũ nec iter acculeatas ponit: fieri põt ut alia sit tetralix sua Theophra/
sto. alia quæ ꝓ Erice Athenis capit: nisi quis hãc Tetradicẽ: illã Tetralicẽ uocari malit. Mẽinit &
tetragoniæ uocatæ Theophrastus sed iter arbores: q̃ tardissime germinãt ut thyia taxusq;. Theo
dorus q̃dratoriã interp̃tatus est melius si quadrãgulã. Columella Ericẽ itelligit cũ amaricum siue
amaricẽ & amaricinos flores cõmemorat: q̃q̃ est ubi lectio corrupta in eo fert. Nã & amarãthini
ꝓ amaricinis & Tamaricẽ ꝓ amarice scriptũ fere inuenias. Cũ sit Tamarice: nõ Erica sed myrica.
Cõfudit hoc palladius: qui tertiã mellationẽ Tamarisci floribus (ita. n. uocat ipse tamaricẽ) cõsta
re tradidit: cũ Erices id est amaricis ea nõ tamaricis pabulo fiat: auctore Plinio, nisi quis Tamari
cis appellatiõe ueteres & Ericẽ & myricẽ significare uoluisse dixerit. plinius Ericẽ ilici similem de
scripsit. Credo myricẽ nõ ilicẽ legẽdũ, cũ Dioscoridis auctoritate, tũ qᵭ ita mõ cernitur in ꝑataui
nis mõtibus: non quidẽ folio: quod ei roris marini simile tribuitur: sed musco, quem floris uice
habet: ut myrica. Quod aũt Erice uideat ẽt uocata siderites libro Plinii undecimo; Nos eũ locũ
in castigatione pliniana deprauatum ostendimus.

ACACALIS CXXVI

Cacalin Paulus acallida noie Galenus ubi meminerit: nundũ cõperi nomẽ frutici a
a nympha datũ crediderim acacali: q̃ ab apolline cõpressa phylacidẽ & phylãdrũ edide
rit in Creta: miraculo ab Elyræis isulæ populis cõficto: nutritos a capra eos fuisse: cuius
rei monumẽtũ in Apollinis quoq; delphici delubro monstrabat: auctor Pausanias. Apollonius
poeta i argonautico acacallin Minois regis filiã ab apolline quidẽ uitiatã cecinit: sed quæ i aphri
cã relegata filiũ ediderit noie Amphithoon qui & garamas quoq; uocaret Nasamõis & caphau/
ri pr̃ ex nympha tritonide.

RHAMNVS CXXVII

Hamnũ igniariis utilẽ ferũt p̃sertim Conceptaculo & craticulæ in duo genera diuidit
r nigrũ & candidũ utriq; fructus parẽtũ colore. Nigrũ folliculos fert syluestreq; hẽtur. hu
ius radice decocta in aq̃ fit medicamẽtũ qᵭ uocat lyciũ. Rhãnos inter ruborũ genera de
scribit. hæc Theophrastũ Pliniũq; secuti diximus. aliter a Dioscoride mõstrat. Photion rhãnũ a
quibusdã agnon a uirtutis similirudie uocatã scribit, qᵭ uenerẽ coerceat ut uitex. Rhãnũ Diosco
rides a nr̃is spinã cerualẽ dicit appellari. Quo argumẽto uideri põt haud dissimile huic gẽus esse
qᵭ hodieq; uulgo spinũ ceruinũ uocamus. fructu myrti foris nigro itus uiridi ob id uel ad colorẽ
eũ pigẽtibus idoneo. Cortex arbori sub niger & nitidus q̃si ceraso. iter uirẽs post luteus lignũ ex
tra cãdidũ, iterior medulla rubet.

HALIMON CXXVIII

Alimon nr̃i ut ait Plinius aureonẽ uocãt. Cõuoluit se ut hedera locis salsis nascit salsila
h ginẽq; p̃fert. sit hæc de q̃ Dioscorides & Plinius a quibusdã asphodelõ siue albucũ exi
stimatã phibẽt, an alia mihi parũ cõstat. Repio aũt in auctoribus mõ afflatã, mõ nude
scriptã primã lr̃am, placet aspiratio qm̃ maritimũ olus credat & almyris ẽt a salsilagine dicat ab
aetio. Asphodelon appellari halimon ab hesiodo quidã falso iterp̃tãtur: qui tñ error a græcis or
tus puenit & ad latinos de halimo discrepãt sn̄iæ. Alii fruticẽ eẽ uolũt: dẽsum cãdidũ sine spina,
foliis oleæ mollioribus latioribus quæ cibo coquãtur addũti maritimis natũ, alii separãt, mari
timũ olus dicẽtes halimõ & salsũ uñ nomẽ foliis in rotũditatẽ lõgis quod & mãdat cõdiaturq;.
Duorũ p̃terea generũ syluestre & mitius. Foliũ syluestri tenuius: maiores effectus. Crateias ertiũ
genus facit lõgioribus foliis & pilosioribus, odore cup̃ssi, nascẽs sub hedera. Galenus halimũ in
cilicia ꝓuẽire copiosã, ibiq; folia recẽtis i cibos recipi & i usũ cõdita seruari scribit. Solinus hali/
mõ i creta nasci tradit mirabili si credamus effectu qᵭ aduersa ea fames iterdiu nulla sentiat, ut no
mẽ ide ipositũ ei sit, quasi famẽ arceat, ꝓptereaq; nec aspirationem prima litera recipiat.

PALIVRVS CXXIX

Paliurus ut i fruticũ gñe collocet i magnitudinẽ arboris assurgit ab occasu uergiliarũ fructificat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Fert ĩ siliqs terna & q̃terna semĩa lentorē quēdā pinguē emittētia, ut lini semē cōtusa. Amat nasci
aridis quēadmodū & Rubi, nec minus dilutis. Foliū exciduū sicut Rhāno Cyrenis laudatissi/
ma: ubi loto quoq; p̃ferūt eodē folio sed fructu diuerso, ut q nō latus sed rotundus ruberq; sit nu
cleo, qui nō simul mādatur ut ĩ pūicis. Magnitudo ei q̃ fructibus Cedri pauloue āplior noiatur
ab afris zura, Iocūdus p se, atq; suauior ēt uino affusus. cōtra quoq; uina succo suo cōmēdās. Pa/
liurus spinosa ramis ut rubus. Agathocles paliurū ab alexādrinis cōnarū uocari tradit enatā scri
bēs icto fulmine sepulchro, ulmi atq; pinus āplitudine ramis frequētibus, p̃lōgis, subaculeati, si
q; folio uiridi: rolūdo: molli: biferā. Nā & uere & autūno fructū parit oliuæ Phauliæ uocatæ ma
gnitudine: cui & nucleo & carne similis est. Sapore uincēs, crudus uirensq; manditur: ubi exole
uit farinā ex eo fieri atq; ita esitari, nec subactā nec cōspersam aqua. Ichthyophagi piscium carnes
semine paliuri conditas inueterant, Troglodytæ succo paliuri pro uino utuntur uulgo. Nā pro
ceres florem quendā exprimunt cuius liquor nostrati musto similis aspicitur.

OXYACANTHOS

CXXX

Xyacāthos quæ sit in Plinio nō cōperi. Medicinas certe q̃s Dioscorides ei tribuit: paliu
o ro Plinius dicauit. Dr̃ hæc & oxyacātha olympo mōte plurima syluestriū arborū frō/
dis æternæ ab occasu uergiliarū fructifera flore corōario. Fructu Cedri atq; Myrti. Ru/
ra mō hāc crispinū q̃si acrem spinū uocāt ut multis placet: ex cuius acinis uinū ēt cōficit̃ Crispi/
nū uocatū eodē fere usu, quo uinū ex malo pūico. singulares in acinis quibusq; nuclei sunt. Aci/
ni oblōgi & racemaĩ cōgesti, folia quoq; oblōga: Diuersum genus est quod uuā fert crispinā uul
go dictā ueteribus p̃teritā acinis cādidis: & in maturitate dulcibus: aculeato frutice: folio apii fe/
re, in hortis frequēs: habetur & alter frutex æque spinis horridus sed Topiarius magis & uitis pu
sillæ folio rubētis uuæ fertilis: nec in Italia mō sed in Germania quoq; mihi uisus:

CYNOSBATOS

CXXXI

Ynosbatos caninus uulgo Rubus a Theodoro cani rubus. Columella sentē canis: fru
c ctu malo granato simili: subrubido media ĩter arborē fruticēq; natura & p̃xima pūicæ
Foliū salicis amerinæ Theophrasto agni, q̃q̃ legēdū puto ĩ ἴχνει hoc est ut uestigio hūa
no simile dicat̃ q plinius ita uerterit. Et sane uisam a se rubū qdā testātur in syluis hac specie ut
q̃si solea eē uideret̃. Flatu auerso fructū huius legēdū p̃cipiūt, alioqn piclitātur oculi. Plinius hāc
ab aliis cynosbaston ab aliis neurospastū uocari scribit uuam fere nigrā: in cuius acino neruus
sit. uñ neruus passus dicat̃, idē sit hoc necne c eo q Dioscorides itēq; Theophrastus deliniāt, cō
siderādū peritioribus existīo. Rubus certe q similitudinē rosæ ferat & castaneæ similē pilulam cy
nosbatos a Plinio dicta ē. Alia ur̃ eē cynorhodon de qua dixīus ĩter rosas. Nec illud cōstat nūq d
rubi huius sit rosa q̃ coroneola uocat̃. Munus autūni odore iucūdo sed exili an potius cynorho
di appellatæ Nec illud omittere cōstitui cynorhodon a cynosbato nō flore roseo: quē fert utrū
q; sed spōgiolis distingui quas cynorhodon hēt: cynosbatos nō hēt. parit & uuā nigrā cynosba
tos ut p̃diximus ex Plinii sn̄ia: q q̃dē nemo p̃ter eū (q sciā) Cōfirmat. hoc si error ē fortasse natus
inde sit qm̄ hedera cilicia hoc ē smilax aspera labruscæ mō ferēs uuas cynosbatos a qbusdā uoca/
ri soleat: ut Dioscorides testat̃.

CYPRVS

CXXXII

Yprū quidā ut Plinius ĩquit eē dicūt arborē, q̃ in Italia ligustrū uocat̃, semine coriādri
c folio ziziphi p̃fertur canopica, post ascalōica, ultimus locus cypriæ. Seruius grāmati
cus ligustrū florē scribit eē cādidissimū ac uilissimū fortasse hūc intelligēs, qui e conuo
luolo herba nascit̃, nā & hic barbare ac uulgo dicit̃ ligustrū, ut in clematide secūda monui. Cy/
prus & hemicyprus uasis & mensuræ genus est coquis ut placet Iulio polluci cognitū.

TILIA

CXXXIII

Iliā græci phelyreā: nr̃i quoq; phelyrā & philyrā: sed tūicas ex ea tenuissimas appellāt
t Coronarū lēniscis celebres, ueteribus. Inter corticē & lignū mēbrana multiplici cōten/
tas e quibus uicula tiliæ uocātur. materies mari senticosa, dura nodosa, ruffior & odo/
ratior cortex crassior, ac detractus stati ĩflexibilis sine semine sine flore. Crassior feminæ arbor &
materies cādida est, atq; p̃cellēs, e qua tiliæ philyreq; uitiles: q̃s dixīus. Arbor hæc serotina foliis
dulcibus esculētisq; pecori sed fructu aĩalibus oĩbus ĩgustabili. Teredinē nō sentit p̃ceritate pq̃
modica, uerū utilis: & opibus ĩtestinis uel obediētissima. ēt si abies ut Theophrastus inquit pul/
cherrima defendit̃. E cortice feminarū & cunæ fiūt atq; cistæ, nauiū lōgarū asseres & arculæ mēsu
rarūq; nōnulla genera e ligno. p̃bat̃ & igniariis, medulla exigua ē, nec magnope cætero corpe
mollior. Est. n. materia eius tota mollis: ut ĩter carnosas mollissima calidissimaq; dicat̃, qm̄ citis/
sime retūdat ascias, tincturā earū caloris sui ui resoluēs. Cædit̃ autūno. Cinesias poeta flagitiosis
simus in quē Lysiæ oratoris plēa cōuitiorū & stomachi legit̃ oratio, tā gracilis fuisse dr̃, ut Tina/
ceis asserib' corpi circūdatis ĩbecillitatē suā fulciret ut Philetas alter poeta plūbeis orbiculis circū

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

pedes adalligatis, ne uento subuerti posset. Theophrastus qnq; noiat & philycã. Syluestris iquit arbor est Philyca frõde ppetua Olympo monte fructũ suũ ab occasu uergiliarũ edit celastri mõ cãdida. Theodorus philycã hanc a tilia siue philyra differre censuit. Vtrãq; tñ & candidã & alédo pecori utilẽ demonstratã legebat & serotinã. Celester porro syluestris arbor ppetuo uirens. Fructũ sero pficit: atq; hyemis supuentu pdit ut quidã putant cacuminibus montiũ gelidissimis inascitur: cura deterior efficitur. usus ad baculos senibus. Plinius odoratiorẽ Tulie mari corticẽ q̃ feminæ. Theophrastus cõtra: feminæ, q̃ mari tribuit. flos caliculaceus pediculo quisq; suo ãnexus uiridi q̃diu alabastro icluditur. dehiscentes ii flauescũt. Floret pariter cũ mitibus & urbanis. Fructus oblongus & ad fabæ magnitudinẽ rotundus, similis acino hederæ maiusculus angulis quinis, ceu neruis quibusdã in acutũ depressis extuberat. partitionẽ hãc exilior indigestã & oino cõfusiorẽ habet. maior si scabitur, semina emittit pusilla & p̃tenuia ut uideri possint Atriplicis. folium hederæ, nisi ꝙ se in acutiorẽ angulũ rotundat: incuruũ, qua pediculo innectitur e medio sui prodit in acumen: crispum p orbem molliter ac serratum. Laurentius ualla in herodoto conuertit Tiliam falso ꝙ auctor ille Iteam uocauit quæ salix est non Tilia.

CISTHOS CXXXIIII

c

Isthos & Cistharos a cisso differt, ꝙ cissus hedera tñ est, Cisthos sui generis frutex: quæ uicinitas, nisi quis aduertat, facile cõfundet intellectũ. Describitur maior thymo foliis ocimi & sane inter hederas mentio eius a Plinio habita est. p̃terea hederæ spẽm uidentur auctores existimasse, qui ladanũ capris depecti tradant: quæ florem hederæ pauerint: cũ constet ex Dioscoride fruticẽ, unde id fiat, Cisthõ uocari spẽm alteram cisthi huius: de quo nũc agimus, ut in cõmentatione post hypocisthidem proxima explicabitur.

HYPOCISTIS CXXXV

h

Ypocisthis & Hypocisthos: Triplex huius ratio a Dioscoride pditur. Alii ruffa & candida sunt cõtenti ut Plinius in montibus patauinis hypocisthin uidere licet: & cisthon sub qua nascitur ocimi folio ut p̃diximus. flore candido quasi rosæ syluestris. Radice lignosa & prædura: e cuius fere medio hypocisthis uelut infixa pullulat.

CISTOS ALIA CXXXVI

c

Isthos siue ledon & lada: sed ladanũ in arabia nabathæis tñ nascitur qui sunt cõtermini Syriæ. Iniuria illa: qua diximus caprarũ. sed nõ e lada herba. uerũ ex oĩ sylua. hoc genus strobon uocari placuit. Est & genus aliud in Syria & Africa: Toxicon dictũ: qa neruos in arcu lana circũdatos trahunt p syluas adherescente roscida lanugine. sed uerũ ladanũ cypri in insula fit, ꝙ cesyphũ hircorũ in pascendo genibus atq; barbis hæsit hæderæ ut Plinius inquit flore deroso: pastibus matutinis cũ est rorulẽta cyprus, siue funibus tractis, quo dictũ ẽ mõ. Non omittẽdũ hederã quidẽ putari cisthon a plinio: De cuius flore colligatur ladanũ. Nõ ꝙ cisthos aliud nõ sit q̃ hedera quæ cissos a græcis appellata, sed ꝙ spẽs eius una ẽt sit a nostrate multũ diuersa qñquidẽ & Paulus Eginita scribit ladanũ ex hedera ladone cognoĩata fieri. Et Dioscorides cisthon a quibusdã cissaron quoq; dici tradit: quasi hederaculã iterp̃teris aut hederaginẽ. In carmania & sup Aegyptũ fruticẽ eẽ narrãt p Ptolomeos trãslatis plantis, ex quo ladanũ fiat: sunt qui ladanum gũmi mõ ex arbore laxati corticis uulnere ut tura colligi & caprinis pellibus excipi cõmemorent, Adulteratur myrti baccis & aĩalium sordibus. Sinceri odor debet eẽ ferus & solitudinẽ redolens. ip̃m accẽsum fulgere: odorẽq; iucũdũ reddere. Myrtata in igne crepitãt. placet cui e rupibus calculi potius q̃ puluis inhæreat. precia laudatissimo in libras, asses. xl. Aetius cisthon e qua ladanũ fit: eãdẽ esse cũ cistho nostrate: sub qua hypocysthis nascitur, affirmat: sed calidioris naturæ ob qualitatẽ soli.

EBENVS CXXXVII

e

Benus siue Ebenũ spissitudine ligni & pondere in aqua nõ innatat: sed mergit̃ tñ nõ tota ut buxus: cui similis eẽ dr̃. sed ps eius medullacea. decorticato sũma nigricies. hebenus cæsa durescit in lapidẽ ut iam uideat̃ hodie quoq; pte saxũ, pte lignũ ceu icohato ope nõ pfecto. Duo genera eius. Rarũ id, ꝙ melius, arboreũ, trunco Enodi. Alterũ fruticosum cytisi mõ, tota India dispsum. Ebenus Aethiopica nõ alia, q̃ palmarũ generis eẽ traditur: lignũ Ebeni Galenus: si quis aqua ĩfusa terat: in succũ inquit resoluit̃: ut nonnulli quoq; lapides. Magnus Põpeius i triũphũ mithridatico bello duxit Ebenõ. Pausanias a Cyprio quodam medico accepisse tradit: Ebenũ radicẽ tñ eẽ terra conditã. Nec folia nec fructus ullos edere, ppterea nec oĩbus inuẽtu facilẽ: Sed in Aethiopia quosdã eẽ huius opis artifices, hoc ẽ ebeni scrutandi gnaros.

ROSA CXXXVIII

r

Osam græci Rhodõ & poetæ brhodon. sed plãtã eius rhodoniã ut nos rosariũ appellãt. Est & cõdimẽti p̃ciosi genus Rhodonia, quã & Rhodũtiã patellam uocant ex cerebellis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

auium & porcorũ in multa rosa coctis infuso garo, oleo, uino, pipere, ouorũ luteis. Differt a pa/
tella rhoduntia quæ rhodiaca olla dicitur. Figlinæ genus hoc pmixtis, ut ĩquit Aristoteles: myr/
rha iunci flore, croco, balsamo, cinamomo, amomo coquit̃ ad arcendã ebrietatẽ: si excalfactis/
iis uinũ ĩfundat̃. origo huius e Copto prima ut inquit Atheneus: uñ coptica fidelia. Sed redeo
ad ppositũ. Rosam Timachidas qui de cœnis scripsit, in Arcadia euomphalõ ab odoris pstãtia
uocari tradidit. Ergo rosam aculeatã ramos nemo ignorat. folia interna. quæ admodum exigua
sunt. Itẽ ex maioribus, externa minus odorata. inter amplas odore pstant, quibus ima pars sca/
bra & corticia est, usta recisa, translata fit melior. Syluestres ex toto asperiores odore: colore: ma/
gnitudine superant̃. Rosa ut nouissima erũpit inter uernos flores, Ita prima desinit Satiua exce
pta. Rosæ uita quinquẽnium nõ incisæ nec adustæ. Illo. n. mõ iuuenescit. flos senescẽtis deterior.
capira foliorũ eius partesq; candidæ ungues uocãtur. In flore aliud semen: aliud capillus. In ca/
pite, aliud Cortex, aliud Calix. Coronas e rosa quæ pactilibus & sutilibus successerũt: Rosalia di
xere ueteres. Nec erat iis gratia, nisi folio solo nexis. Recens a longinquo olet. sicca propius. sere
nis diebus lecta odoratior. Itẽ siccis ruderatis gracilibus. oĩs rosa germinat granoso primũ ĩclu
sa cortice: quo mox intumescente, & in uirides alabastros figurato sensim adrubescit & pandit̃.
In medio calicis lutea stamina sub quibus semen insidet. quæ pprie flores dicunt̃, Desitũ est se/
ri semine cũ alioquin possit. qm̃ sero ita nascatur. Genera eius ppe nimia. Celeberrimũ pnestinæ
quæ nouissime deficit. Cãpanæ quæ præquox est. Milesiæ cuius color ardentissimus: Serotinæ:
duodecim folia nõ excedẽtis. proximã facere trachiniã minus rubentẽ: mox alabandicã uiliorẽ,
albicãtibus foliis. Vilissimã pluribus sed minutissimis. spermoniã malo Pliniũ sic legi q̃ spino/
lã aut spinosã. Ita. n. siue ꝙ minutissimo folio siue ꝙ uilissima sit oĩum rectissime uidetur appella
ta. Sunt qui sycioniã legendũ putent. nulli folia quinis pauciora. Cãpaniæ centifolia tribuitur.
Et Philippis in græcia a Pangeo mõte uicino translaticia numerosis foliis ac paruis: nec tñ talis
odoratissima: nec cui latissimũ, maximũq; foliũ: Ideo nec coronas intrat cẽtifolia, nisi extremos
uelut ad margines. De lichny quĩquefolia, quæ inter rosas quoq; pũerari solet, & græca seu græ
cula uocari, suo loco dicetur quinquefolia. Est & alia græcula appellata cõuolutis foliorũ pani/
culis nec dehiscens nisi manu coacta, sempq; nascẽti similis, latissimo folio. alia funditur e caule
maluaceo folia oleacea hñs muscetõ (ẽ ubi acetõ legatur & mosceuton a ppagine uiuiradiceue
quã græci mosceuma dicũt) uocata. atq; inter has media magnitudine autũnalis rosa quã Coro/
neolã uocamus in rubo natã iocundi odoris: sed angusti, ut in cynosbato monstrauimus. Reli
quæ sine odore hoc est maluacea & duæ græcule. Semẽ rosæ in ipso cortice est, sub flore optũ la
nugine. precox rosa emergit si pedali scrobe ad radice facta calidã infuderis, germinare incipiẽ/
te calice. In Hispania Cartagini præcox rosa hyeme tota uisitur: unũ genus inseritur pallidæ spi/
nosæ: lõgissimis surculis quinquefoliæ quæ grecula altera est: nisi quis hoc quoq; loco spermo/
niæ nõ spinosæ legerit in Plinio. Satis ambigo Coroneola sit Cynosbati an Cynorhodi flos.
q̃q̃ Cynosbati magis puto. Cynorhoda porro syluestres rosæ sunt, spõgiolis penicillisue inter
medias eius spinas nascentibus unico aduersus expauescẽtes aquã a morsu Canũ remedio: Nec
fere añ Pliniũ Cõperto: uñ nouatũ ei nomẽ crediderim: q̃q̃ Aristoteles hãc uidet̃ appellasse Cy/
nacanthẽ hoc est caninã senticẽ cantaridũ feracẽ ut dicemus secũdo libro in mẽtione Cãtaridũ.
Est & cynorhodos alia sed liliũ ut mõstrabimus. Nihil dubito cynorhodon aliud eẽ q̃ Rhodo/
daphnem: eẽ aliquos flores rosis colore similes arboribus in externo mari natis auctor est Theo/
phrastus. Columella punicã rosam uocãdo, aut rubẽtẽ, aut ex africa trãslatã significat. Rosam tri
plex comitatur fabula. nõ nisi cãdidã p initia fuisse: mox uulnerato Veneris pede: dũ Adonidi
quẽ Mars zelotypus interfecerat, opẽ latura pcipiti cursu p dumeta rapit̃, adrubuisse. alii sangui
ne cupidinis ut Ausonius, alii nectare affuso ala cupidinis in deorũ cõuiuio lasciuiẽtis illisa po
culis.

RHODIDES CXXXIX

LYCIVM CXL

Ycium tũ spina ipsa, tum succus ex ea dr̃ pyxacanthos chironias ĩn græcia uocat̃: fru/
l tex uñ lyciũ fiat adulterat̃ asphodeli radice. Itẽ spina in pelio mõte nata: medicinæ ap/
tissimũ intelligit̃: ꝙ est spumosum. Indi Camelorũ aut Rhinocerotũ (hi boues ægyp/
tii sunt) ut festus ĩquit, utribus cõdunt. lyciũ foris nigrũ intus ruffum, cito nigrescẽs: cũ fregeris
optimũ ex ĩdico frutice. aliter Dioscorides lyciũ ex radicibus quoq; syluestris Rhamni coctis cõ
ficit̃. Nomẽ lycio inuẽtũ puto, qm̃ e lycia inueheret̃: pcipuũ urbe patara: q̃q̃ indicũ oĩbus pfert̃.

ACACIA CXLI

a Caciã fundentẽ idẽ uideo accepisse auctores cũ spina ægyptia testis Oribasius & Aetius
nisi ꝙ acacia ẽt aliubi q̃ in ægypto nascit̃. hæc & syria quoq; spina dr̃. In ægypto alba ni
gra & uiridi arbore cõspicit̃ arbor tota horret aculeis excepto caudice. ptẽdit eos & germinibus

& foliis:ligno in duodena sæpecubita procero. Cæditur tectis & nigra, nauiũ costis incorrupta/
ẽt in aquis ui. Candida facile putrescit, semẽ in Siliquis ad coria perficiẽda gallæ usu. flos & co
ronis addi blandus & medicamentis petitus. Manat & gummi ex ea, cũ sponte, tum plaga, nõ
e cortice sed e uase. præcipua utilitas q cæsa anno tertio resurgit: numerosa omnino arbor: ingẽ
ti sylua eius thebaica p̃fectura: ubi & olea & quercus & textilis persica, puenit & in Galatia teneri
tudinis summæ spinosior arbore colligitur autũno semen qm̃ collectũ maturius nimis uehe//
mens. spissatur succus ex folliculis aqua pluuia, maceratis mox in pila tusis exprimitur. Tum den
satur in sole mortariis i pastillos Acacia uocat̃ arboris uidelicet suæ noĩe. Fit & e foliis per se mi
nus efficax. Galaticæ acaciæ nigerrimus improbatur. Itẽ qui ualde ruffus. placet purpura aut leu
cophea: & quæ facillime diluitur. Nunc acaciam ex syluestri pruno colligit officinarũ desidia.
Illud meminerimus semen ægyptiæ a Dioscoride lupino simile Reddi, põticæ, seu quod idẽ
puto, galatiacæ lenticule. Plinius nihil distinguit. Sed utrunq semen lenticulæ par existimatur
minore tantũ grano & folliculo. Demetrius i ægypto spinã q̃ sit arbor ramos corõarũ specie na
tiua effundere in quibus semen rotũdũ sit flore sub obscuro, ex hac Tindiæas & abylæas coro/
nas in ægypto fieri docuimus in myrto. spinã porro ægyptiã sunt qui & arabicã uocarint, ut
Dioscorides & Galenus. Non est superfluum ut spinarũ hoc loco genera subiiciã, quæ noĩs cõ
munione græci, legentibus dubitationẽ afferũt. Acanthos siue q idem ẽ spina uulgaris ut qui/
dã coniectant̃, acãtha: pyxacãtha. oxyacanthos, leucacanthos. acanthaleuce: tragacantha: acan/
tha arabica uel ægyptia. acantha indica. acantha ariana. acantha babylonia siue regia, addũtur
a latinis: spina sitiens: spina pennata in ægypto, spina appẽdix, spina bunia, diuersa oĩa, decem
& septem numero. Accedat iis Galatica siue Pontica siue Cappadocica: de qua proximo capite
differitur, nam siluestris quæcunq spina calabrix uidetur esse noĩata.

ACACIA ALIA CXLII

a Cacia hæc a Plinio Galatiæ tribuitur.

AMVRCA CXLIII

Nter innumeras amurcæ laudes agricolarũ usibus a Catone prædicatas illa maxime
i memorabilis q ligna macerata liquore eo nullius fumi tedio ardẽt. Græci amorgen
uocant: ẽt fecem qñq uini. Itẽ genus herbæ purpureæ: qua uestes tingant̃ amorginæ
a græcis appellatæ. Sed & tenuissima pars harũdineæ pãnuculæ dr̃ amorgis. auctorẽ hẽo pho/
tionem grãmaticũ.

VITEX CXLIIII

Gnos siue ut Hippocrates appellat agne: dr̃ latine uitex. nõ habeo tñ plane cõpertũ an
a salix amerina idem q agnos uitexq sit, ẽt si Dioscorides hoc affirmat. Et ip̃e ita censeo
Vitex non multũ a salice uulgari distat usu uinculorũ foliorũ quoq aspectu, nisi odo
re gratior esset Semen potũ uini quẽdã saporẽ habet. Duo genera eius maior in arborem salicis
mõ assurgit: flore candido uñ candida quoq dr̃. minor ramosa foliis albioribus, lanuginosis
purpureo flore nigra nũcupata. nascunt̃ in palustibus cãpis. semen uiticis Galenus mandi cum
bellariis solere scribit usu tragematis. ita. n. minus officere capiti. Lygon lygeanq græci uocãt
& arborẽ & quoddã herbæ genus: q ut inqt atheneus in nidos suos pariturі cygni ferant. Nec
tñ satis habeo cõpertũ: hanc, quã cygni petant, herbã aliud genus oportere intelligi q̃ uiticẽ. In
uenio & scopas amerinas spartis similes describi folio tñ minore. sed lenticia uirgularũ maiore
quas sunt qui genistillã amerinã uocitẽt hoc tpe. Corolla e lygo usos esse ueteres Anacreõti poe
tæ credimus: cuius originẽ samii caresq dederint diuersis causis. Nã & lacedæmões arũdine cer
tis sacris ut auctor est Sosibius coronabant̃. Aristophanes quoq auctor est, coronas ex arundine
factitari solitas athenis: quas & dioscuris hoc est Castori & Polluci dicatas fuisse cõstat ut fruga
les atq simplices. Lygõ & ægylin qñq dici lego. Itẽ mosyn & oesyan & oeson & oesocarpon
ut Polluci & photioni ur̃. unde gerra oesyma hoc est quadrata quædã tuguriola ex huius sali/
cis uiminibus: quæ ligella quoq noĩant̃ a Plauto in Aulularia forte a lygo id ẽ uitice aut a ligã
do. Adiiciendũ illud uidet̃ q hic a Dioscoride scriptũ est. uiticẽ a quibusdam lecristicũ uocari,
putare me in eo uerbo mendũ esse. Nec lecristicũ sed a similitudine saporis & acrimonie ligusti
cum legendũ. Nam & piper agreste dici uiticem idem auctor affirmat.

SALIX CXLV

Rbor breui fere & cõtorto caudice, & ut nouimus, aquatica. Iteã græci uocãt. Asia tri/
a bus generibus hanc diuidit. prima nigro Cortice aut puniceo, nigra noĩat̃. Scd'a cãdi
do cãdida uocata. Tertiã coactæ breuitatis & spõte naturæ Pumilã fœcũdo ut qdã pu
tãt fructu helicẽ appellãt Arcades. Virgas ad nexus ẽ nigra cõmodiores & pulchriores e candi//
da spissiores & agricolarũ utẽsilibus aptiores eẽ. Plinius apud nos quoq tria salicis eẽ noĩa com
memorat. Viminalem eandemq purpureã uitellinã a colore luteo graciliorẽ priore: gallicam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

quæ sit tenuissima. L. Columella grecã, gallicã Sabinãq; reddit. græcã flaui coloris. gallicã obso
leti purpurei tenuissimiq; uiminis. Sabinã gracilibus uirgis atq; rutilis, quã plurimi uocãt iquit
amerinã. Plinius græcã rubentẽ, amerinã candidiorẽ asserit. Porro quã dixi uitellinã in exẽpla/
ribus nicellinam & itellinam corrupte legimus. Inuenitur & alia distinctio, pceræ uineis iu/
gandis pticales uocatæ balteo corticis uincula p̄bentes. aliæ p̄tenues a uiminibus appellatæ ui
minales, aliæ uirgas sequacis ad uinctũ lẽticiæ ferẽtes. aliæ corbibus & supellectili uillicæ firmio
res candidioresq; detracto cortice: leuiq; tractatu: mollioribus inde uasis q̃ e corio & cathedrarũ
delitiis aptissimæ: fructũ Salix fert, abeũtẽ in araneã anteq̃ oĩo maturitatẽ sentiat. ob id ante ma
turitatẽ colligit̃ dicta homero ὠλεσίκαρποσ hoc ẽ frugipda: una tm̃ pditur ad maturitatẽ pferre
solita in Creta insula, ipso descensu Iouis spelũcæ torũ ligneũq; magnitudine ciceris. Succus
Salici triplex. unũ arbor ipsa, gũmi modo sudat, alter cortice triũ digitorũ magnitudine ablato
manat, tertius detruncatiõe ramorũ a falce distillans. Salix fertilior & densior recisiõe fit ac tõsu/
ra ex breui pugno ueriusq̃ ramo, putẽu certissimo. tertiũ locũ in æstimatiõe ruris. Cato ei tribuit.
Salictũ nõ hoc tm̃ seruio grãmatico significat q̄ oliuetũ, arbustũ, uinetũ: sed & uirgulti quoddã
genus dictũ ita q̄ saliat surgatq; cito, ut lupũ fortasse salictariũ itelligat de quo suis locis egimus

OLEA SYLVESTRIS CXLVI

Leaster græce Cotinos appellatur. syluestris olea fœcũdior satiua q̄ fere syluestres hñt
o ceu cura fertilitatẽ minuere. mãsuescere hãc tractatu decisis circa taleis aut oĩno transla
tione mitem fieri uix põt adduci Theophrastus ut credat. sola hæc arborũ cũ olea tere
dinẽ sentire nõ dr̃. ex oleastro marculos breuiores & rerebris uaginas sicut ex, buxo, ulmo, fraxi
no aq folia factitatas, pdunt. Est & in appennino frutex uocatus Cotinos ad liniamẽta mõ con/
chilii colore insignis. Sed hoc ego non oleastrum esse puto sed oleastellum & oleam cilibracam
a Columella noĩatam: cuius & ipse Dioscorides in chamælea meminit. Photion oleastrum qñ/
q; dici phauliã existimat. Certe phaulia oliuæ genus ẽ columellæ. Plinio græcis omnibus.

OLEA CXLVII

Leæ medulla tam incerta, ut non in medio haberi, sed p totũ lignũ sparsa uideat̃, radi
o ce pua uelut lacinia ex medio tẽdente: cæteris grãdibus & cancrorũ similitudine con
tortis. pprium ei malũ congros ẽt si deriuat̃ in alias quoq; id nomẽ. Sũt qui affectum
eũ premnon, crotonẽ alii cognominent. supina foliorũ huius contra q̃ cæterarũ, candicãt ma
gis q̃ prona minusq; sunt leuia: q̄ & cũ hedera cõe est oleæ: i Syria & aliubi congestũ quasi uuæ
mõ fructũ ferũt ubertate soli Oleã utiliter & probe defloruisse dicimus, cũ flores eius caduci ue/
lut pforati repiuntur. nascitur modis oĩbus extra q̃ surculo. ex huius nucleis quos sansas uoca/
mus syluestrẽ oleam, puenire Theophrastus scriptũ reliquit. Sansam sunt qui ẽt naucum dici ue/
lint unde uerbũ nauci facere qñquidẽ & fullones ob uilitatẽ artis nacæ dicebãtur ut nunc mesi
tas & pxenetas sansarios & ossarios uocamus. Quidã pro nugis naucũ alii oĩa fere opera ex lana
græce nacas dici uolunt. Ipm quoq; nucis sed & oĩum rerũ putamen alii nucleũ malunt in grã
dis alii mediũ illud uelut dissepimẽtũ. Glossematoriũ scriptores fabæ grani q̄ hæret in fabulo.
quidã ex græco leuem hoĩem in eo uerbo significari putauere. In mari rubro uiuit olea quæ uo
catur arabica baccis fere nostratibus, fungos, cũ largi ciderunt imbres: educãs: qui tacti sole in
pumicem durant̃. Ex qua manet lacryma inhibẽdo uulnerũ sanguini expetita medicis. In sinu
heroo lapidis specie ut thynum & laurus cubitorũ triũ magnitudine. Ignẽ olea quãuis optime
subditũ excipiat q̄ spissa & pingui natura sit: Igniariis tñ ineptissima ẽ. una maxime oĩum olea
regerminat in opere. uitã oleæ Theophrastus, ducẽtũ annos longissimã esse tradidit. si olea con
sitũ in confinio quercetũ habuerit: non solũ non feret, sed ẽt fugiet, itrorsumq; se in fundũ abii
ciet. Vt cradæ fico, ita thaleæ tribuũt̃ huic arbori utiq; apud nos. Græci ut iquit Pollux Thalos
non oleagineos solũ sed uitigineos quoq; ramos noĩant interdũ. præcidũt, Varro inquit, eam
de tenero ramo æquabiliter ex utraq; pte circiter pedalẽ. Sunt qui sclauolas noĩent. Eresionẽ por
ro Athẽis siue iresionẽ uocabant plantã oleagineã uelleribus & corollis inuolutã unde & no/
men cõtra pestilentiã foribus imponi solitã ut ẽ apud aristophanẽ. hanc & corythalion dicebãt.
etiã si pro laureo q̃dã ramo capiunt in eundẽ lustrationis usum. Credo huius quoq; ritus apud
Romanos uestigiũ fuisse, cũ ita legamus apud Festum. plãta oleaginea uirga ĩquit foliata est ex
olea deplantata. Nam & februa quoq; lanæ sunt & arborum rami apud nos: quibus redimiti sa
cerdotes expiabant domos: quod deinde nomen ad omnia purgamina translatum est: auctor
Ouidius. Morbus & ille proprius præter uermiculationem Elos uocatus hoc est clauus ab aliis
mices atq; lopas hoc est fungus & patella ceu quædam solis inustio q̃q̃ patella in ficu morbum
significat: qui nimios propter imbres Radici contrahitur in olea, & Arachnion uocatur affectio
hoc est aranea fructus absumens uermis, sub corio prouentum adimit inuicemq; adiuuat.

ſi naſcatur ad nucleum: nulla poſt ficum arbor uredini magis obnoxia eſt. carpæ appellantur in oleis uermiculi flatibus auſtrinis creati ut ipes ĩ uitibus: Eſt & impetigo peculiaris ei morbus ut ſcabies fico, & uitibus fluor. oleã græci Eleã uocãt. nr̃i qñ ꝗ Termitẽ qcq̃ ita & ligni uermes dñr. optia erat olea ueteribus licinia ſiue liciniana. pauſia ſecũda oleo. eſcæ orchas. Varro grãdis inquit olea uocatur orchitis a ſimilitudine ut credo Teſtium: antiquitus archemora. Minus iis gratæ ſunt regiæ & radii uocatæ. ſunt & alia earum genera: quæ ambitioſum ſit proſequi, cum & ſexto uolumine Columella & Plinius quintodecimo naturalis hiſtoriæ, nihil fere indictũ reliquant. hanc arborem nõnulli exiſtimant ultra ſexageſimum a mari aut non uiuere, aut non eſſe feracem. Sed in quibuſdam locis recte prouẽit. olea Mineruæ ſacrã ut Ariſtophanes & iulius pollux inquit, græci moriam uocabant in academia ſatã, ut in olympia naſcentem oleaſtrum calliſtephanõ quia olympiæ uictores ea coronarentur ut ait Pauſanias. Nam Secos fructiferã oleam in poetis ſignificat Photioni. Dicitur & callielæa quam nos ſatiuã, ut ab oleaſtro differat, quam uocant agrieleam. Celebratur & cognominata ſtrepte ab intorta ſpecie. Sed ea loci nomẽ eſt circa Epidaurum adiecta fabula eueniſſe ita ei circumactu manus hercule illas meãte. Nam & clauã eius ex oleaſtro uolunt reuerſo ex hyperboreis fuiſſe, ignoto prius græciæ: quæ mox ſpõte refloruit apud Troezenios aut certe ad Alpheũ amnẽ. ſi Pauſaniæ credendũ eſt hoĩ quidẽ ſatis docto ſed ſuperſticioſo diui Adriani & Antonini utriuſq; tpibus. In eadem gẽte ſtreptos Rhachos uocant locum oleaſtris frequentẽ uerſus mare: quod eorũ cõſuetudine qcqd ex olea relinquitur inutile, rhachos appellabatur. In arcadia ſpectari ſolitã Pauſanias affirmat arborẽ e cuius radice una ilex & olea naſceretur in quodam fano. Syracuſis ut Diodorus auctor eſt, in frondibus olearum ſcriptis optimatum nominibus diſceſſione facta irrogabatur quinquennale ciuibus exiliũ, de quo argumento genus id mulctæ petaliſmus appellabatur, ut Athenis oſtraciſmus.

OLIVAE COLYMBADES CXLVIII

o Liuæ Colymbades ideo uocantur quoniã oleo ſuo puræ hoc eſt ſine accerſita cõmendatione innatant: & quaſi urinabundæ fluitant, halmades autẽ dicuntur quæ muria ſeruantur, etiam ſi quidã græci confundere nomina. Sunt & netrides appellatæ quia natent apud Iulium pollucem. Idem auctor & cotinadas nominant, quas & Phaulias & trambelos dici tradit. Medicinæ quæ a Dioſcoride ſubruffis redduntur tributæ candidis a Plinio uidentur. Caſtigandi ſunt in auctoribus loci colũbares pro eo quod colymbades imperitia librariorum ſcribentes. Genus alterũ oliuæ cibariæ græci thlaſtas & pyréas & pityrum ſiue pityridas hoc eſt nucleos & freſas & furfuraceas appellant. in hunc uſum ſtringuntur ante q̃ præmaturæ ſint: Epityra falſo dicta, cum ſit Epityrum ut Varro inquit ſiculum Edulium: de quo dictum eſt alibi pleniſſime.

OLEVM SYLVESTRIS OLEAE CXLVIIII

d E oleo ſylueſtris oleæ dictum eſt ſuperius.

OLEAE AETHIOPICAE LACHRYMA CL

o Leæ ethiopicæ lachryma in precio eſt. ſit hæc arabica: quæ & ipſa dotaẽ lachryma, nondum conſtat mihi: quanq̃ puto eandẽ eſſe. qm̃ in arabici ſinus deſertis tribus inſulis ut iquit Strabo naſcitur. ut cũq; in Arabia ſtillat eam olea: qua medicamẽtum cõficitur Enhæmon appellatũ ſingulari effectu cõtrahẽdis uulnerũ cicatricibus. ſunt q hoc eẽ putẽt gũmi genus illud quod recentiores Elemi quaſi enhæmi appellant: ad oſſa etiam fracta caluæ conglutinanda cantatiſſimum. poro uerbũ enhæmon non huic modo rationi conuenit: Sed, emplaſtris omnibus quæ cruẽtis protinus iniiciũtur uulneribus ad reprimẽdas inflãmatiões & inhibẽdũ ſanguinẽ: quod genus & alipenon & catagmaticõ & collecticon uocaẽ. qm̃ medicamẽtis minime pinguibus conſtat. oleæ aũt hæ in arabia naſcũtur in maritimis & fluctibus æſtuq; opiũtur rubro mari, ut in olea demoſtratũ eſt: nec baccæ nocetur: cũ cõſtet & in foliis ſalem re liqui. oleaſtrum quoq; ipſum ueteres oleam uocabãt æthiopicã teſtis eſt Dioſcorides.

QVERCVS CLI

p Linius glandiferas arbores una uoce comprehẽdi poſſe negat latino ſermõe quemadmodum græco poteſt δρῦωσ & ãtiqua uoce Saronos a qua Saroniacus ſinus & ſaron in arcadia nemus trans ladonem fluuium quibuſdam ut Theodoro gazæ roboris appellatiõe contineri poſſe omnia ea genera uideãtur. Sane græci dryos uocabulo etiã oẽ lignum ſignificat unde gerandryon pro ueteri & ambuſta q̃cunq; arbore accipitur q̃ſi uetus ramale Perſius. Ergo roboris quaterna genera: Quercus: Robur: Aeſculus: Certus. quæ græcis illis rñdeant: hemeridi: ægylopi: ſhaliphloe. platyphyllo. ut ſit q̃rcus hemeris. platyphyllos æſculus. ægylops cerrus. Sed nũquid haliphloeos robur ſignificet: nõ habeo cõpertũ. Theophraſtus certe agriam dryn appellat: q̃ nr̃i robur iterp̃tãẽ, ut i galla diſſeruimus: nec mior hic q̃ i pinu difficultas: q̃ q̃

bus græcis latina cõgruãt,nos utroq; loco tm̃ laborauimus,q̃ntũ uix ipſi qui ꝓdidere.Quidã q̃
tuor ſupradictis duas addidere ſpecies phagũ & Ilicẽ. Sed toto gẽere diſtãt,ut cognatæ potius
q̃ congeneres habẽdæ ſint.hemeris ſane Homero nõ quercũ ſed uitẽ ſignificat:tu photiõ teſtatũ
eſſe uoluit.Sibari qui nũc Sibari thurii dicũtur,quercus fuiſſe traditur in oppidi conſpectu,frõ/
de Perpetua Varrõis & Theophraſti teſtimõio.quæ nec germiare cũ aliis,ſed ab ortu cãiculæ ſo
lita ſit.Rarũ ẽ qui ſata quercus deterior eueniat.Dulciſſima glãs hemeridi poſt phagũ. In orbẽ
hæc comat torqueturq; in alas,crebro ramorum ſinu caua. Materies ualida. Macedones,quæ
glandem dulcem perducat, Etymodryn hoc eſt quaſi ueriquercum appellant.Naſci Quer/
cus in rubro mari glandiferas tradunt.Naſci & in noſtro propiores terræ ſuper lapides atq; te//
ſtas, ſine radicibus,ſed patellarum modo adhæreſcentes. folio carnoſo craſſo atq; oblongo
myricæ ſimili accedentis ad purpurã coloris.Magnitudo arboris tota Paulo amplior ſeſquipe
de.hac tingi mulieribus lanas.Ramis earum adhærent conchæ quedam & caulibus parte ima,
ubi & beſtiolæ populãtur:naufragis & urinãtibus comperta hæc. In Luſitania profundo ma/
ri quercus glandiferas innaſci unde thũni ueſcantur:auctor eſt polybius:ob id thũnos qui di/
cat marinos eẽ porcos,minime diſceſſerit a uero:ut inquit athenæus.Carinas nauibus quernas
ſubiici præcipiunt maxime triremibus.abieti aut pino larici uocatæ ferruminati quercus nõ po
teſt.Inſociabili natura,ꝙ hæc ſpiſſa corpore ſit:illæ textu raro.In ſeptẽtriõe haud procul Caucis
circa duos præcipue lacus littora ipſa obtinent quercus tãta magnitudine ut ſuffoſſæ fluctibus
aut flatibus propulſæ,uaſtas complexu radicum inſulas afferant.Itaq; libramento eo ſtantes na
uigant:Ramorum ingentiũ armamentis ſæpe territa romanorum claſſe noctu & prælio contra
arbores quoq; inito.De hercinæ ſyluæ miraculis nihil attinet dicere niſi ꝙ magnitudine inſi/
gni robora ibi creſcere concupiunt.E glãdiferis ciuicas coronas necti mos erat:quæ omnibus
anteferrẽtur.Ciuica iligna primo fuit.poſtea placuit ex æſculo Ioui ſacra. uariatumq; & hoc cũ
quercu eſt:ac data quæ ubiq; fuerat.Non puto prætereundum Alexandri macedonis inuẽtum:
ſeruandæ niuis in ſcrobes ubi ea ſit: cõiectis e quercu ramis: Saronicus in peloponeſo Plinius
inquit ſinus eſt.olim querno nemore redimitus: unde ei nomen.ita græcia antiqua appellan/
te quercũ.Pauſanias ab ſarone qui poſt althipum regnauit ſinum eũ dici uoluit.

GLANS

Lans græce balanos,ut Varoni placet præfertur omnibus hiberica:fago dulciſſima: CLII
g poſt hemeridi.Tum platyphyllo.deinde haliphloeo. Platyphyllos hoc eſt latifolia
poſt cerrum excelliſſima & rectiſſima.Sed poſt haliphloeon uſu edificiorũ deterrima,
nec utilis carbone.Macedones latifoliam intelligunt amaræ glandis:quam æſculum quidã in/
terpretantur.æſculum porro ab eſu dictam miremur cum diphtongum ae requirat:In qua uer/
miculi naſcentes priuatim galbæ nominantur. ab æſculo æſculetum ut a quercu querquetum.
Vtruq; locus romæ fuit:unde querquetulana quoq; porta quæ a uiminali & cauilaria nõ diſcre
pat, etiã ſi ab auibus querquedulis:quas.M.Varro & columella cercidas uocari græce dicũt,
uideri poteſt appellata.haliphloeos ſalſicortex a theodoro dicta.poteſt & recticortex, quia non/
nulli apud græcos euthyphloeon eam uocent.Craſſiſſimus huic codex & plerunq; fungoſus
& cauus,peſſima carboni & materiæ:nec putreſcit alia etiam cum uiuit quin & fulmine icit ſæ/
piſſime,tametſi altitudine non excellat:Ideo lignum eius ne ad ſacrificia quidem uri fas erat a/
pud æoles.Sphagnon ſiue Splachnon ſiue Phaſcon appellant itemq; bryon,pannum quendã
mucoſum pendentem ex ea quaſi uillos ut in Cerro,ſed nigriorem breuioremq;.utũtur arbore
macedones ad axes & id genus utẽſilia.Glans eius rara & inguſtabilis animalibus præterq̃ ſuil/
lo generi ut plinius exiſtimat ac ne ſui quidem ſi pabulum aliud habuerit:quod quidem Theo
phraſtus aſpridi hoc eſt macedonicæ cerro tribuit.Eſt autẽ aſpris rara & improba glande ſterilis
quæ caput tentet mandentium ut iligna.Cerrus ægilops a grecis uocatur glãde omnium ama/
riſſima.Rariſſime naſcitur in cultis:pannum quem dixi phaſcon:longitudine cubitali:branchi
arum ſimilitudine,mucoſum uilloſumq; ferens.Naſcitur e cortice non e ſurculo, unde glans.
nec ex gemma.ſed e ſuperius nodorum a latere.lignum rectiſſimum excelliſſimum leuiſſimũ,
per longitudinemq; robuſtiſſimum.Edificiis ineptum aſpridis ſi dedoletur.Ideoq; rudi dum
taxat utuntur.damnatum & carbone:qm̃ exiliat:Scintillaſq; edat.Aerariorum tantum officinis
compendio:quia flatu deſinente protinus emoriens ſæpe numero uratur.

FAGVS ET ILEX

Agus ea ut quidam ſcripſerunt quæ in tenuiſſimas ſecatur laminas glandifera non ẽ. CLIII
f Ideoq; duo genera ſiue nom na fagi ſunt glandem ferentis materie ſcabra quam græ
ci phegon appellẽt ut fructum quoq; Hippocrates & alterius quam græci oxiam, lydi
myſon olympo eorum monte, copioſam unde myſi populi ut Strabo inquit & euſtathius.No

fti sciſſimam appellant ſectilem in laminas ſimlemq; abieti. Syluestrem nunq̃ ut macedones arbitrantur floretem,erectam,leuem,enodem,liguo colorato,robuſto,neruoſo,folio craſſo, bifido,longiore q̃ piri.extremitate aculeato radicibus nec multis nec altis.Fructus glandis effigie leuis.Includitur calliculo echinato quidem ſed blando nec hiſpido ut in caſtanea,cui tñ ſimilis eſt dulcedine ac ſucco.Naſcitur eadem cédida.Sed in montibus utilis ad carpenta,lectos ſubſeuia:menſas:nauigia:campeſtris nigra & ad hæc minus petita. Fructus utriq; ſimilis i aqua durat æuis ut robur,atq; ita firmior quoq; redditur.humidiſſima hæc & fraxinus: Quamobrem e duabus his lectuli qui fierent.incuruantur cedentes põderi.minoribus ſciſſima nauibus commendatur ad carinas, Ité ad teſtudinem plauſtrorum quoq; uectabulorumq; uilem fabricam, ſpecie uiſenda prouenire in agro latino ſolita auctor eſt Theophraſtus tanta lõgitudine ut nauibus ethruſcis pro carina ſatiſfaceret. Sũt qui oxyam interpretantur ornum·Ilex uero prinos græce dicta poſt occaſum uergiliarum fructificat & anno proficit ut putant arcades.ſimul.n.antecedentem fructum nouus occupat,proptereaq; a nõnullis inter biferas deſcripta. Radix ilici multiplex & ut ſyluestri altiſſima,folio roboris minore aculeato;læuiore cortice. Arbor de ampliſſimis ut robur materie ſpiſſa & robuſta ,ſed quæ frangatur ac diſſiliat ſpõte ſua ob id pericles boeotios Ilicibus dixit eſſe ſimiles,ut eſt apud Ariſtotelem qm̃ ipſi ſe conficerent inteſtinis diſcordiis. Glans exigua & præter glandẽ puniſeũ granũ.ſua hæc. hyphear & uiſcum in ramis ut aliéa ſuſtinet.a ſeptentrione uiſcum:a meridie hyphear.hanc & aquifoliam uel aquifoliũ uocari puto ſiue paulo ab ea differenté.Theodorus aquifoliã appellat:quã Theophraſtus ariã ſiue agriã ſiue Narycan:ſyluestrem:& cui folia nunquam decidãt.Ita.n.dores uocant inquit quã arcades phellodryn,ſempiternæ frondis arborem:mediamq; inter robur & ilicem . Sunt qui phellodryn aliud negent eſſe q̃ ilicem feminam:ut ilex ubi deſit,utantur hac in carpentariis precipue fabricis,quod & Lacedæmone faciunt & Elide.lignum intuſq̃ ilici candidius ſed fuluius q̃ robori. materia quoq; durior,ſed q̃ ilici ſolutior in opere.folium ſimile ſed iligno maius & querno minus.ſpecioſior medulla q̃ ilicis:fructus minimis glandibus.æqualis acylon uocatur.quẽadmodum & iligneus.Nam balanos ſiue glans robori propria tribuitur.acylon certe lydi genitale ipſum uocant:quemadmodum & balanos pro glande colis dicitur.Plinius contra q̃ Theophraſtus phellodryn uidetur eãdem exiſtimaſſe cum ſubere:quod & phellos dicatur :In feminarum calciatus utilé hyberno tpe,ob id mulieres ſacete a græcis arborũ cortices uocari. Eſt autẽ ſuber arbor procera ſine multis ramis ligno robuſto cortice præcraſſo & aſpero in ſenectute, qui ut in picea rumpatur. Sed maioribus fragmentis.folio fraxini craſſiore longioreq; ac ppetuo.glans aquifoliæ,corticem detrahere oportet,ne deterior fiat arbor:qui triennio poſt ſubnaſcitur.ſimulachra e ſubere diis factitata.Sed ſucceſſit in eius locũ palma.hæc Theophraſtus,at Plinius hæc. Suber inquit eſt arbor:glans peſſima.rara:cortex tantum in fructu precraſſus ac renaſcés atq; etiã in denos pedes undiq; explanatus. uſus eius anchoralibus maxime nauium piſcantiumq; tragulis & cadorũ obturamétis: familiaris hæc arbor Theophraſti tẽporibus pyrenicæ.Nec in Italia tota naſcitur aut in Gallia omnino,Sed & illinc naſcitur confuſio ꝙ ſmilacẽ uocari legimus quæ dicatur ilex in Italia & in prouinciis aquifolia,cum ſmilacem Seſtius eandem eſſe cum taxo prodiderit.Recentiores ſunt qui ſmilacen cum phellodrye faciunt eandem haud ferendo errore:etiam ſi ſmilax ilici deſcribitur a Theophraſto ſimilis.Dictum eſt de aquifolia et in crateogono.Vtcumq; ſit.ilicis inquit,Plinius duo genera,ex iis in Italia folio non multum ab oleis diſtãtes a quibuſdam græcis ſmilaces dicuntur,in prouinciis aquifoliæ.maſculas ilices negant ferre.Ilici honos ad axes in plauſtris ſimplicibus hoc eſt monoſtrophis,Item ad iuga lyrarum pſalteriorumq;. Igniaria quoq;.ciuicam ex ilice primam fuiſſe diximus.cui ex æſculo ſucceſſerit dicata Ioui:lignum ex aquifolia cõfractum ac diſciſſum, Tedæ,modo utitur & a græcis i hoc uſu Garbiõ uocari ſolet.hoc & e quercu fit & alio nomine panos & phanos appellatur uulgo quoq; quemadmodum e uitigineo libro factæ lampades,lophiæ dicuntur,& ex arundinibus Elanæ.

CASTANEA CLIIII

Aſtanea uirgeliarum obitu fructificat.græce διὸς βάλανος hoc eſt Iouis glans, uocatur. Cum tñ iugulandis appellatio nucibus tantum Regiis dicata ſit a noſtris.Nuces uocamus & Caſtaneas.q̃q̃ propiores glandium generi.Ideo apud græcos appellantur balani ſardianæ: quoniã ſardibus prouenere primum.Euboidas quoq; a græcis dici quas nos Caſtaneas uocamus,lego.Sed & Caſtaneas primo dictas ſcribit Photion,ꝙ ab oppido magneſiæ ꝙ Caſtanon dicat aduectæ ſint.ut forte Diodorus Nuces Caſtanaicas in de nominarit. Quid ſi a caſtitate,cum Plinius ieiuniis fere dicatas eas innuat:Ex iis græci pogonias appellant quæ barbulas quaſdam habent:niſi quis lanatas earum Intelligat.ſunt.n.alquæ pilis hirſutæ.Tiberius Cæſar balanum nomen impoſuit ſatiuis cura multo excellentioribus.plura earum genera.Taré

tinæ faciles: nec operoso cibo figura planæ. Balanitides rotūdiores, purgabiles maxime ac spō
te prosilientes. Salarianæ puræ ac planæ. Nam tarentinæ minus iis tractabiles sunt & Corellianæ
laudatiores & Meteranæ ex correllianis factæ, Rubenti cortice. Triangulæ & populares nigræ:
quæ uocantur coctiuæ, minima laude patria commendatissimis Tarentū & in Campania Nea//
polis. Cæteræ Suum pabulo nascūtur scrupulosæ corticis: intra nucleos quoq; ruminatione.
Armatum castaneis echinato calice munimentum quod inchoatum glandibus, trini quibusdā
partus ex uno calice. Cortex lentus: proxima corpori membrana & in iis & in nucibus. Saporē,
ni detrahatur infestat. Torrere has in cibis gratius. molitura etiam præstant Ieiunio feminarum
ut ait Plinius q̄dam imaginē panis & ubicunq; fruges aliæ deficiūt, ut in Bergōatis agri mōtāis.

GALLAE CLV

Allæ a græcis cicides dicuntur ad coria utiles hemeridis. Cerri, Platyphylliq; hoc est
g latifoliæ nullius ferre usus: q̄q̄ similes hemeridi tantum læuiores. genera faciunt medi/
cinæ utilia. solidam, perforatam, albam, nigram maiorē, minorem. Galenus onocici
das hoc est quasi asininas a rusticis uocari Gallas eas scribit: quæ fungosæ flauæ atq; magnæ sint
minus efficaces: Vis omnium similis. optima comagena. nascitur autem galla sole de gēinis exe
unte. Erumpens noctu semper uniuersa: crescit uno die cādidior. &, si excepta est æstu, arescit, pti
nus. neq; ad iustum modum grandescit hoc est ut nucleo magnitudinem fabæ impleat. nigra
eademq; Resinacea: diutius uiret interdum mali amplitudine. detetrima ex robore: signum eius
q̄ cauernæ translucent. Galla nigra sine oleo flagrat; Robur gallam fert minorem: & alteram ut
dixi Resinosam atq; nigram. Quæ glandem ferunt, omnes & Gallam. Hemeris id est quercus,
optimam & coriis ut dixi perficiendis aptissimam. Fert & nigram tingendis utiliorem. de robo/
re; quam Theophrastus agriam dryn appellat. discrepant sniæ. Aliis semine: Aliis etiā radice, q̄q̄
sero, Aliis trunco nasci contendentibus. Item alii florere eam putant. alii negant sed muscū flo//
ris loco edi credunt: fructificat post Autumnum circa occidentes uergilias. Ramos habet īcondi
tos; crassum corticem atq; scabrum in senecta maxime, ac reliquæ quidem arbores ut cepere, cō/
tinenter germinant, Solæ Robur Abies atq; Larix geminatione terna parturiunt. corticemq; in
ter squamas spargunt ac deinde rūpunt, ob id Trisslepri siue Trisslipi uocatæ ut in Pinu diximus.
hoc est intermissariæ aut trisquamiæ. Robori & Cachrys dicta. quam nonuulli Amentum appel/
lant, innascitur durans Hyeme: de qua in Abiete mōstrauimus: Tardissime Robur cæditur, hye
me ineunte, ante computrescit. Tempestiue cesum durat eius spissatum ut cornu. Nō desunt tñ
qui tempestiuum putent uere cum amentum hoc est cachryn suam gerit. Medullam huius inter
spissa commemorant melandryon uocatam: Aeterna in aquis materia sed dulcibus. Mari putre
scit: contraq; magna pars arborum. hoc tñ & mari utile. Sed nauibus & ædificiis quoq; cæteris,
quæ terra obruantur. carbones e robore annoso & nouello dānant. media ætas in precio est q̄q̄
ut cunq; anteferātur, ex aria, arbuto, picea, presertim metallis argenti.

RHVS CLVI

Hus siue ut Hippocrates Roon a Theodoro fluida uocatur. sterilis femina est. mas fru
r ctificat. Virgas, ut inquit Theophrastus atq; Plinius, fundit Rhus breues & graciles,
folio Vlmi longiore paulo subhirsutoq;, disposito p uersus, ita ut in nouellis ramo//
rum contrariis inter se pediculis germina respondeant. iis candidas pelles conficiunt. Flos in ra
cemis albus, a quo semen collectum lentis & terrebinthi similitudine, rubescens cū uua q̄ uo//
catur Rhus: medicamenti necessarium in eoq; osseum. radix simplex, p summa cespitū cohærēs
ut facile possit uniuersa flecti. Nascitur ubiq;, Sed argillosis potissimum utiq; in Syria. q̄q̄ habeo
unde mihi hoc Rus syriacum, siue ut Columella & Palladius appellant Ros Syriacus, parū di/
stare uideatur ab hoc nostrate, qui frutex excoriarius & rhus erythros a colore subrutilo uocat
Dioscoridi & Plinio: quem Columella rorem sutorium semel dixerit, qm̄ Rhus scytodepsicos
& brisodepsicos dicat, cuius aridis foliis pelles ut malicorio perficiantur, crassitudine digitali,
altitudine bicubitali: q̄q̄ Plinius, nisi librariorum ea sit incuria, cubitali, pdidit. Duo faciūt om
nino græci genera. Magiricon quod additur in opsonia: idest cū Syriaco ut opinor. Alterū q̄d
βῦρσοδεψικόν Id est excoriarium. quandoquidem utrunq; in pastillum ex carnibus ceruinis cō
positum & in pantolmium quoq; dictum requirunt diuersis ponderibus contra dysentericos
& cruenta reiicientes. habetur & syluestris herba foliis myrti, colliculis breuibus: quæ tieas & ue/
nena pellit, Rhus uocata. porro specie, quam Theophrastus supra reddidit: contemplati sumus
Rhum ex umbria perlatum.

PALMA CLXVII

Almæ teneritas processu lignescit. uita in sicco æque ut in humore. Sabulosis salsisq;
p gaudet adeo ut in syria coele, tribus dumtaxat locis, ubi arenæ sint, proueniat: alibi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

cõputrescit etiam si recẽtes earum palmulæ suaues gustu sunt, nouellæ fructu nullo intus ligno edunt postea cum ligno, paucos fere palma ramos habet, scabro cortice præcipue cum senet, medulla omnino nulla: mari tantum flores: feminis statim fructus: e semine suo nascitur, ut coniferæ omnes præterq̃ babylone, ubi & uirga seritur. Tanto ibi unius eius usu: ut extare carmina scribant: quæ utilitates ex ipsa nũero dierũ anni pares esse prædicant. Simulacra ex hac fieri solita ueteribus sed prius tamen e subere, ut diximus alıubi, palma uictoriæ symbolum est quod ut Aristoteles & Plutarchus ĩquiunt non cedit oneri q̃libet ingẽti: Nec intra flectitur pãdatur ue Sed contra pondus resurgit. Ideoq; in coronariis certaminibus fere aliud præmium q̃ Palma non dabatur ut inquit pausanias, etiẽ si græcia quatuor tantũ locis oleastro, pinu, lauro, & apio Coronare uictores mallet palma fumo ĩfestat cremata de quo & Cheremõis poetæ uersũ Theophrastus prætexuit. parit arborum sola fructũ ceu in spica: quod ei siccitatis causa & proprietate quadam naturæ contingit. Fit & in alto Palma fruticum generis fronde corrosa, breui caudice, uirgis rectis parte ima: non in orbem sed in latitudinem sigillatim ambientibus continenti serie, aliquando tamen interrupta: color toti plantæ puniceus. surculis eius natura foliorum acanthinorum qualia soncus & cætera id genus. Sed recti tamẽ sunt hi non ut illis recurui. Palma porro ægyptia quam Dioscorides hic describit, myrobalanon appellatam fert, nullo intus ligno: quæ & adipsos & poma nominatur. Phœnicobalanus niger ẽ, quia maturescere permitit. Myrobalanus uiridis. habetur & Myrobalanus unguẽtaria cognominata, sed generis alterius suo loco indicanda: Quid autem sit Chrysobalanus apud Asclepiadẽ ad ardores stomachi singultusq; adhibita: non comperi. Aegyptia uero ut Solinus ĩquit sitim sedat utiq; ante maturitatem decerpta: Matura sensũ, gressum, linguam retardat & inebriat. Phœnix appellatur græce Palma unde fructus dependẽt Spathæ. palmulas e mari plenes, e femina balanos appellant ut Iulius pollux tradit: qui sumpsit ab Herodoto. Est & phœnix herba ut post constabit: Itemq; musicum instrumentũ ab inuẽtore ita dictũ, siue ut aliis placet qa primũ ex deliaca palma, cubiti eius facti fuerit. ipsos palmarũ cũ fructu termites baia & spadices græci præsertim Dorici appellant. a quo & color equino generi spadix aut spadiceus & phœniceus hoc est palmeus: unde uulgo quoq; baius: alioqui phœniceus ꝓprie is ẽ: q̃ uermiculus & pũiceus uocat̃ ab Eusebio siue Hierõimo in chronicis nomen hñs a phœnice illo qui lr̃as inuenerit. Reperio & parium & balium colores equis attributos. sed pro uario apud Euripidem est balius. Scio & achillis equum baliam uocatum. & equos balias pro celeribus quoq; acceptos a poetis. Nam murinus color a mure dictus ĩ equino genere is est quem græci psaron quasi a sturno appellant. Cerebrũ palmæ Galenus Encephalon. Dioscorides Encardion hoc est medullam uocat quod & esculentum est: palmarum plantam cephalonem uocari Palladius auctor est.

Cephalon

CARYOTAE CLVIII

PAlmulæ Caryotæ celebrantur cibo: Sed & succus earum uberrimus est ex quibus præcipua Orienti uina, Capiti iniqua, unde pomo nomen. Ex his & acetum & mella fiunt, & farina Babylone. nuclei pro carbone sunt. & pabulo quoq; iumentorum aqua macerati. laudatissimæ in Iudæa: nec tota: sed iericunte maxie. q̃q̃ & Archelaidæ in precio & phaselidæ & lybiadæ, gentis eiusdem conuallibus. Dos his præcipua succo pingui lactẽtibus: quodam q; Vini gustu in melle prædulcibus. Tria caryotidum siue caryotarum genera. Nicolai sicciores amplitudinis uastæ ut quæ cubitorum quaternum longitudinem compleãt ab Augusto ita primo nominatæ in honorem Nicolai peripatetici Philosophi, crebro eas ad se missitãtis ut inquit Athenæus. Alterum genus minus speciosæ. Sed sapore caryotarum proximo sorores: unde nomen. Tertium genus nimio liquore madidum rumpente se pomo in parente ipsa quoq; calcato simile: ob id pateton appellatũ. Aristoteles in libro de stirpibus: Eunuchos appellari scribit quoddam genus palmulæ: quod alii enorchos uocent: quasi testiculares ac spadonias.

THEBAIDES CLVIIII

PAlmulæ thæbaides in totum arentes sunt quemadmodum & arabicæ macro corpore exiles & torridæ crusta obductæ uerius q̃ cute. iudaicis ut inquit Strabo suauiores etiam si duriores: nec alio tractu ægypto tota nobiles. in ipsa quid ẽ æthiopia friatur hæc. tanta est siccitas & farinæ modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus folio latiore: Pomo rotundo, sed maiore q̃ Mali amplitudine Cycas uocant. Triennio maturescunt. Semperq; frutici pomum adest, subnascente alio. Hanc palmam chamezelon uocatam a Dioscoride: quam nos pumilam interpretati sumus aliud ab ea genus est q̃ Theophrastus chãeriphem appellat hoc est abiectam & repentem humi palmam folio latiore atq; molli ad uitilia utilissimo de qua in taxo dictum est copiosam in creta. Sed magis in Sicilia. thebaidis fructus extemplo in cados conditur, ni ita fiat exanimatur marcescitq; nõ retostus furnis. Ebenus æthiopi

ca palmarũ generibus fere aſcribitur ut diximus. Syluestris palmæ fructus existimãtur a recẽtio
ribus: quos officinæ Tamãrindos modo nominãt: & quidam a saporis acrimonia oxyphoeni
cas algentis naturæ contra bilem flauam pollentis. Sunt qui folia ei salicis describãt similia. Nõ
inuenio e ueteribus qui de hoc genere quicq̃ prodiderit.

PALMA ELATE

Palma elate laudatur hammoniaca maxime. Tum ægyptia, demum Syriaca, dũtaxat CLX
in locis siccentibus odorata, pingui lachryma: quæ in unguenta additur. Elatem Ga/
lenus tenellũ palmæ germen intelligit. Dioscorides ipsum fructus integumentum. ali
bi genus est ut in unguento Elatino diximus. non ignorauit hoc Secũdus noster: cum inqt pal
mam elatem conferre medicinæ germina, folia, corticẽ. Cato palmam hanc intelligere mihi ui
sus est. Cum dixit odoratum uinum fieri e palma: quam habent Vnguẽtarii. Abies ergo duplex
est: unguentaria & materiaria: uulgo nota unde abiegnæ trabes dicuntur. & Abietarii negocia/
tores atq; fabri ꝑ eo ꝙ est lignarii. Abies quia in cœlum abeat a proceritate uidetur appellata.

MALVM GRANATVM

Punica contorto & breui trunco flore contra q̃ reliquis arborũ puniceo. excipiũt amyg CLXI
dalarum quoddam genus: quæ subrubicundum florem sustineat. De acidæ plãta uel
semine, uinolẽta dulcisq; in ægypto exit in cilicia circa Solos ad Pinarum amnem
ubi contra Darium pugnatum est ut Theophrastus inquit. omnes sine nucleo proueniunt. Sola
hæc & Vitis & Ficus & Malus caudice fisso non emoritur. aculeos gerit in ramis ut paliurus & ru
bi: punicum malum Chartagine laudatissimũ ideq; cognomen: Malum punicum & Romæ
locus erat in regione sexta ut inquit Suetonius: quæ alta quoq; semita dicebatur ut est apud Mar
tialem poetam ubi nunc uidelicet Dioclitiani thermæ sunt. Genera summa duo. alteri nucleus
adest lignosus sclerococcon ob id uocatũ, aleri non adest aut certe minimus ꝙ ex argumento
apyrenon dicitur penultima producta. licet correpta Martiali. Archestratus certe anguillã ut spi/
nis & ossibus carentem solã piscium apyrenon esse cecinit hoc uersu.
ἐγχέλυς ἡ φύσει ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος ἰχθῦς
Quæ autem sit Paulo ægintæ radix apyrani, ex qua recenti discussorum. cataplasma diapyra//
nu contra collectiones fingitur: ignoro. Natura sunt candidiore apyrena & blãdioribus acinis,
qui minus amari sint distinctiq; membranis. Est & alia structura eorum communis, tanq̃ in fauo,
nucleos habentium quinq; species. dulcia. acria. mixta. acida. uinosa. samia. & ægyptia distĩguũ
tur erythrocomis & leucocomis ita nouẽ genera colliguntur omnium. dulcia sæpe intelligũtur:
cum apyrena dicimus, uinolenta nucleum fere paruum habent. Vuam in iis ac ne mustũ qui/
dem. sed Vinum protinus aperuit natura: apyrenis & uinosis. cortex asperior. ex acerbo fit medi
camentum stomatice uocatum. Sicut ex Mori quoq; succo panchristos cognomĩata. Acinos gra
natis totidẽ esse nũero in singulis affirmãt, etiam si magnitudo uariet: modo ex eadem arbore
legantur, satam primum in Cypro malum punicam a Venere testantur fabulæ græcorum: Boe
tii, malum pũicam ibidem ut ẽ apud Callimachum & sidem Hippocrates, Alia græcia rhoan &
rhoean pomum quoq; rhoas & rhoidia & rhoedia uocare solẽt. Inuenio & rhoiadrion uocari a
Paulo in quodam cataplasmate cui nomen aphroditario ẽ. In quod & tus & amylum & squama
æris & cerussa quæritur. Nam aloidarion ex aloe medicina est. Side porro & boetia terra dicitur:
a quo & arbori nomen datum. Quo argumento athenienses ab Epaminũda ĩ sidæ regiõis q̃stio
ne uicti memorantur. legitur & Theophrasto Side frutex quidam ut Atheneus ĩterpretatur puni
cæ malo similis Orchomeno lacu nascens: Theodorus gaza non punicæ sed papaueris simili//
tudine descripsit. Quia rhoeas & pũicam & papaueris genus unum significet q̃q̃ discrimẽ illud
ꝙ pro arbore primæ declinationis nomen est & rhoea non rhoeas dicitur. pro papauere in ter//
tiam refertur. Rhoeas Rhoedis: Theophrastus certe nõ Rhoeadi similem sed rhoeæ dixit. ut cũq;
sit de Sida Theodorus ex Theophtasto ita scribit: Sida papaueris ĩquit habet similitudinem ca/
pite ad portionem maiore. ut ꝙ magnitudinem mali referat nec nudum idest. Sed membranis
candidis obducitur superq; eas folia rosæ cum suis continentur caliculis quaterna herbacea. de/
hiscens uero grana rubra exigua orbiculata ostendit: nec magnopere maiora q̃ miliũ. sapore tri
tici diluto. crassescit æstate puo pediculo. flos callicibus rosarũ similis q̃q̃ duplo fere grandior:
hunc & folium super aquas manere, sed ubi defloruit inclinari magis in uadum: donec attĩgat
terram atq; ita fructum fundere. Folia pecudibus: Germina suillo generi. Semẽ hominibus mã/
di. Cognominem huic hñi & in Nilo scribit idem Theophrastus herbam: sed radicibus caren//
tem. In tumulo Menœcei Creõtis filii ad boetias Thebas punica nasci traditur Pausaniæ: cuius
poma intus sanguineum colorem præferant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

CYTINVS CLXIII

Ytinus aliter ab allis exponitur. Dioſcorides & Galenus florem ſatiuæ punicæ ita uo//
c cant, balauſtium ſylueſtris. Plinius pomũ ipſum immaturũ & primũ partum eius flo
rere incipientis Cytinum apellat. flores ipſi balauſtia in ipſo erumpentes cytino ueſti
bus tingendis: quarum color nomen inde acceperit. Cytinũ Dioſcoridescognominat ipſum
quoq; Appollinaris herbæ florem. cæterum non proprie ſed per tranſlationem. At cicum ut. M.
Varro dicitur membranula prætenuis in malo punico diſcrimen: unde cicures animantes: quæ
nõ ſunt feræ: atq; agreſtes: a quo Veturii quoq; nobiles cognomiati Cicurii, Et. n. Siſenna ferabi
rem p ſylueſtri arbuſto poſuit. partim inquit ferabite, partim lauro atq; pinu abundat.

MALICORIVM CLXIII

Alicorium græci ſidion appellant ex acerbis prælatum ad perficienda coria. Nam & ar
m bor ipſa ut prædixi a boetis ſida uocabatur:

BALAVSTIVM CLXIIII

Alauſtium græci quid eſſet: dictum eſt in cytino. Quidam caducum appellare modo
b uolunt: a græco detorquentes. Mihi appellatio antiqua perplacet, Nec tantum græca
faſtidio, ut latina deteriora probem. Auſonius Balauſtum, ſiue Balauſum non Balau/
ſtium in Carmine pronuntiat: Item Columella.

MYRTVS CLXV

m Yrtus græce myrrine dicitur. Item myrſinos & myrſine. Item phibaleos ab ãtiphane.
Sed, & myrton ab Archilocho. Degenerat in fruticẽ: niſi crebro repurgetur. Vita ei ut
quibuſdam animalibus ambigua. hoc eſt terra & aqua: præcipuus odor myrtis ægypti: ubi cæ/
tera omnia hebeſcunt. Semẽ apud Menãdrũ Synariſtuſin mãditur, Myrtũ & myrta dr̃ a Cato
ne maſculino & feminino ſexu, græcorũ (ut arbitror) imitatiõe. Item murta Varroni. unde mur
tatum ſiue murtatulum genus farciminis. q ea large farciretur inteſtinum craſſius. Vſus baccæ
antiquis pro libo fuit anteq̃ piper haberetur. generoſum inde obſonium cognomine myrta//
tum. Commendãtur myrtis & iura præſertim aprorum. peregrina Italiæ arbor atq; etiam Euro/
pæ quondam. pacifera Romæ habita. ut cuius uerbenã, ut nũc laurus & olea ẽptẽdi iter armatos
hoſtes quietis inditium fuerit. purificatiõibus quoq;, ſuffimentiſq; adhibita, ob id & in coronis
utebãtur ea theſmothetæ Athenis. præeſt Vẽus arbori quippe quæ littoribus maxime prouẽiat.
Venus autẽ e mari dicatur orta hinc & arbor ſacra coniugio. græci arborẽ Mineruæ ut Oleã di/
cant: commenti fabulã q myrſine Athẽiẽſis puella fuerit pulchritudĩe ac robore inſignis. ami/
ca Palladi: quam iuuenis ab ea Curſu & Palæſtra ſuperatus Interemerit. Catonis faſtigia ſunt cã/
didi: nigri: coniuguli. Alia diſtĩctio eſt ſatiuæ ac ſylueſtris: & in utraq; latifoliæ: de Sylueſtri agẽt
in oxymyrſine: Satiuarum genera topiarii faciunt. Tarentinã folio minuto: noſtratem patulo
forenſem hoc eſt exoticã prædenſo uerſibus foliorum ſenis. Hæc non eſt in uſu. Vtraq; alia ramo
ſa. coniugulã: quæ & coniugalis uocatur, noſtratẽ dici exiſtimant: ouantes myrtea corona uſos
quandoq; tradunt ut triũphantes Lauru. celebris eſt Hippolyti & Phædræ amoribus troezenia.
cuius folia ut inquit Pauſanias prope Veneris delubrum ſatæ, perforata naſcebãtur: iniuriã uide
licet ferentia ſæuientis unguibus & calamiſtris feminæ. Myrtæ ſunt ipſæ myrti baculæ. cõtrouer
ſum fuit apud græcos quod nam coronæ genus eſſet Anacreonti Naucratites appellata. Et plu/
ribus uiſum eſt: nõ aliud eſſe q̃ ex myrto: roſis comitantibns Alii papyrũ corõariã: quam ægyp
tii biblon ſtephanotrida cognominant. Interpretantur Alii e ſampſucho ſertũ q in ægypto co/
pioſiſſima ſit ſampſuchus. Quia porro de coronis ĩcidit ſermo: inutile nõ arbitror q̃dã huc tranſ
ferre quæ alio a nobis opere dicenda ſeruabãtur. Ergo leſbii, ut inquit Athæneus myrti ramulos
hypothymidas uocant. iis ſe coronant implexis floribus. Alii pectorales coronas: quibus & cer/
uices quoq; redimibant: hypothymiadas hypothymidaſq; dicebant. habetur & hypoglotis
ex hypogloſſo herba quæ poſt dicetur. Item iſthmiõ q̃ pleriq; Iſthimiacã appellãt. Pyleones ue
ro ſerta ſunt quæ Iunoni circundabanẽ utiq; apud Spartanos. Sicyonii celebrant iachachas: ex
Iacha flore quodam odoris commendatiſſimi. e myrto conſtant & hællotides uocatæ ambitus
ingentis: cubitorũ uicenũ: ab Europa dictæ q̃ Ellotida Corinthii appellent q eius oſſa in myrto
condita ferãtur. Quidam Elotida & mineruam dictã uolunt. e palma pſilimi ſunt: quas Lacedæ//
monii thyreaticos uocant a loco ubi caſtra hoſtium cœpere. e ſerta campanica melilotini q̃q̃ ex
omni genere coronamẽta muliebria in eo uocabulo græci fere intelligunt. E loto ægyptia fit an/
tinoios, utiq; nõ omni. ſed ex ea: quæ colore roſæ naſcitur. Ex ea uero quæ ceruleum eum habet.
lotinos tantum dicitur. e roſa cyliſtos maxĩe, q̃s & Eccyliſtias cognoĩant. e ſtruthio ſtruthiũ. e po
tho: pothos. Eſt autem pothos duplex alterum genus yacinthi flore: alterum ſine colore cãdidũ
quo ſepulchra coronabãt a quo & nomen quaſi deſideratis eſſet dicatum. Theodorus deſideriũ

conuertit floret æstate Diutututnius est cădidum: habetur & ægidion corõæ genus Eubulo. aut
ex anagalide ut arbitror q̃ nonnull ægylin uocabant: Aut e lygo: nam Lygos ægylis a quibus
dam uocat̃: e lygo autem coronas fieri solitas antiquis in uitice docuimus, aut gramine qppe
quod ab aliquibus ægrion uocet̃. Nam fauni arundine ferulaq; uinciebant̃ A tilia phyllitinos
Synthematicos Aristophanes cum. dixit coronas uidet̃ promptuarias & parabiles intellexisse
non multũ a triuialibus & ꝓmiscuis diuersas quæ a græcis chydeæ quasi confusanæ uocantur.
Choronos Appion grãmaticus aqud Philetam a choro dictos putauit. Vnde apud nos coronæ
sint uocatæ. Sunt & acinii corollæ genus ex Acide ita dicitur flos & satũ quoddam, ut Athænæ/
us & Plinius scribunt. Sunt & elicti ex helice familiares Alexandriæ, nec nõ aliis quoq; floribus
plicatiles. Nam Tindiæi Abydæi ab oppidis ægypti ex spĩa sunt ægyptia, nẽore ibi sacro Apol/
linis semp florentes: multis comitatæ fabulis: q̃s referre ut non piget, ita certe parũ ĩterest. De iis
& in ægyptia spina diximus ex Demetrii sententia. coronamẽti nomen uidet̃ & cuius mẽtionẽ
fecit Cratinus, cosmosandallos uocatum. cuius inuẽtores lacedæmõios fuisse clearchus auctor
est. Ariadnes coronã e flore Theseo dicto perhibent fuisse. Id satũ radice discribit̃, amara ut Theo
phrasto placet: de quo Timachidas poeta græcus ita cecinit:

θησεῖον δ᾽ ἄσπαλον μήλῳ ἐναλίγκιον ἄνθος
λευκέρσης ἱερόν περικαλλεές. ὃν ῥα μάλιστα
φίλατο Inuenias & apragmosyn uocatũ coronariũ quoddã satum apud Aristophanẽ poetã ut
grãmaticus Aristophanes interpretat̃ Athenis in Academia nasci solitũ. Anethinis quoq; sertis
usos ueteres & Alcæus & Sappho testes sunt, coronas in græcia factitatas a Stephão primo dicũt
ob id & nomen sertis datũ: ut stephani uocarent̃. auctorẽ & inuentorẽ coronæ Ianum biformem
fuisse græci affirmãt. hybernas corollas nostri corneas uocabãt ꝙ e cornu fierẽt in florũ defectu.
Sicut ex omni florum genere pãcarpias. dictũ est & in uitice de coronis aliis. Itemq; in elichryso.

MYRTIDANVM CLXVI

m Yrtidanum a Galeno myrtada nominatur uirgultũ & soboles myrti: q̃lis fortasse in
ficu quoq; fruticat exiens ab radice. Myrtidanũ certe Plinius pro uino accipit ꝙ ex syl/
uestris myrti baccis sit conditũ libra ĩ tribus musti congiis deferuefacta donec duo su
persint Hippocrates martidanũ uidetur appellasse hunc fruticem. Myrtidanum uero ipsum pi/
per, ut post dicemus.

CERASVS CLXVII

c Erasus in quatuor & uiginti sæpe cubita erigitur crassa dodrantibus quatuor ab radi/
ce. Folium mespili durũ & latius corticis leuore, colore, crassitudine Similis Tiliæ ob
id apta cistis ut Tilia: hic meatu flexo: nec girũ complẽte abducit̃ arbori ab ĩfernis sur
sum uersus in angustias colligẽdo sese q̃lis in fronde ipsa quoq; descriptio ẽ. In eundẽ modum
& desquamatio euadit, alioquin præscindit̃ potius q̃ filo eodem auferri possit. per crassitudinẽ
secto tenuitas folii detrahit̃. nec arbor emoritur. ꝙ si totum deglubas: qui reliquus sit: tũc humor
elabit̃. Tunica porro exteriore adempta nigricat: interior pituita q̃dam muccosa & uice illius se/
cundo anno tenuior altera subnascitur. nerui ligno contorti cõuolutiq; in anfractus ut cortex uir
gis cõtinuo q̃ nascũt̃ idem mos. rami dum adolescunt, alii subide peunt ut qui ab imo sunt. Alii
cõtinue crescunt ut superni. prorsus arbor de rãosis nõ est, minus etiam aliq̃to q̃ populus. radix
multiiuga & summa telluris cute nec crassa, cõtortio eadem radicis & corticis radicẽ tegẽtis flore
albo piri uel mespili e racemis fauaceo. fructus ruber diospyri figura, magnitudine fabæ, q̃q̃ aci/
nus diospyro prædurus, ceraso mollis. ut Theophrastus inquit: apud quẽ diospyros hoc signifi
cat, ꝙ lithospmon Dioscoridi & Plinio ut arbitror: nec Theodorum satis probo: qui diospyrõ
Iouis flãmam interpretatus ẽ: cum Iouis triticum interp̃tari debuisset. quando & uulgaris quo/
q; sermo granũ solis appellare consueuit. Nascitur Cerasus ubi amnes & tigna oĩoq; ubi Tilia:
Italiæ Cerasum Lucullus intulit. Nũc trãs Oceanũ & in Britaniam quoq; uecta. In ægypto nul
la cura eualuit ut ꝓuenire posset: Genera nominant̃ aproniana: quæ maxime rubeant. Actia ni/
gerrima, rotunda ceciliana. Iunianis gratus sapor tatũ sub arbore adeo teneris ut gestatu marce
scant: principatus duracinis: quæ campania pliniana appellat. In belgica lusitanis. In ripis etiã
Rheni Tertius iis colos e nigro ac rubẽti uiridiq; similisq; maturescẽtibus semp. sũt & laurea cera
sa in lauro primũ insita nõ ingratæ amaritudinis. hinc amarasia dicuntur uulgo q̃si amara cera/
sia. Et. n. pomum ipsum nõ cerasum sed cerasiũ uocari Seruius præcipit: cuius & illa quoq; uerba
sunt. Cerasium inquit & anq̃ e ceraso urbe Lucillus adueheret erat in Italia, sed durum & cornu
appeilabatur, ꝙ postea mixto nomine cornocerasium est uocatũ. Sint autẽ cornocerasia idẽ cũ
duracinis genus, an uero Seruio credendũ: qui cornũ in Italia cerasium fuisse prodat, cũ alia res
sit cornus alia cerasus omnino: satis ambigimus. Cerasiorum porro descrimen alterũ quod Ro

mæ uisulum appellant frequentissimum in Germania, & Galia. Sed in Scythia fere supra modū ubi & uiscina Barbari cognominant ut Pomponius lætus qui ea loca modo inuisit, constanter affirmat. Sunt Macedōica paruæ arboris raroq; tria cubita excedētis chamæcerasi uocatæ. pomū hoc primā colono fere gratiam uertentis anni refert. primo candidum, mox rubescit: deinde nigret. Septentrione frigidisq; gaudens: siccatur Sole conditurq; ut Oliua cadis: medium cerasis genus inter acinos atq; baccas. sine osse: quemadmodum nascantur: græci & latini mōstrauere. Fatigatur canicularum æstu cerasus: Defendit hoc incōmodum ut inquit Palladius herba symphoniaca, trunco arboris eius circū data: nec qualis herba ea sit: oñdit. Quemadmodū neq; græci polypremnon appellatā, cuius succo ægrotas arbores oblinere pcipiunt. nisi qs Apuleio credat symphoniacam tradēti eandem esse cū hyoscyamo, Plinius Symphoniā herbam describit alternis uiridibus roseisq; per caulem foliis: in posca sanguinē reiicientibus mederi. hanc aliqui cremphenā scribunt: aliqui symphonā alii gomphenam, aut somphenā. Quod si pro hyoscyamo summi posset: non foliis alternis uiridibus roseisq; sed floribns legendū erit, Quandoquidem Dioscorides ita dicat παρὰ δὲ τὸν καυλὸν ἐφεξῆς πεφύκασιν ἄνθη ὥσπερ ῥοιᾶς. Accedit ꝙ ad eruptiones sanguinis Hyoscyamus quoq; laudatur.

SILIQVA CLXVIII

Siliquam arborem ficū ægyptiā uocari & in Ionia ceroniā Theophrastus auctor est quæ & ceratia dicatur. Galenus arborem ceratoniam: fructū cratia nominari scribit a corniculi similitudine. Lucius Columella siliquā græcā credo ut a feno græco distingueret ꝙ absolute siliquā rustici cognominānt. recentiores græci xylocerata. sed alia ē ficus ægyptia oio ut Plinius notauit & nos paulopost mōstrabimus. quandoquidē in ægypto nulla nascitur. Sed in Syria Ioniaq; & circa Gnidum atq; Rhodū foliis semper comātibus flore candido cum uehementia odoris: pomo siliquæ & ob id nomen: radice sublimi sed non multū. plantigera imis partibus. Superficie flauescens inarescensq;, succū auferente sobole. pomo antecedentis anni detracto post canis ortum. Statim concipit uterumq; præfert: & molem q̄dam uuæ modo informem indiscretamq; primo edit: quæ postq̄ adoleuit per arcturum & æquinoctium florem emittit Hyeme fœtus enutriente. qui usq; ad canis ortum in parēte durant ut prediximus. Tum metūtur. non puto quenq̄ nescire siliquas prædulces esse earumq; mandi corticem. digitorū hominis longitudiue interim falcata pollicari latitudine. serit̄ & hæc apud nos semine: sed parū fœliciter q̄doquidem nec fructū fert & breui emorit̄. Galenus usum eius cibo damnauit ut mali succi & lignosi nec facile conficiendi: posteritas cōmendat ad stomachū fulciendū utiq; post cœnam & ad uentris profluuia si quis præsumpserit. Subter hanc arborē flaminis dialis capillum et ungues præsectos terra operiri mos & religio erat. ut est apud Gelium: q̄q̄ non siliqua sed silica mēdose in eo legitur: nisi quis non siliquam aut ilicem aut salicem putet legendum. Ego ut ingenuæ ueritatis homo, quid sequendum in eo potissimum sit: non diffitebor nescire: In medium ut pleraq; alia relinquo. Est & nomē herbæ Plinio ceratia uno folio radice nodosa & magna cœliacis & dysentericis in cibo danti. idem auctor coniungit huic peraticā, septem ei caules reddēdo: qui uelut rosæ capita substineant. quamq̄ in codicibus quibusdam non peratica sed statica scriptum legas, quoniam sistat aluum.

MALVS CLXVIIII

Malus corticis læuore nitet: peculiares habet nodos belluata facie ut Theophrastus scribit, sed prægrandi uno. aliis circa eum pusillis compluribus. fructificat primis frigoribus. Vrena intelliguntur mala quæ adulto uere maturescūt. inter mala tuberes correpta priore syllaba dicuntur baccis similiores q̄ malis. post armeniaca & omnino inter primas florent arbores. inseri solent cydonio, piro, pruno, & calabrici & malis oībus ut inquit Palladius. quācunq; Plinius syluestrē spinā calabricē uocari dixit. Gña duo Tuberū cādidū & a colore sericum uocatum. Papinius Tuberes & zizipha hæc ex africa, illa e Syria nouissimis Augusti temporibus inuexit. in castris sata & aggeribus præcipue decora. græci quemadmodum ipsas tuberes appellent haud possum coniicere. nisi quis Syrica: siue ut in quiqusdam exemplaribus habetur serica eas uocare putet parui succi poma nec cōcoctiōi nec stomacho facilia ut īquiūt Paulus Oribasius, Aetius. præferuntur e ziziphis ædesina uocata ut quidā putauere: q̄ grandissima: calore ac hūore tēperata medicis mōstrētibus. Columella duplex ziziphi gēus hēt rutilū & cādidū. Inuēio apud græcos q din zipha, p ziziphis appellitēt. Pene uero Tubera pegrina sunt ī uno Italiæ agro ueronensi nascentia quæ peculiari nomine lanata Plinius appellari dicit. obducta lanugine ut Strutheis & Persicis fere plurimis: nulla tñ alia cōmendatione insignia: ab inuētoribus nuncupantur. matiana ex uico aquileiēsi sub ipsas alpes, quibus simillitudine respondeant Gāgeris Paphlagonæ urbe nascentia. nunc Hispaniæ uernaculo uocabulo matiana in cōmune sūt

mala omnia. Sunt & a manlio manliana. Claudianis color rubens. appianis odor & magnitu/
do cotoneorum insito cotoneo. sceptiana rotunditate insignia. Cato addicit quiriana: & cond!
tiua. quæ doliis condantur & scantiana scandianaq;. in nomine sunt & gestiana siue sextiana si/
ue ut græci scribunt castiana: qm̃ & cestomela uocãtur ab Aetio, q̃q̃ ridicule a cesto idest loro di
cta quidam interpretes existimant, cui similia sunt cortice. hæc ipsa & pezomela uulgo dicunt &
austera prædicant. Austera e dulci sunt aphratomela odorata hæc & pulpam habent asperam &
squalẽtem ut cídonia. Sunt & parua quædam saporis gratissimi petisia, habentur & pelusiana &
prosiua & ueriana, siue tiburueriana & sirutia sunt & phaulia & quæ delphica græci uocãt: & pla
tania & mordiana orbiculatis similia ex apolloniate agro qui mordius cognominabatur, & Ca
merina siue ut Columella uoluit, amerina, & græcula. itẽ gemella nũq̃ in fœtu singula: sicut bel
gemela siue melgemela ꝙ folium unum aliquando geminum erumpit latere medio. a colore se
rica ut nesciam tuberum hæc generis an diuersi putem a gẽtilitate melappia, a celeritate mitescẽ
di mustea: de quibus in meli melis loco suo dicet̃. A mãmarum effigie orthomastica. a conditio
ne castrati seminis spadonia. a corrugationis celeritate pãnucea. Ab importuno & stolido tumo
re pulmonea. Sunt quibus color sanguineus origine ex mori insitu tracta. sunt & parua grati sa/
poris atq; etiam acutiora odore syluestria peculiari acerbitatis improbitatisq; cõuitio. de quibus
proxime differemus. Item Daca ferme uillissima q̃q̃ aduẽtu prima: decerpiq; properantia. Græci
corinthiaca e sidunte uico celebrant: nominantur & laconica & herina a uere dicta, sicut a lanugi
ne chnodia lanatis supra dictis fortasse non plane dissimilia. seruãtur poma tabulatis Loco frigi/
do septentrionalibus fenestris. quæ sereno die lucẽ accipiant patentes. Austri specularibus arcen
di, Aquilonis afflatu marcescunt in rugas: Colligunt̃ post æquinoctiũ autumni: nec ante sex//
tam decimam lunã: neq; añ primam lunã. cadiua separãda. minimum melimella durant. pluri
mum camerina: quæ ut scantiana quoq; serotina sunt & gelu maturescunt: ad hyemem usq; pen
dentia in parẽte: uini malo proprietas æq; ut piro: malum a græcis melon: arbor melea dicitur.
At pomi nomen generalius est, ut complectatur quicquid apud græcos opora continet. in quo
significatu est, cum dicitur a medicis. omne pomum refrigerandi & humificãdi uim habere. pa/
rum alere: mali succi esse: autumno plus officere. Inde oporotheca ubi custodiuntur. pomũ Var
ro dictum autumat: quia potu siccitatibus indigeat. Differt tñ Opora ab iis quæ acrodrya græci
uocant: ꝙ opora est quicquid nihil habet exterius lignosum. acrodrya uero cõtra, ut malũ puni
cum: pistacia: castaneæ: nuces: similia. utrunq; genus salgami nomine complectuntur latini. a
quo salgamanus. dubitatum est & in Iure apud Ceselium an nux pinea pomũ esset. quia nuces
essent: quicquid foris duro tegitur. Malum quicquid id quod esus est foris habet. pomo utrunq;
contineret̃, quod fere ꝓbamus. Seruio nuces sunt omnia corio duriore tecta. molliore uero po/
ma. Feruntur & alia mali genera suis mẽtionibus prodẽda. Galenus oĩa iquit mala breui fugiũt
atq; acescunt: ut pote frigida & excremẽtitio succo redundantia: Ideoq; nisi melle cõdita seruan/
do, seruari non possunt. Excipiuntur cotonea inquit & struthea. malorũ. n. appellatione ueniũt
& cotonea & granata & persica & piri genus unum librale nũcupatũ ab amplitudine ac põdere.

COTONEA CLXX

Otoneis ut primus Cato nominauit amplitudo pinearum nucum, interĩ maioribus
c incuruatos trahũt ramos prohibentq; parentem crescere. cydonea græci appellãt, qm̃
ex Creta primũ' illata fuerint. genera eorum chrysomela 'hoc est aurea mala incisuris
distincta colore ad aurum inclinato. nostratia candidiora odoris præstantissimi. Neapolitana ex
eodem genere minora, odore uibrantia, prouentu serotino. quæ struthea nuncupẽtur. sicut quæ
celeriter mitescunt & præcocia sunt mustea, Aetius struthea inquit dicunt̃, quæ magna sũt & sua
uiora minusq; acerba. cotoneo strutheis insito muluiana cognominantur: quæ sola ex iis uel cru
da uescendo sunt: habẽtur & syluestria parua e strutheis odoratissima in, sepibus nata. Omniaq;
iam & uirorum salutatoriis cubilibus inclusa simulachrisq; noctiũ consciis imposita, ut Plinius
queritur insigni taxatione seculi muliebriter mollis. Cotoneum & codymalõ siue cydomalon
uocari quidam scripserunt. uerum Polemon floris genus esse id existimat cotonei genus præter
hæc inuenio phaulion uocatũ. Quo nomine mali quoq; genus unũ dici meminimus.

MELIMELA CLXXI

Elimela dicuntur a sapore melleo. Eadem & a celeritate mitescendi Mustea ut inquit
m Varro uocabantur. minimũ durãt hæc ut inter mala diximus. mustea sane ueteres apel
labant id quod nos, præcocia: unde cotonea quoq; certo genere mustea dici solita red
didimus. Item pira quod recens est, mustum & musteum dici solet. Athenis melimella nomina/
bãtur. malo in Syluesterem pirum cydoniũ ue insito ut scribit Diophanes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

EPIROTICA CLXXII

e Pirotica ex Epiro inuecta primum argumento est cognomen: orbiculata nostri appellant, ex figura orbis in rotunditatem circumacti.

SYLVESTRIA MALA CLXXIII

s Ylueſtria odore acutiora ſed improba & acerba: ob id & conuitio dicata: iis tãta uis ut aciem gladiorum perſtringant: Aliud genus ſunt. quæ poma ſylueſtria dicuntur a rei ruſticæ ſcriptoribus: ut albæ ſpinæ, græcæ ſiliquæ, Iũiperus, lotos, pampinus, cornus, arbutus, prunus, & paliurus, atq; achrades piri. Quid porro ſit in Columella (Sunt. n. hæc columellæ uerba) pampinus & an corrupta ſit lectio pro eo quod eſt carpinus, aut Pinus relinquo diſcutiendum peritis.

PERSICVS CLXXIIII

p Erſica ex perſide aduecta ut ipſo nomine apparet Theophraſti temporibus in ægypto tantũ & uicinis locis ferebat. in Rhodo ad florem uſq; perueniens: quod primum ab ægypto uenienti hoſpitium fuit: inde Rhodacina fortaſſe uernaculo græcorum ſermone dicta, niſi quis inuerſum nomen putet: quaſi doracina: ſic. n. perſica ipſa nominantur a græcis recentioribus Paulo & Aetio quaſi duracina: de quibus poſt agetur. Notãt auctores nuſq̃ minus odoris pomo, plus ſucci: qui tñ ſitim ſtimulet. Falſum eſt uenenata cum cruciatu i Perſis ea naſci & pænarum cauſa a Regibus tranſlata in ægyptum: ubi cœlo proprietaté mutauerint: Id. n. de perſea diligentiores tradunt. quam nos in ſuum locum differimus. Perſicorum palma duracinis. Nationum habent nomen gallica & Aſiatica. poſt Autumnũ matureſcunt ſicut æſtate præcocia: quæ Plinius intra. xxx. annos inuenta prodente ſe teſtatur. & primo denariis ſingula uenundata: Supernatia e ſabinis ſunt. popularia ubiq;: pomum innocuum uel ægris. precium ſingulis triceni quondam fuere nũmi, nullius maiore quod miremur: quia non aliud fugacius. longiſſima namq; decerpto bidui mora eſt, Cogitq; ſe uenundari: Perſica in prouentum alium Autumno cõdiuntur, ut uuæ cadis. Molluſcam nucé ſunt qui perſicum interpretati falſo fuerint ut in iuglande cõmonebimus. perſica ſine ſuis oſſibus & inſcripta quemadmodum naſcantur. docebit palladius: Idem tria genera enumerat: Armenia: Duracina: Perſica: Sint hæc armenia. quæ Prunorum generis eſſe quidam uolunt an diuerſa, ſtudioſi Salgamorum diiudicent. mihi eadem uideri placet.

ARMENIACA CLXXV

a Rmeniaca ſiue armenia prunorum generis ſunt peregrĩa & ipſa ut ex nomine cognoſcitur. ſola e prunis odore cõmendantur, arméiaca uocari deſita & præcocia ſiue præcoqua tantum dici teſtis eſt Galenus, Palladio præcoqua differunt ab armeniis, græci non præcocia, ſed berioccia fere pronunciant.

CITREA CLXXVI

m Alus medica flores duobus modis procreat. Alios qui uelut erectã in medio colũ habeant fœcundiores exiſtimati: alios qui careant ea, infœcundos, Sunt qui & aſſyriã & perſicam malum uocent. Item Citrum: citream: græci & heſperida & malum eius heſpericum, auctore Iuba. qui ab Hercule tranſlatũ id in græciam & aureum malũ uocatum ſcripſit. ut Virgilius de iis intellexiſſe uideatur, cum dixit, aurea mala decem: nuptiale pomũ intelligi hoc uolunt qui æditum a tellure fabulantur, nunciato Iouis & Iunonis cõnubio. Folium ei Adrachnes unedoniſq;, ſpinis intercurrentibus ut in piro & oxyacãtha, ſed læuibus infeſtis mucrone, ualidis: Non mãdebatur pomũ Theophraſti ætate, ſed ne Plinii quoq; (ut arbitror) magnope. tantum odore cõmẽdato. Plutarchi certe auorum memoria guſtabat nemo. ut Athenæus inquit Nunc a Palladii ferre temporibus promiſcuũ expetimus cœnis. qui & medullas eius acres dulcibus mutare docuit: q̃q̃ Apuleius negauit eandem eſſe malum aſſyriam ſiue medicam quæ Citrus: ꝙ Citrus exiguum eſſet genus arboris. medica uero ut Maro ſcribit, ingens. Pamphilus Citrum ctitum a Romanis eam dici parum peritus homo ſcripſit. utcũq; arbor hæc ſcribitur uere partibus cultiſſimis ſemine quarto die aut quinto rigatur, Maiuſcula rranſfertur etiam uere in ſolum mole udumq;, nec admodũ gracile. arbor ipſa omnibus horis pomifera eſt. aliis ruẽtibus aliis ſubnaſcentibus. aliis matureſcentibus. Seritur & fictilibus, dato radicibus ſpiramento, per cauernas ut palmæ. qualiter omnia tranſitura longius haberi conueniunt. Semen eius ſolũ id ꝙ in colo quadam e medio prorumpit fœcundum exiſtimatur a Theophraſto. Sed hæc olim fuere: Nunc tranſlatitia & triuialis fere arbor, ut pluribus generibus citreta liguriæ, campaniæ, benaco lacu, italia fere rota germinent fœliciter, quãcũq; libeat imaginem reddẽtia hæc ex inſitione mali quoties proueniunt. citromela proprie dicũtur ab aliquibus. q̃q̃ uero medica malus dicatur: ipſum tñ pomum Galenus malum medicum uocari negat, ſed citrinũ duntaxat. Theo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

phrastus etiam malum medicū & persicum, est ubi appellet, cum huius fere unius mali semē im
perspicuum esse dixit secundo uolumine de stirpibus ut Athenæus interpretatur. Diphilus au
ctor est. Citria quandoq; pruna persica uocari solita. Aristophanes grammaticus a lacædemōiis
oxymala persica nuncupari prodidit: quibus & deos coronent. Mensas illas ueteribus & Plinio
decātatas præsertimq; ciceronianā nō ex hac fuisse citro sed ex alio citri genere cōiicio. pluribus
argumentis, sed illo potissimum ꝙ arbores ex quibus fierent cupresso feminæ syluestri similes fo
lio, odore, caudice, a Plinio produntur Anchorano Mōte ceterioris mauritaniæ, sed iam tum
exhausto. Item Atlāte, cuius imas radices densis altisq; repletas syuis īcognito genere arborum
Suetonius Paulinus a Plinio citatus asserit spectabili proceritate, enodi nitore, frōdibus Cupres
si præterq; grauitate odoris. has tenui lanugine obduci, quibus addita arte possint quales bom/
bice uestes confici. Idem auctor paulo superius efficacissima inquit luxuriæ uis sentitur, cum Ebo
ri Cedroq; syluæ exquirantur. Præterea quis potest negare arborem ex qua tam celebres mēsæ cō
stent trogetem & thyian & thyon a Theophrasto & Strabone dictā esse: Idq; Plinius explorati s
simum nobis fecit: de Thya uero Theophrastus. perpetuo inquit uiret, arbor procera, iter sylue
stres serotina, ut nulla fere tardius germinet algentissimis locis & cacuminibus mōtium gaudēs
Circa Hāmonis delubrum præcipua Nascēs & in inferiore cyrenaicæ parte atq; ubi ipsa tunc es
set. ramis: caudice: frondibus: syluestri Cupresso similis. ex ea ueterum templorum contigna//
tiones fuisse immortali post Cupressum in tecta materie. nihil radice Crispius. nec aliunde præ
ciosora opera. Siccatam mari duricie & maturitate incorrupta spissari tradunt nec ullo modo ue
hementius. Homero quoq; notā fuisse inter odores uri solitā a Circe magno errore eorum qui
odoramenta in eo uocabulo acccipiunt. Cum præsertim eodem uersu cedrum & laricem nomi/
net, ut manifestum sit de arboribus tantum loquutū. Nā & calypsus & Helenæ thalamos et thya
conditos Idem poeta cecinit. Quid habet Citrus nostras cōmune cum cupresso. Frōdis Cupres
so Iuniperi sabinæ: cedri: citro: lauri: adrachnes: arbuti. Quid tam diuersum, q̄ galbulus & ci//
treum: omitto alias notas. Quibus perspicuo liquere potest uolentibus decipi grāmaticos. Qui
cunq; mensas citreas ex hac citro quæ nunc habetur factitatas arbitrantur. Dion certe historicus,
Neronis uita non citreas sed cedrinas mensas appellauit siue cedro potiusq̄ citro similes esse ui/
derentur arbores, siue ꝙ in exemplari uitium est. Erit ergo thya siue ꝙ idem est trogetes & citrus
duorum omnino generū ut constat, unum Cedri eius ex qua mensæ dolabantur, alterum citri
eius ex qua malum medicum. Plinius alia inquit est arbor eodem nomine malum ferēs execratū
aliquibus odore & amaritudine. aliis expetitum. domos etiam decorās, quod & sensisse Macro
bius uidetur. hodieq; mauritani malum medicam & pomum eius Atrogi uocāt. a Trogete uo/
cabulo parum deflexo, alioquin trogeten non quia mandi posset sed catatiphrasin quia man/
di non possit, appellatum censueuerim, quandoquidē ut dixi ueteribus esculentum non erat.
in summa non nego malum quoq; mediceam in Mauritania fuisse, cum plena sint poetarum
omnia fere uolumina. Sed ex qua mensæ illæ celebres existerent: malum medicā fuisse hoc ne//
go & pernego: Nec dissimulandum tñ est phaniam Eressium quinto uolumine de plātis cedrū
appellasse ac malum cedrium pro eo qood nos citrum & citrium uocamus. & Dioscoridē secu/
ti cedromelon. Varro quoq; libycam citrum nominat.

PIRVS

CLXXVII

P Irum græci edomitā siue urbanam Apion & Adipiō appellant de quorum prouentu
Peloponnesus quoq; ipsa quandoq; dicebatur Apia. licet quidē ab Apio phoronei fi/
lia terram eam ita nominatam putent. poetæ sunt qui pirum ochnen uocent syluestrē
achrada ut mox dicemus. Apios & Rhaphani genus est. Turbinata piris omnibus figura. multis
generibus. alia parua ocyssimaq; & odoratissima nominantur superba, in his crustumina quæ
gratissima & ex parte rubent: & proxima his falerna, ceu largo succo habundantia, hæc lactea uo/
cantur. in iisq; alia colore nigro donant syriæ. post hæc decumiana & ex iis tracta origine pseu/
dodecumiana. Dolobelliana lōgitudine pedali. Pomponiana cognomine māmosa. liceriana
seueriana & quæ ex iis nata sunt, tyrāniana petioli longitudine distantia, Fauoniana rubra pau
lo superbis maiora. lateriana siue laterisiana ut Columella uocāt & Macrobius. Anitiāa & autū/
nalia accidulo sapore grata: & quæ maxīe Tiberio pricipī placuere Tiberiana. colorātur hæc ma
gis sole, grandescuntq;, alioquin eadē essent quæ Liceriana. accedūt iis Neuiana Turanianaq;.
Atq; hæc auctorū suorū nomen habent p̄tersupba: & phalerna. patrias nobilitauere, q̄ seqūt. Se
rissima omnium amerina, picentina, Numātina, Alexandrina, Numidiana, Grecula, & hiis
Tarentina. Signina quæ alii a colore Testacea appellant: sicut onychina ut quoddā pruni genus
purpurea ab odore myrapia, nardina, laurea, ordearia, siue ordeacea a comitatu frugis eius a co
lo āpullacea & coroliana & brutæ gentilitatis cucurbitiana Acidula a succo. amelle mulsa Incer/

ta nominum ratio barbaricis & ueneriis quæ colorata nuncupantur. Item regiis. quæ minimo
pediculo quasi sessilia sunt. Iam patriciis uoconiisq; uiridibus & oblongis. Dixit & uolema Vir//
gilius a Catõe sũpta. Volemiũ uocat Macrobius qui & ceritiũ & ceruisiam & calculosum & lol//
lianum & Lauinium & Milesium & Myrteũ & Orbiculanũ & Precianũ & Rubile Tulianũ Ti
cianumq;. Item Mespilaceũ & Valerianũ iudicauit Cloatium secutus. Idem Cato & Semẽtina &
Mustea quoq; nominant. Ampullacea græca Laurea ad hyemem usq; in parente pẽdent. Sero
tina & gelu maturescẽtia. Nam quæ Aristoteles Apem bloadas nominant insitii generis intelli//
guntur. Vini proprietas & Piro. Condũtur hæc totidem quibus uua modis non aliter q̃ in Ca/
dos Vino & Aqua coquunt̃ in æscã ægris danturq; pulmentarii uice ꝙ non alia, præterq̃ Coto/
nea. In cõuiuiis græcorum Pira secundis mensibus inferebant̃ aqua mersa, ut mitissima quæq; le
gi possent. Pira sunt & quæ Libralia uocant̃. Sed sola tñ e Piris: Mala dici consueuerũt. Liquamẽ
de Piris fieri solitũ ad ieiunia feminarũ. Inuenio quod Castimoniale dicebat̃. Pirorũ quæ matu
rissima sint carnibus itegro sale calcatis & resolutis atq; ita Fictilibus picatis Cuppis ue cõditis.

PIRVS SYLVESTRIS CLXXVIII

Chudon Pirũ Syluaticã hoc est Achrada & apud quosdã ut apud nos & Pirastrũ ferti/
a liorem urbana prædicãt, Hyeme fructificat fere, Autumno tñ genus eius unũ ut Theo
phrastus inquit materia ei apprime dura. Ideoq; Discos in tabellasq; sutorias e Piro syl
uestri faciunt. qm̃ ut in molli retunditur, ita in duro ferrum acuitur. Aculeatos hæc habet ramos:
ut Punica. Quid autem Achyrades Heliano sint, quas in cibo primum. Tirynthios habuisse me
morat, non cõperi. Nisi quis non Achyradas sed Achradas hoc est Pira syluestria in eo legat. Nã
ut idem auctor inquit: ante Panis usum Argiuos esitasse Pira meminit, ut Atheniẽses Ficos. Glã
dem Arcades. Indi Arundinem. Carmani palmulas. Milium sarmatæ. Terrebinthũ nasturtiũq;
Persæ. Achyra certe paleã significat: nec uideo q̃ sit uerisimile paleis quemq̃ uesci potuisse, quasi
ueterinum, etiam si Arcadas radicibus herbarum & arborum foliis recentibus ante Glandis Fa/
gineæ usum a Pelago traditum: uictitasse creditur.

MESPILVS CLXXVIIII

Espilorum tria genera Setanium Anthobon Anteheboides quã & Gallica intelligũt
m Setanio fructus Grãdior, Candidior, Solutior, Acini moliore ligno reliquis minor,
Sed præstantior odore & astringẽtior gustu. Quo fit ut diutius quoq; durent. Lignum
his flãmius & spissius. flores omnibus Amygdalæ non tñ rubentes sed propemodum herbacei.
Arbor inter amplissimas comosa in girum. folio scisso extremitateq; Apio simili, sed maioribus
diuisuris. promisso. rigẽti neruoso: tenuiore & longiore q̃ Apiũ: longo & gracili pediculo. Ra//
dice alta numerosaq;: Ideo longeua est arbor: a terraq; inextricabilis. Lignũ densũ: incorruptũ:
solidũ semine & auulsione seritur. Foliũ anteq̃ decidat uehementer adrubescit in festat̃ & hæc uer
mibus in senecta qui prægrãdes ei diuersi q̃ cæteris cõtingunt. Non fuit hæc arbor in Italia Cato
nis æuo hæc Theophrastus & Plinius. uerũ alia hæc Mespili distinctio est q̃ a Dioscoride represẽ
tata est, Et sanæ quæ dubitari solet. an Mespilũ ueteres cum Sorbi arbore confuderint, qñquidẽ
altissimis cõnumerat. quod certe Sorbo q̃ Mespilo nũc uocatæ magis conueniunt: nisi quis no
stratũ Mespilũ non tam Mespilũ. q̃ chatemespilũ appellandã fortasse censeat: quæ nascitur, ut ĩ
quit Dioscorides Italiæ uocata Epimelis de qua sequenti capite differit̃. Certe Iullius Pollux me
spila inquit & Sorba quoq; appellantur.

EPIMELIS CLXXX

Espilũ Setaniã a Theophrasto nominatã Dioscorides edimelida uocari scribit: Hippo/
m crates amamelida. Galenus Mespilũ cõmumi uocabulo tricoccum quasi triossum aut
trigranium ab aliquibus appellatum meminit: qm̃ tria intus grana siue ligna fructus
habeat loco seminis. Quid autẽ sit epimelis Galeno differendum putauimus in arbuto.

LOTVS ARBOR CLXXXI

Otus arbor (nã & herbæ sunt hoc nomine complures) in latino celtis uocatur itemq;
l Faba græca. Seruius Fabã Syriacã nympha in arborẽ sui nominis conuersa: quam pria
pus fugientem comprimere quæsisset: Anacacabeam uulgo apud græcos dici auctor ẽ
ætius ut fructũ eius anacacabon licet quidã peruerse. Alicacabon scripsere græci. Piri magnitu//
dine aut paulo infra. Incisuræ folio crebiores, alioquin Illicis uiderẽtur: spissa nigra: enodi mate
rie. Differentiæ generũ plures. eæq; maxime fructibus constant. Amplitudo Fabæ Pomo. color
Croci, sed añ maturitatẽ ut in uuis alius atq; alius. Nascit̃ in ramis densum myrti modo inter
sese aduersum: non ut in Italia Cerasii. manditur inter Lotophagos innocua dulcedine suauita/
teq; nec uentris sentire morbũ ferũt qui uescantur. Iucundus meliusq; sine interiore nucleo: qui
in alterutro genere Osseus uidetur. Vinum exprimitur huic simile mulso: quod ultra denos dies

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

negat durare Polybius. Sunt qui biduo triduoue acescere id scribãt. Baccas eius cõtusas cum nu/
cleo & callo suo doliis ad cibos condunt. unde uulgo Romæ puls syriaca uocatur arbor illa
modo. nã Padi Accolæ baccã Syriacã appellant. Tãta uero fructus & arboris copia narratur, ut
exercitũ Ophelli Carthaginẽ petentis in cõmeatuũ defectu pauerit. numerosa in Pharide insula
lotophagorum. plurima & in Aphrica nos spectãte. Familiaris & Italiæ: Sed natura cœli terræq;
mutata & succos oblita priores. præcipua est circa syrtes atq; nasamones: Sũt qui breuẽ tradãt ar
borẽ ut Polybius qui & uidisse se testat̃ spinis asperã: folio uirenti quale rhamno. tantũ profun/
diore latioreq;: fructu myrti candidæ per initia: processu puniceo. magnitudine oliuæ. Sed rotũ
do. eum cibo familiæ tundi cũ nucleo: qui perexiguus ei est seruari cõditũ. Eundẽ nucleum he/
rilibus mẽsis eximi: Saporẽ fici & phœnicolobani esse pomo: Sed præstare odore. uinũ & acetũ
ĩde fieri. lignum cere ad tibiarum cãtus expetit̃. e radice cultellis capulos & subscudes ac breues
alios usus excogitant. Hesperidum lotos ab ea quæ lotophagis nascit̃ distat: ut q̃ ligni uice utan
tur ad urẽdum. Non desunt qui fructũ eius post putamen esse nec carnosum foris, sed cuticulace
um prodiderint. nec tam cibo dulcem q̃ gustu alias iucũdũ. ut hinc fortasse Dioscorides maiorẽ
Pipe descripserit. ac fructus q̃dẽ lotophagis dulcissim⁹ sed materia Cyrenáicæ p̃fert̃. radici nigri
cia maior q̃ ligno: sed dẽsitas minor q̃ ĩ loto post Buxũ & Hebenũ sũma reddit̃. utilitas quoq; ra
dici latior. p̃ticulatim lotus fructificat nõ ab utroq; sui germĩe: q̃ & ĩ bulbi & tithymali quoddã
gñe notatũ ẽ. Ludicræ Tibiæ fieri cæptæ sunt e loto: quas alexandrini photingas appellãt: Sicut
ex asininis quoq; ossibus & argento. Ebur quoq; cœptũ pertundi. unde tibiæ Elephãtinæ dicant̃
Reiectis propter nimiã difficultatẽ harundinibus. propterea Cenomani lotũ arborẽ hodieq; ap
pellant Calamum. spectat̃ Patauii ãtiqua lotos in quadã Anoniani tẽpli xysto. Est q̃ñ Hippocra/
tes luton pro luto nominat. Circa memphim nemus a Theophrasto describitur: fuisse tã uastris ar
boribus ut excederent trium hominũ amplexũ, utiles operibus, colore densitateq; persimiles lo
to. nã faba siue arbor pontica genus diuersum est a Faba græca id est loto. magnitudine fici fru//
ctu fabæ: succo uestibus expresso quem achy uocant: niger autem crassusq; est. aut per se lugentes
aut mixto lecta uictitãt. Nascitur in scythia.

CORNVS CLXXXII

c Ornus cranias a Theophrasto dicitur sexus in ea duplex. feminam græci thelycraniam
uocant. fructus syluestris maturiores suauioresq; q̃ urbanæ: quod in hac & Sorbo pecu/
liare fere est. Cornus altera præcox solsticio fructificans altera post autumnũ: cui & fru
ctus ingustabilis. lignum infirmũ hiansq; ac fungosum quæ femina intelligitur. Contra masculæ
firmissimũ. femina uiticulas paruas a lateribus emittit amerinæ modo salicis. in totumq; fructico
sior ẽ. mollis & medullacea uenabulis Damnata. materies masculæ robusta, solida, excorsq; tota
hoc est sine medulla & cornu instar. prædensa & ossea. nodos cornus omnis habet per interualla
geminos & inuicẽ respõdentes ut in uitice. foliũ Amygdalæ sed pinguius & crassius. cortice ner
uoso ac tẽui caudice non admodũ crasso. Mas duodecim fere cubita excedit: quam altitudinem
sarissæ macedonũ amplissimæ habent in Ida mas sterilis: femina fructifera fructum apud macedo
nes ambæ ferũt. Sed feminæ (ut diximus) qui mãdi nõ possit. radices ut amerina firmas & contu
maces emori: humidis locis auulsiõe femineq; prouenit. Est & in India arbor ferens fructus simi
les cornis, q̃ merito cornus indica nominari possit.

SORBVS CLXXXIII

s Orbo syluaticæ præstantior q̃ urbanæ fructus quod in hac & corno præcipuum Theo/
phrastus notauit. arborem græci oen & oeien. fructus oa & ua uocãt. Femina fructificat
sola. Discrimen in fructu q̃ aliæ figura orbis, aliæ oui ferũt. Item ĩ succo. Aliæ odoratio
rem dulcioremq;. ut orbiculati fere omnes. Aliæ acidũ peiusq; olentem ut ouales. utriq; folia pe/
diculo singulari prolixo neruaceo condita in uersus alæ modo a lateribus emicantia. tamq̃ ex
omnibus unũ fiant. laciniis pennatim ut in filice ad neruum usq; diductis. ampliusculoq; diui/
sis interuallo. atq; hæc non paulatim ut cæteris, sed uniuersa collabũtur. omnibus ramulis in ex/
tremo pediculi foliũ p̃minet cuius accessione impar numerus efficit̃. Figura his lauri tẽui foliæ
præterq̃ q̃ serrata p ambitũ breuioraq; sunt. Neq; cacuminibus mucronatis: sed in rotũditatẽ retu
sis. Flos racemati coactus ex pluribus candidis ac minutis petiolo unico dependet. Fructus cum
large proueniunt uuæ modo farcti congestiq; uisuntur, ex uno petiolo faui speciẽ præbẽtes. exest
eos uermiculus etiam num crudos acerbissimosq;. ipsa quoq; arbor in senecta uermibus obno//
xia. ruffis hirsutis: sui generis. A trimatu fert. Autumno foliis subinde amissis Cachryn suam fun
dit eduraturã hyeme: ut in robore. Aculeos sorbus non habet ut mespilus. nouella cortice læui
pinguiusculo, flaue te candido, annosa scabro atroq;. arbor ipsa de grandibus & subrectis coma
concinna: & nisi quid impediat uerticẽ nucis pineæ repræsentans: materies solida, colorata, fir/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ma,compactilis:radicibus neq; multis neq; in altum defixis ualidis tamen & crassis auelliq; dif
ficillimis .Nascitur semine:radice.auulsione:solo alsioso humecto interimq; montibus. cōdun
tur sapa Catonis præcepto.Nostri differētias in sorbo quatuor nouere aliis rotūditatem mali red
dūt:aliis turbiné piri,utriq; saporem uini generosissimū : cui circa pediculos folia aliis ouata spe
cie odore acri:nec pinde iucunda suauitate. Quartum genus Torminale appellant ualēs contra
tormina:hoc assiduū prouētu est minimumq; pomo:arbore dissimili.foliis fere platani.

PRVNVS CLXXXIIII

PRunus coccomelea & cocomelos græce dicta:pomū ipsum neutro genere.arboré masculino media comœdia pronuntiat.folio arbuti describitur si Theodorus audiat̃ & inter paruas ut peculiare in ea Theophrastus reddiderit fructū in lanuginem solui quæ di
catur pappus:quod nulli alii arbori eueniat,sed hoc Plinius Theophrastum secutus non pru uo
sed coggigryæ uocatæ tribuit.decepit hoiem uel corrupta lectio uel nōium affinitas: forte quia;
cocconeliam nō coccōeleā scribēdum erat.nā & unedo cui similis é coggigrya neliæ nomé apud
Theophrastū habet.prunū syluestré Virgilius spinū uocauit eo uersu.spinos iam pruna ferētes.
Genera pruni prope inexplicabilia uersicoloria,nigra.candida: quæ a cōitatu frugis eius hordea/
ria dicāt̃.alia eodé colore,seriora maioraq; asinina cognoiata ob uilitātē:sūt & onychina Colu
mellæ nigris laudatiora.sunt cerina siue cereola atq; purpurea nec nō arméiaca de qbus dictū.ha
bent̃ & insita nucipruna.q̃ in facie parētis succū adoptionis præferūt nuciprunaq; uocantur.hæc
& cerina & syluestria ubiq; nata ut uuæ autumno cadis usq; ad alia nascētia cōdunt̃ .Reliquorū
uelocitas trāsuolat cito marcescētium.Non pridé inquit Plinius in betica malina appellari cæpe
runt malis insita:& Amygdalis:intus in ligno nucleus amygdalæ nec aliud Pomū igeniosius
geminatū est:Damascēa e damasco syriæ iam pridé añ ætaté Plinii in Italia nascebāt̃ . grādiore
q̃q̃ ligno & carne exiliore:nec unq̃ in rugas siccata q̃do soles sui desunt.Populares is myxæ de q
bus in ægypto & uina fiūt,familiares & ipsæ Italiæ uel sorbis īsitæ.Amariora prūis myxa ui simi
lia Paulus existiat.Nā myxa græci uocāt;nos myxas.qbus similis é psicus ægyptia nisi ꝙ poma
ægyptiæ rubescūt.prūa oia post Catoné i Italia cœpisse māifestū é.in syluestribus:satiuisq; prūis li
mus est arborū qué lichena græci uocant.Est & sua prunus ægypto magnitudine insigni nō dissi
milis spinæ syriæ.pomo mespili,ligno intus grādi ac rotūdo.florere incipit mense fere Iulio.ma
turescit bruma nec folia dimittit:corpus ipsū pomi natura copiaq; ꝓ messibus est incolis. siccatū
purgatūq; tundūt seruantq; eius offas:qui thebis habitāt:Mirat̃ Galenus Dioscoridé ꝙ pruna da
mascena sicca aluū sistere,pdiderit.cū pspicuo soluāt.q̃q̃ minus inqt q̃ hiberica uocata:qm̃ primū
ex Hispania uenerūt ut inqt Aetius succi dulcioris.Cæterū Damascena intelligūt̃,quæ Theocri/
tus brabyla uocauit, q̃ & Madrya & badrya dicūtur Athenæo. prunus syluestris ut idé auctor
est Galenus in Asia prumnō dicit̃ & nos ea uulgari uoce prumnula uocamus.

ARBVTVS CLXXXV

ARbutus græce Comaros dicta cortice deciduo tenui similitudine tamiracis folio inter ilicé atq; Laurū.arbor ampla nō est.Flores Iulio mense ab uno pediculo cacuminibus racemati depēdēt similes baccis lōgioribus myrti neq; foliosi:Sed cōcaui ,ceu ouū ptuso
uertice cū deflorescūt pte q̃ sunt ānexi pforant̃ ,relabendoq; in pediculū specié uerticilli fuso inie/
cti præbét:fructus anno pficit̃ cibo idoneus ut pariter floreat subnascés & prior coquat̃. Carboni
bus officinæ argētariæ cōmendāt coctione prima:ut ariā:pom hoc & comaron & memecylon
græci fere uocāt Latini pomū & arboré quoq; ipsā unedoné & arbuū appellāt.Sūt q. duo gene//
ra constituāt.Theophrastū ut arbitror secuti.Comarō id est arbutū & mimecylō id est unedoné
a Theophrasto Nelian uocatū.defluo & hoc cortice: foliis quoq;.Sed ima tm̃ pte deciduis uiré//
te ppetuo coma.Mas sit an femina sterilis nō cōstat:arbor ipsa fruticosa:pomū inhonorū:ut cui
nomé ex arguméto sit unū dūtaxat edédi:uel fortasse q̃a solū hoc pomorū simile fructui terræ gi
gnit̃ :hoc est fragis terrestribus e quinq; folio frutice nascētibus : quæ & mora terestria dicūtur a
Seruio grāmatico.nec satis scio an recte.Ideoq; mōtana fraga nomināt̃ a poetis ut a terrestribus
distinguerét. Galenus & Paulus arbutū comarō:Synedoné uero siue ut ipse lego unedoné a ru/
sticis Italiæ uocari scribūt,q̃ epimelō & epimelida græci nūcupāt syluestris mali genus.copiosū i
Calabria.fructu acerbo & ifesto capiti & stōacho,Sed siue aliud hoc sit ab eo ꝙ Dioscorides inter
mespila cōnumerat & epimelida uocari meminit uocari,siue idé,certe Palladius epimelides siue
hypomelides inqt sunt poma sorbo similia mediocri arbore nascentia.flore cādidulo : sapor ex
acri dulcis.Pamphilus Apimelida Piri genus abitratur.quod alii uocant Amamelida.Quidam
Homomelida: frequētem in Ionia & biferam:fructu Piri sed sui generis. Omnino ut Atheneus
inquit:prædulci & sine nucleis ac plato piris.alii omomalidas uocāt.ut Asclepiades.nō pira sed
mala syluestria & montana:quæ Theocritus Oromalidas appellauerit cū ficu maturescētia.Ama

melides inqt Galenus apud Hippocraté mespili genus é nascétis in Italia: ex quo facile colligit amamelidas ei eé, quæ sűt epimelides Dioscoridi. Mirű φ eius usu mulieribus laccieri tradidit Hippocrates. Auctores sunt quiquagenű cubitorű altitudine in arabia eé arbutos. Similis comaro est & adrachne, quã oés fere græci portulacæ noïe interptant falso, cű illa sit herba & andrachne uocet unius literæ diuersitate. Theodorus apud nos arboré portulacã uocauit ut a portulaca herba distigueret. Eruditius q̃ fœlicius. Cæterű adrachne est syluestris arbor: neq; in planis nascés similis unedoni fructu & folio tm̃ minore & nunq̃ decidéte ꝑterq̃ ab imo. Cortex exciduus & scaber quidé: sed qui circűgelatus uideri possit, tam tristis aspectu est: q̃q̃ in Theophrasto nõ περιπηγνυμένον hoc é circűgelatű sed περιῤηγνυμένον hoc est rűpenté se p ambitű legat, φ & Theodorus quoq; sequit. Alibi quoq; Theophrastus φλοιοῤαγία hoc est Corticis abscessus Platano & Adrachnæ cõe inquit est. Sed lectioné Plinii uerioré puto: quia corticé excidere huic arbori ꝓpri um nõ est, sed ad alia quoq; plura ptinet. Liberű tñ sit æstimãtibus hæc iudiciű. Corticé quoq; cãdidű Theodorus ei reddidit quia leucon ut arbitror legebat: ego lepron idest squarosű scabrűq; lego Pliniű secutus. In helicone arboré hanc Pausanias enasci tradit frequenté ét si andrachnum uocari credidit. Magnitudo arbori nõ ꝓcipua. Illud cű subere habet peculiare detracto in orbé cortice: non emori: φ ueteres latini cingere arboré uocabãt: actione instituta cõtra eos: qui ita deglabrassent: & balteű exemissent. arborű furtim cæsarű, eadé causa: quæ legis aquiliæ. Germinare cű Vrbana Theophrastus eã scribit: Nec de urbana qualis esset inuenio: nisi φ minime uerű puto herbã intellexit portulacã. inter biferas hæc arbor prioré fructű icipiéte pubescere uua peragit. posterioré hyemis initio, siue ut Theophrastus iquit prioré cű dulcescit uua, posteriorem cű floret. Adrachnæ usus feminis ad opus telariű. Similis huic apharca Plinius aparaché uocat e syluestri genere arborum æterna fronde olympo mõte frequés: nec nisi mõtibus nascés. hétur & urbana utrűq; genus simul germinat & ut adrachne biferű septis uallisq; utile. sed urédo quoq; ꝑdicant. Differt connaros a comaro ut in paliuri mentione diximus. Testandum est & illud grammaticos græcos esse, qui fructum arbuti acylon uocari tradant falso, cum memecylon eum dici constet: acylon uero Iligna glans sit.

AMYGDALVS CLXXXVI

Mygdalæ flos anteq̃ folia (quod fere soli propriű iter arbores tribuitur) manat e trűco a lacryma ad nihil utilis. proximű corpori operimentű ité summű simile iuglandiű sed tenuius nucleo dissimili lato callosioreq;. mori uulpes earű pastu ferunt utiq; si nõ contingat e uicino aquã lambere. nihil æquæ degenerat q̃ amygdalus, ideoq; aut plãtã sæpius trãsferri aut adultã inseri ꝑcipiunt. In remedio est & paxillű adigere & lacrymã defluentem extergere Reliquo cultu oĩ perinde adhibito, ex amygdalo cineré & lixiuiã probant ut acerrimã. ad fornaces artesq; aliquas nõ incõmodo quoq; ligno. amygdalã eandé esse cű græca & thasia cloatius putabat. Aliis græca uidet esse Iuglans. Columella tria facit genera libro sexto Græcæ. Iuglãdis amygdalæ.

AMYGDALA DVLCIS CLXXXVII

Mygdalus dulcis si a pecore sit erosa: dr̃ amarescere: quéadmodű amygdala nasci scripta possint: rei rustica libri docét origine a græcis orta: φ & ad alios quoq; fructus fœliciter conuersum est.

PISTACEA CLXXXVIII

Istacea in nucű genere hñtur. L. Vitellius qui censor fuit, & hæc in Italiam primus intulit e Syria cű legatus in ea ꝓuincia fuisset nouissimis Tiberii Cæsaris tꝑibus: mox & in hispaniã: qui cű eo militauerat flaccus Põpeius eques Romanus. Venetiis hæc Iudaico uico satu seminis enata uidimus folio maiore q̃ lentisci. Maré in hoc genere accipiűt cui sub corio uelut ossei longi uidétur latere testiculi. Nicander Colophonius psittacia uocauit & alius Nicander phistacia, sunt qui listacia ut possidonius, inuenio & astacia scriptum in poetis. Atheneus auctor est terminthos siue terebinthos credi solitas a nonnullis, quæ nunc syri pistacea uulgo appellant: foliorum similitudine ut arbitror fallente.

NVX IVGLANS CLXXXIX

Aryon basilicon idest Regia nux uocata fructificat autumno, arbor carea græce dicit. Notum in ea est calliculacea tegumenta totidem quot flores fuere contrahi pediculo. Singulisq; his singulas includi nuces: duplici munimento ꝓtectas puluinato primű calice, mox ligneo putamine: quot modis & fœtus in parente hoc est utriculo atq; uentre. propterea fescenninæ locutionis comites & Religiosas nuptiis uerisimiliusq; hoc q̃ φ cadendo tripudium faciant elidendo uirginum puellarum clamore. Germinat hæc non cacumine ut maxima pars arborum sed lateribus impulso priore pululo: qua forma & caudex totus & ꝑgrandes rami crescűt. hoc & auellanæ faciunt: & quibus germina in folium unű procűbűt uidelicet. Quia de sit initium unde germé erűpat. medulla nucis quæ in ligno ipso cõtinet isca dicit Aetio forte ut alia quoq; multa deprauate a latinis id acceptű q̃si esca qm̃ ꝓ igniario & cauterio quoq; sit medicis. Mutari hãc in quercű senio nõnulli ꝓdűt. Trãstulere iuglãdé reges e ꝑside ob id regiæ nuces

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

appellātur. Caryon uero a capitis grauedie propter olacitatem uocatā nemo dubitat. Et. n. arbo
rum ipsarū foliorumq; uires in cerebrum penetrant hocq; in cibis nuclei earū minori momen/
to faciunt. Tinguntur cortice earū lanæ & capillus ruffatur. Primū prodeūtibus nucleis id cōper/
tum infectis tractatu manibus, pinguescunt uetustate. Sola differentia generū in putamine duro:
fragili: tenui: crasso: multiloco simplici. Solū hoc pomū natura cōpactili cinxit operimento. Nā
q; sunt bifidæ putaminū carinæ nucleorumq; illis quadripartita distinctio , lignea intercusante
mēbrana. hæc arbor an fuerit in Italia Catonis Aeuo non cōstat: qm̄ græcas noīat: quas quidam
in genere Iuglandiū seruant. Sunt & galbæ siue caluæ. Itē p̄nestinæ ab eodē Catone dictæ: quas
maxime laudat : & cōditas fictilibus in terra seruari uirides meminit. postea thasiæ & albenses, p/
bari ceptæ & Tarentinarū duo gn̄a fragili putamine & duro , quæ sunt amplissimæ & minime
Rotūdæ: quas a frangendi mora moracias & moracillas sunt q uocent. Præterea molluscæ puta
men rūpentes. Macrobius qui psicum uulgo dictū molluscā nucē esse putat, apte allucinatus est,
cū is non de psico: sed de nuce regia & iuglande q̄ sit e perside cōuecta primū ad nos molluscā
intelligat. Nā a quibusdā nucē persicā uocari tradit sueuii, hoīs doctissimi testimonio fretus. Tha
siam quoq; nucē atq; grecā amygdalarū esse generis Cloatius existimat. Prenestinā Macrobius
eandē esse cum auellana. Varronis & Neuii auctoritate meminit. Iuglans a iuuando & glande si
ue quasi Iouis glans literis interlisis appellatur , siue quasi diu glans idest Dios balanos Theo//
phractum uocasse Cloacius auctor est. Sed certe Diosbalanos Castaneā Dioscoridi significat, p/
inde nō parcius errauerit Nonius Marcellus qui iuglandē pro syluestri nuce interpretatus est. bi
feras Iuglandes Siluaciano patauini agri uiculo, puenire satis constat. Fomites ex hac nuce mne
stor optimos fieri cum dixit, de iuglande uidetur intellexisse.

AVELLANA CXC

Vx auellana quā græci heracleoticā appellāt: nostri p̄nestrinā & abellinā patriæ uocabu
n lo in asiā græciāq; uenit e ponto, ,ppterea nūc pōticæ: nunc heracleoticæ dicuntur quo
noīe Macrobius Castaneas intelligi falso putat oppiū secutus. Ponticas sunt q & alare
as nuces cognominēt. Inuenio & Alariā uocari arborē unde lacula & hastæ factitari soleāt. Auel/
lanæ sunt ex arbore: quæ Corylus dr̄ has mollis q dē tegit barba: Sed putamini nucleisq; solida.
Rotūditas cōtra q̄ Iuglandibus. Vmbilicus Auellanis & in uentre medio. torrent eæ cibis. Cory
lus neglecta cōmeat in fruticē: q̄q̄ si quis eā minus sublucet, fructū meliorē & copiosiorē ferre tra
ditur: ut q̄ naturæ suæ proprietate fruticosa sit: tonderi tn̄ resecariq; p̄cipiunt: ita fruticosam red
di. alioquin si arborescere patiat aliquis: In corpulentiā & magnitudinē alimentū oē sumptitant.
Florere negāt hanc aliqui. Sed floris uice quosdā in ea uillos erūpere: huic simul fructus decidit
uuæ mō Callus innascit magnitudine uermis grandiusculi: pinguis: singuli pediculo Cōpacti
lis: iulum uocāt. dehiscit uere ac defluit: cū folia emergūt: simili oīno sorte qua cachrys in robo/
re: abiete cæterisq; amētiferis. syluestris, prsus natura : qm̄ hyemis patiētissima & mōtibus magna
parte prouenit: nec urbanæ fructus magnopere q̄ idomitæ p̄stantior , folium urbanæ maius. Se
ratumq; ambitu utiq; alno simile tn̄ latius . Coryli. aliæ nucem rotundam, aliæ oblongam ferūt
candidiorem urbanæ , meliorem in aquaticis . trāslatu mitescūt syluestres. Cortex summus tenu/
is pinguis & maculis albis uarius. materies lenta. prægraciles eius uirgæ desquamant , crassiores
derasæ interpolantur. medulla tenuis subflaua quæ dematur.

MORVS CXCI

Oro succus in carne uinosus. trini colores. Candidus . mox rubēs. maturo niger. In no
m uissimis floret. Inter prima maturescit & transuolat . tingunt manus succo. matura elu
unt, acerba pilū coriis folia eius in urina madefacta detrahunt. minimū in hac arbore
ingenia profecerunt, nec noibus nec insitionibus nec alio modo q̄p omi magnitudine . mora
differebant hostiensia & thusculana romæ . Auctores græci morū iserūt castāeæ phago: terebitho
piris syluestribus: malo: ulmo: populo quæ sit alba: unde cādida nascant mora. Nascūtur & in ru
bis multū differente callo: quæ maratha noiant ab Hippocrate: q̄q̄ corrupta fortasse lectio ē. nec
μάραθα ἀπὸ βάτου sed μόρα τὰ ἀπὸ βάτου scribere oportuit. E pomo arboris mori panchre/
stos stōatice eadē arteriace appellata pluribus modis fit. neq; est aliud oris arteriæ: uuæ: stomachi
iucūdius remediū. hoc & uulnera ad cicatricē pducebant. Succus siccato exp̄ssus , pomo , multū
sapori quoq; obsoniorū cōfert, ab Hippocrate rhoon qn̄q; dictus. mora germiatiōe priusq̄ in fo
lia exeant sinistra manu decerpi iubent. Futura poma ricinos siue ut quidam legunt cytinos græ
ci uocant: ii terrā si non attigere , sanguinē sistūt alligati, quacūq; pte fluat. Ad hoc seruātur repo
siti. Materia utilis operibus quæ flexu constent: Ideo furculas ex ea circosq; faciūt, ut ex caprifico
quoq;. Item nauibus tornacula. ut ex fraxino: ulmo: Platano: q̄q̄ e platano celeriter putrescūt. Itē
auriculas liburnicis & testudines atq; firmamenta. Mora in Aegypto & Cypro sui generis habē/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tur ut mox dicemus e ficu Aegyptia & Cypria. Sycaminon græci pomum ipsum uocant. Syca/
mineam & sycean & sycen quoq; ipsam arborē Hippocrates. Nā Aegyptia & Cypria Sycomo/
ros & Sycomorea dici fere solent. Media Comedia Sycaminō uocat & pomū & arborem. Sed
pomū neutro. Arborem masculino genere, ut apud Iulliū Pollucem notatū legit. Hippocrates
morū arborem ē qn̄ sycen & moreon quoq; dicat: ubi uidelicet Radicē syces primo de femina
rum incōmodis uolumine requirit, ut Galenus interpretatur inuenio & modon scriptū in Hip/
pocrate: pro moro nisi fallor: culpa librariorum.

FICVS AEGYPTIA CXCII

f Icus Aegyptia siue morus: quā ut Celsus ait & morosycon appellant. Fructū hanc nō
caudice sed ramis ferre quidā falso tradunt: cū ueriores sint qui utroq; nasci prodant.
Magnitudo aspectusq; pomo fici. Succo tn̄ & sapore caprifici. Sed dulcedo copiosior
sine granis interioribus scalpendo tm̄ ferreis unguibus nec aliter maturescit. Quod cū factū est
quarto die decerpitur alio subinde atq; alio subnascente terno ita aut ēt septeno numerosa partu
per singulas æstates multo lacte abundante. Subnascitur etiam si non scalpantur: quater æstate
priorem impellendo fœtum qui sit immaturus. Arbor nostrati moro similis folio: magnitudine
conspectu: materies inter paucas utilissima. Cæsa statim uiret. Siccatur mersa īcilibus atq; stagnis
cum fluitare cœperit tempestiua operibus intelligitur. Ablato ita pondere ac soluta. Id probe in
ueteratæ signum hn̄t. Videlicet alienus humor alium eius omnem rigando suggit. Huic similis
est quæ uocatur cypria ficus in creta. Nam & ipsa trunco pomum fert. & ramis cum in crassitudi/
nem adoleuere distat a superiore: quod germina emittit sine ullis foliis Radiculæ similia cui fru
ctus quasi cuspidis accessu præpilatur. Caudex magnus: & populo albæ proximus. Foliū ulmeū
quater germinat: quater suas ficos maturat. Sed grossus in ea nunq̄ excoquitur, nisi emisso incisu
ra lacte suauitas pomo fici sed interna. Similitudinem caprifici hn̄t. Magnitudo pruni uel sorbi.

FICVS CYPRIA CXCIII

d E ficu Cypria dictum est in Aegyptia.

FICVS CXCIIII

f Ico circa elephantiū agrū folia nō defluunt. græci pomū syca & palathen qn̄q; uocāt.
Arborē uero Sycen & Sycada. q̄q̄ Sycada nouellā ficū fere intelligunt. ut Iullius Pol
lux inq̄t. Nam ischades aride fici sunt aut caricæ interdū. Inuenias apud græcos ischa//
das recentes & ueteres quoq; dici Comedia & Iscada captē ꝑ sicca uir appellasse q̄q̄ & ischada So
phocles pro anchora est ubi acceperit. Fici pomū hegeteriā ab Atheniēsibus uocatū quasi an̄ ali/
as fruges inuentū auctor est Atheneus ēt quibusdā festis præferre pompæ solitū in offis. Naxii fi/
cū ipsam melichen appellant a quo & liberū patrē melchiō ceu inuētore eius uocant. Vt Lacedæ
monii sycitē. Quidā gigātem noīe. Syceā ioue ꝑsequēte in ficū a tellure cōuersum fabulant: un̄ i
cilicia urbi nomen sit inditū Syceæ sunt qui sycen hoc est ficū oxyli ex amadryade filiā ut alias
quoq; arbores fuisse memorēt. Pausanias in attica primum editas putari tradit cereris munere in
memoriā hospitii Phytalo donatas ꝙ & in monumēto eius testatū ē uersibus exametris. Ficus oīs
breui fere nec procero caudice: q̄q̄ amplissimæ quædā inueniūtur uel piris æmula magnitudine
Cortex ei leuis laciniosa folia & cruciformia hoc est ut Theophrastus īquit σκλοπόδη nisi quis
κορωνόποδη magis legendū putet. Nā Hippocrates uere īquit folia sunt fico pedibus cornicis si
milia. Ex īteriore pomi huius semine idest mīutis in eo grauis quæ græci κεγχραμίδαι uocant:
ēt caprificus nasci dicit a Theophrasto. Germinat sub arcturū post uer: ꝙ tp̄s cōe oībus est præser/
tim edomitis ac ꝑcipuæ in fico, uite, punica. Ficus in hircania dulciores multo fertilioresq; ut mo
dios. cclxx. singulæ ferāt. Externæ sunt in Italia chalcidicæ: quarū genera plura. Itē lydiæ quæ sunt
purpureæ & māmillanæ similitudinē māmarū hn̄t. Calistrutiæ parū sapore ꝑstantiores. Sed græ/
corū iudicio ꝑlatæ cæteris. has & ficus & passarias uocari capitolinus auctor est in clodio albino.
Ficorū oīum frigidissimæ. Inuenio psyctalia uocari quoddā earū genus ab algore nisi quis malit
ab atticæ regiōis insula psyctalia. Sed an calistrutiæ sint quia frigidissimæ dicatur mihi parum
constat. Nōnulli sunt: qui psyctalia intelligāt: quæ recentes nō sint: quidē: non tn̄ siccatæ. Africa/
næ ab aliquibus præferūtur cunctis celebratæ carthaginis excidio. Et aliæ ab Africanis libycæ. ha/
bentur & Sulcæ & Topiæ quæ dicantur. patriæ nomen obtinent etiam alexandrinæ post dicen//
dæ. Candicat Serina cognomine delicata. Nigra est & Rhodia & Tiburtina præcoquæ. Sunt
& Liuianæ siue ut alii uocant Liuiæ pompeiæ In usus annuos arefactæ solibus aptissimæ cum
mariscis. Et quas harundinei folii macula uariare dicitur: harundineas ob id uocatas a qui//
busdam Alfulas. Est & Herculanea, & Albicerata, & Aratia alba Pediculo minimo Latissi//
ma. Cloacius & Asinastram Atram Paluscam Augustam Biferam Cucurbitanam leptolydiam
marsicam, numidicam pullam pōpeianam adiicit in noīe sunt apud græcos atticæ delatoribus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

inde nuncupatis præsertim ægilides. Sũt & laconicæ, Itẽ phrygiæ. Itẽ Phibaleæ Hippocrati. Androtion leucerineon adiungit quas nostri albiceratas uocant albas ficos ferentem. addit & oporobasilidas & celuron & phormynion & megaricam: & alii Toxalias sunt & ex ĩsula Paro Aemoniæ uocatæ nihil a lydiis distantes colore sanguineo. sunt & amadei & coracei & nicolei & basiliæ quas & basilidas uocant. hybernas ficos Cydoneas græci appellant. probabantur & e Zacyntho quod & Plauti confirmat auctoritas in Mercatore. Item cimoliæ. primo aũt prouenit porphiritis longissimo pediculo. Comitatur eã e minimis & uilissimis appellata popularis: cõtra nouissima sub hyeme maturatur chelidonia hæc rubens est e nigro. Quæ porro nigra ficus est barbachytra dicitur a græcis Iulius pollux chelidonias dicendo atticas inquit intelligimus quas lacedæmone chelidonias appellabant. Sunt præterea eædem serotinæ & præcoces biferæ alba & nigra cũ messe maturescentes atq; uindemia. Serotinæ a corio appellatæ duro hoc est ut Macrobius duricoriæ. Ex chalcidicis trifero quarundam prouẽtu. Tarenti tantum prædulces nascuntur quas uocant onas. sunt & saguntinæ Telianæq;. Quibusdã prouinciis & hibernæ sicuti moesiæ: non natura sed ingenio. In ficorum genere caricas peculiari arbore fert Syria & minores eius generis quæ coitana appellant. habentur & Cauneæ ominales Marco crasso in Parthos mouenti. Cauneæ porro sunt tam ex Cariæ oppidulo unde nomen Caricis apud nos ut coniicio aperte ut multa, q̄ ex Aeolica urbe cauno cõmendabiles. Antiochenæ uero Caricæ quas & triphyllos uocant ut inquit Strabo ab Antiochia Phrygiæ Mæandro apposita nomẽ habẽt: omnia hæc. L. Vitel us in Italiam Tiberii principatu transtulit. Ficus unum genus pomum super folii dorsum ferentis circa idam ostenditur & ob id opisthocarpion uocatum idæi cognomine. Ramosa hæc neq; celsa cubitali crassitudine ligno ualido, contorto, lento, sine lacte pars quæ a terra est leuis enodisq;. Superior comosa in orbem. Colos folio & cortici liuens ac uiridis. Folium tiliæ p omnia sed molle. flos mespilaceus & cum mespilo erumpens. Ficus rubra magnitudine oliuæ rotundior sapore mespili. Radice crassa: ut ficus quoq; cætera. Item lenta materies ĩcorrupta: corde solido neq; medullaceo siue molli. Alexandrinam hanc ibi uocant. Nascitur & in mari ficus sine foliis parua rubro cortice: quædam ficum & grossos ita ferunt in Cypro, Cilicia, Hellade ut ficum aduerso folio, grossos auerso sustineant: cum reliquæ arbores sub folio pomum ut protegatur, habeant. Laconicum genus uocatur præcoces eas habẽs: quas Athẽis Prodromos hoc est præcoquas atq; præcurrentes uocant. Eiusdem feracitatis est & quæ a Theophrasto Leucomphalios nominata est. Idem auctor & charition & aration ficũ nominat. Ficus maturas græci Colythra ut Philemon scribit, uocãt. Seleucus protericen fici genus uocari tradit primitiuas eas ferentis. hñtur & alia ficorũ noĩa, Cirrocoeladiæ, Picridiæ, Hiladiæ, Sarcelaphiæ, Lapyriæ, Dracõtiæ, Leucophiæ, Melanophiæ, Creneæ, Mylæcæ, Ascaloniæ. Trallianæ, Rhodiis simillimæ bringidarides q̈q̄ barbaræ tamen cum atticis fere certantes. Prosenidas Pamphilus: Tithrasias Theopompus. generosas Plato in legibus & ficus & uites quasdam commemorat: quasi nobiles. etiã si nobile a generoso ut inquit Aristoteles diuersum est: fortasse illa genera intelligens quæ dicuntur ægilides inter ficos. & racemos nicostraticos inter uuas: quæ duo athenis maxime commendabantur. ut racemus hipponius in Rhodo insula. Thracesinas ad lienam probari apud Aetiũ inuenio. Morbus fico peculiaris uermiculatio Bestiolas eas uocant cerastas: stridulum animal. Item patella: sed aliter q̄ in olea: quoties uidelicet Radices imbrium superuẽtu quasi deglabrãtur. Item crados: scabies: & cocleæ: crados intelligitur: cum marcescunt rami quos priuatim cradas in ficu uocant. Attici ficum ipsam cradem nominãt. Nam & machina: quæ in comædia bellorophontas & perseos & deorum imagines in aere præsentabat: crada appellabatur: qusa species ea ficum imitaretur arborem. Inter morbos est & uredo idest κλαυσμός: & tabes quæ dicatur ἔκπληξις quasi quidam stupor, rigorq;. Frigore hic & gelu alsiosis annis contrahitur. Communis hæc & aliis, quemadmodũ & radicatio syderatioq; ἀστροβολισμός uocata. folliculus fici ut frumenti a Varrone gluma dicitur. Ficaria quoq; grana. Plinius frumenta nominat: quas nos a græcis cenchramydas uocari diximus succus maturescentibus lactis percoctis mellis: tactus omnibus mollis maturis frumenta intus lacte, satiuarum coagulatur lac, syluestrium nequaquam: aut minus probe fructus ut in uite alba eo melior futurus intelligitur: quo lætius germen antecesserit, contra quam cæteris arboribus. Ficus sola ex omnibus arboribus non floret. lactis inqt Macrobius, ꝓprie ficorũ dicit̃, ficus tanq̄ nõ pomũ secerni a pomis apud idoneos auctores afraniũ Ciceronẽq; reperias. Fico fumus acerrimus caprificoq;, Itẽ cuicũq; lacteus cremor redundat: atq; ipsa hæc tñ fluuiata detracto cortice: mox siccata, minime oĩum tedio illo infestãt. Quin & flãmã quoq; mollissimã reddũt. Lixiuiũ quoq; cinerẽ uehemẽter asperũ q̈q̄ ex amigdalis asprimũ ignem excipere optimas ficũ & oleã. Contrariæ causæ faciunt. ficũ lenta fungosaq; materies. oleam pinguis & densa. Senescunt ficus in arbore anusq; distillant gũmi modo lacrymam

ob id athenienses græas uocant earum folliculos ut nostri glumas quemadmodū prediximus.
siccantur seruātur, in capsis Ebuso insula pstantissimæ amplissimæq;, mox i marrucinis plurimæ
in Asia, Ruspinaq; africæ urbe. Panis uicem & obsonii habent siccatæ ac recētes quoq;. Athletæ
hoc cibo uires aluere priusq̄ Pythagoras exercitator eos transferret ad carnes. Sale inueteratis &
casei quoq; loco uesci excogitatum est. Decoctum iquit Paulus ficorum pleriq; Siræum appella
uere: quod & defruto quoq; nomen est. Hippocrates Sycion. studiosos uocis abstinere ficu græ
ci Iubent Aegesianactis alexādrini exemplo moti, ꝙ is tragœdiarum actor optimus euaserit. qa
xviii. annos ficu temperasset. produntur & de hac arbore prouerbia. ficum post piscem. legumi
na post carnem. gallinaceos amantibus ficum ne serito. Assentari nescio ficum ficū, Panem pa/
nem dico. Sacra ficus athenis uocabatur uia quæ ducit ad eleusinem. Erat & ficelensis romæ uia
quæ nomentum ducebat: & nomentana quoq; dicebatur ex uiminali porta. cæterum non a fi/
cu etiam si Plautus locum innuit, sed a figlinis appellata quasi figulensis: ꝙ ibi foderetur fi/
glinum, ut ad Auētinum quoq; montem. Ficum atram infœlicem pontifices putabant. fœlicem
albam. Quæ autem fœlicia sint ligna contra ue: Macrobius libri tertii calce docuit acrifolium in
ter ea numerans: quod quidem quale genus sit: haud facile reddiderim. Nec. n. puto aquifolium
posse legi, ꝙ aquifolium sit ilex: quam fœlicibus annumerant. Recentiores certe agrifolium p
faba græca siue quod idem est pro arbore loto capiunt. Sed lotus fœlix erat arbor ut idem Ma/
crobius testis est. Scio peucedanum quoq; Agriophyllon dici a græcis inter arbores infaustas &
Alternus & Sanguis siue quod idem est sanguen ab eodem auctore collocantur.

CAPRIFICVS

CXCV

Aprificus Erinos a græcis uocata ꝙ in Erineo thessaliæ oppido primum apparuerit ut
c Photioni placet. longe ualidior est q̄ ficus. nullis fere uitiis obnoxia ut etiam fico insita
grossos suas tueri credatur. Interdum tamen inuadit eam scabies. Frequētissima in ficu:
quoties post uergilias admissi sunt imbres utiq; parui. nā largis causa omnis eluitur. flexilis ma/
teria. num q̄ maturescit in ea pomum, additur ficetis ut culices alimento in ea fraudati euolātes
in ficos Ferantur: aperiantq; ora earum: atq; ita sole immisso & lacte absumpto maturitati præpa
rent. Eos culices ficarios Aristoteles psenas ionica uoce appellat. etiam si legatur corrupte pseras.
dicuntur autem psenes, quasi galbæ. nam & psenes poetæ cum dicunt caluos & glabros intelli/
gunt ut est apud poetam simonidem. Nos tamen galbas æsculi uermiculos uocamus ut predi/
ctum est. Sunt in fico & centrinæ dicti culices fucis apum ignauia maliciaq; similes. Interimendo
. n. utiles & ueros culices utiq; ipsi commoriūtur. Caprificatio a nostris hoc uocatur: a græcis eri/
nasmos & sycasmos. Interim non arbor ipsa seritur sed grossi ex ea pertusi uelut serta suspendū/
tur ad eūdem usum. Theophrastus autor est meliores quodam loco nasci ficus sine ulla Caprifi/
ci ope: quas anerinasta prædicari uendentium uoce scribat. Caprificus tauros q̄libet idomitos
collo eorum circundata cicures & immobiles præstare dicitur. habetur & ficus indica, cuius ger
mina per ambitū radicari tradunt neq; caudicem contingere arbor magnitudine insigni ut sub
qua tres turmas equitum condi affirment, caudici crassitudo sexagita passus. Ramorum umbræ
bina operiunt. Foliis amazonicæ peltæ amplitudo formaq; ut Solinus. inquit in hircaniatā fœ/
cunda est ficus ut medimnos. lx. singulæ ferāt. Est aūt mediminus modii sex italici: utiq; atticus.
Nam ptolemaicus maior ē, ut qui sesquiplus sit attico. sed exiguo pomo. Caprificus in Coinsu/
la non bifera modo sed trifera quoq; habetur. i Gallia trāsalpina Strabo similē fico nasci tradit
arborem fructu capitulum corinthiacæ columnæ referens: cuius lacte mortifero sagittas suas illi
nant ifami alias tēperādi uenena cœlo nō pridē aboleri cœpta eius rei nota galliis. ut hoc forte
Virgilius intēderet, cū de cimbro tullio q fratrē ueneno sustulit in senario locutus ē. de quo iter
odoramēta diximus.

GROSSI

CXCVI

Rossulos atq; grossos græci olynthos & erineos uocant de quibus in fico & caprifico
g abundanter egimus. Sed grossi proprie olynthi sunt hoc est primitiuæ ficus apud Ma
crobium grossos legas ficos esse quæ nunq̄ maturescunt. Alii sic distinguūt ut ficus pri
mo sit olynthos, deinde pheiex, postea sycon: postremo ischas. Frōdes ficus græci priuatim uo
cant Thuria. Nicāder & papaueris folia sic appellat. Est & edulii genus thrion ut alibi notaui/
mus.

LIXIVIA E FICV

c Inerem lixiuium Conian græci appellāt: de quo dictum in ficu nobis est asperitate in/ CXCVII
signem ex eo ligno esse: asperiorem ex amygdalo.

PERSEA

CXCVIII

Erseam arborē Aethiopia & Aegyptus hn̄t solæ. psicū Aegypti Plinius appellare quodā
p loco maluit: hilarē ituitu: piro similē p oia. semp āt folia hēt & poma subnascētibus aliis.
maturitas p Etesias: alio tpe crudiuscula decerpūt ac reponūt, magnitudo longioris piri:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

amygdalæ putamine includit & corio coloris herbidi nucē intus habet ut primum, sed mino
rem multo molliorem q;. Suauitas carni prædulcis & innocua etiam, largiorem mandentibus.
Concoctu & deiectu facilem, Radice ꝑgrandi. materies longitudine, crassitudine, copia īter cō
modissimas bonitate firmitudine: nigritia quoq; nihil differens a loto ea quam fabā græcā uo/
camus. Simulacra ex hac & lectulos & cibilia factitauere, non tam decoro ligno q̄ fideli. ut quod
magna ex parte sit contortum proindeq; nauale tm̄ esse cœpit. hanc aliqui rubescentibus myxis
fecere similē. Perseam hanc non persicū ut diximus e perside in Aegyptum translatam a regibus
tradunt ꝑpter supplicia: qm̄ uenenata ibi esset: q; eruditiores tn̄ cōstanter negāt: sed a pseo Mem
phi satam fatentur, & ob id alexandrū illa coronari uictores instituisse in honorē Ataui sui. For/
tasse Theophrastus hanc intelligit: cū textilem psicā in Aegypto plurimā nemore thebaico fuisse
scribit. In quo & ægyptia spina & olea & quercus, habeant ut textilem a coronæ usu dixerit. Qui
dam pro cuci capiunt palmæ simili cuius foliis ad nexus & textilia utantur: & persicam textilem
uocatam putant. Quia psis in magno honore fuerit. aliam a persea de qua Dioscorides p̄nti mē/
tione loquitur. De psea porro hac columellæ uersus illi fortasse fuerint.

Quin etiam eiusdem gentis de nomine dicta.
Exiguo properant mitescere persica malo.

Plutarchus auctor grauissimus perseam arborem īter omnes isidi gratissimam & in ægypto ma
xime celebrari tradit: quia fructum ferat cordi similem. folium uero linguæ.

HIBERIS CIC

Iberida siue hiberiada & hiberiden herbā comperit Seruilius Democrates assignato ēt
h inuētioni eius senario. Nascitur maxime circa uetera monumēta parietinasq; & incul
ta itinerū. Semine tam paruo ut aspici uix possit. Radici odor Masturtii de quo carda/
mina & cardamantice & Apollonio cardamē & Hiberitis appellata est. Vsus æstate melior & re/
centi tm̄. tunditur difficulter. Galenus hiberida eandem esse cum lepidio uocata cōiicit. Carmē
quoq; Democratis ipsius ꝑtexuit: ex eius libro: qui Clinicus īscribitur. Multa de hac Archigenes
in epistola ad Aristonē: eāq; lepidion & agriocardamon idest syluestre nasturtium uocauit. Vidi
mus hanc Venetiis specie qua describitur a Dioscoride ac Plinio. Illud adiicimus. folia ei pusil
la esse qualia Nasturtio. Semen quoq; in siliquis admodū pusillis tam exiguū ut cernere nō lice/
at. Flos itē pusillus & lactei cādoris. Differt hesperis ab hiberide. Nomē uero hesperis inuenit: nō
ab hiberia sed ab re, qm̄ ut Theophrastus inqt nocte plus oleat q̄ īterdiu: cōtra q̄ herbarū pluriæ.

ALICACABVS CC

E alicacabo una, Strychni hoc est Solani specie quarto uolumine differit. ibi quæ hic
d in Dioscoride leguntur repetita sunt ad uerbum fere: q̄q̄ libro q̄to pro secunda solani
specie. primo pro tertia uidetur accepisse: nec alicacabum ibi hanc appellat sed quod
uerius est hypnoticon. Alicacabus. n. uera est: quæ quarto uolumine describitur.

Corollarii libri primi finis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI IN SECVNDVM HERMOLAI BARBARI COROLLARII LIBRVM PRAEFATIO.

Actenus odores, olei genera, unguēta, arbores, earū succos, lachrymas, & fructus
psecuti sumus. atq; id quāquā oposū ac p difficile fuit: afferebat tñ mihi uoluptatis
h ñ parū naturā, uiresq; eius, ac p singula quæquæ solertiā æstimāti: nec certe alia co
mētatio certior, uitæq; hominū, cui nos oīa debemus, utilior. Qua i re ueterū idu
striæ ac diligētiæ psæpe recordatio subeat. Quibus itētatū nihil, nihil inexpertum
fuerit. atq; adeo ut multis prodessent: occultatū nihil uoluere. Tāto grauiore seculi
psentis infamia. q aliis elaborata abscōdere, ac penitus obruere ɔtēdimus. quātum insultaturi no
stris, ubi alienis bōis publicā salutē inuidemus: Qui uero hoc ingenio tā prauo sunt, uti pauca
quædā, q̄ uix ipsi norit, recōdāt: & alienis iuētis doleāt. inscitiā plane suā prodūt: & quā auctori
tatē scientiæ sibi uendicant, dum alios docere fastidiunt: amittūt. Pudet me sane. atq; iterum pu
det Tantum ab excogitandis nouis. atq; ab adiuuanda uita mores nostros abesse, ut hoc uel p/
cipuo studio plæriq; flagrēt: ueterum aut recentium benefacta perdendi. cum maiorum nostrorū
religiosissima auctoritate admoneri deberent: multos etiam de mediocribus inuētis deorū nu//
mero ad scribentium. Sed & multorum laus, ac gloria, qui nostra tempestate floruere, deterrere p
postera hæc ingenia poterant, qui uigilando, quærēdo, laborando omnia in medium protule//
re. Cæterum hactenus, ne insectatio hæc esse uideatur. Nunc ipsam etiam naturam haud sane
hac parte minorem spectabimus. Quantum. n. illa mari polleat, quantum rursus terra dum mel//
la, lac, piguia, fruges, olera, atq; inter hæc etiam quæ acria censeantur, gignit non sine admiratio
ne leges, & quando hactenus hanc partem Græci prope sibi uendicant, habeant per me & nostri
homines, quæ latina a nobis facta non admodum fortasse negligant.

HERMOLAI BARBARI VENETI PATRITII COROLLARII LIBER SECVNDVS.

ERINACEVS MARINVS. CCI

Rinaceus marinus quem Græci echinon thalassion appellant alius pi
scis est ab eo, qui Echneis hoc est Remora siue Remeligo dicitur: adhæ
rens nauibus, & medio mari cursus earum impediens palmari crassitu//
e dine: pedali, semipedaliue amplitudine, magnæ limaci similis odyno
lyon appellatus a quibusdam, quia partus grauidis adalligatus resol//
uat inueteratus sale. Alii & muricis genus quodā hoc noīe, potentiaq;
accipiunt. At echino id est Erinaceo spinæ pro pedibus sūt: quibus uol/
uitur in orbem, nec aliter ingreditur. Itaq; detritis sæpe aculeis inueniū
tur. Ex hoc genere appellamus echinometras, & Iulius pollux metras:
quibus spinæ longissimæ calicesq; minimi: neq; oībus Idem color uitreus. Circa toronē candidi
capiūtur spina parua. oua omniū amara quina numero, nec nisi p hyemem, atq; pleniluniis. ora
in medio corpore in terrā uersa. Tradunt sæuitiam maris præsagire eos, quoties correptis ope/
riuntur lapillis. echinos aliqui & patāgas noīant. Sed Aristoteles tria eius genera dinumerat: oua
rios: qui & mandantur: patāgas, & bryssos. haberi & fluuiatiles echinos Paulus ægineta pdidit.

ERINACEVS TERRESTRIS. CCII

Rinaceus terrestris id est echinos chersæos, & acanthion epigios uallatus est aculeis ex//
e tra q̄ ore, pedibusq;, ac parte iferiore, quā rara tm̄, & innocua lanugo operit. ubi uenan
tem sensere, conuoluūtur in pilā ne quid appræhendi possit præter aculeos. In despera
tione urinā reddūt tabificam spinis, & tergori propter quod petūtur. Ideoq; artis est uenari eos
exinanito prius lotio. capti aquæ calidæ aspersu resoluūtur, & suspensi posteriorū pedum altero
enecātur inedia. hac cute uestes expoliūtur. Cibos sibi præparat in tēpus. Et. n. uolutatus supra po
ma iacentia spinis affixa unū nō amplius tenēs portat in cauas arbores. Idē mutationes aquilo//
nis in austrū prænūciat condēs se cubili. Echinus græcis uas æreū significat in qd testimonia con
iecta signabant. Sed & feni ptem & ollæ genus. Itē muliebris ornamēti nō dissimile oīno brachia
libus, & armillis Pollux auctor. Dicuntur & in castaneis echini: eos tamen latine qui erinaceos uo
carit, non iuuenio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

HIPPOCAMPVS. CCIII

PVRPVRAE. CCIIII

Vrpuræ a Græcis porphyræ nũcupãtur. hinc ipſas quoq; ueſtes purpuras uocamus. au
p ctor ẽ Theopõpus tãti quõdam pcii fuiſſe, ut æquali argẽto penderẽtur. nemo ignorat
oſtreorũ quoddã genus eẽ purpuram: idq; ſanies eius quæ teſtis detractis colligeretur,
oſtrũ ut Victruuius inqt appellata ẽ. oſtrea porro inquit Galenus penultima correpta & producta
differũt. producta genus ẽ Ariſtoteli ad omnia teſtacea. ut per dipthongum. ει ſcribantur ὄςεα
uidelicet. Correpta uero ſpecies ẽ eius una. Quibus reſpõdere apud nos qdã uolũt. conchã p. X.
& concã p. C. Sed auctores ipſi ſunt: nec præter ipſos alius. Athenæus ueteres per ει diphthõgũ
proferre ſolitos affirmat. nec aliter locutos Cratinũ, & Archilochũ Platonem correpta: ſed placet
Galeni ex Ariſtotelis auctoritate diſtinctio. Porphyrides ex auiũ ſunt genere: a porphyrionibus
diuerſæ: ſicut ab utroq; lathiporphyrides ſiue adiporphyrides: & lathiporphyræ. Illud obiter
notauerim porphyriones a nobis uiſos eſſe in agro patauino allatos ex Hiſpania: quos ibi Tela
mones uocãt: ſiue qa ſtatuæ uiriles, quibus mutili & coronæ ſuſtinenẽ ita nominanẽ: ſiue quaſi
thalamorũ & pudicitiæ cuſtodes. Et. n. ſcribit Athenæus uolucrẽ hanc ſenſum adulterii habere ac
ſignificare id patrifamilias, in cuius domo alitur. nõ uoce quidẽ aut omnino aliter q̃ ſuſpẽdio:
niſi quis telamones quaſi nutriculas eẽ dictos putet: ita. n. Græci altrices uocant. Porphyrioni ſi
milis eſt tetrax appellatus, ut Athenæo placet Gallos gallinaceos uincens magnitudine. uox gra
uis. caro ſi mãdatur: ſtrutionis ſapore. pẽdent ei ex auribus utrinq; Cartilagines, atq; Criſtæ ut in
Gallo Gallinaceo. Epicharmus & Alexãder certe myndius: qui aues ſcripſit puſillã uolucrẽ hoc
noĩe itelligũt. Tetrax inquit auicula ẽ a uoce dicta quã Oua pariens emittit. figlinæ plumis color
macularũ ſorde uarius ppetuiſq; lineis: Magnitudine ſpermologi eius quã nos ſpicilegã ſiue fru
gilegã uocare poſſumus. q̃q̃ frugilega nomẽ generis ẽ ita uictũ quærẽtis apud Ariſtotelem. Rura
ipſum paſſerculũ uocãt ſpicilegã detrita modo priore ſyllaba. ab eodẽ auctore ſcolopax atage
nis colore tradiẽ Gallinaceo generi pſimilis, quã Theodorus gallinaginem: uernaculam uocẽ
ſecutus (ita. n. uulgo nominatur) interpretatus eſt.

BVCCINA CCV

Vccina a græcis ceryces dicũtur. Muricũ nomẽ generalius eẽ uideo, q̃ Buccini, ut pote
b quod & purpurã quoq; cõprehẽdat. Illud notare libet Cerycas a noſtris uerbũ ex uer
bo Buccina cõuerſos eẽ, qꝑ ceryx idẽ ſit quod præco: q̃q̃ & a cera quã muco ſimilẽ attri
tu mutuo ſaliuant, cognominari poſſe uideanẽ: quod græci κηϱιάζειν dicunt. Muricum gene
ris ſunt ĩquit Plinius & quæ uocãt Græci Colycia Alii Corycia: turbinata æque ſed minora mul
to, efficaciora etiã, & oris Halitum cuſtodiẽtia. Athænæus hæc nõ muricũ ſed chamarũ generibus
cõtribuit: eaſq; in Macedonia κωϱύκους dici, Athenis κϱίους. In cætera græcia tracheas hoc eſt
aſperas uocari prodit: quod & Plinius fere alibi ſecutus uidetur.

IONIA CCVI

Onia ſunt qui florẽ eẽ credãt eũ, quẽ purpuræ ut Ariſtoteles ſcribit hñt: & Buccina, & q
I a Democrito anthos porphyrios dicaẽ. Alia nigrũ: alia quod rarius eſt Rubentem me
diũ ĩter papauerculũ & ceruiculã ut Athenæus teſtatur. Eſt aũt papauerculũ in Buccino
pars eius Ima eſculentaq;: q̃q̃ omnis callus pĩnæ & cõchylii interior papauer quoq; diciẽ, ut idẽ
auctor ſcriptũ reliquit. Eſt & in Polypo qui & polyps diciẽ & anoſteos ſuũ papauer: ea pars uideli
cet quæ ſupra uentrẽ eius folliculi ſpecie cõſpiciẽ liquore plenus nõ atro ut in ſepia ſed rubente.
Ego in Dioſcoride nõ Ionia, ſed Cionia hoc ẽ uerbũ e uerbo Columellã lego: ita ſcriptũ ĩ exẽpla
ribus aliquot inuenias. Eſt & uaſculi genus Cionion ſiue Cion: quo noĩe in hodiernũ uſq; diem
utũtur Coponæ hoc colũnas a noſtris ex interpretatõe Græca uocitatũ putes: unde apud iuris pe
ritos colũnarium: q̃q̃ nõ colũnariũ, ſed colũbariũ fortaſſe pronũtiandũ ſit inſtrumẽti genus ita
noĩatur Vitruuio ad aquã hauriẽdã per tympana, etiã ſi a colluuie colluuiariũ ſunt qui legant. In
quo illud mihi occurrit colũbariũ nõ a colũbis: ſed a græco uerbo quaſi colymbariũ ueniſſe: qñ
Græci κολυμβᾶν & colymbiſtas uocãt quod nos urinare, & urinatores dicimus. Vrinatorium er
go uas quo uidelicet aut Vinũ promiẽ, aut aqua, colũbariũ a ueteribus dictum exiſtimare poſſu
mus. alioqn & colũbæ ab hoc ipſo uerbi Græci ſignificatu appellantur. Quid ſi colũnariũ apud
iuriſperitos pro mẽſa lapidea: quæ cartibũ, & cartibulũ quoq; dicebatur accipias? de qua. M. Var
ro altera ĩquit uinaria mẽſa erat lapidea, quadrata, oblonga una columella uocabatur cartibulũ,
in qua uaſa ponerentur ænea.

MYTVLI. CCVII

m Ytuli Græci myas, & myacas appellāt. Hippocrates Scaphidas ī harenosis sponte natu ræ ꝓueniūt. Quidā prius his genus faciūt eorū, qui ꝓprie myes dicanť: quorū ꝓprietas sit congregari muricū mō, & uiuere in algosis. ii mutuo attritu lentorē cuiusdā cetæ me liceræ, uocatū saliuant. gratissimi autūno sunt: & ubi multa dulcis aqua misceť mari: ob id i Aegy pto cōmēdatissimi, ꝓcedēte hyeme amaritudinē, colorēq; rubrū cōtrahūt. degenerāt ut Atheneus & Plinius testanť in duas species in myias idest muscas, & mytulos Mytuli salē, uirusq; recipiūt. muscæ, siue ut in exēplaribus quibusdā Plinianis legiť myiscæ differūt rotunditate: minores ali quanto atq; hirtæ: tenuioribus testis carne duriores. Laudantur apud Græcos ephesii. Est & piscis musce pōto cōmendatus ex Athenæo. Plautus in rudēte noīat quidē musculos. Captamus in qu it echinos lapadas, ostreas, Balanos, Vrticā marinā, musculos. De mytulis ītelligat: an de pi sce mure: iudicent legentes. In Aristotile mystocetus piscis a Theodoro musculus conuertitur.

TELLINAE CCVIII

q Vi Tellinas īterpretātur, ī Martiali Poeta mytulos: improprie locutos arbitror. Cū ali ud genus eē mytulos, aliud Tellinas Dioscoridis auctoritate constet, Atheneus certe mytulos a romanis uocari eas uideť existimasse. Sunt qui tellinas, & Ctenia idest pectū culos idē eē iudicēt a celeritate crescēdi nominatas ὅτι τάχιστα γίνονται τέλειοι, hoc est ocyssime pficiunť, qd Aristoteles tā pectūculis, q̄ purpuris tribuit cōmune. anno. n. magnitudinē totā im plent. Plinius certe medicinas quæ hic de Tellinis redduņť ad uerbū fere pectūculis ascripsit Tel linas ad Canopū ī Aegypto frequētes eē narrāt: quarū tenuiores exilioresq; Basilicas hoc ē regias appellant. his dulciores eē fluuiatiles c Nilo, Romæ circūferūtur pusillæ quædā conchulæ: quas qui uēdunt: Tellinas prædicāt. hæ uulgaribus conchis minores, & leuiores sunt, & candidæ nec striatæ: quas Veneti piscatores a capparis similitudine capparoculas appellant.

CHAMAE CCIX

c Hamæ a Græcis Χῆμαι. species sunt concharū. aliud in mari uideť piscis eē genus cha mæ, quas Hiatulas quidā īterpretanť habētes uuluā. sicut & qui Erythini hoc est Rubel liones dicūtur, nisi si quis ita distinguēdū putet, quod & Aristotelis præseferūt codices, ut chamæ hiatulæ interpretētur chamas aut concharum speciē agnoscas chamarū duo redduntur genera tracheæ hoc ē asperæ mali succi: quas & ostrea cognomināt & in Macedonia Corycos, & Athenis crios ut in murice diximus: alterū læues multo meliores, & crassiores ob id & pelorides & pelorinæ a quibusdā & Basilicæ uocanť & ab Helio spartiano liostrea, etiā si lithostrea mēdose legereť. Esset hic de cōchis, siue quod idē ē ostreis & cōchyliis tractādi locus. Sed copia deterreor. Sufficiat Primatū gulæ huic generi datū eē: Adagio inde nato: Cōchilia uiduarū cupediæ: ut est apud Sophronē mimographū, & Phaleræum Demetriū. Nec illud prætermisero: cōchæ genus: ex qua Margaritæ, unionesq; uellātur, Berberion & berberi ab incolis uocatū eē pinnæ aut pectū culi effigie nisi ꝙ nec auriculas habet: ut pectūculus: nec oparculū exterius sculpturis ullis asperū sed læue: Coloris quoq; nomē in cōchyliū, & chliaro conchyliū: & concha ægyptia paralios co gnomine: quā & pinnā uocat Democritus. Idem chrysoconchylium fieri docet sed fictitium, & metallicum: sicut & chrysocorallium quod Item & gemmæ est nomen.

VNGVIS ODORATVS CCX

o Nyx Græce dicitur: quod nos Vnguem odoratum uocamus ostraciū nōnulli appellāt siue ostracon. Galenus poma hoc est cauum, siue quod idē ē operculū: etiam in purpu ris. Onycē uero Paulus testam uocari dicit cōchylii dūtaxat indici: quod & Cōdylion appellat. Cōdylos certe ostrei genus est eidē Paulo, ut alios, ꝑteream ungues uocātur & quos so lenas Græci dicūt, eos deniq; donacas & aulos: Theodorus mō ungues: mō digitos appellat: In utroq; pluriū secutus. hinc & piscatores Ostrearum solinistæ nominabantur, ut Athenæo placuit. Et ampulla unguenti onyx quandoq; dicitur. Porphyrio grāmaticus.

COCLEAE TERRESTRES CCXI

c Ochleam, & limacē Græci cochlian & cochlion appellant. Nā cochlos & cochlax mari nos calculos significat. Est & cochlos apud Aristotelē animal testaceū, & aliud q̄ lima ces, a Theodoro dictū umbilicus. hoc & cochlian est ubi Aristoteles appellet: sicut lima cē quoq; cochlon. Nobilitas ꝓcipua solitanis a patria itē Balearicis: quas in spelūcis nascentes Ca uaticas nomināt. Affricanis duplex genus: nudarū, testarūq;: quibus magna fœcūditas. Sicut Il lyricis amplitudo: nā Siculæ Cōmendanť q̄diu paruæ sunt: quia magnitudo duras facit: aufert q; succū. laudanť & caprearū insulis. ꝑterea sunt quæ albæ, siue albulæ dicūtur in Reatino agro. Itēq; aceratæ latæq;: multifariā nascētes. Itē minutæ. Iam aliæ in usu sūt. aliæ cibis dānatæ. cochlea rū uiuaria nepotibus priscis fuere. Sapa & ferre aliisq; rebus alēdo eas: tanto successu, ut singula

tū calix quadrātes.lxxx.caperet.In ægypti Nilo grādissimæ ferunť:uocales ululantiū expressa si/
militudine.Saluia cochlearū quæ pūctis acu uel stilo carnibus manat:a Græcis ut Galenus īquit
myxa dicit,hoc est mucosus lētor:siue mucor:mucusue,limacē Teucer ad exēplū quæstiōis ludi
cræ ita finit,animal sine pedibus,sine spinis sine ossibus crustatū,oculos nūc exerēs,nūc retrahēs
Cicero terrigenā herbigradā domiportā sanguine cassam.Inuenio limacis genus cocaliā ab Ari
stotele uocari,& aliud abrotonē.q̄q̄ sunt qui locustā putent.Itē qui apem.alii qui piratā in eo uo
cabulo ītelligāt.Strabo cocleas p̄dicat linusias ab agro,cui nomē Lino ē iuxta Pityuntē: medio ī
ter Parianam Coloniam & Priapum spacio.

GANCRI CCXII

Ancer Græce Carcinos.mirabile cōtra morsum Canis rabidi remediū:p̄sertim ut Aes
c chrion parabat:qui popularis & p̄ceptor Galeno fuit:urens eos æstate in patella uiuos
sub Canis ortū:cū sol in Leonē trāsisset:nō nisi.xviii.Luna.Pelops medicus idēq; Gale
ni doctor:qui rerū omniū causas,& effecta scire ꝓfitebať:hanc cancrorū uim ī Canis morsu: qua
litati corporis,ac materiæ nō ꝓprietati naturæ tribuebat.Nec fere quisq̄ est,qui eum sequatur.

SCORPIVS TERRESTRIS CCXIII

Corpionum duo summa genera fere tradūtur.Terrestres,& Marini.Sed Pausanias ui
s disse prodit,& uolucres pinatosq; ,ut locustæ sunt,e Phrygia in Ioniam translatos.

SCORPIVS MARINVS CCXIIII

Corpionū alii pelagii sunt, atq; alto mari capiunť.alii palustres,ac cænosi potius. p̄fe/
s rūtur sapore pelagii, quos & ruffos colore prædicāt:cū alteri sint subatri.Aristoteles &
scorpidas nominat.nec constat ꝓ diuerso an ꝓ eodē genere acceperit.Scorpiæna certe
ut Athenæo placet euidenter a Scorpione differt.

DRACO MARINVS CCXV

Dictū ē huic Draconū generi:Marinū:ut a terrestribus æthiopiæ distiguerēt:qui ut in/
a quit Aetius nō ueneno sed dētibus:quos similes aprugnis habēt: opprimūt: Colore ñ
uno,sed alii ruffo,alii cinereo,alii nigro.Præterea iubarū umbra tecti:ꝓminētibus e mē
to barbulis:ore uasto,lingua præpeti.

SCOLOPENDRA MARINA CCXVI

Colopēdra Marina diciť qm̄ & terrestris sit,ut post liquebit.Dioscorides ophioctenā
s quoq; nominat:aut scolopendrā,aut uermem scolopēdræ similem accipiens:libro hu
ius opis extremo.Emorsis inq̄t a scolopēdra,siue ophioctena locus ambitu colliuescit.

TORPEDO CCXVII

Orpedo a Græcis dicta Narce:nomē utraq; lingua ex argumēto inuenit q̄d ēt e longin
t quo aut si hasta uirga ue attingať:quāuis præualidos lacertos torpescere,q̄libet ueloces
ad cursum pedes alligari faciat.Est & turpæna piscis maritimus:a quo cerati quoddam
genus ad duricias emolliendas appellatum est a medicis,ut est apud Paulum.

VIPERA CCXVIII

Ipera echis & echidne a Græcis uocata sed prior mas,sequēs femina ē.hæc colore suffla
u uo,multis maculata capillamētis cerniť.magnitudine cubitali,aliq̄ñ ēt palmorū ternū
utiq; si nō sit īdica.q̄ppe quā cubitorū nouē & dodrātis a se uisam Nearchus,& Strabo
prædicāt.Cauda uiperæ nō paulatim gracilescēte sed uniuersim ,& ꝓtinus aspa & sine carne ocu
li subrubent.caput latiusculū.ceruix angustior.Aluus ꝓminula meatus ad extrema caudæ: incel
sus quieti ꝓximus.dentes canini quatuor,cōtra mari angustius caput.ceruix crassior.corpus uni
uersum tenuius & ꝓcerius.meat supiore uentris pte festinātius.dentes canini duo :totidēq; uul/
nera.horis septē sūmū die tertia cōficiūt uiperæ.Sunt qui dipsadas a uipera nō distinguāt. nisi q̄
dipsades salsa loca incolunt,unde fiat ut caro earū salsa quoq; sentiať,alienaq; sit medicinæ ue/
h emētissimā sitim afferēs utētibus, & inde nomē.quales ī Africa plurimæ nascanť.Nullæ ī Italia
ꝓpter cœli, soliq; mollitiē.hoc se Galenus Romæ ab iis qui serpētes uenātur:Marsiq; dicūť:acce
pisse scribit:nec tñ omnino credere.Cubitales eē perhibenť crassitudine in gracilitatē se minuen
te nigris & ruffentibus interpunctæ maculis.angustiore q̄ uiperarū capite.Dioscorides ēt preste/
ras uocari eas uoluit.Solinus distinguit.ꝑcussus inquit distendiť.& corpulētia enormi dissilit.de/
uipera ut cōstat theriaci pastilli fiunt:qui quēadmodū cōficianť.alio loco indicabimus.Viperam
Italia mō aut nō habet,aut nō agnoscit:q̄q̄ sunt qui marsos angues ut inquit Eustathius & ut uul
gus ipsum mō uocat Marasos:ꝓ uiperis accipiant.ita passim uocātibus Hispaniis.ex quibus qui
sunt minus atri Aspides ruribus dicūť.Aspidū uero tria genera Chelidoniæ ab hirūdinum colo
re iuxta ripas amniū sed Nili præcipue uersanť paulo cubitalibus maiores.Secundū genus cher/
seæ hoc est terrestre subuiridi fere aut cineris colore,cubitorum quinum.Maiores iis sūt ptyades

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

quibus idem color,ſed & auro quoq; ꝓximus. Intra horas omnes conficiunt. Celerius chelido-
niæ,tardius Ptyades.mas binos ictus, femina quaternos relinquit. Ptyadem fuiſſe, quã Cleopa-
tra ſibi admouit, Galenus auctor. hæc Ceruicẽ exporrigẽs metit̃ ex interuallo quẽ feriat, Solinus
Hypnalem dicit appellari,necantem ſomno, qua uitam ſibi Cleopatra inuiderit. aſpidas in Ae
gypto Nicander.ſunt,q ferũt alias dodrantales,quæ citius iterimant.alias ẽt paſſum iuſtũ lõgas.

SENECTA SERPENTIS CCXIX

ſ Enectus anguina. Græce Geras opheos. a Catone pellis anguina dicitur. Coriũ anguis
a Palladio. Leberis,ab Hippocrate. Inuitat me ſerpẽtium natura,ut præter ſupradictas
de generibus earum reliquis,quatenus ad Dioſcoridis extremum uolumen attinet: bre
uiſſime attingam. hæmorrhus & hæmorrhois,a ſanguinis effectu nominantur,qui toto corpo-
re percuſſis effluit. Ille mas. hæc femina eſt. Vtriq; colos arenaceus. Magnitudo palmorum triũ.
Craſſitudine paulatim, in tenuitatem deſcendente, Inceſſu tardo,& directo ſerpunt. ruffis ut qui
dam ſcribunt pedibus. Maculæ per totas,multæ,partim atræ,partim candidæ. ſquamis aſperæ.
ob id ingredientes ſtrepitu ſeſe ꝓdunt. femina in aluum iacet ſerpendo,meatũq; uerſus caudam
inferiore ſitu continet. mas aũt uerſus aluum habet ceruicemq; ſerpendo porrigit. femina ꝑnicio
ſior: ut ex cuius ictu dentes gingiuæ,ungueſq; decidant. Colore ſabuli uiſuntur,& hammodytæ
Maxillis uiperæ latioribus cui & ſimilis eſt. niſi ꝙ uiperæ color ſuffuluus. hos & cenchrias nomi-
nat Aetius,cubitales eos deſcribẽs,nigris maculis,cauda: ſuperiore parte ſciſſa,& prædura: unde
nomen inquit cenchriæ,ut cerchriam potius q̃ cenchriam putem legendum. Nam cenchrites,ſi-
ue cenchrinus ſiue cancros,aliud ſerpentis genus eſt,quod & acontion, & acontitem, & acon-
tiam aſpidem hoc eſt Iaculum uocant aliqui: ut idem uoluit Aetius,longitudine cubitorum bi
num,in exilitatem faſtigata,uiride præſertim ſub aluum,ut milio,cũ recens eius ſeges eſt,uidea
tur ꝑſimile robuſtum. Præterea ſe iaculi ſpecie proripiens infeſtũq; ſaltui. Eraſiſtratus epar, colõ,
ueſicam,affici eorum ſcribit quos cenchrinus peremerit. Arenæ colore,& ceraſtæ magnitudo cu
biti unius: ſummũq; duorũ: ſquarroſa cauda: binis in capite corniculis,ſiue quadragenis,ut So-
lino placuit,ſquamis uero in uerſum quendam ſub aluo conditis,eo fieri ut crepitũ ſibilo non
diſſimilem ſerpendo edant. Inceſſu obliquo,nono die interficit. Dryini a quercubus dicuntur,ꝙ
in radicibus earum,ut Galenus inquit,uiuant in Helleſponto copioſi odore tetro, qui & eos ꝓ-
dit,ſi quis aggrediatur eos ꝑimere: olfactu multantur,nec alterius rei odorem, præterea ſentire
ꝓhibent. Qui uero ſupgreditur imprudens,crura tumeſcere,cutem pedibus abſcedere, manus
quoq; ipſas curãtium eodem modo periclitari. amplitudo bicubitalis. præpingue corpus muni
tum,loricatumq; ſquamis duriſſimis,in quibus Aeripennes muſcæ latitant, quæ ipm animal cõ
ficiunt. Amphiſbæna ſimilis eſt Scytalæ tereti,& æquali corpore: uti ne caput utra parte ſit cogno
ſci poſſit. Amphiſbæna etiam biceps eſt,ut inquit Galenus & utraq; ꝑte ingreditur,unde nomẽ.
Cæterũ nec amphiſbæna,ut Aetius exiſtimat,interficit: nec Scytale præterq̃ chalcidica eãdem af-
ferens quam uiperæ ꝑniciem. Scytale tanta uarietate fulget tergoris, ut notarum gratia moretur
obuios. prima ponit exuuias. hydros ſiue Natrix primum ĩ terra uiuit,& Cherſydros appellatur.
Deinde in aqua. ſimilis eſt aſpidi puſillæ: ꝑterq̃ ceruicem latam non habet,ut aſpides. nominat̃
ab Aetio & parous in Syria prouenieus modo æris colore,modo nigricans, Itẽ ſpathiuros apud
Chalcidem ex craſſitudine in exilitatem ꝓcumbens lato capite. Sed neutrum genus inferre mor
tem. Ab eodem auctore Pelias & elaps ꝓduntur,ſed quia noti ſunt,deſcriptione inquit non in
digẽt. Elaps & a Solino dicit̃,fit & Chamedraconũ mentio. Sed omnium ſine dubio peſtilentiſ-
ſimum eſt animal,quod a triplici frontis apice quaſi alba,mitrula & plane Regio inſigni Baſiliſ
cus appellatur,palmorum ternũ longitudine: ſufflauus: exacuto capite,cuius uel ſibilũ animan-
tes nullæ perferunt,præter muſtellam,a qua uincitur. auditus,comſpectuſq; momento perimit,
quicquid morſu eius occiditur ipſum etiã extinctum,iacẽtemq;,nullum attingit animal. uulnus
ab eo factum,ut inquit Eraſiſtratus,aureo colore obducitur. Ex iis quas dixi peſtibus alias eſſe ſur
das. alias haberi cæcas,quæ ꝓpterea Typhlini hoc eſt Cæciliæ uocãtur. ꝓuidẽtia naturæ factum eẽ
dicerem,niſi facile reſponderi poſſet ab imperitis,melius conſulturam fuiſſe omnino non pepe
riſſe. q̃ ſi captas oculis,& auribus peperiſſet. Ita eſt leges naturæ dicimus eadem facilitate qua con
temnimus: atq; utinam accuſare mala ſatis eſſet. odimus & bona. uſu certe comperi haud temere
alios naturæ taxatores eſſe,q̃ quibus uitia ipſa placent. impunitatem conqueſtione redimẽtibus.
Sed hæc alterius curæ ſunt. Illud obiter admonendi ſunt lectores. ea quæ de ſerpentibus a Neote
ricis dicuntur,præſertimq; Arabibus,& eorum Principe. (Ita.n. modo ſcholæ uocant, & Galeno
quoq;,ꝓferunt,ſi diis placet) uſq; adeo negligenter & ſordide mandata eſſe literis,ita mendaciis
haberi plena: ut non dico infantiſſimi ſed plane omni rerum uſu uacui fuiſſe uideantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

LEPVS MARINVS CCXX

Epus marinus, Græce Lagoos Thalassios animal pusillum odore tetro inter lolligines
l fere uersatur, quibus & similis esse dicitur. Venenū, id est aliis cibo aliis potu, aliis con
tuitu. Siquidem grauidæ si feminam, ex eo genere aspexerint: confestim nausea & redū
datione stomachi uitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio esse marem tradunt in/
duratum sale, ut in brachialibus eum habeant. Eadem pestis in alto uel tactu solo nocet. Vescitur
eo unum tantum animal, ut uon intereat, mulus piscis & tenerescit. Inde igratior uiliorq; fit. ho
mines quibus in pastu fuerit piscem olent moriunturq; totidem diebus quot lepus uixerit: om
nino incerti temporis ueneficium id affirmant. In India uiuentem capi negant inuicemq; illi ho/
minem pro ueneno esse, ac digito quoq; in mari tactum emori. esse autem ampliorem multo quē
admodum reliqua orbis eius animalia.

LEPVS TERRESTRIS CCXXI

Epus terrestris, Græce Lagos & Lagoos chersæos & a stupore atq; metu ptox & ab dor/
l miēdi habitu derceumenos uicandro. lagides quoq; Strabo eos uocauit dictus ut Var
ro putat: nō q̄si lenipes sed q̄ Eoles Boetii leporē uocarēt ita. Genus leporū triplex. Itali
cum, Gallicum, siue alpinum: qui toti sunt candidi. niuem esitant algoribus qua liquescente ru/
tilescunt. raroq; Romam p̄feruntur. A dapis nomine Hispanum, quos ut Polybius est auctor ap/
pellamus cuniculos. quorum fœtus uentre exectos aut ab uberibus ablatos gratissimo cibo lauri
ces appellant. Strabo leberidas a quibusdam appellari tradit ipsos cuniculos: qui ab effectu lepo
res gæorychiæ hoc est fossores ab ipso cognominantur. Aristoteles & Iulius Pollux leporē etiam
Dasypoden uocari tradunt. Alii distingunt Dasypoden a lepore. Inuēio & chelidoniam cogno
minatum genus quoddā leporis a diphilo. Sunt qui Plinium accusent q̄ leporem alium a Da/
sypode uideatur habuisse. nec intelligunt, genus quidem unum ambobus esse: sed discriminis
tamen aliquid inter eos. notari posse. Nam illud q̄ a Plinio dictum uidetur esse lepori coagulum
Inutile, Dasypodi præcipuum, lectionem arbitror corruptam ut in annotationibus libri undeci/
mi docuimus. Nec illud tamen inficias eundum est Confundi sæpe nomina ut & leporem pro
dasypode, & contra, p lepore dasypodem Lepores appellasse uideam. Dioscorides certe leporē
nec aliter uocare solet opere toto. Apud nos certe lepores montani differunt, a cāpestribus in tri/
dentinis & uicentinis alpibus frequentes, nigritia magnitudine: ferocia densiore pilo a cæteris
distinsti, de lepore, pu erbium dictū est δασύπους ὤν, κρεῶν ἐπιθυμεῖς hoc est. lepus es & pulpa
mentum quæris: usurpatum a Terentio.

PASTINACA PISCIS CCXXII

Astinaca Piscis, Græce Trygon Turturis appellatione dicitur, hæc quæ momorderit si
p figatur in arbore querna maxime: liberari qui sit p̄cussus: arborem siccescere auctores
sunt. ut meminit Aetius Pastinaca dicitur & infecti genus quod ab Aristotele, Staphli/
nus appellatur uerticilli magnitudine.

SEPIAE CCXXIII

Epias græci σηπίας uocāt. & lolligines Theutidas, de quibus Matro Græcus poeta ceci
s nit. Solos piscium cognoscere quid atrum quid album sit. Differunt lolligines a sepiis
toto genere q̄q̄ & amicitia & similitudine conueniunt. Est & Teuthos magnitudine in
signis: qua sola fere differt a Teuthide, ut Theuthos lolligo teuthis lolligūcula dici iure possit. At
tramentum lolligini suppallidum, nigrum sepiæ. Inuenio & libi genus teuthida hoc est lolligun
culam a græcis uocatum. Thebani ridentur a Comicis, qui sepiam opittolicam: gallum gallina
ceum: orthalicon: ficus tyca. Hirundines cotiladas nominent.

MVLVS PISCIS CCXXIIII

Vlum, Græci Triglen geneatida hoc est barbatum: uocant: dictum ita: quoniam ter an
m no pariat, p̄fertur ex Ionia. Est ab hoc diuersus qui trigolas appellatur. Item qui myllos
de quo inter salsamenta in omotaricho disserui: Mulum piscem, p̄serpinæ Item Dianæ
sacrum facere Græci. ut Citharon Apollini, Mercurio Bocas, libero patri Cittulum. apuam Vene
ri Neptuno pompilum.

HIPPOPOTAMVS CCXXV

Quum Fluuiatilem Hippotamon Græci appellant. Sanguine utuntur pictores Gemi
e nus, ut Crocodilo uictus. sup saiticam præfecturā in Aegypto plurimus, in India quo
q; ut Onesicritus est auctor: amne Indo. Celebrat̄ inuentione sanguinis trahendi.

FIBER CCXXVI

f Iber quem Græci Castora uocant ab extrema hora ut Varroni placet uocatus q̄m dextra
& sinistra fluminis maxime uideri soleat & antiqui fibrum inquit dicebāt extremum. un̄

ſagis fibriæ & fibræ in auribus & Iecore, differt a lutra fiber ſola cauda, Cætero pilus utriq; plu
ma mollior. dicta uero lutra eſt q̨ ſe in aquis lutet. ob id græci eam enhydrin uidentur appellaſ
ſe Theodoro. qui tamen lutrin non lutram conuertit. Plinius Enhydrin da ſerpentis nomẽ eſſe
maluit ut aquatilis colubri. Varro quoq; non lutram a luendo ſed lytram tradit qm̃ ſuccidat, diſ
ſoluatq; in ripis arborum radices. Cæterum teſtes lutræ comitialibus prodeſſe docent experimẽ
ta, ut appareat cum fibro cõmunem lutræ proprietatem eſſe, Plinius e generere inquit fibrorum
lutris ſed nuſq̃ mari accepimus mergi. Archigenes iuſtum uolumen de Caſtorii utilitatibus con
ſcripſit plurimus hic in ponto, morſumq; hoiem non prius dimittit q̃ oſſa fracta concrepent ut
Solinus inquit. Naſcuntur & in Hiſpaniæ fluminibus Caſtores, ut inquit Strabo cæterum nõ in/
eſt uis illa Medica ut in ponticis. Caſtorem Porro dictum, q̨ ſeſe caſtrẽt ea ſe corporis parte redi/
mentes propter quam expetuntur & ponticum eſſe canem: ſeruius honoratus prodidit, nam q
Canis marinus dicitur, piſcis eſt & longe a Cane Pontico diuerſus. Eſt autem marinus canis etiã
carmine homeri celebris: cuius fruſtra romæ thuriani pulmenti nomine uendebãtur tribus obo/
lis in libras rutilii ruffi ætate: qui res geſtas populi romani ſcripſit, hoc & a Plinio tomos thuria/
nus ut ego quidem primus comperiſſe ſuſpicor, appellatus eſt forte a thuriis oppido Italiæ quo
primũ e ſilicia ſit ꝯuectus. Athenæus & Thurionẽ ſiue Thurſionẽ dici obſoniũ hoc latina lĩgua ſo
litũ affirmat. Suauiſſimũq; id ac lautiſſimum fuiſſe. Strabo Galeotem hũc & xiphiam uocari tra/
dit & quemadmodum capiatur oſtendit. dictũ & ſcyllam, & lamiam, & carchariam quoq; arbi/
tror a nonnullis unde coniectari liceat aut eum eſſe Thurionẽ: quem nos uulgo Sturionẽ appella
mus: aut quod uerius exiſtimandum eſt, ab eo quaſi delicato & cupediario piſce nomen accepiſ
ſe. Notãdum Ariſtoteli aliud quodãmodo ſed affine tñ genus uideri ſcyllam: & canem marinũ
Nam ſcillaros apud eũ pro ſquilla parua ſumiẽ: nec illud omittendum, phocænam apud eũ di//
ci qui latine tirſio uertaẽ a Theodoro gaza ſiue turſio aut Torſio ut Plinius. Delphino ſimilis pau
lo triſtior & roſtris canicularum ſimilitudine maleficus. Hunc puto eẽ quem ab Athenæo modo
thurionẽ modo thurſionẽ modo thurianum pulmentum uocari diximus a ſtrabone Galeotem
& xiphiam ab aliis canem marinum aut ſi nõ iidem omnino ſunt piſces, quod & ratio nõnulla
ſuadet, certe ſimiles fateri eos neceſſe eſt. Sunt qui Græce hyſcam ſiue hyccam hoc eſt porculũ ꝑ
ſturione capiant, mentionẽ hyccæ penes eundẽ Athenæum legas & callimachum qui eũ piſcem
ſacrum uocauit. aliud uidetur genus eſſe ab hycca Id quod hyn ideſt ſuem uocant qui ſit ut Athe
næo placet idẽ cum apro ſiue capro ut archeſtrato diuerſum qui ſuem marinã pſãmitin alii pſam
matida cognominant. Nam oppidulum ſiciliæ quod hyccara nocatur ab hyccarum multitudi/
ne cognominatum putant. Cyrenæi certe hũc non hyccam ſed erythrinũ hoc eſt quaſi rubellio
nẽ appellabant. Sunt tamen qui & piſces iulidas uocatos: hyccas nominent & philetæ uerſum.
ὀυδ'υκκη ἰχθῦς ἔσχατος ἐξέφυκε.
Sic interpretentur quia difficile ſit eos capere propterea & uermes quos inteſtina terræ dicimus
& Græci geſentera & iulos a noſtris uulgari uoce porcelliones appellantur. Numenius & hyæ/
nam piſcem connumerat qui an idem ſit cum aliquo ex prædictis, in incerto eſt mihi. Eſt & ter/
reſtre quadrupes hyæna: ut conſtat inter piſces & ſyagris a ſue dicta poteſt uideri: q̃q̃ inuenio
quandoq; ſcriptum ſynagris diphilus & capriſcũ dici quẽdã ſignificat: qui & mys uocetur niſi
quis nõ myn: ideſt murẽ ſed hyn ideſt ſuem legendũ potius exiſtimet. Sunt. n. & mures in piſci/
bus quẽadmodum & inter oſtrea.

MVSTELLA CCXXVII

m Vſtella uulgaris quam Græci galen Cato ecidion appellant.

RANA CCXXVIII

Anã Græci & fluuiatilẽ & marinã prædicãt etiãnũ ꝑ piſce, batrachõ & poetica uoce bo
r trachon uocãt: ut Iones, qđ & apud Ariſtophanẽ & Xenophanẽ poetas legiẽ. Batrachiõ
& chymiſtæ ſuũ habent excellẽtis in auri cõfectione miraculi ex putrilagine diuini lati/
cis naſcentẽ ſpecie Ranũculi uenenũ præſentiſſimũ quod uel ſolo halitu minus prudẽtes oppri//
mat. hoc ab effectu chryſocolla quoq; diciẽ. Eſt & morbi genus batrachos tumẽtibus ſub lingua
uenis cui ſimilẽ fortaſſe Plinius uigeſimi ſexti uoluminis initio mõſtrauit: rubẽtis ſub lingua du
ritiæ inter ranas ẽ & quæ phrynos Græce diciẽ hoc eſt rubeta quia in uepribus uiuat q̃q̃ prius in
aquis poſtea fit terreſtris, pernitioſa hæc ut cherſidros, grãdiſſima cunctarũ: magnitudo teſtudi//
nis paruæ: geminis quãdoq; ueluti corniculis ut ĩquit Plinius, dorſum exaſperat: inflatq; ſe ira//
ta, tã proterue audax, ut inſiliat quoq; proximũ: q̃q̃ ſuſpirio ſe frequẽtius q̃ morſu uindicãs: buf/
fo inde ut arbitror a Virgilio & uulgo dicta, ueneficiorũ plena, præcipue oſſiculis duobus: quo/
rũ in ſiniſtro latere inuẽtũ apocynõ uocaẽ qa Canũ impetus cohibeat. Recẽtiores lapidẽ in capi/
re huius ranæ haberi tradũt, ad dolores iliũ geſtatu ꝓbãt. Sed qui uiua ea ſit exẽptus quales uulgo

magna ét copia ferunt̃ anulis: q̃q̃ hūc elici potius: q̃ eximi uiuētibus cōstat puniceo ī pāno: cu/
ius plurimū colore delectātur: ita dū ipsi feriādo relaxāt se, capitis onus deponūt: id mox ī subie/
ctā cistā e medio foramīe collabit̃: alioqn ea est aliis īuidissima natura, ut lapidē eū, nisi tolleret̃,
resorbeat. huic aliqn̄ & cauda initio est: quā post amittūt: ob id ī stagnis cū adhuc pusillæ sunt, mu
tili rutibus uocātur. Alterū genus & hoc exitiale calamites dicit̃ qn̄ arūdinetis frutetisq; roris lin/
ctu uictitās sine uoce oīumq; minima & uiridissima: q̃ si forte a bubus hauriat̃, distendit eas. hanc
& dryopetē uocari credimus a Plinio, qa inter frutices & arbores uisat̃. Est & genus uocalis puæ
scādentis arbores. inuenio & palustrē mutā inter uenena, hoc est Eliobatrachon diuersam a phry
no: qn̄ & signa & medicinæ uariāt p̄sertim Aetio. Aristoteles ranas cōes telmatiæos aut lymnæ/
os hoc ē lutarias & lacustres nōiat. Varro luridā Ranā dicēdo ꝑ calamite uidet̃ accepisse: qm̄ psilo
thrū sit ut Plinius idēq; Varro affirmāt illud efficacissimū: q̃q̃ & epitheton ranarū oīum putāt id
poetæ. Miror quāobrē Dioscorides phrynon hoc ē rubetā lion: ꝙ est læuis cognoīari dixerit: ni/
si qs rubetæ duo genera constituat. læuis & sine cornibus ex qua delibutoriū uenenū sicut ex pa
lustri quoq; muta cōdit̃: & aspera cornutaq;: quæ ꝓprie sit buffo: cuius dorsum Paulo ante sca
brū esse diximus ex Aetii snia. habet̃ & Batrachos haliea hoc ē piscatrix rana, sed īter pisces. Aristo
teli. Ciceroni. Plinio.

SILVRVS CCXXIX

Ilurus Piscis est fluuiatilis q & alibi q̃ in Nilo nascitur. Aetius silluarion ut puto uoca/
s uit hunc: cuius felle suffusos oculos inungi cū attico melle p̄cipit bobus. Aristoteles ui/
detur silurum intelligere Theodoro cum glanim piscem nominat.

SMARIDES CCXXX

d E smaride siue ꝙ idē est maride in sequēti mētiōe dicit̃. Illud in trāscursu nō silebit̃. Mari
da genus ét mensuræ dici apud aristotelē: quæ ut inquit Iulius Pollux heminas sex capit.

MAENAE CCXXXI

Aenas Græci Mænidas appellāt, laudatissimas e Lipara. uulgus mænulas. Aleculā qua
m si ex Plauto Theodorus interp̄tatur. Ego aleculæ uocabulū gn̄ale credo idē apud nos si
gnificās: ꝙ apud græcos āthracides ut in halme demōstrabimus. in pānonia pisciculū
quē menapii & belgæ cæteri copiosissime uenātur & īueterāt Arēgā nocātes: ipsi alecē hodie quo
q; noīant. similes īter se uult speusippus esse menas boacas: & smaridas. Cādidiores nēpe mænas
sunt q boacas siue boecas appellēt: hoc est leucomænidas. Smarides uero siue marides sunt quas
nōnulli uocāt Cynoseuma ut inqt Athenæus. Aristophanes byzantius, sed solus nō bocas sed
boopas uocādos existimabat: qa pui essent & magnos oculos hērēt: miror uñ Theodorus cerros
īterp̄tet̃, quas græci smaridas appellāt. sūt qdē gerres plinio Martiali quoq; īter uiles ut illo uersu
Fuisse gerres aut inutiles mænas. Odor impudicus urcei fatebatur.
Sed diuersos a smaridibus ut in castigatione Pliniana diximus. xxxii. libro.

GOBIVS CCXXXII

Obius & Gobio uocat̃ & græce cobios. Plinius quoq; p.c. scribit nō p.g. secūdo & xxx.
g uolumine. p̄fert̃ nigro cādidus. deterrimus oīum est q uiridis appellat̃, ét si grādissimus
quē Diphilus caulinē dici testis ē. Gobios saxatiles sunt q cothonas dici putent. Siculi cer
te gobium non aliter q̃ Cothonē uocabāt. Sunt & fluuiatiles quidā gobii.

OMOTARICHOS CCXXXIII

Motarichos e Thynno, salsa caro dr̃, Thūnina uulgo. Paulus tarichō siue tarichos, hoc ē
o salsamētū. differt aūt a salsamēto Salgama, ut ex columella facile colligit̃. Salsamēta Græ
ci duorū generū facere. Horæa: & Thūnia. in horæo ꝙ a tēpestiuitate uidet̃ appellatū, ma/
cra pinguibus. In altero macris pinguia p̄ferri: quæ Cybia dicūtur: īter macra sunt. ut īter piguia
cordylæ. Horæa ex pelamyde id est lutaria minore fieri. Thunnia ex maioribus: q̃s aliq synodon
tidas appellāt. Aliud genus uident̃ q Synodōtes uocātur & a nr̄is Dentices. Similis est pelamydi
bus & q Triton siue Chelidonias uocat̃. nā Chelidon aliud genus est polypo ut īquit Diphilus
simile. adiiciamus obiter & ꝓuerbiū ꝙ fertur. Salsamētū putre cunilā bubulā desiderat. Item & il
lud salsamēta simul ignē uidere: cocta esse. Crates salsamētū celebrat elephātinon a se uocatū: cu/
ius & Aristophanes meminerit: sicut omotarichon Alexis. Inuenio & hemitarichon: & ꝙ ab hoc
plane differt hemineron. Vtrūq; salsamēti genus est. Sed hemineron e coracino: quē alexandrini
hemineron appellāt. dicit̃ & peltes & Saperda coracinus. & a nonnullis aeolias meotide stagno
cōmēdatissimus. q̃q̃ alius piscis est æolias Epicharmo. Nā & sapdam Photion ꝓpua īueterata &
arūdinibus īfixa capit. Itē ꝓ succidia & larido quod Papglagōes inqt Ion den quoq; appellāt. lau
dātur in salsamētis Delcani a Delcano amne dicti, quos aliq leptinios & lebianos cognoīant. Itē
Mylli quos & platistacos & plastacos noīant utiq; maiusculos. sed cū pui sūt, Gnotidia. sicut me
dia ætate Myllos. Sūt tñ q platistacos & plataces eosdē eē cū coracinis putāt. Inter salsamēta p̄cio
sa ē & qd Spōdylos uocat̃. Athæneus certe id ꝙ ī capite mugilū echinata specie ꝯspicit̃, spōdylū

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

dici mēinit. Itē est ubi & ipsū Horæi salsamēti spōdylū cōmēdari scribat. Sexitana siue gaditana
ex Orcyno quæ clides & clidia hocē ex eo iuguli dicunt. Quēadmodū ex antaceis uocatis ma-
xillæ, palataq;. Antaceis nomē uidet amnis dedisse in mæotim lacū asiatica parte influēs. Magni-
tudine sunt delphinis pares: & ipso cimerii Bosphoro gelu fodiunt plerūq;, nullis ossibus spinis
q; ut Herodoto placet in Borysthene copiosi carne prædulci ut ait Plinius. Ex Orcyno sūt & me-
landryæ, sed & pubes eius tota salē accipit admodūq; pinguis est. Pamphilus melādryn genus
thynni grādissimū eē statuit. Diphilus pisces quosdā salsamētarios uocauit costas. Aetate nostra
Græci piscem Hyscā de quo supra dixi, tribus nominibus iueterāt. Rhachin partē eius dorsuariā
& spinalē uocātes. Quā nostrū uulgus schinalē corrupte appellat. Pleurā idest costas & latera. Hy-
pocoeliō idest aluū eius atq; pubē, hunc piscē ut testati sumus italia Sturionē modo uocat.

GARVM

CCXXIIII

Garus & garum dicitur a Garo pisce ex quo olim cōficiebatur. Postea ex Scombro pisce
laudatissimū in finibus Carthaginis spartariæ Cætariis: qd garū sociorū appellabat: sin
gulis millibus nūmū permutātibus congios pene binos. Nec liquor fere ullus præter
unguēta maiore in precio erat, scombri quidē Mauritania Beticaq; & Carteia ex Oceano intrātes
capiebant ad nihil aliud utiles. Græci optimū Gari genus putāt qd hæmation hoc est sanguicu-
lum appellāt ex intestinis thynni cū brāchiis sanie ac cruore. Garū & Clazomenē & Pompeios &
Leptin nobilitauit. Vitiū huius est Alex imperfecta: nec collata fex neutre dūtaxat genere ut Plini-
us atq; flaccus & primus oīum Plautus efferūt. Si quidē & græci liquamē uocāt id qd purissimū
ex eo fluxit. Id aūt quod fecis instar in cophino (ita. n. uocant) obmansit: Alex. Vnde liquiminarii
dicant. Quomodo ēt pro liquore accipit pmiscui gregariiq; piscitii: ut iam ad ostrea echinos: ur
ticas. Cāmaros: mulorū iocinora pertineat. Cāmari sunt quos græci quoq; cāmaros appellāt: itē-
q; astacos est ubi Alecē uero galeculā feminino genere ueteres appellant, minutū uilēq; pisciculū
ut est apud catonē atq; Plautū. Columella Riualē noīat aleculā inter pisciculos & incremēti par-
ui fluuiorū animalia. De hac uoce quid sentiremus: in mena & halme diximus. Coepit uero Ga
rum & priuatim ex inutili pisciculo, minimoq; cōfici. Apuam nři, aphyen græci uocāt: quia nō
alio principio fere q̈ ex pluuia nascat quasi dysphyes, ob id apluas Theodorus, nūc Apuas con
uertit. Eundē aphritida quoq; nomināt & Gonon thalassion: qm̄ ex spuma tm̄ marina coalescat.
q̈q̈ aphyarū multa genera notant. Sed Aphritis omniū p̄stantissima est Quā & aphrō & aphryan
quoq; uocāt. Quæ uero inter has alba est: cibotis appellat. Meretriculas athenis fuisse quasdā legi
mus Aphyas cognomiatas quia graciles & cādidæ magnos haberēt oculos. Græci phalericas ma
xime pbabāt aphyas. Foroiulienses ex pisce quē lupū uocāt ipsi garū faciūt. Creuerūt deinde Ad
infinitū genera, nā & ad colorē mulsi ueteris fiebat tam dilutæ suauitatis ut bibi posset. Aliud ue
ro ad castimoniarū superstitionē etiā sacris iudæis dicatū, ex piscibus squama carētibus. Garus la
tinum nō habet nomē, ut ausonius poeta auctor est, qui & liquorē sociorū uocauit: Nec sentio cū
quibusdā qui Ausoniū poetā id uelint dicere qd nō dicit quasi sociorū garū appellauerit antiqui
tas: ut Græcū nomē garū latini nominis hoc est sociorū accessiōe mollesceret: ita ut quasi græcū
uideri desineret. Nō hoc ausonius intelligit, Sed illud. Malle se inquit uocare muriā cū sciētissimi
ueterū & uocabula græca fastidiētes latinū in gari appellatiōe nō habeāt. Sed quocūq; inquit no
mine liquor iste sociorū uocetur.

Iam patinas īplebo meas ut parcior ille. Maiorū mensis apuarū succus inūdet.

Mendosus erat locus. Nā & pro ingari appellatiōe legebat ignari. Et pro apuarū apalaria. Vtrūq;
lectiōi ueræ legitimæq; restitui. Differt porro garū a muria & Alece q; Garum ex extis scombri &
quōdā gari piscis fiebat. Muria ex Thynno fere Antipoli thuriā: inde uero & Dalmatiā nobilitās
q̈q̈ muria siue muries catoni: Palladio: Columellæ nō liquamē ex piscibus sed salsilaginē facticiā
ad caseos condiēdos uinaq; significat. Erat & sua uestaliū muries ut īquit apud Festū Verrius cer-
tis præscriptisq; rebus cōdita. Vt quæ ritualis esset & ad religiōis quæsita cerimonias. De alece su-
pra dictū est. Habet & halme dicta, latine salsugo & salsilago: apud Dioscoridē & Pliniū: q̈q̈ i me
dēdi usu salsugo hæc a muria nihil distat. Habet & Halos achne, hoc ē Ramētū quoddā salis atq;
spuma, cuius mētionē apud latinos i Plinio tm̄ cōperi. Habet & Oxalme appellata qd ex aceto
& sale fiat Nā gari genus acidi Oxigarū appellatū ipso noīe significat. Columella Oxigarū more
ti genus facit & Oxiporū quoq; dici posse uult: Rōnē eius condēdi totius opis fine reddit. Videt
id noīs hēre quia cū usus exigit, aceto garoq; diluit. Sūt & sua medicis Oxypora sicut & Hydro-
gara & Oenogara & Eleogara. Alioqui Eleogaron & ferculi genus erat delicati, qd sibariticū mis-
sum i Coenis appellabāt: qm̄ sibaritæ quo anno id ganeæ iuenisset, piisset auctore Spartiano. In-
uenio & Oxiliparō genus eē iuris i quo Raiæ ac cæteri eius naturæ pisces mādi soleāt. Isicia quid
sint: nemo ignorat, sed e piscibus inuenisse primus traditur Heliogabalus inter ganeones poti-
us q̈ Romanos principes dicendus.

PISCES SAXATILES — CCXXXV

s

Axatiles Græci uocant Petreos: quos saxosum mare nutrit, ut Merule, Turdi, Elephetides. Menaluriæ. Tria. n. sunt piscitii marini genera siue littoralis limosa Regio planum piscem educat. ut Soleam, Rumbum: Passerem. harenosi gurgites pelagium ut Auratā & Denticem. saxosum littus saxatilem. Inter quos principatus gulæ Scaro. Deinde Turdo, ac Merulæ. post hos iulides phycides & percides hoc ē percæ laudanť ab Aetio. Iulidas Theodorus in Aristotele cōuertit Iuliam Diphilus phycidas & phycenas quasi geuera duo sed uicina tamē īter saxatiles enumerat. Porro cōtrarii saxatilibus uidenť: quos Hippocrates planetas & cymatophlegas hoc est errones & fluctiuagos appellat.

CIMICES LECTI — CCXXXVI

c

Imices lectarios Græci Cores Clinicos appellant, ad differētiā Syluestriū i maluaq; nascentium ut arbitror, aduersanť aspidibus cimices adeo ut Gallinas, quo die hoc animal ederit: iterfici ab illis negēt. Cōtra Cimicibus scolopēdra ut quæ suffitu necet eos.

ONOS — CCXXXVII

o

Nos latine Millepeda Centipeda multipedaq; diciť Græci & oniscon & tilon quoq; uocant: Galenus & cyamon a fabæ similitudine: fuscum colore Photion & iulum dici credidit, Sed iulus Vermis terreus est potius quem lumbricum uocamus Athenæum sequor. Pilosa hæc & arcuatim Repens Aliud genus Multipedæ habetur: quæ non arcuatur, Seps uocata & Scolopendra minor: quæ pernitiosa quoq; est de hac Paulo post tractabiť. Illud meminisse oportet: onon & millepedā uocari & quoddā locustæ genus, ut diceť. Oniscos & piscis est: quem nos asellū dicimus, duos in capite lapillos & cor in uētre habēs solus omnium, hūc Græci etiā banchon & chellaren siue Gallarian appellant. Est & Mugilis genus unū cognomēto Bāchos: id uidelicet quod ab Aristotele chelones dicuntur omniū minimi. Porro nō desunt qui inter pisces onon ab onisco dirimant: onon, & Gadon Vocantes. Oniscon uero Gallarian siue galleridā atq; Maxinon. Nam Onias scari genus est. Sunt enim scari alii Oniæ, alii Aeoli cognominati, oniscos porro Hippocrati uulnerariū instrumentū est: ad luxata corporum, Aetius oniscō marinum ad uitia interaneorū cōmendat: piscem intelligat an uermem: non satis scio.

BLATTAE — CCXXXVIII

b

Lattas Græci dicunt silphas: Ridendo cuiusdam errore: qui silphiophoron Cyrenis agrū hoc est ut Catullus inquit Laserpitiferū: a blattis cognominatū ratus blattiferum cōuertit in Strabone. In his pinguitudo quædā est, capite auullo quæ Celerrime trāsit In uermiculū: plura earum genera molliū & quod Mylloecon appellauere: qm̄ circū molas ferè uisať, fortasse quā mylacrida nominant Aristophanes. Tertiū genus odoris tedio inuisum & exacuta clune fastidiendum.

MARINVS PVLMO — CCXXXIX

m

Arinus pulmo Pneumon thalassios a Græcis uocať pulmo etiā pleumon diciť attice

PVLMONES ANIMALIVM — CCXL

p

Vlmones aquini, suilli, & ursini cæterorūq; animantiū, ex Dioscoridis instituto referēdi erant. In his quādo nihil erat, scitu admodū dignū, ad diuerticula multæ lectionis uenimus, quæ nec inutilia nec iniucunda futura sint lectoribus suē igitur Græci Hyem uocant & sin & hyn aliquando Thytem quod a suillo pecore antiqui Principium imolandi sumpserint: lactentem porcellum: qui & subgrumus est: Græci Orthragoriscon uocanť: quia matutinis uenales essent: sed Communiori uoce galathenon. Agnum Amnon & Arna & Arnō & Rhena Hippocrates. Agnā Amnada & Amnida, Hircū tragō, & Aegyptia uoce Murē. Vrsum Arcton, Arconue. Arietē ueruecē ue Crion & Ctilon præcipue sectariū. Vulpē lampurim & Alopeca, ē & uolucre animal & piscis hoc nomine Græci certe alopecis uocabulo in medicina quādoq; ītelligūt carūculas musculares eas quæ utrinq; lumbos animalis quasi uestiunt: quas Hippocrates psyas, Aristoteles ꝓ lūbis ipsis psoas & psoeas Hieronymus psyas ꝓ renibus accepit. Alii neurometras uocāt. Earū porro caua inanitatesq; partiū Cibos nominăt & lagonas nos ilia: unde lagonoponos: qui sit dolor Iliū, alius q̄ qui laterū dolor appellať hoc ē pleuritis. Vulgus eā partē Græca uoce sed luxata inuersaq; significat: nō lagonē dicendo, sed Galonē. Dicta uero ilia existimo a tenuitate, ꝙ ea pars ībecilla, sublesta, inanis, & flaccida sit, ob id & ceneones item lagones uocatos Athenæus auctor diligētissimus affirmat. Nā & Lagana & Artolagana hinc nomē habuere quasi lagara, porro Ina & Ila gracilis ē pellicula ut Festus ꝓdidit. Vnde Ilia crediderim fuisse nominata quādoquidem tenuiora quoq; intestina, quæ in homine atq; oue Lactes proprie uocantur ut Plinio placet Ilas ueteres appellauere. Theodorus certe Gaza lactes interpretatur pro eo quod Græci mesenterion appellant, nec quem sit auctorem in ea re secutus uideo. Ileos certe morbi genus est: ita Græce dictus nec arbitror aut Ilas aut Ilia hinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

esse deriuata. In ꝛ quidẽ Græcis & neruiũ & uim significat. Dicitur sus a Græcis etiã Choeros hoc est porcus. Nam Porceta ẽ quæ semel peperit. Scropha quæ sæpius. Mulieres ĩquit Varro nostræ nutrices maxime: naturã qua feminæ sunt, appellãt porcũ & Græci eadẽsignificatiõe choeron siue ut Athenæns inquit delphaca, unde qui fratres sunt Adelphi nomiant̃ hoc est uterini. Porro delphax porcus ẽ adultus, atq; masculus ut grammatcus Aristophanes existimat Coheros uero dum adhuc tener est. Alii contra uolunt. Hippocrates usum carnis e choero damnat, cum e Sue hoc est ὑὸς Cõmendat. Certe Delphax & pro femina sue capitur q̃nq; a poetis. Sicut & Choeros quoq; apud Iones. Opimas sues Græci quidã sunt: qui Petalidas & Larinas cognominẽt. Alterũ nomen a uitulis deriuatum est, quos illi Petalos appellant: ubi patula habere cornua coepere. Alterum a bubus, quos e pastoris nomine Larinos uocabãt, siue a larina Epiri uiculo: siue a græco uerbo saginam significante. Dicitur sus & uerres & cum exectus est: maialis: ut in gallis gallinaceis Capi: & in equino genere Canterii: quia seminis usu careant. Nam Cãthelios Græci pro segnibus accipiunt atq; tardis: ab asinorũ similitudine: quos Canthonas appellant a clitellis: quas Cãtheleos uocant.

VVLPINVS PVLMO CCXLI

IECVR CCXLII

Sinum Græci uocant Onon. Iecur. Hepar per. Est. longã cui & aspirant. Ferus asinus in
a phrygia & lycaonia onagros appellatus prouentu multo nascitur. Haberi & piscem ferunt: qui a iecore dicatur Hepar & hepatus: qui felle careat. In capite lapillos duos habens ostrei colore: sed Rumbi forma hinc Eubulus. Rebaris inquit carere bili me: nec mecũ aliter q̃ cum hepato pisce loquebaris. Hunc phagro & Rubellioni similem Speusippus facit. Archestrato Lebias uocatur. Inter saxatiles a Diocle ponitur. Color ei niger ab Aristotele tribuitur: oculi maiores q̃ pro corpore. Cor triangulũ atq; candidũ. Et hæc dixisse in transcursu nihil officit.

GENITALE CERVI CCXLIII

Enitale cerui Aedoeon Elaphu Græci appellant. Lydi genitale ipsum Acylon uocant,
g ut ĩ Fago diximus. Est & piscis nomẽ Aedeon qđ & nos genitale nũcupamus: Marinũ: a nõnullis Halesurion græce dictũ: q̃q̃ Halesurion sunt qui ꝓ Callionymo pisce capiãt.

VNGVES ASINI CCXLIIII

u Ngues Græci Onychas & Oplas uocant.

LICHEN EQVI CCXLV

N equo Lichen & Hippomanes haberi solent. Lichen os est dentibus caninis simillii mum in genibus & super ungulas animalis eius agnascens. Hippomani uero tantæ in ueneficia uires sũt: ut affusum æris mixturæ, equæ olympiæ admotos mares equos ad rabiem coitus instimulet. Est & herbæ genus Hippomanes Hesiodo quod & Seruius testatur. Nomen hoc & Dioscorides duabus herbis tribuit ut post constabit. Sunt & limi arborũ Lichenes appellati. Est & herba Lichen uocata: Græci & Impetiginem Lichenas uocant. Hippon Græci equũ Celtæ qui Breno duce græciam inuasere: marcã uocant: auctore Pausania.

VNGVLAE CAPRARVM CCXLVI

c Apra græce uocatur. Aex: quarum syluestres, atq; feras in Samothrace nasci Varro scribit: platycerotas uocatas: quẽ locum ĩ auctore illo deprauatum oĩbus exemplaribus corrigendũ monemus. Non enim platycerotas, sed latine rotas legitur ubiq; seculis conniuentibus. Capras a carpẽdo dictas idem Varro scripsit. Has & chimaras græci uocant & chimarõ & enorcham Theocritus: qui sit caper: q̃q̃ idem Varro caprum dici proprie uult, qui sit excastratus.

IECVR CAPRINVM CCXLVII

IECVR HIRCINVM CCXLVIII

IECVR APRINVM CCXLVIIII

Aprinum & Aprugnum latine dici posse uideo. Aprum græci Capron uocant: & Sya
c grõ. Siculi Aschedoron ut est apud Aeschylum. Poetæ item clunim, ut in Truculento Plauti cluinũ pecus legendũ censeam chluninum. Nam & Aristoteles suem ferũ Chluninuocat. Suillum præfert̃ omnibus Aetio si quis inquit animal id arida fico pauerit. Quod genus Græci Sycoton appellãt: unde ortũ puto: ut imperitũ uulgus oĩa iocinora uocare ficata coeperit. Sane ut meminit Aristoteles suem præcipue alunt, & opimãt ficus, & cicer.

IECVR ET DEVS CANIS CCL

c Anem Græci cyna uocant. Poetæ acamythion. Rabiosum lyssonta.

CORIVM CCLI

Orium e calceo Græci Cattyma & Caſſyma uocant. Noſtri Veteramētū, & Veteramēta/
c rios artifices appellāt: quos Græci Palæurgos. Sicut ueteramēta quoq; ipſa Palimpega
& Palindoria. Hinc & Veteratores fortaſſe dicti a cōſuendis fraudibus. Nā & apud Græ
cos cattyma ſutelā, dolumq; ſignificat. Nam alutarii ſunt qui ex aluta hoc eſt cōcinnato corio pel/
licium opus faciūt: unde Alutamētū ut Veteramētū. Pelliones quoq; ab iis differunt. Sed hæc in
ſtituti huius non ſunt. Coriū certe pecudis ſugillata ui prædicant. Vt propterea utiliſſimum ſit ad
eos, q uirgis cæſi fuerint. Pelli certe Calcedonia ī Hippocrate habenā mollē Cornelio ſignificat.

IECVR MERGI CCLII

Ergū Aethyiam græci uocāt. Et poetæ Dypten. Alioquin nihil aliud eſt Dyptes uerbū
m ex uerbo, q̄ mergus. Poetæ græci ēt Poigas, & Bungas dicūt aues eas. Photion auctor.

CALLINACEVS CCLIII

g Allos gallinaceos Alectryonas, & Alectoras Græci uocāt, quia nos a lecto exuſcitēt. Gal
linas uero Alectoridas & Ornithas. Ariſtophāes Alectoras q mares ſint. Alectriænas quæ feminæ.
Alectreonas utrūq; cōtinere ludens in comædia monſtrauit. Inuenias & pro maribus Alectoridas
acceptos, ut iquit Athenæus. Alexarchus Caſſandri Macedonū Regis frater is qui Vranopolim
cōdidit: Gallū Gallinaceū Orthoboā uocabat. conficto nomine: ī quo uel ambitioſiſſimus fuiſ/
ſe dicitur, Athenæus pullos Gallinaceos a Græcis hippos hoc ē quaſi equulos uocari ſcribit, cre/
do quia pulli proprie ſunt equorum, dicitˀ & pullaſtra. Sed & iubas & capillū Græci Alectoridas
appellāt. Perſæ ēt coruos hoc nomine ſignificant, iure Gallinaceorum perunctos Pantheræ Leo/
neſq; nō attingunt, præcipue ſi & alliū fuerit incoctum. Si Gallinarum membra auro liqueſcenti
miſceantur con ſumunt illud in ſe: ita hoc uenenū auri ē, inteſtina Gallinarū cū rebus aliis inco
cta ueteres Gigleria uocabant. Gallinarum tria genera, Cortalles & Villaticæ, ſiue qđ idē eſt Cor
talis de quibus medicinæ hoc loco habentˀ: itē ruſticulæ manſuetæ, ac feræ nō diſſimiles Villati/
cis aucupio quæſitæ: Varro africāis ſimiles aſpectu ac facie incōtaminata ſcripſit, a quibus p ꝓdu
ctionē uocabuli Gallinaria inſula uocatur in mari Tuſco Liguſticoue contra Intemiliū & Albin/
gaunum: Gallinæ Africanæ ſunt grādes uariæ gilberiæ Meleagrides appellatæ a Græcis, ut Var
ro putat, Columella Numidicas eaſdē quibuſdā eſſe cū Africanis placet. tradidit. africanas uero
nō Meleagrides ſed iis ſimiles, niſi ꝙ rutilā criſtā capite gerunt: quorū utrūq; ſit in Meleagride ce
ruleum, Clytus Ariſtotelis diſcipulus Meleagridas Gallinæ deſcribit noſtratis magnitudine par
uo capite ad portionē corporis, & glabro, criſta carnea ſed rotunda: & prædura: quæ paxilli mo/
do ꝓmineat, colore ligni Ab ore ad malas carūculam ꝓ mento eē. Sed rubriorem q̄ Gallinaceo
generi. Et. n. mentum uocari carnem, quam Gallinæ in roſtro habeant: hoc Meleagrides carere,
Roſtrum acutius, & maius q̄ Gallinæ ceruix breuior, & craſſior, atq; nigra. Corpus uariū macu
lis in nigro candidis frequentibus ꝑ interualla maioribus lenticula ſoleæ figura, uel orbiculis ut
alæ: ſerrata ſpecie digeſtis in quēdam uerſum maculis lucentibus. Crura ſine calcaribus, cætero
ſimilia Gallinaceis, mares a feminis internoſci ægre poſſunt. Tam eſt in ſpecie germanitas, pul//
los ſuos uelut peroſæ negligūt. Nā medicæ a media quaſi medicæ generi uillatico aſcriptæ ſunt:
propter magnitudinem in Italiam tranſlatæ: cuiuſmodi Patauinæ modo ſūt Pulueratiæ cogno
minatæ a uico ubi grādiſſimæ, ac ſpectabiles maxime naſcuntur: quas Turcarū Rex is: qui Con/
ſtātinopolim ætate noſtra cœpit: ui muneris magni loco a ſenatu miſſas habuit. Ad pugillatum
atq; prælia Græci e Boetia Tanagricas itē Rhodias ut Athenæus & Columella, Martialiſq; apud
nos: nec minus Chalcidicas & Melicas ꝓbauere. Quidā Alexādrias ex Aegypto. Pauſanias Boe/
ticarum duo genera deſcribit, alterū ꝓliare, alterū coſſyphos quaſi merulas appellans. magnas ī
quit alit Lydia Sed colore coracino. calcaria & apex anemonæ floris macula modo rubēt. In ro
ſtro ſummo, & in cauda itē ſumma candidæ. Ex omnibus generibus Cortales feminæ ꝓprie ap
pellantur Gallinæ, Mares Galli ſeminares qui capi hoc nomine uocantˀ cū ſūt caſtrati. Gallinas
Græci quādoq; uocāt ī comædia Mylacridas: q̄q̄ Ariſtophanes ita appellat Beſtiolā inter molas
naſcētē, Adrianas ſiue Adriaticas Gallinas Chryſippus exiguas intelligit: eaſq; ab Athenienſibus
expetitas cōmemorat. Ariſtoteles quoq; paruo eas corpore, ſed feroces & quæ pullos plerūq; ſu/
os opprimāt Gallinas primi feruntˀ habuiſſe Perſæ, ut Meleagridas Aetoli. Et pauos ſiue qđ idē
ē pauones Samos īſula: quos Græci quoq; Taos, & Taonas bifariā, ut nos appellāt. Et Antiphō
orator aues uarias, Attici taos circūflectētes & īſpirātes ultimæ ꝓnūciāt, ut Athenæo placet.

OVVM CCLIIII

Vum græci Oō uocāt, cognomētis diſtiguitˀ: tenerū ſiue liquidū, ſiue ut Cornelius mol
o le. Apalō Græci uocāt: qđ Recētiores Elixū & ſemicoctū īterpretantˀ. Scleron hoc ē durū
qđ ita ſit coctū, ut idureſcat, Sorbilia dicuntur id ē Ropheta quæcūq; tātum incaluerunt

Quæ uero plus coquuntur, appellãt ephtha. Sunt & quæ Trometa, hoc est Tremula dicant, opti
me alentia, etiã si facilius transeũt sorbilia. Sed hæc alii aliter cognominãt. Et q̃tum conicio te/
nera & tremula sunt eadẽ sicut & sclera, & ephtha. Habentur & quæ Teganista a patellis, & sartagi
ne dicant Succi deterrimi. Mala sunt, & Optethenta hoc est tosta cinere. Ideoq; iis anteponunt:
quæ Græci Exapheta siue Pnicta nominãt, hoc est quæ in aquã calidã mittunt, immerguntur q; cũ
garo, uino, & oleo coquẽda lento igni ac modice coagulãda ut inquit Paulus. Nam & quoddã
obsonãdæ carnis genus Pnicton ipsi uocant: quod equidẽ haud reor multũ distare ab eo, quod
Anabraston appellãt. Sunt & quæ uulgo dici solẽt Ootaricha id est oua salsa, Inueterataq; abdicã
di usus. Nũc oua pisciũ salita in offas aut in pastillos durata, inclusaq; mẽbranulis oua taricha di
cuntur inter lautissimos recepta cibos. Præferri uolũt omnibus Ex gallina ut Paulus inquit, ac fe
re Galenus item ex Phasianis, Perdicibus. Pessima dicũt anserina: q̃q̃ proprietate illa cõmẽdetur
quasi promptũ igeniũ faciant, si quis crebro utatur cũ butyro, & melle. Schista quoq; oua Plini/
us appellat tota lutea, quæ triduo incubata tollunt: causa nõis ut arbitror quia diuidant, & disce
dat uitellus a candido. Firmitas putaminis tãta est ouo, ut recta nec ui nec põdere ullo frangatur:
nec nisi paululũ inflexa rotũditate. Putamen In aceto maceratorũ mollitur. Cãdidũ ex iis siue ut
Columella inquit albus liquor, siue ut Palladius albor oui admixtũ calci uiuæ glutinat uitri frag
menta uis uero tãta est ut lignũ perfusum ouo nõ ardeat, ac ne uestis quidem contacta aduratur.
luteum & Vitellus oui dicitur, quem Græci modo Lecythõ modo Chryson uocãt. Hippocrates
etiã Chloron, oua quæ nõ sint recentia. Veteres appellabant requieta. Est & uasculi genus ouum
ab ouali specie. Sicut & quod Ooscyphiõ Græci uocãt. Sed & ipsum coelũ a ueteribus ouum di
ci solitũ, & hoiem quoq; ceu quãdã coeli paruam imaginẽ comperias

CICADAE CCLV

Icadæ tettiges a Græcis dicuntur: quo nõie coci quoq; & absurdi, & iperiti dicebant.
c Sicut elegãtes, & urbani Mæsones: a quo facecias & sales & q̃ Scommata græci uocant
mæsonia cognominant. De mæsone Athenæus Chrysippum inquit existimasse falso a
uerbo græco deriuari nomẽ id manducũ & helluonẽ significante. Cæterũ megarensis homo qui
dã Mæson fuit comædiarũ actor: qui & seruorũ, & cocorũ personas: & eã primus comperit, quæ
mæson appellatur: a quo dicta inquit salsa mæsonica uocari cõsueuerũt. Cicadæ genus quoddã
acanthion & acãtha uocãt: quod mutũ interpretant nõnulli, qm̃ i acãtho urbe Aetoliæ nõ canat
ut prouerbii quoq; loco sit ἀκάνθιος τέττιξ.

LOCVSTAE CCLVI

Ocustarũ: quas Græci nominãt Acridas una species Onos appellat & apteros a Paulo
l quia pennis careat: quam & Bruchon uocari putant rodentẽ sata & Attacon in sacris li/
teris appellatã. Licet in Dioscoride Asitacon siue Assiracõ legamus corrupte ut arbitror
Nicander mastacẽ appellat pro brucho. Aristoteles attelabon, Clitarchus in Ambracia locustas o
mnes mastacas dici uoluit: ut Molurin quæ frumẽta depopulat. Ionia locustas a numero penna
rum Tetrapelyridas nomĩat. Oetæ cornopas alii parnopas & pornopas unde cognomẽ Herculi
& Apollini quoq; in Aeolia q locustas abigat ridendus uero Strabonis iterpres apud nos q cu/
licẽ non locustã uertit in parnote q̃q̃ & millepedæ genus unũ est: quod uocatur onos. In sacris
certe literis sunt quibus locustæ mandi solitæ nõ animal insectũ, sed herbam hoc nomine signi/
ficent. In qua sentẽtia magnus auctor Chrysosthomus, & prior eo Athanasius fuisse credunt, q̃si
pro animali acceptæ uescendo non essent. Cum tamen in Africa ut Dioscorides cõmeminit ad
Leptin cibo etiã frequẽti cõmẽdẽt: hodie quoq; uulgo eas comedũt Aegyptii. Plinius & indorũ
gentẽ quãdam, & Aethiopũ quoq; partem locustis tantum uiuere fumo & sale duratis in annua
alimenta prodidit post Diodorum, Strabonemq;, ut ab id Acridophagi nomẽ habeãt. Locustã
igitur siue pedem locustæ pro herba sumptam iterpretantur quam uulgo Repunculũ, siue Napũ
culum uocamus folio angusto, desinente in mucronem cauliculis uertice torulos habẽtibus, ut
in asparago & salictario lupo cernitur. Itemq; multi lateris. Ex quibus minores alii alterno semp
inguine prosiliunt. Radicula uel diuitum, lautorumq; mensis petita: Rapisti quidem sapore: nõ
tamen ad ructus illiberali: ac fatuus omnino gustus sed cũ aceto, & sale non iniocundus semen ei
tam exiguum, ut discerni fere aliter non possit q̃ grana sabuli. Alii pedem locustæ p̱ blito aut ual
de simili herba capiunt in Arabicis scriptoribus. Sunt qui uocabulo Acridis non herbam unam
aliquam sed summa herbarum omnium, quibus uictitarit homo sanctus in solitudine accipiant.
Quod si esset, perperam uertisset Hieronymus locustas, alioquin certum est locustas Iudæis inter
animalia quæ non sunt interdicta cibo numerari. Dioscorides certe paniculas auenæ dependen
tes ut in bromo diximus locustas: Plinius lobas appellauit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

OSSIFRAGVS SIVE PHINIS — CCLVII

Sſifragus ſiue phinis, & ut Ariſtoteles appellat phine alienos foetus cum ſuis alit: quos
o aquilæ nutriendi tedio eiecerit. Quidã nõ generare Oſſifragũ ſcripſere, ut Ariſtoteles.
Plinius ex haliaeto naſci Oſſifragos, ex Oſſifragis uultures minores & ex minoribus
maiores: qui omnino nõ generẽt. Differt Oſſifragus ab Oſſifraga etiam ſi cõfundũt aliqui, ꝙ Oſ/
ſifraga ſeptimũ eſt aquilæ genus, quæ barbata dicitur & ſanqualis Oſſifragus uero qualem indi/
caui: laudatus ad coli uitia quoniã inteſtinũ unum habeat mirabili natura oia deuorata conficiẽ
di. Neſcio quãobrem Ambroſius fulicam accipiat: quã Græci Phinin uocarunt: cu ſit apud Ma/
ronem fulica ut quibuſdã placet, Herodius ex Arato quem Poeta noſter ea parte uidet̃ imitatus,
ubi prognoſtica tempeſtatum carmini ſuo inſeruit. Idem Ambroſius Herodiũ alio loco ſturnũ
interpretatus eſt: cũ ſturnos græci pſaras nominẽt. Hieronymus Herodiũ Græco noĩe appellat.
Seruius herodios accepit: quas nos Diomedeas aues uocamus. Pauſanias Herodiorũ genus ma
ximũ, & pulcherrimũ, & auguriis quoq; proditũ uocari tradit Ocnon. Theodorus fulicã: quæ
ab Ariſtotele cepphos, ſiue cemphos dicitur: intelligit. Oſſifragus parũ ualet oculis nubecula etiã
num ſuffuſis.

GALERITA — CCLVIII

Aleritam ſiue quod idem ẽ gallica uoce Alaudam, Græci Corydon, & Corydalon, &
g Scordalon appellant. Item Corydalida. omnes a galero ſiue galea. nã & epitymbidi/
ton Theocritus quia ceu tymbon hoc eſt ſepulchrũ patris ĩ capite gerat: Cuzulam græ/
cum uulgus noĩat. Nota eſt apud Ariſtophanẽ Comicum poetam fabula: primã uolucrum fuiſſe
Galeritam: priorem quoq; terra defunctum ei patrem: cũ humari non poſſet: nũdũ enata humo
cõditũ in uertice. Corydalis eſt & herba Capnos appellata: qñ & ipſa doloribus coli medeatur:
ut auis ipſa: Galeritam nemo fere ignorat: auem puſillam, & plerunq; ob iter nobis obuiam: In/
genio ad cantus docili: paſſerculis ut inquit Galenus qui Pyrgitæ ac Troglytæ nominant̃ in op
pidorum muris, ac turibus frequentes ad ſimilem extra q̃ galero: quo illæ carent. Nam Corydy/
lis ſalſamẽtarius piſcis eſt, quem nos Cordyllam uocamus: Græci etiam cordylida & dorylum
at cordila tumores in capite ſignificat: & mitellam quoq; Cypriis: eam: quam perſæ cidarin: athe
nienſes Crobylon appellãt. Porro ſimilis eſt Alaudæ Zerraneola uocata: niſi ꝙ apice in terra ni
dificans unde nomen differt ab Alauda & parcus etiam ſi qui negant. eſt autẽ parcus auicula pa/
lumbo minor aliquanto ſubtus candida cætero pauoni ſimilis, & criſta quoq;.

HIRVNDINES — CCLVIIII

Irundines Græce chelidones lapillũ dicuntur pullo excluſo dare. Tria earũ genera ur
h banarum, ſylueſtriũ: quæ nidorũ figura deprehenduntur. Ripariarũ: quæ ita uocãtur:
qñ in riparũ cauis nidificant. Fit hoc capite Ficedularũ quoq; mentio græci eas modo
Sicalidas modo Ampelidas, modo Ampelionas uocãt, auctor Pollux ut cæteros præztereã.

EBVR — CCLX

Bur a Græcis appellatur elephas eodẽ quo animal ipſum noĩe, q̈q̈ aĩal elephãtus quo/
e q; dicitur. Ebur uero alii cornu, alii dentem Elephanti nuncupant. Eſt & uaſis potorii
genus Elephas.

TALVS SVIS — CCLXI

t Alus aſtragalos Græce dicitur ĩ ſue: cuius uicem in hoĩe malleolus appellatus implet.

CERVINVM CORNV — CCLXII

Eruum Græci Elaphon appellant, ut prædiximus & bredon poetæ. Alii caput ipſũ cer/
c ui bredon uocãt. Inulũ ſiue inuleũ eius: Nebron & Cemada q̈q̈ cemas nõdũ ꝓgredit̃
in paſcua. Damam uero Græci proca dicũt. Ariſtoteles & idonei fere oẽs & dionyſius a
ceruo non diſtinguit. Philetas primigenios ceruos procas dici uoluit. Ab hoc aiali Procõneſos
appellata ẽ. Nam Ophion qd' ſardinia quõdã ferebat & interiſſe creditur: ceruus nõ erat, ſed aĩal
pilo, ac dẽte ſimili ceruo minus. Genus uero ceruorũ prægrãde Græci Echæineas ab oppido uo
cant. Ariſtoteles achaenas cognominat. Inulum Varro & ex equo & aſma uocari ſcribit: quos &
Bardões aliqui appellãt ſicut ex aſino, & equa mulũ: q̈q̈ uetuſti codices tũ Varronis, tũ Columel
læ innum hñt, nõ inulũ ꝙ ab equo patre nomẽ traxerit. Sed & Ariſtoteles quoq; innũ græce di
cit q. ex mulo & equa naſcit̃ ceu paruus mulus, ꝑinde Nonius marcellus hinnas inqt, & hinnos
ſub quo noĩe accipere debeamus Varro ſignat. Ait enĩ ex eqſ et mulis q naſcant̃ Hinnos uocari.
Vt errauerit q. diſtinctiõis ſtudio cõfixit hinnulos ceruini generis eẽ pullos, eqni uero inulos uo
cari. Quin ſi mutare oportet uerius ſit inulos p ſimplex enim & ſine flatu ceruinos pullos accipi.
Hinnos aũt & hinulos p duplex enĩ & cũ aſpiratiõe ex aſina cõceptos eq coitu, ſed utiq; ſi ſint ma
res ut Plinius adiecit. q̈q̈ Nonius marcellus aliter ut p̃monui. Porro Inis ẽt ĩfãtẽ & paruulũ Græ
cis ſignificat. At Ginni per. g. ab Ariſtotele appellant̃ eq pumili nõ alia rõne q̃ mr̃is & uteri uitio
gygenios a Strabone dictos arbitor in Liguriæ montanis ubi & mulorum genus uocat hoc no/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

mine. Non placet quorundam distinctio inter Dorcem, & Dorcadem, quasi dorcas ceruinus pullus sit. Dorx animal diuersum. Cum dorcas Aristoteli non ceruum, sed capream significet. Certe Dioscorides in coaguli mentione dorcādē a dorco separauit. An ut eo distet dorcus a dorcade quo ceruus ab inuleo, & in Strabone zorces pro eo quod sunt dorces nisi uitiū sit in exemplari: legas. Ipsum cornu ceras uocant: quod & poculi genus est: nam cornibus ueteres bibisse Pindarus, Sophocles, Homerusq; testātur: si modo ut fere persuasum est, Rhyton in poeta eminentissimo idem sit, quod cornu:

ERVCAE OLERVM — CCLXIII

Rucæ pro animali acceptæ a græcis Campæ nominantur. Hippocrates in herba tithymalo nascentes aculeatas esse prodit utiles ad conceptus. Campa dicebatur & genus illud bestiæ: quam Liber pater in libya sustulisse dicitur ad zambirram oppidum tumulo in monumentum eius facti condito. Vt Diodorus meminit.

CANTARIDES — CCLXIIII

Omine Cātharidum e nostris aliqui etiam scarabeos maxime pilularios accipiunt: qui & Canthari dicantur. Et ab Hippocrate Copriones. Plinius est inquit & cantharis dictus scarabeus paruus fruteta erodens. Porro Cantharus & nauigii & pocilli nomen est & ornamenti quoq; muliebris ut Athenæo placet. Ipsarum cantharidum uenenum in qua parte sit, non conuenit. Alii in pedibus, & capite existimant esse. Alii negant. Inter omnes constat pennas earum auxiliari in quacunq; parte sit uenenum. Ipsæ nascuntur ex uermiculo in spongia maxime cynorhodi: quæ sit in caule: sed foecundissimæ in fraxino. Cæteræq; in alba rosa, minus efficaces. Improbāt duo earū genera. Minutæ: latæ: pilosæ. Item macræ unicolores.

BVPRESTIS ET PITYOCAMPAE — CCLXV

Ityocampæ a nostris Erucæ picearum, aut pinorum uocantur. Buprestis & aīal & herba est. Ex his erucis uermiculi postea nascuntur: qui acceptis alis euolant: quēadmodum & in ficu & cynorhodo siue canina sentice.

SALAMANDRA — CCLXVI

Alamandra animal lacerti figura, stellatū: nunq̄ nisi magnis imbribus proueniēs. & secuta serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignē tactum extinguat non alio modo q̄ glacies. Quod quidam tamen negant. Aetius per ignem inquit cadentibus flāmis ambulat, eumq; non solum frigoris ui, sed etiam pondere corrumpit quasi obruens. Theophrastus & frigori & humori tribuit: qui ex ipsa lentus profluat. Si diutius tamen in igni māsitet, comburitur. Cassiodorus salamādra subtile, & paruum inquit est animal lumbricis associum flauo colore uestitum. Saliua eius quæ lactea ore uomitur quacūq; parte corporis humani contacta, uel pede imo respersa toti decidunt pili, & colorem ī uitiliginem mutat. Si arbori irrepserit omnia poma inficit ueneno, ita populos sæpe totos necando frigida ui, nihil aconito distans. Quin imo si contacto ab ea ligno, uel pede crusta panis incoquatur, idem ueneficium est, uel si in puteum cadat. Manditur tamen a suibus innocenter. Similis Ascalabotæ Salamandra est Aetio. Lacerta uenenaria hoc est Pharmacitide uelocior. Ascalabotem græci & colloton, & galeotem quādoq; appellant. Nostri stellionem. Horum transmarini pleni lentigine, stridoris acerbi, qui & uescuntur, in tantum scorpionibus aduersi, ut uisis protinus torporem afferant frigidi sudoris. Tales in Italia non sunt. Viuunt enim rore, ut chamæleontes præterea & araneis. Qui autem stelliones appellant ut Marcellinus inquit in nouis domibus cernuntur, forte ii quos romanum uulgus Tarantulas uocat, albas innocuas, & pusillis lacertis similes. Sunt & Apulorum Tarātulæ in agris Phalangiorum fortasse generis ueneni præsentanei, cōmoto statim eius mēte quem percusserint. Auxiliari cantu eis & omnino musica ratiōe consuetudo regionis est. A stellione fraudulentissimo animali: stellionatus crimē, & stellatura. Spartianus in Pesennii Nigri uita, quos inquit constiterit accepisse stellaturam, & alibi, tribunos qui stellaturas īquit militibus tulissent capitali pæna affectos. Inuidentissimū hoc animal intelligitur, qm̄ senectutis suæ membranam deuoret, gnarum propter Comitiales morbos impeti eam, hinc stellare uerbum pro inuidere. Cubilia stellionis in locis hostiorum, fenestrarumq; sunt aut cameris, sepulchrisue.

ARANEVS — CCLXVII

Raneum Græci arachnen uocant, araneorū, phalangiorūue multa genera innoxiū lupi noīe post dicendū. Noxiorum duæ species ab Aristotele traduntur. Vnicorpus exiguū, uariū, acuminatū, assultim ingrediens: ob id Pulex uocatus. Alteri maius & nigreās prioribus cruribus longissimis, tardū hoc & ībelle, nec saliēs. Eq̄ phalāgiū p̄ter hæc a Plinio uocat genus aranei, lanuginosū grādissimo capite, quo dissecto īueniant ītus uermiculi duo, q̄ adalligati ceruina pelle āte solis ortū dicunt mulieribus p̄stare ne cōcipiāt. Vsq; illā durare anno

unde atocion quoq; dicitur. Est & Rhagion uocatus, q acino uuæ nigro similis est ore minimo
sub aluum pedibus curtissimis, & tanq̃ incohatis. Dolor a morsu eius qualis a scorpiõe. Vrĩa tex/
tis aranei persimilis. Quintum genus asiorcion, uel astertion ex manu scriptis codicibus aut astor
gion, quasi discordialem & inamabilem significent, sed in picto Dioscoride ἀστήριον id est aste/
rium: uirgulis albis a proximo distinguitur: cuius ictu genua labefactantur. Sextum ceruleus utro
q; perniciosior, lanugine nigra, caliginem morsu concitans & uomitus araneosos. Septimum a
crabrone penna tantum differens, deterius etiam num ceruleo. Propterea macie quoq; conficit
a se percussos. Octauum myrmecion, quia formicæ similis sed multo maior ruffo capite. Aluo &
reliqua parte corporis nigra, guttis Respersus albis interstinguentibus, acerbiore q̃ uesparum
dolore torquens. Viuit maxime circa furnos & molas. Fuliginosum describitur Aetio stellatum
præsertim q; dorso. Nonum tetragnathus Sed duobus fastigiis. Alterius medium caput: linea cã
dida & transuersum. Item altera distinguit, qui & peior, tumoremq; oris molitur. Alter cinereus
posteriori parte candicans inertior. Aetius tetragnathon, modice lato & sub albo corpore descri
bit: pedibus asperis: duabus in cisuris in capite, recta una, per obliquum altera, ut quaternas buc
cas habere uideatur, unde nomẽ, in æthiopia tam frequentes ut Regionem in ea quandam pro
pe Sillos, Acridophagosq; deseri coegerit. Idem auctor & cranocolaptem, & scoleciõ, & sclerocе
phalon enumerat. Vt primum genus longis cruribus subuiride, aculeo circa ceruicem infesto, p
dat: ita dictum quia caput maxime percutiat. Secundum squalet maculis præsertim capite lõgis
pedibus. Tertio caput duritia siliceum. Lineamẽta toto corpore similia bestiolis, quæ lucernas cir
cumuolant. Hæc fortasse uel eadem sunt, uel parum diuersa plinianis. Præcipue uero cranocola
ptes idẽ genus uidetur illud esse, qd' nos. Sextum hr̃i diximus ceruleum & caliginem morsu cõ/
citans caputq; tentans. Habetur & cinerei genus quoddam minime noxii, telas muscis in parieti
bus latissime pandentis: qui & muscarius uocatur: inter lupos, ut arbitror locãdus. Comperio &
araneum candidum, longissimis tenuissimisq; pedibus. Item aliud genus crassissimum textũ cõ
dentis in contignationibus: quorum uterq; in dictas, aut dicendas forte species recidit. Est & di/
scrimen araneorum: quos Aristoteles appellauit lupos: quorum minimi non texant, maiores in
terra cauernarum uilia, & exigua uestibula præpandant. Medium genus lautiores crassioresq; te/
las orditur uel operosissime ob id eruditissimum ab eodem Aristotele uocatum, cuius duas quo/
q; species reddit. Maiorem subtus pendere degrauatum mole corporis. Minorem in sublime e
quibusdam telæ suæ latebris obseruantem excubare. Græci qui de uenenatis ictibus scripsere, lu
pum uenari muscas demonstrant rotundum, cælata sculptaq; ceruicula, tribus in ore: quod ei la
tiusculum est: lineamentis. Aranei lacertarum catulos irretiunt utraq; labia mordicus apprehensa
telas suas altius tollendo: incrementa amnium futura præsagiunt. Sereno non texunt, sed nubi/
lo. Feminam textrinæ: marem uenationi operam dare arbitrantur idq; sole oriente, occidenteq;
bestiolis tum maxime infestis. Aranei clunibus in uenere cõueniunt. Vermiculos similes ouis pa
riunt in telas expansos: quia saliendo excludunt: phalãgio excepto: qui specu in ipso cubat ma
gno numero triginta fere, sed ubi emersit: matrem consumit sæpius, & patrem. Incubãt triduo:
cæteris generibus oua pauciora. Consumantur aranei quater septenis diebus. Simul porro editi
sunt, fila sua mittunt, siue de suo quod foris hñt ceu uellere corticeo ut Aristoteli uisum est: siue ut
Democrito excrementi cuiusdam modo uelut corrupta intus alui natura statuto tempore, siue ut
alii dixere quia intus sit quædam lanigera foecũditas. Ouidius.

Cætera sunt uentus de quo tamẽ illa remittit.
Stamen, & antiquas exercet Aranea telas.

Nõ hẽt Creta isula maleficũ aĩal p̃ter phalãgiũ, alioqn italiæ ignotũ hoc cerui pcussi cancros edẽ
do sibi medẽtur. Nominat' & mus araneus: de quo priuati agẽdũ nobis est. Araneorũ telæ priuati
uescæ hoc est siccæ, ac teneræ uocari solent. Ipsum animal araneus uocatur, græce arachnes. Tela
uero aranea ut græce arachne, q̃q̃ interim & pro animali poetæ capiunt araneum. Phalangia ue/
ro, & quod idem est Aristoteli phalangas & phalangios arbitror esse dictos, & phalanx interno/
diũ significet qualis pars ea digiti, quæ rigida manet nec flectit' ut Aristoteli placet. omnibus enĩ
phalangiis internodia terna in cruribus. Ob id & fustes nodis rigentes, ut Plinius testatur, phalã
gas uocabant. Vnde baiulos Victruuius quia phalangis uti soleant, phalãgarios appellat. In alba
nia phalangium haberi traditur Straboni, Helianoq; a quo si qui feriuntur, aut ridendo, aut flẽ/
do moriantur desiderio suorum.

LACERTA CCLXVIII

Acertam græci Sauram. Huius una species Chalcidice uocat', atq; Seps seorsum reddẽ
l da. Lacertum & lacertam idem genus esse cõspicor ut est apud græcos quoq; sauros at/
q; saura. Est & piscis hoc nomine. Lacerta uidetur & uasis genus esse apud iuris peritos,
Sicut

Sicut & apud græcos saura cuius e palma mẽinit Hippocrates. Est & herbæ nomen saura: Pluto
ni sacra ut Nicander poeta docuit illo uersu σαύρην τε
ἢ χθονίου πέλεται σέφος ἢ γεσιλίου.
Fortasseq; i eo uerbo aut anagallidem Intelligit: quippe quam Dioscorides Sauritin a nõnullis
dici prodat: & prophete Nycteritin quasi nocturno & subterrãeo dicatam numini: aut ipsum Si
napi quod ut Plinio placet: ab atheniensibus saurion uocatur. aut Nasturtium quod ab Hippo-
crate sauridion quoq; dicitur. lacertarum pedes græci blæsos uocant: hoc est quorum pars extror
sum, pars Introrsum spectet.

SEPS

CCLXVIIII

Eps nunc lacerti genus est: nunc ut diximus nullepedæ. Cum lacertam significari uolu
f mus chalcidicæ Cognomẽto utimur. Sed an Idem sit cum ea quam Aristoteles chalci
da & Zygnida nuncupat. Theodorus more suo dignydam conuertit lacerto paruo si
militer: æstimabunt legentes: ipse ut diuersam partem moueor Plinii uerbis: qui quodã loco ait.
peculiariter inquit a chalcide ceraste differt. Est & turberculi maioris ac pestilentis nomen Seps
apud Hippocratem ab erodẽdo Impositum. Aetius Seps inquit serpens est cubitorum binum,
crassitudine In exilitatem ut alia quoq; genera serpẽtium descendente. Ingressu tardo rectoq;: la-
to capite, ore acuto, maculis corpore toto Candidis, triduo uel quatriduo Interficit. Pausanias
quoq;. Aepytum Inquit Arcadiæ quondam Regem in uenatione occupatum: & Imprudentem
seps oppresit. Viperæ similis est inquit minimæ: cineris colore. maculis ex Interuallo uarius. lato
capite. Angusta Ceruice. aluo maiori. Cauda breui obliquo Incessu quasi Cancer: quod & Cera
stæ Inquit serpenti proprium est chalcidicem Helianus si quis Inquit habeat in tritico fore ut In
corruptum seruetur De serpente Intelligat an de pisce chalcidica qui & chalcis dicitur: non con-
stat. De sepe pro multipeda Plinius uigesimo uolumine. multipedem Inquit sepa græci uocant:
oblongam pilosis pedibus pecori præcipue nocuã. Castigatus est in ea parte locus. propterea ꝙ
non sepa sed ipa legebatur. Nam Ips genus uermis aliud ut in pumice docebimus.

SCINCVS

CCLXX

Cincus A Crocodilo cute distinguitur, Cãdidiore tenuioreq;, Sed præcipue seta squa
f marum: quæ a Cauda ei ad caput uersa est. maximus Indicus. post arabicus. Afferuntur
Inueterati sale. In nilo natus Ichneumõe minor est, tanto Inferior Crocodilo. In libya
duos cubitos excedere Pausanias existimat. Vẽales scincos ex ægypto licet uidere lacerti magni
similitudine. Sunt & uincentino agro sui quidam scinci: minores multo ueris, etiam si pro ægy
ptiis officinæ subiiciunt. In bithynia chalcedonis agro fere: crocodilos minutos quodam fonte
nasci qui a Zaritia dicatur: Strabo meminit. fortasseq; pro scincis accipit: quoniam paruos esse tra
dat. Crocodili champsæ apud ægyptios uocantur. Iones uero Crocodilos primi uidentur ap-
pellasse ut Inquit Herodotus, sumpto nomine ab illo crocodilorũ genere, qui apud ipsos In se
pibus maceriisq; nascuntur.

VERMES TERRENI

CCLXXI

Ermes terrenos quidam blininthas, alii Gesentera hoc est lumbricos & Intestina terræ
u uocant. Iulos aliqui ut Dorion. Gaphagæ a syracusanis uocantur quasi limo & terra ui-
ctitent. De iis non nichil & In fibro diximus. Est Iulus & polypus & Cantilenæ genus,
qua lanifices siue purpurarii utuntur. hoc nomine uocãtur hymni quoq; Cereris, ac Proserpinæ.
Sed & fruges ipsæ propterea ꝙ singulares manipulos farris hordeacei amalas græci uocant: ip-
sas uero metas: & fasciculos: qui ex multis manipulis præligati sunt. Vlos & Iulos nominant ut
Athenæus inquit meliusq; Photion Vlos Interpretatus panes holocleros. hoc est q̃bus nichil de-
tractum sit. Nec satis scio de autopyro pane, an de holopyro photionis enarratio Intelligẽda sit,
de quorum utroq; In tritici mentione disertabitur. Terreni uermes cum e Cauernis suis prodeũt
tempestates, Imbresq; prænuntiant.

MVS ARANEVS

CCLXXII

Vrem araneum mygalen & myogalen græci appellant. negant trãsiri orbitam ab eo,
m naturæ quodam torpore: & si transierit, moritur. Inde contra morsum eius terram ex or
bita sumendam præcipiunt. In Italia uenenatus eorum ictus. eosdem ulterior appenni
na Regio non habet. monendi sumus In Theodori præfatione de animalium historia non My
galen pro mustella sed Galen scribendum ab Impressoribus fuisse. Mus araneus ideo mygale di
citur a græcis ut placuit Aetio, quia muris magnitudine sit & mustellina specie. os ei oblongum.
Cauda gracilis. dentes quadruplici uersu tenues: quod & uulnus Indicat. ex eo purus statim san-
guis effluit: mox saniosus. tum pustulæ Insurgunt. Sunt quibus caro feculẽta. Ipsum animal ma
xime testiculos aggreditur. pustulæ si prægnans percusserit, nec aliter rumpuntur ut Dioscorides

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

& Aetius scripsere. Plinius non pustulas sed ipsum murem araneum si prægnans ferisset, dissilire
protinus existimarunt.

MVRES CCLXXIII

Vris nomen ut Mustellæ animalibus multis commune, alpini quos aliqui Marmotas
m uulgo dictos intelligunt: magnis oculis prominentibus media magnitudine. pabu//
lum hyemi præparant anteq̃ condātur. Alterni ut aiunt mas & femina complexo her/
barum fasce supinos cauda mordicus apprehensa inuicem detrahunt ad specus. proindeq; tunc
temporis detrito uideri dorso. pares iis Aegyptii similiter residunt in clunem & in binis pedi//
bus gradiuntur Prioribus manuum uice utētes. Sunt & Pontici unius coloris & uarii. Ex hoc ge
nere creduntur esse pelles, quibus muniri uestes contra frigora cæpere. Candidos eorum Armil
linos sordidum uulgus nominat. nam uarii parte tantum prona candicāt. Venetus in dorso cō
lor. a quo dossuariæ Pelles uocantur. quandoq; ferrugineus deterior priore. Instruxit & ex muri/
bus luxutiam suam uita, alios magnis frigoribus, alios medio anni tempore a Septentrionibus
petendo, armamus corpora: debellamus animos. Condūtur mures hyeme dumtaxat albi: quo
rum palatum in gustu sagacissimum esse referunt. Murem Græci Myn appellant. Cretēses Smyn
thion siue Smynthea unde Apollini Cognomen ut Photioni uidetur post Strabonem.

LAC CCLXXIIII

Ac Græce Gala. Camelinum ab hominis lacte dulcissimum. Præcipue si ad unam mē/
l suram tres aquæ addantur. Bos ante partum non lactescit. Asina protinus. Pullo eius
ubi pingue pabulum ē, biduo a partu maternum lac pressisse mortiferum: Genusq; morbi uoca
tur colostratio, & infantes colostrati: densato lacte in casei speciem. Ex proximo semper a partu
colostræ fiunt, quæ nisi admisceatur aqua, durescant in pumicem. Est autem colostra siue ut Plini/
us Colostrum prima a partu spongiosa densitas lactis. Theodorus pro coitu lactis quocunq; co
lostrum plerunq; accipit. Itemq; ꝓ eo quod ab Aristotele Trophalides appellantur. De colostro
& Martialis poeta meminit & Lucilius & Plautus in penulo. mea inquit collustra. meum cor. me
us molliculus caseus. Inter opera uero ganeæ preciosissimum ex lacte caput uocatum: quod bri//
tanni atq; Belgæ cremorem lactis hodieq; nominant. conficitur & quæ spuma lactis dicitur Insu
briæ supra memorati cremoris æmula quam græci Aphrogala ut inquit Aetius appellant. utrin//
q; dentatorum lac non coit. tenuissimum camelis: mox equabus, crassissimum asinæ. ut coaguli
uicem impleat. omne Lac igne spissatur: frigore serescit. spissatum igni Pyriathes & Pytiephthō
uocari a græcis auctor est Aetius. meminit & Iulius Pollux. sicut spissatum coagulo Pyctes quod
rustici nostri Lac Iuncatum a Iunco & carice, aut quibus aliis seges tribus inuoluitur, appellant. A
thenæus uero primum lac Pyriephthen & pyriephthon tradit uocari. Photion primum lac a græ
cis etiam Pyos & Pyon dici uoluit. alioqui pyos & sanguis concretus est: quod & pus dicit. pul
tem ex ouo & lacte oogala medici cognominant. lacticinia qui uocant ex lacte quoquo modo ci
bum: etiam si quidam in sacris literis id usurpant: nō probo. lactarium opus dixerim, potius au/
ctore Spartiano. Coenas inquit Heliogabalum exhibuisse alia die de oleribus, alia de pomis, alia
de dulciariis, alia de opere lactario.

SERVM CCLXXV

Erum iam multo potentissimum quidam ad tertias decoquūt & sub diuo refrigerant.
f Græci Orron uocant. hoc quemadmodum a lacte separetur, Dioscorides mox indicat.
In Erythea iuxta gades Insula unius stadii patente freto lac sine sero premi tradunt, ut
Strabo retulit: tanta pinguitudine, ut in caseo conficiendo, aqua diluatur.

LAC SCHISTON CCLXXVI

Ac schiston uocatur quasi scissile ac dimiduum: quoties uidelicet concretam eius partē
l quæ casealis dici potest: ab serosa ut Galeno placet: Improprie tamen Schiston inquit
lac nonnulli appellant: id in quo aut littorales calculi aut ferrum ardens restinctum sit.

LAC HVMANVM CCLXXVII

Ac mulieris ante septimum mensem inutile insalubreq;. In omni usu præfertur eius: q̃
l geminos enixa fuerit: tum eius quæ marem fere. Inefficax eius quæ sequiorem sexum
edidit: eius quæ marem peperit, lacte gustato, Canes rabiosos fieri negant.

CASEVS CCLXXVIII

c Aseus non fit ex utrinq; dentatis ut diximus. Bubulum caseo fertilius q̃ caprinum. ex ea/
dem mensura ut Aristoteles tradit pene altero tanto quæ plures quaternis mammas ha/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

bent. Caseo inutilia & meliora quæ binas. Caseus infumatus laudabatur a ueteribus: nec hodie contemnitur. omnis porro caseus senectute fit salsus: Sed in musteum redit saporem aceto e thymo maceratus. barbaros caseo non usos tradunt. Sed in iocundum tamen acorem solitos lac cogere: quod & oxygala uocatum sit: cuius ratiõem aliam Columella postremo sui operis libro tradidit. Casei genus saprum quasi putrem dicas, faciunt utilem coeliacis. In Plinio legendum sit epityron, an caprarum in mentione casei libro .xi. controuersum diu fuit. ipse nõ epityrum sed caprarum lego. non quia epityrum oliuæ fractæ genus sit: ut quidam putant. quãdoquidem oliuæ genus illud pityrum & pityrida, non epityrum appellari constat: Sed illa ratiõe potius q ni si caprarum gregibus sua laus est, In recenti maxime eam augente fumo gratiam & reliqua legamus, uix stabit sensus: nisi plane quis extorqueat. præterea cum de bubulo & ouillo caseo dissereret auctor: maxime sequens erat ut de caprino quoq; loqueretur. ne quia sit omnium fere deterrimus, improbari omnino iudicaretur. Adde q infumari non alius magno fere caseus q̃ caprinus assolet. Nec fere placet nisi musteus atq; recẽs. Athenæus latina uoce usus fumosos caseos appellat. laus caseo nemausẽsi Lesuræ gabalicięq; pagis. Alpino duobus generibus, docleati ex Dalmatia. Vatusico ex ceutronia. Cebano e liguria & appennino maxime lactis ouium. Auximati ex umbria. Item lunensi magnitudine conspicuo: Singulis quandoq; milibus põdo. Item uestino Crustuminoq; ac ceditio campo. Nam siculum Iulius Pollux meminit & Aristoteles: qui & Phrygium quoq; nominat. sed siculum ex ouillo & caprino mixtum lacte. Phrygium ex equino asininoq; fieri solitum commemorat. Siculum Athenæus præferri putat omnibus utiq; post achaicũ ex oppido Tromilia, unde Tromiliscus dicatur & a Simonide Stromilius ex caprino lacte. Epityrum uero caseus non est omnino, sed ut Varro inquit edulium Siciliæ q̃ Italiæ frequentius, cuius uocis in Plauto mentionem haberi sciunt omnes. unum inquit epityrum edam. Pollux uidetur hoc Xerian tyron uocasse, Siculum edulium id esse affirmans. Athenæus Hypotyrida placentæ genus facit, fortasse idem cum Epityro: nam catatyron Condimenti nomen est e caseo apud eundem auctorem. Trans maria Bithynius fere in gloria erat Salonites ab oppido appellatus. Gallici sapor, medicamenti uim obtinet. nunc a Cisalpina Gallia cõmendantur, Placentini maxime. formaginem Theodorus pro caseo cur dixerit: aut quem auctorem secutus ita uerterit: quod Aristoteles Trophalida scripsit, nisi q in Columella forte legit, cõcretum laci fiscellas aut in calathos uel formas transferri solitum: non uideo. Aliubi Theodorus idem trophalida colostrum interpretatur ut prædiximus. neutrum satis probo. Caseum Græci Tyron uocant. Eius discrimina pulcherrime Antiphanes Poeta reddidit: chloron hoc est recentem, atq; molle: qualis in fiscella fertur ob id fiscellis uocatis: quia inde caseum abliguriunt: Xeron hoc ẽ aridum atq; ut Iulius Pollux interpretatur macilentum. Copton hoc est prædurum. Nam & copta rhodia & copta ficus hinc nomen tulere. Xyston hoc est Tonsilem atq; rasilem. Nam & horti sic dicũtur. Tmeton hoc est scissilem. Pecton hoc est coagulatum colostratumq;. nam eum qui acescere incipiat & lacte ficulneo coierit, Opian uocant. In creta caseos quibus lata forma est, sed gracilis, Thelias id ẽ quasi feminas appellant.

HIPPACE CCLXXIX

h Ippace differt ab Hippice. q Hippace caseus atq; coagulum ẽ. Hippice uero herba Scythica equestris a Theodoro dicta. Phrygium caseum Aristoteles ex equino & asinino lacte ęfici solitũ scribit ut in caseo notauimus. Hippocrates inuentum scribit scytharũ Hippacẽ ex equino lacte. In ligna inquit caua infundunt id: deinde obturbãt: Innatantem spumam Butyrũ uocant: id quod sidat: hippacem: id quod in medio subsistit: serum. uires exiguo cibo sustẽtat Hippace quemadmodum & Hippice.

BVTYRVM CCLXXX

b Vtyrum spuma Lactis est concretiusq; q̃ quod Serum uocatur. hic & Butyrus dicitur & Butyrum: & ab Hippocrate Picerion. Laudatissimus Barbaris cibus. & qui diuites a plebe distinguat. Butyrum a boue nominatur: quia e bubulo lacte fiat ut miretur Dioscoridem Galenus q ex caprino, & ouillo confici lacte dixerit. Ex caprino tamen fieri solere, testis est Plinius: quod quidem cum fit hyeme calefacto eo, æstate uero dumtaxat expresso utuntur crebro Iactatu in longis uasis, angusto foramine. additur paulum aquæ uti acescat: quod est maxime coactum in summo fluit: Id exemptum addito sale, Oxygala hoc est acre lac appellant. Reliqua decoquunt in ollis. ibi quod supernatat Butyrum est. quod magis uirus Respuit: hoc præstantius. Oxygala fit & alio modo lacte acido In recens addito. Casei genus a Galeno Oxygalactinon uocari Asiæ pergameno præsertim agro dicitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

FVLIGO BVTYRI CCLXXXI

LANA SVCCIDA CCLXXXII

l Anam Græci Erion uocant: ad medicinam laudatissima est Galatica: Tarentina: Attica: Milesia: Lanæ quibusdam locis non tondentur, sed euelluntur. ob id cũ dempta est, atq; conglobata quidam uellera. alii Velumia appellant. Mirum quod tradũt, mederi lanas pecori cibos fastidienti: si cauda q̃ arctissime præligata indidem uellantur: statim enĩ uesci pecus incipere, & quod extra nodum sit, præmori. Lanã succidam Græci Rhyparã. Ionia Sinypen, alii Oesypiram, hoc ẽ sordidam & cum oesypo suo: de quo Paulopost dicturi sumus nominant. Galenus auctor. Succidam a sudore dictam Varro existimat: quia oues cum inceperint sudare, tondeantur. Nam Succidia non a sudore, sed a sue nominatur cuius caro est. Lanarum sunt & a coloribus quos bibunt discrimina. Cymatiles a fluctibus. geranochroes a gruibus. Iam ab amethysto, ab serenitate: a Croco: a Rosa: a Myrto: a Glãdibus: ab Amygdalis: a Cera: a Coruo coraxicæ: a Purpura colossinæ. Et hæc ptim ex Plauto. Partim ex Ouidio ĩ artibus, & Strabone. Adulteros, ut Aelianus tradit, ĩ Gortyna Cretæ deprehensos lana coronabãt: molliciæ ꝓbro: atq; ita per ciuitatem ad magistratus traducere moris erat.

LANA VSTA CCLXXXIII

OESYPVM CCLXXXIIII

o Esypũ & Oesypus, utroq; mõ effertur: ab eo quod Oes hoc est ouis, Græci masculino fere utuntur, Latini frequentius neutro. laudatissimum a sudore alarum & feminum sicut in atticis ouibus genitum: quod & notauerit Ouidius.

Oesypa quid redolent, q̃uis mittantur Athenis.

Hippocrates Caprinam e clunibus sordẽ uocauit Oespen. ouillam oesypiden: quo quidem nomine: lanam quoq; succidam significat quibusdam. Qui hoc a Galeno Hysopum dici putant: errore uulgi: & quidem a Græcis orto qui non Oesypum quandoq; sed Hysopum scribant. ut siue prudentes, siue imprudentes non oesypum simpliciter Hysophon Hygron & Hysopum Pharmacum sæpissime cognominent: quasi ab Hysopo herba distinguere uoluerint, ut Paulus in cõpositione quam a ruta Peganeram appellant, utilem pleureticis.

COAGVLVM CCLXXXV

c Oagulum Pyctia & Pytia Græce dicit̃ & tamisos poetis. Plinius ex hædo laudat. Aristoteles ex Inulo. præcipuum tamen dasypodis: quod & profluuio alui medeat̃ unius utrinq; dentatorum. a Pytia Pytiinam uulgo dici cõcretum igni serum & quod in caseum coire non potuit existimo. Est & apud Græcos id quod appellãt auctores noui Melcen. Imbuto uase aceto, atq; ita excalfacto, mox lacte ĩfuso: ac nocte tota quiescere citra ignem permisso. q̃q̃ & alii pleriq; modi sunt. Sed hic & compendiarius & facilis. Sunt quibus melce uideatur esse quod Oxygala uocauimus. tametsi butyrum quoq; rustici non aliter fere appellant, q̃ melcen.

ADEPS CCLXXXVI

a Dipem atq; Seuum, item pingue medici fere cõfundunt cum ueteres tum noui. Sed differunt: ꝙ Ruminantia seuum habent. adipem cætera. uel ut Aristoteles tradit cornigerã, non utrinq; dentata: & quorum in pedibus tali sunt. Pinguescunt seuo bisulca Scissisq; in digitos in pedibus adipe. Adeps atq; seuum semper in fine carnis sunt. pĩgue uero Inter carnem, cutemq; succo liquidum. adeps atq; seuum Concreta sunt: ac gelascunt: fragiliaq; si refrixerint, pingue nõn gelatur. atq; hoc Plinius Intellexisse mihi uidetur cum dixit. adeps Concretus est, & cum Refrixit fragilis. appellatiõe adipis etiam seuum Cõplexus. lupino adipi apud ueteres palma fuit adeo ut nouæ nuptæ Intrantes solemne haberent postes eo inungere. ne qd mali medicamẽti Inferretur. Seuum Græci Stear uocant Nam staes massa est farinæ, quam & Cõspersionem & balteum atq; tractam dicimus, Adipem uero & pingue pimelen appellant. Item Pion atq; Lipos: a quo genus carnis alipaston uocatur, hoc est sine pingui, quam Strabo comicus seruitiis apponit. dicitur & grassós adeps ipse a Græcis, & grasson Sed ouillis maxime cũ sordibus, & sudore illuuies. Dicitur & Demos a poetis ipsum pingue ut nihil prætermisse uidear. Archigenes sudorem sordesq; corporis grassoniam uocauit. Pollux grason & cinauram. Quædam non pinguescunt ut lepus, atq; perdix. sterioliora pinguia in utroq; sexu. Celerius senescunt. om

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nibus animalibus est quoddam In oculis pingue. Adeps sine sensu est omnis, nec arterias habēs nec uenas, pingue animalium plerisq; sine sensu, quam ob causam sues spirantes a muribus erosæ perhibentur. Adipes homini detrahuntur, & uiuit leuatus onere. habent & arbores suos adipes, quos Alburna Plinius appellat: quos amputare & adimere: exalburnare dicimus, a colore nomen sumptum: cum ligni pars est deterrima & teredinem breui sentiens: unde robur exalburnatum: quod a Theophrasto Melandryon est dictum: quia sit ei color nigricans, a cuius similitudine salsamenti genus quoddam meládryon fortasse uidetur appellatum. Quid autem sit Aruina Suetonius in eo libro qui de uitiis corporalibus inscribitur, explicuit, durum esse dicens pingue quod est inter cutem atq; uiscus. Non solum autem pinguitudo, sed etiam pinguedo latine dicitur: quicquid Seruio grammatico uisum fuerit: qui alioqui mihi parum uidetur Plinium multis partibus legisse.

ADEPS SVILLVS, ET AGNINVS CCLXXXVII

a Deps Suillus unguen ut inquit Palladius, & Axúgia Latine dicit: & Græci quoq; usurpant: Sed Oxyngon fere appellant tracta origine ab axibus curruum perungendis. q̄q̄ est ubi Plinius aceti fecem Oxyngion interpretatus esse uideatur. Et nos fortasse quibusdam locis auctoritatem summi uiri nostro iudicio prætulimus. Alioquin Paulus æginęta Oxyngion pro axungia clarissime uidetur intellexisse, in emplastro cui Phœnicite nomen est, laudatissima ex apris, tanta porro uis ut genibus etiam adalligata redeat ad os sapor, eamq; expuere uideantur. neq; occulta ratio, quoniam hoc animal Radicibus herbarum uescat, Ideoq; innumeri e fimo quoq; usus. Axungiæ nomen ad alia quoq; pinguia transferri, sed raro comperi. laridū uero salita est animalis eius caro quasi large aridum: ut Macrobio placet. Sunt qui suillū pingue laridum uocatum putent.

ADEPS CERVINVS. OVILLVS. HIRCINVS. CCLXXXVIII

ADEPS BVBVLVS CCLXXXIX

b Ouem Græci Boa, & Bun uocant: itēq; taurum & quandoq; Italon. unde dicta sit Italia. Nam steriles uaccas nostri Tauras uocabant: sicut prægnantes hordas, atq; fordas. unde hordicalia Romæ festa: quo die hordæ boues imolabantur. Ephesii Pincernas ipsos appellare Tauros solebant. Nam Portis & Portax pro Iuuenca dicitur a Græcis. Item Damale siue Damalis: ut Dores solent damale: quam nos Iunicem uocamus. Damales uero ipsum Iuuencum significat: quem in Alexandri Cæsaris uita lampridius Damalionem uocauit. uterq; sexus in moscho continetur: Photion damalin uocari omne animal existimat in Iuuenta.

ADEPS Taurinus, Pantherinus, Leoninus. CCLXXXX

ADIPES Odorati E Vitulo, Tauro, Ceruo, Itē Medulla Cerui CCXCI

u Itulum Græci Moschon unde Moscheuma in Agriculturæ usu dictum existimant: qui Vitulamen in literis sacris iterpretati sunt: cum Latine dici posset Viuiradix. Moschos & pediculum significat: quo frondes & fructus Ramis annexi pendent: qui & peciolus & a Palladio Tenax uocatur: uiuiradix & auulsio parum distāt, sicut Moscheuma & paraspades apud Græcos, dicitur & moschos, siue quod idem est oschos Pampinus, & capreolus & claui//cula, quæ Græci helicas & ligna & clemata & amphidas quoq; appellant, ut Galenus inquit.

ADIPES GALLINACEORVM ET ANSERVM CCXCII

a Nseres & Ocæ siue Aucæ a Græcis Chenes appellantur, unde chenoboscion locus ubi aluntur. Nam chenizin uerbum ad musicos pertinet quasi tibiarū sonum præsentans. herbam in Varrone pabulo anserum seri solitam: non herin ut habent exemplaria. Sed Serin scribēdum monemus auctore Columella, ferunt eam cum est aqua tacta etiam cum est arida, quasi renouellari uiridēq; fieri. laudāt anseres siteuti, hoc ē altiles ueteribus & ex iis iocinora.

ADIPES SAMPSVCHINI CCXCIII

ADIPES ANSERINI: GALLINACEI: VITVLINI: CCXCIIII

ADIPVM MEDICINAE CCXCV

a Dipem Caprinum astrictiorem eē q̄ suillum Galenus falso creditum a Dioscoride commonuit: nisi quis astrictiorem pro eo quod est acriorem accipiendum putet: quandoq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

dem homo inquit alias, peritus sed barbarus proprietatem græcæ linguæ minus renuerit.

MEDVLLAE ANIMALIVM CCXCVI

m Edullam, quam Græci Myelon uocant, uituli Galenus post ceruinam præfert omni/
bus: eamq; priuatim a medicis appellari Moschion scripsit. Medulla proprie iquit Ga/
lenus est: quæ ossibus includitur: Improprie uero etiam e spina dorsi. Notiæos hoc est
dorsago ut ita dicam, nominata: quæ sit reliqua medulla durior ac sicci or: nam ea quæ spondy
lis hoc est articulis uertebrisq; continetur spondylionis habet nomen, ut inquit Pollux.

FEL ANIMALIVM CCXCVII

f El siue Bilis chole a Græcis dicitur: minorum animalium subtilius. Equinum tantum
damnatur inter uenena. Ideo flamini sacrorum equum tangere nō licebat Romæ: cū
tamē publicis quoq; sacris immolaretur equus, taurino felle aureus color ducitur, æra
mentis atq; pellibus qualia Græci cholobaphina cognominant. Bilis duplex atra & flaua: Sed
cum simpliciter pronuntiat: flaua inquit Galenus: intelligitur. Flauæ duo fere genera: luteæ quā
Græci Ochran uocant: & ruffæ siue fuluæ: quam Xanthen dicunt, uehementiorem & calidiorē
priore. sunt & alia colorum discrimina: uirentis quam Ioden. ceruleæ quam cyan am. & subni/
græ: quam phæon Isatidis modo fuscam. Callionymum piscem cuius mentionem habet hoc
loco Dioscorides: sunt qui callichthyn & anthiam quoq; appellent. Item hellopa hoc est accipē/
serem & castum sacrumq; piscem. Aliqui etiam lycon. sed differre tamen eos inter se cum ex Ari
stotele, tum ex aliis auctoribus aperte constat. Sacer certe piscis est proprie, quem Pompilon uoca
mus. dixi hellopa eundem qui accipenser dicatur. Cæterum Archestratus eum, qui uocetur inqt
a Romanis accipenser Galeon a Græcis appellari existimauit perspicuo errore. ut alibi mon/
strabitur. fit & de perdice sermo hac parte, in quo sciendum perdices & cacabidas & cacabos ēt
uocari: a sono quem edunt canentes. Theophrastus auctor est non omnes eum sonum reddere
sed dittybizin aliquas. perdicum porro multa genera: sed præstantissimum cui rostrum purpu/
reum: nam Italicæ inquit Athenæus præparuæ sunt: nec rostrū rubēs habent. Idem auctor pha
sianum siue phasianicum aliquando Tatyrin aliquando Tetarton & Tettaron uocatum scribit.
his adiecit attagas non attagenas dicendo etiam si Varro, & Gelius ita nominent Ata genus cer
te piscis e numero est.

SANGVIS CCXCVIII

f Anguis Græce uocatur hæma. distat a sanguiculo q; is proprie sanguis ædi est in cibū.
Igni coctus nigrum ius ut Iulius Pollux arbitrat, uocatus. hoc a Græcis hypotrimma
& aemalea & aemation, & specialius hyposphagma dici putāt. Sed ex omni tamē qua
drupede, adiecto melle: aut sapa: sale: aceto: lacte: caseo: cumino: laserpitio. inuentum lacedæmo
ne putant. uulgo id nos ius Dulce nominamus. de alio sanguiculi significatu diximus in garo.
non dissimile uidetur quod Græci creocaccabon appellant hoc est carnem minutatim cūcisam
cum sanguine, & adipe, Iussuletoq;, ac dulciario liquore. Nam quod myna uocant mihi quæ
dam uidetur miscella creocaccabi & hyposphagmatis fuisse: nisi q; paulo plura sunt: quæ in my
ma requiruntur a quibusdam auctore Athenæo. Iuris & illa sunt genera quorum in pseudulo Fe
stiuus poeta meminit: Cicilendrum: Hipolindrum, Cicimandrum Paropsis, captis, mæcis siue
magis ut coniicio. Equæ uirginis sanguini uim inesse negant: quæ maribus feminisq; non uirgi
nibus. Taurinum ubiq; inter uenena collocant excepta Egyra ubi descēsura in specum sacerdos
uaticinii causa, tauri sanguinem præsumit. caprinum bibētibus pallor accidit. hircorum sangui/
ne ferramēta acuuntur, Indurata subtilitate & scabricia expolita. Vehemētius etiamnum q̃ sco
bina fabri. Adamantis natura inuictissima & duarum rerum uiolentissimarū contemptrix ignis
& ferri, non alia rumpitur ui q̃ hircino sanguine macerata recenti, & calido. Etiam si hoc gemma
rii nostri falsum & ridiculum existimant. Anatem de qua mentio hic habetur. Græci nessas & ne
cta uocant: q̃q̃ necta magis est ut septa anataria significent q̃ anates ipsas. Anatem ueteres & anilē
morbum uocabant. Similes anatibus sunt sed maiores quas Glaucia Græci uocant, ab oculorū
colore. sunt & boscades & quas ab urinandi uoluptate Colymbos & Colymbidas nominant.
inter omnes eas minimæ atri ac sordidi coloris acuto rostro. soli earum spectantur oculi cætero
merguntur. habentur & chenalopeces appellatæ sed anseri contribuuntur. Inuenitur & boscadis
unum genus maius anate: sed minus chenalopece. huc & phascades pertinēt paulo grādiores
quā colymbi cætero similes anatibus. Est & Vria dicta nō multo minor anate. rostro longiore ac
tenui. colore sordido figlinæ. Angustum & Phalaris uocata rostrum obtinet: caput rotundius:
uētrem subcineritio colore: tergus nigricatus. nominātur hic & columbæ. Græci eas modo peri
steras & masculino genere Peristeros, ut attici, & neutro Peristeria modo Pelias & Peliadas uo/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

cātut Dorici,q̄q̄ Aristoteles distinctum genus facit,qui & alia dinumerat,quo fit ut ī pocillo Ne
storis pleriq; nō columbas, sed pleiadas cœleste sidus intelligendas arbitrentur In Homero Co
lumbæ porro siculæ præferuntur omnibus.laudātur & Cypriæ luteo colore.In India columbas
esse græci affirmant.Cæterum columbarum quas diximus peristeras a Græcis eē dictas,Duo ge/
nera constituunt ut Galenus est auctor.Catoceidion hoc est Domesticum, & nomadicum ,hoc ē
pascuum & syluestre.

FIMVM CCXCIX

Imū Græci multis nominibus Apopatema,& Apopaton,& Bolbitō,& Hippomacro
f boliton ,& scatos,& Aposceuen,& Aphodon,& Eumarean ionice appellant & scor:
q̄q̄ hominis hoc proprie:ut asini Onida & onthon:equi Coprō.pecudis Oespoten uel
oipoten Aristophani & sinypen,Iones suis hypeleuton.murum myocopron & Miscelerdā.nos
Muscerdam:ut suillum sucerdam.liquidius quod est nostri foria cognominãt unde forioli:qui
bus solutiuscula est aluus.& conforire uerbum pro eo quod est inquinare fimo: quod Plautus
concarare dixit.Et forica locus in publico:ut latrinæ in priuato.fimos porro etiam lusorias tabel
las hoc est alueolos dixit Horatius.Asinini certe pulli fimum quod primum edidit Polion uoca
ri tradit Aristoteles.Plinius polean.priuatim & caprinū spyrathos & spyradas & spyrdana:quas
Palladius caprinas baccas uocauit.

GROCODILEA CCC

Rocodileam Cerusæ modo elui præcipiunt.Est & crocodilea ,siue crocodilina & cro
c codilitis uocata questio Sophistarum ludicra ut Prion & Ceratina, sed alienæ omnes
ab hoc opere.Crocodileam Plinius etiam ītestina ipsa terrestris Crocodili appellat:ob
id diligenter exquisita quoniam iocundissimo nidore fragrant.uiuit.n.odoratissimis animal id
floribus,simile crocodilo ei:cui uita in terra ,aquaq; communis, Sed multum infra magnitudi
nem eius:& in terra tantum.

VRINA CCCI

Rina,siue lotion Græce uron uocatur.urina struthionis atramenti lituras abluit. Fullo
u nes pedum uitiis carere affirmant urinæ beneficio.Magi præcipiūt ne quis contra so/
lem,lunamue nudetur urinæ causa:neue umbram alicuius respergat.Hesiodus contra
obstantia reddendam,ne deorum aliquem nudatio ea offendat.Non desunt qui amuletum eē
dicant,suam cuiq; matutinis omnibus instillatam in pedem.

LYNCVRIVM CCCII

Elyncurio non cōstat auctoribus an sit,aut unde sit:qui electrum id esse negant:gem/
d mam tamen fatētur ex urina lyncis omnino,sed quam animal id statim redditam ag/
gesta pedibus terra obruat inuidia,ceu gnarum peti eam ab homine,celerius ita con
crescere in gemmas similes carbunculis igneo colore fulgentes,atq; frigidas ,quæ & scalpant.q̄q̄
distinguunt e maribus, præcipueq; feris & fuluas & igneas e feminis præsertim cicuribus candi/
das atq; languidas existere,nec frondes & acus modo rapere,sed æris quoq; ferriq; brateolas ut
Diocles & Theophrastus referunt. Alii dixere langurium & esse in Italia circa padum langurias
quæ ab aliquibus langæ nominētur.falsa hæc omnia Plinius existimat,nec uisam æuo suo gem
mam appellatione tali scribit.De lyncurio lapide non hoc sed alio inter fungos mirum quidam
sed uerum dicturi sumus.Succinum Dioscorides hoc loco pterygophoron cognominat.ꝙ stra
menta floccos atq; fimbrias in se trahat:aliubi chrysophoron ut Plinius chryselectron.lynces cla
rissime omnium quadrupedum cernūt.

MEL CCCIII

El a Græcis meli.Natum in Carina cretæ mōte mel muscæ nō attingūt, propterea me
m dicamētis eligitur.Varro siculum præfert omnibus, ꝙ ibi thymum bonum frequēsq;
sit,quo ad mellificium nihil est præstātius.Strabo e Cycladibus,& īter cycladas caly
minum anteponit omnibus .Natura mellis ea est ut uitia coerceat, ne serpere ultra patiatur. quā
ob causam uel exanimum corpus hoīs per annos plurimos īnoxium cōseruat.Est & suus in mel/
le, ac mulso flosculus:si recta est apud Columellam in oliuæ conditura lectio.Sūt.n.qui uasculū
mellis,nō flosculum ibi legant.Sed certe in omni re purissima & tenuissima quæq; pars floris ap
pellatione demōstratur.Est & in pomo flosculus qui & umbilicus dicitur. nam & in fico pomo
fundus Græce Omphalos dicitur ,hoc est extremitas altera q̄ quæ petiolo annectitur.De cœlesti
melle dictum est superius in Elæomelite.Hircanum mel ex ipsis quoq; fluit arboribus . sine cura
mortalium examinibus inibi se cogentibus atq; mellificantibus ut inquit Strabo.e petris quoq;
ut Diodorus.Sed minores apibus sunt arthredones appellatæ.meminit bestiolæ huius & Aristo
teles inter crabrones uiuentis etiam si corrupte legitur in ipso tenthredon pro anthredon.nā cra/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

brones anthrenæ a Græcis dicũť. hoc ipm fere ĩ media & arméia q̇busdã locis uisiť. Diodorus &
quintus curtius Arbores in Hircania quarum folia multo melle tingantur. faciem quercus habe/
re tradũt. ac nisi solis ortum incolæ præuorterint fore ut uel modico tempore is succus extingua/
tur. Mellis inuentionem Plinius & Diodorus aristeo atheniẽsi, uel arcadiæ regi ut Trogusq; sicut
medicinam ex eo Gelius oceani filio soli assignat. Trogus colligendi mellis usum mõstrasse Gar
gorin scribit: uetustissimum Regem ĩ Hispania curetum, qui saltus thartesiorum incoluere: In q
bus titanes bellum cum diis gessisse perhibentur.

MEL SARDOVM CCCIIII

Vm mel in Sardinia progenitum uirus habeat: mirum est cur nullum tamẽ animal ho
c mini pestiferum in insula ea nasci perhibeatur extra q̃ Solpugam, ut Solinus meminit:
de qua in castigatione Pliniana dictum est abunde. Non solum uero mel sardoum sed
& cholchicum infame traditur amaritudine. Sunt & alia mellis fastigia: quæ mox subiunget
dissertatio.

MEL PONTICVM CCCV

El Heracleoticum, siue ponticum ex herba fieri candida cõmemorãt: quæ Aegolethros
m uocetur: quia uexatio iumentorum sit, præcipue caprarum. Non sentitur autem omni/
bus annis hoc malum: nec nisi cũ flos ille marcescit aquoso uere. Signa uenenati sunt,
nunq̃ désari color magis rutilus, & quod põderosius ẽ q̃ pbũ, qui gustauere abiiciũt se humi re
frigerationem quærẽtes. exitium hoc per excrementa ad canes quoq; peruenit. similiterq; torquet
eos. Mulsum tamen ex hoc melle inueteratum desinit esse pernitiosum. aliud genus mellis in eo/
dem ponti situ Manicon, siue Mænomenon appellant ab insania: quam facit: existimatum, rho
dodendri flore contrahi: quo scatent syluæ. optima tamen ex hoc uno cera fit: & in perside autẽ
& in mauritania Cæsariensi. Getulia Massylis cõtermina. uenenati faui gignuntur: quidamq; nõ
toti, sed pte quo nihil fallacius: nec nisi liuore depréhẽdũtur. In Themiscyra ponti regione mons
ẽ Scydisses: cuius incolũt Byzeres & Heptacomitæq; dicti iuga. hi tris cohortes Pompeii ea cõme
antes interfecerunt: dispositis qua transeundum erat mellis insani uasis: quod ibi ex arborũ qua/
rũdam ut inquit Strabo ramis fundiť. Corruentem. n. potu eo militẽ aggressi facile confecerunt.

SACCHARVM CCCVI

Accarum laudatius ferebat India: nunc popularis ortus eius est in Aegypto: Cypro:
ſ Rhodo: creta: Italia quoq; nasciť. Nullũ epulum magnificũ, iam ne quotidianus qui/
dem uictus placet sine saccharo, digeritur in pastillos. effingitur in placẽtas: a maza &
pane ut puto mazapanes uocatas: q̃q̃ & marcipanes ab auctore dictos coniectari licet: qñquidẽ
& marciatum unguẽtum & marci pastillos in medicina legimus, ut ẽ apud Aetium, & priorem
eo Paulum. omnino componitur in oẽm figuram saccharum nõ aliter q̃ farina trahiturq; etiã in
picturas opere historiali: uenatus classes oppida & quascũq; rerum afferri libeat imagines præsen
tãs a coronatis ministris cum tibicine ĩtroferri solitum cõuiuiis: & ad pricipia eorum & in secũ//
dam quoq; mẽsam: unde natum sit prouerbium: nullũ ferculum corrũpi saccharo. Amplissimũ
nucis auellanæ magnitudine. Plinii tpibus & medicinæ dumtaxat usu: nũc tam promiscuum,
ut desinat prodesse, multis obsit. pueris certe lũbricos & tineas contrahit. Varronis uersus sunt.
Indica nõ magna nimis arbore crescit arũdo.
Illius & lẽtis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeãt succo cõtendere mella.
Strabo quoq; nõ ex ipsis tm̃ arũdinibus sed & radicibus quoq; mel exprimi commemorat in In
dia. Nũc ex Alexãdria Aegypti, & Cypro Cõmãdatissimũ. melius quo uetustius, q̃q̃ calidius ita
& capiti fere nocẽs. dilutũ aqua refrigerãdi uim cõcipit: præsertim ter coctum: primo excoquunt
harũdinem, deinde flaua pars secernitur: hãc saccharum existere. hoc iterum coqui potest atq; ita
fit cãdidius & ɔcretius. Q d' si tertio coquatur, maxima in eo fit & candoris & densitatis accessio.
Quartum & quintum quoq; solet excoqui: & donec specie aluminis scissilis fere trãsluceat: quod
genus alii candidum alii cãtium eognominant. Saccharum Græci Sacchar uocant. Rarum nec
plane cognitum Galeni quoq; seculo. tantum abest ut instrumẽtũ nitidioris uitæ fuerit, q̃q̃ nõ
magnopere pridem inuentum puto ut nucleos pineos, amygdalas, auellanas pistacea: citreum:
cinamomum: Coriandrum: anisum, feniculum ductili tunicarum facilitate contegat circunda
tum modo Corticis crassitudine, modo cutis tenuitate uestiens. dulciaria quidem ex nucleis pi
neis & amygdalis cõdebat antiquitas, Sed cum melle ut est apud Paulum. Venale porro saccha
rum, In dupondiarios fere panes, metæ effigie diuiditur. precium optimi In libras aurei num//
mi fere sexcunx. Cyprium non coibat ante: nunc densatur, tanto Inuentoris questu ut Inde locu
pletissimus euaserit; neq; ratio tamen communicata est. Sed archanam habent, ut ad Hæredes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

latifundi cuiusdam aut monopolii uice transeat. Illud monendi sumus in Papinii sylua quadam illo uersu.

Et quas precoquit Aebusita Cannas.

Hypasitā nō æbusitā legendū: ita enim populi uocatur indiæ a fluuio hypasi ut ē apud Strabonē Pliniūq; nec audiēdi sunt qui nullo Auctore: nullo teste in syria locum eum tradant inter libanum & Antilibanum conualle media, nam ibi arundo quidem prouenit, Sed odorata, non saccharea, ut alibi quoq; diximus.

CERA CCCVII

c Era Græce uocatur Ceros, fit expressis fauis, Sed ante purificatis, aqua & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis Igni nouo fictili, ∫aqua fauos tegente: tum sporta colatis: Rursus in eadē olla coquitur Cera cum eadē aqua, excipiturq; alia frigida. Vasis melle circūlitis. Optima: quæ punica uocatur, plurimū habet ex propoli cretica. Ideoq; locum secūdū in nationibus obtinuit. Tertiū Corsica: quoniā ex buxo cōstet: & Medicaminis uim referat. fieri Candidā Cerā nihil aliud eē uideo, q̄ punicā fieri. hæc Medicinis utilissima uarios in colores pigmētis Cera trahitur: ob id & tracta dicitur, ut puto etiā a Græcis. nigrescit addito chartarū cinere. Anchusa mixta rubet, ad Redden das similitudines & Innumeros uitæ usus ut taceantur pugillarium, parietūq;, & armorū tutelæ. Superat niuē Candore Cera: quam pharmacopolæ nostri præparāt. nuperrime uri cœpta publicis, priuatisq; sacris. Solēnibus & ꝓphanis usibus. officina tm̄ una cōcinnabatur hæc patris memoria. nūc urbe tota uēditur, nec alia crematur Cera dūtaxat apud nos q̄ candida. Primus omniū Cornelius e Senatu domū Rediēs funali Cādido usus dicit̄ tāta Verecūdia ut nō prius accendi pateretur, q̄ tota curia & foro decessisset: quia Cæteri aut laterna, aut triuiali Cera deducerētur. Exēplū eius deinde sequuti omnes: maiestatiq; hoc illius ordinis amplissimi nō luxuriæ datū. Itaq; Senatu misso, Post occasum solis, tā longus ē ordo luminū, Vt plane diē Reddant. In Cera qui nascitur Vermiculus ab Aristotele uocatur Acar.

PROPOLIS CCCVIII

Propoli Apes faciūt ad foramē Introitus ꝓtectū æstate maxime ut inq̄t Varro. Alia hæc ab Rhitace uocata: qua fauos extremos simul cōglutināt: Interdū extra fores aluei obturāt omnia, qua uenit inter auos spiritus. Interpretat̄ hanc Gaza noster & Cereum quandoq;. De hac & in lilii mentione disseremus.

TRITICVM CCCIX

t Riticū & Satiuū & Syluestre cultu annorū triū mitescit in Leontino Siciliæ agro plurimū. Degenerare triticum ī ordeū, ex eodēq; nasci pede utrūq; fabulosum existimatur a Theophrasto. Frumētū omne radicibus multis ac prætenuibus exit folio uno germinibus omnino multis, Sed quæ in Ramos brachiari nō possint: cuius cōtrariū in omni legumine cōspicitur excepta faba. Frumētū Sitos Græce dictū quicquid ex se aristas mittit: in herba quā Græci Loion uocāt per hiemē est: Remollito aūt cœlo cauliculus de medio assurgit: cuius tertio aut quarto genu spica geritur nō prius euidens q̄ folliculo inclusa: qui Gluma dicitur. Consumato eo flos erumpit: quarto aut quinto post die, ac totidem fere diebus, plurimumq; septē durat. Varro quindecim diebus frumētum in uaginis eē dicit: quindecim florere, quindecim arescere. Post florem crassescit inquit Theophrastus: maturaturq; intra quadragesimum diem cum tardissime octauo a satu mense plurima parte metitur. Aegyptus ut scribunt septimo. folium harundineum, angustius tamen tritico q̄ ordeo, caulis quoq; leuior, & lentior, nec perinde fragilis. triticum multis integitur tunicis: ordeum nullis. Culmus tritico altior q̄ ordeo, spica quoq; Remotior a folio. palea suauior: mollior: Succosior. Inconditæ tritico spicæ, explanatæq;. ordeo dispositæ in uersus. Vtriq; culmus spicam sustinet. quæ & spicus & spicum a Cicerone dicitur ī Arato. Spica granum & aristam quæ uti acus eminet e folliculo siue gluma. Sunt autem aristæ partes in spica primæ: quæ a Græcis antherices dicuntur: & atheres. Est autem Ather proprie in ordeo ut Galenus interpretatur cuspis ipsa spicæ: nam & menti pars extrema hoc nomen inquit habet. Cum aristam non habet Mutica spica dicitur quasi mutila, uaginam uocant sub qua latet herba, stipulæ sunt folia Culmum ambientia: est autem culmus, idem quod & Calamus. cum spicæ penitus oriuntur in summo spicæ iam maturæ quod minus est, quam granum, uocatur Frit. Quod uero ad culmi cacumina infirma spica geritur, minus item quam granum uruncus appellatur. In tritico marcescente gurguliones hoc est Bias, Sed lego Cias ut in pumice

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

notaui a Græcis uocatos innasci ferunt, ut in faba Midæ. Gigni & cantharidem in tritico
(Scarabeus is paruus ē)ut Phalágion in Eruo cõstat. Tritici multa discrimina sitanias uocatur. ge
nus id est siliginis trimestre ut Columella uoluit. Frumētago dicta Theodoro differens crassitudi
ne surculorũ quẽadmodũ inter ordea Crithanias Ordeago nominata. In nomine sunt assyriũ,
ægyptiũ, ponticũ, thraciũ, siculũ, africũ, quod facile absoluatur folliculo: nã thraciũ multas ha-
bet tunicas. habetur & Cachrydias siue Cáchrys culmo crasso, quod ét africo tribuitur. ponticũ
leuissimũ. siculũ põderosum. ponderosius Boetiũ. deprenderũt hoc athletæ. ponticũ & ægyptiũ
sine lolio nascuntur. Itẽ siculũ. præcipue agrigentinũ: q̃q̃ cũ siculo melãpyrõ nasci perhibet. Sed
innocuũ, neq; lolii modo graue, caput ue tentãs. Nominatur & Alexandrinũ oblongo semine,
quod fortasse idẽ sit cũ Aegyptio, & calymno. Ex Calydnis insulis a Ptolomæo Philadelpho in
Aegyptũ conuecto. Dracontias & selenusiũ & Stlengias crasso cuncta calamo. Iã aliud trimestre:
aliud bimestre. Sitaniũ uideo idẽ esse cum trimestri. Satinũ dorice uocatũ & attice titinum quasi
putũ, ut Photioni placet, de quo & Paulo supra dixi. Galenus Sitaniũ inquit ẽ triticũ ĩstãtis anni
id quod uere seritur. In Truculẽto Plauti Etanio pro Setanio legitur mẽdose, castigauimus, non
possunt inquit militares pueri setanio exducier. Euboicũ certe intra diẽ quadragesimũ a satu me
titur firmitate ac põdere præcipuũ, nõ ut trimestri leuitas, ob id cibario pani utile. nã & furfuris
parum habet, inuẽtu rarũ. Bimestria in Achaiam e Sicilia primũ uenere parũ fœcunda. Sed cibo
facilia & iucunda. Olynthi & in Euboea apud Cerinthum genus effoditur terræ, qua triticũ obli
nẽtes diu id seruãt. Trimestria ubiq; sunt uerum inutilia, & ĩfirma singulari Calamo. In Asia quo
dã loco trans Bactra frumẽtum nucleis oliuæ par nasci referunt. In Pissotis tã firmũ ut multos Ma
cedonum largiore usos eo saties peremerit. omni frumẽto nocent Imbres in flore, Item iam pla-
ne crassato, triticũ plusq̃ ordeũ uligine cõmeat in Lolium. Camatias in Thessalia tritici genus est:
quod admisso pecore degenerat Babylone: propterea nihil patitur: etiã bis derosum præter lupi
num nihil æque in spica durat q̃ triticũ: durat bonitas cibo in petra Cappadociæ in septũagesi-
mũ usq; annũ: unde Cappadocio pani sũma gratia. qui & Apalos a teneritudine uocatur & Sy-
rorũ lingua lagman. addebatur in massam lac & oleum & salis quantũ satis esset. Laudabatur &
Parthicus, quẽ alii aquaticũ uocabãt: qm̃ aqua traheretur a tenui & spongiosa inanitate. Triticũ
ex Asso Troadis in panem sibi Reges persarum quærebant. Varro cõditum diligẽter triticũ quo
uentus non perueniat, mansurũ ad annos promittit. uis tritico tanta ut Cados plenos siccet. pani
ficii multa & nomia & genera. Ex his nauticũ Intelligo qui uetus atq; siccus a Dioscoride in me
dicinis dicat, fortasseq; biscoctus: quẽ Græci diephthon appellãt. Syncomistos uero is est quem
alio noĩe Autopyron uocari Galẽus auctor est: qm̃ ex oĩbus farinæ suæ partibus detractiõe nul
la Constet. Inter Pityriam, & Semidalitin, hoc est furfuraceũ similagĩeum q; medius. Et. n. Auto
pyros, siue quod Idem est Autopyrites, & Xeropyrites, & Pyrnos Athenæo siue Pyrinos Hippo
crati a tritico non ab igne flectitur. propterea q; non ex tritici parte sit, sed ex ipso plane toto. Dici
tur autẽ Anerectos ab Hippocrate. Item Syncomistos quasi Cõfusaneus qm̃ castratus nõ sit. Sed
omnia simul tulerit, furfures, utriculos & Similam. Idem fere quĩ sordidus. Cuiusmodi Nero-
nem usum legimus: q̃q̃ Paulus sordidũ a Syncomisto separat. Vtriculos in auctoribus intelli-
go id quod furfure melius est & simila deterius, hodieq; fertini suos farinæ uẽtres uocant. In Ci
salpina gallia Redundago appellatur: medianũ In Venetia prouincia. Autopyri panes dicũtur
& qui furfure tantũ leuiter succreto fiunt qualis fere Cibarius & secundanus est. & qui Rubidus
fortasse a Plauto poeta dicitur. hoc autem fieri solet ut Galenus ait: quotiens triticũ generosum
non est: generosum inquit uocatur: quod similaginis plus habet, q̃ furfuris. Nam similago & si-
mila prorsus idem sunt. Semidalis græce dicta. Nimis fortasse multa de hoc pane Sed Consulto
quia parum Constabat Inter eruditos qualis esset, præsertim cum in Plinio Illa uerba legerentur
ad omnia Inquit hæc fermẽtatus qui uocatur Autopyrus utilior: Nullo nõ accipiente fermenta
tum panem eũdem esse cum Autopyro: non hoc significari uoluit Plinius: nec tantũ allucinatus
fuisset homo seculorum oĩum post Varronẽ fere doctissimus. Sed quod fermẽtatus panis non q
cũq;, sed qui sit Autopyrus ad omnia ea quæ dixisset utilior eẽ uideatur: quod & duobus locis se-
orsum Galenus præcipit: In altero panem Autopyrum ut secundo ad Glauconem uolumine.
In altero fermentatum ad omnia illa præferens, de simplicibus facultatibus Libro nono. Sunt
qui fermentatum panẽ Apopyrian uocitant. ut Cratinus non a Tritico, sed a pruna, quoniam
torretur, ut ipsum nomen indicat. Farinam Græci Aleuron & Alphiton & Halisparton & Alia-
ton & Aliton uocant, q̃q̃ Alphita polentam fere significant, & aliata Farinam coctam, & halispar
ton agrum consitum Poetis. Fermentum Zymen. Cyribia, quæ nos excreta Tritici, aut ordei,
ut Columella, siue ut Palladius cret[illegible]ram uocamus: Auctore Iulio Polluce. Photion & Galenus
etiam ipsos Furfures quos Græci appherema & pityra, nos etiã Canicas & apludas uocamus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Vnde canicaceus panis id eſt furfureus Pacuuio. At ceribia in Cratino idē Photion ꝓ fabalibus ī
terpretatur. pepalē uero Pollux ipſum farinæ pollinē. Dioſcorides & Plinius pepalē alphiton pro
polenta capiunt fere. Triticū Syracuſani ſpyron nō ut cæteri Græci pyron uocabāt. Panē Arton
quē Phryges beccū ut teſtis eſt Herodotus, a perfectione quia rotunda eius forma ſit, ut Athenæo
placuit. Tritici ſumma tria genera obſeruāt qui minus operoſe perſequūtur iſta. Primum Robus
pondere & nitore præſtat. alterū ſiligo: cuius candor & ſpecies in pane præcipua, ſed pōdere de/
ficitur. Tertiū trimeſtre de quo ſupra diximus ſitaniū uocari: cuius uſus agricolis gratiſſimus in/
opiæ ſubſidio, hoc & candidū eſſe dicitur. Nunc locus ē ut Panis genera dicātur q̄ breuiſſime.
Zymites hoc eſt fermētatus qui & Naſtos dicitur: q̄q̄ naſtos quibuſdā placentæ genus eſt. Cōtra
rius huic Azimos, qui & Daratos. Nā acidus & ſquaroſus Græce Oxylepes uocatur ab Aetio fe//
brientibus eū dante, quibus uenter fluat. hunc Aegyptii cyllaſtin dicunt. Alii ex ordeo confe//
ctum acci iunt qui cyllaſtis uocetur. Herodotus ex ſiligine. Semidalites e ſimila. dictā uero ſimi/
lā a cerere putauerim: quā Syracuſii ſimalida nomināt, & ſitona. Aleurites a farina. Gyrites a Pol
line. Cōdrites ab halica ſiue Zea. De ſyncomiſto, & autopyrite, & apopyria diximus. Itē de cap/
padocio, & apalo, parthico, & aquatico, & rubido. Ipnites & caminites a coquēdi ratione. Item
æſcharites a craticula ſub finē cenæ cōuiuis apponi ſolitus, & intingi paſſo uſq; ad ebrietatē legi/
timā. hic & inuoluebatur atq; ita ut calebat itortus Athenis maxime placebat. Cōiectari liceat id
genus panificii quod a tenuitate. & candore nebulas fere uocamus: Aeſchariten ueteribus fuiſſe:
nā & apud nos uulgari uoce ita dicitur una tm̄ detrita priore litera. hinc & eſcharulas mulieres a
panificio dictas crediderim, cuius uerbi mentionē in Plauto ut cæteros taceā, inuenias. Tabyri//
tes puſillus erat. Achænes prægrādis quo in Theſmophoriis utebātur atticæ mulieres. Qualis āt
ſit Apurites Polluci non conſtat. præfertur omnibus ſanitatis uſu a Galeno cribanites ſiue quod
idē eſt clibanites hoc eſt ut Varro textuaceus, a clibano quē attici cribanō appellāt. noſtri textum,
ꝙ in textu calido coqueretur. uſas comitialibus matronas ſcribunt. Cribana uero placētæ genus
ſunt ſpecie māmoſa. Encryphias qui & agoræus hoc eſt forēſis & uenalitius & atticus uocari ſo//
let. Dipyros qui & pyrites polluci delicatus fuiſſe dicitur, ſiue idem qui Dipyrites ab Hippocrate
cognominatur, ſiue alius: quia porro dipyrites ad aquā intercutē cibo utilis exiſtimatur. cōiecta/
ri liceat ꝓ bis cocto pane capiendū eſſe eū. Laſgana ſiue lagana minimo pōdere: q̄q̄ leuior & tene
rior etiā nū a carbone dictus Epanthracis Saturnalibus præberi ſolitus, nihil ut quidā putāt ab
encryphia differens, uterq; ſubcinericius eſt. Iam homoros: & Stætites & Encris & Aliphatites &
Hemiartion & Placites & qui Tyrontes a caſeo nomen habent. Encridi ſimilis ē Phyſicillus quo
Spartani utebantur in ſacris epulis Rapi effigie. Magnos & ſordidos panes cilicios uocabāt: &
a colore ſubnigro phæos ſicut agelæos, qui a noſtris cibarii & gregarii dicūtur. ornides ab oryza
ſiue ab ſemine quodā Aethiopico tā ſimili ſeſamo ut difficile poſſit internoſci. De ficu ægyptia
ſycaminites fit. Collabus, ſiue quod idem eſt collix, & per diminutionē colliphion ut xyliphion
e caſeo Recenti conſtat: de quo Iuuenalis & in Perſa Plautus. hic & Crimmatias & Chondri//
bos quoq; dicitur. Sūt & Maconides uocati. ſunt chryſocollæ ſed ex lino ac melle. Aegyptii ſūt
& ad ſiſtendā aluum utiles ut inquit Strabo caces appellati. Sūt collotæ ſiue colliriæ: quos Plau
tus nō colloras modo, ſed colluria uocauit, & collyria ut exiſtimo in Perſa: & collyridas ſacræ li
teræ. is olei miſtione cōſperſus ītelligitur a Hieronymo. Sunt obeliæ baccho ſacri ita dicti uel ꝙ
obolo Alexandriæ uenirēt, uel ꝙ in ueru torrerentur. Sunt Eunitæ, aut ēt Enitæ cognomēto lecy
thitæ. Sunt pani unde apud nos uocabulū. Etenim meſſapios Redundantiā & ſaturitatē paniā
appellaſſe teſtis ē Athenæus. Varro tm̄ panis uocabulū a pano duci putat, ꝙ figuras ī eo faciebāt,
ut in lana mulieres. habetur & Cneſtos a nidore. Itē banchylos, & thronos. Spodites idē uidetur
eē cū banchylo. patrias nobilitauere Cyprius & Cappadox de quo ſupradictū ē. Artopticius ue/
ro panis a Clibanite ac furnaceo differre eo dicitur: ꝙ hic e duriore fermēto ſpledidus cōficitur.
Illi fermētum ſemper perq̄ tenerrimū deſiderāt. a boleti forma boletinus papauere accepto & fu/
moſi caſei colore. Strepticius, ſiue ſtreptos ex lacte oleo pipere conficitur: aut olei loco, adipe. Ar/
tolagana puſillū uini lac, piper: oleū, ſiue adipē olei uice cōtinēt. Capyridia ſunt quæ alio nomi
ne Tracta dicimus ut Athenæo placet. Cuius uocis & apud Catonē mētio ē ubi de placēta & ſpi/
ra & ſcriblita loquitur: quo uerbo ipſe nō panificiū ſed portiones tota materia detractas & ī ſolū
hoc ē ſtratū in tabella, ſiue alueolo diffuſas cōgeſtaſq; ſignificat. ꝓinde in hoc uſu Græci ſic loquū
tur ἐλκον λαγάνια pro eo qđ ē tracta facere. hinc & cera cādida tractū dici a Græcis quoq; auctor ē
Photion a quo & uerbum τρακτάιζειν ꝓ eo quod perficere, ac ſubigere ut alba fiat cera. Paulus
quoq; ceram tractam ad pſoras commendat. Sunt & Cubi hoc eſt quadranguli aut etiam qua
drati ex oleo anetho caſeo, q̄q̄ Athenæus eos qui Romæ quadrati uocarentur: inciſuris præ//
cinctos & bomilios a Græcis appellari prodit. Thargelos qui & Thacyſius: ita dici panem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

uolunt: qui primus e nouella messe fingitur. Est & Samites & Pyramus: quem nonnulli eũdem
cum sesamite putauerũt. Thiagonos diis coquitur in Aetolia. sunt & dramices & araxis: q̃q̃ dra
min in Macedonia uocari qui panis in thessalia dicatur: nonnulli scribunt. Ericitẽ uocãt: qui ex
cõfracto nec excreto fit tritico. Blema porro calidus & egregie subactus ac depsitus panis ẽ apud
Seleucum: quẽ nostri forte despitiũ uocent, ut est apud Catonẽ: q̃q̃ in catone sunt qui speuticiũ
a festinatione legendũ putant: nec ut arbitror male. brattimes & pityrites idẽ est qui furfuraceus,
a quibusdã Euconos & Teuconos appellatus. Nam spolea eũ panẽ Græci uocant: quo necessarii
dũtaxat cognatiq; uescunť. Est & Phacinos de lente popularis Alexandriæ ut scribit Athenæus.
operis pistorii genus est & quod buccellatũ ab Paulo, & Aetio uocať. Iustiniani codex & Marcel
linus inter militaris annonæ genera cõnumerant: quæ bis coquať a buccea dictũ. est aũt buccea:
ut ex Suetonio colligiť idem fere quod bolus. Sunt qui bucellatum fermẽto putẽt carere. Plau//
tus rubidũ panẽ cũ nominat, uideť nauticũ accipere: quia sit bis coctus. De placẽtis alius mihi lo
cus est: & sane prolixa mẽtio ea foret. In Amylo dicẽtur, ubi & panis quædã genera sed admodũ
pauca necessario libabimus. alioquin & Placẽta panis est ut Athenæus inquit. Illud obiter anno/
tasse nõ fuerit inutile, Genus id quod itricõ & itrion Græci appellãt, a nostris libũ uocari & neu
tro & masculino genere ut Athenæus testatũ reliquit. Ego nõ libũ simpliciter sed libũ suminale i/
terpretor, ut in amylo docebimus. Cato libũ ex caseo & ouo cõdidit. ut aũt legumẽ, ita & triticũ
si coquať: appellationẽ habet nouã. E piso & faba Etnos. Ex lente & aphaca Lenticulam. Ex tritico
Pyanũ: & ut recentiores malunt holopyron uocamus. Aliqui fruges omniũ generũ in passo co
ctas Pyanon appellant. ut mirer Iuliũ pollucẽ qui pyanon quasi cyamon ꝓ faba ceperit. Chidrõ
uero coctũ triticũ ut Athenæus inquit, seu frictum far ut Hieronymus: quasi molã salsam. Est autẽ
mola salsa tostum far sale comspersum: quo uictimæ perfundebãtur Vlochytõ Græce dicta: Iu
lius Pollux Chidron sorbitionem ex tritico uirenti factam intelligit: quia uirens triticũ Chicria
ab Aristophane dicatur. Nam Pelanos apud Aristophanem a quibusdã accipiť pro specie legu/
minis. Pausanias placentæ genus accipit in pelano. Euripides pro quacũq; re cõcreta gelataue.

ORDEVM CCCX

O Rdeum Chymistæ lutum Vulcani appellant in Græcis codicibus. De Ordei radice or
tu: herba: flore spica in tritici mentiõe diximus. In Aegypto metiť sexto mense. alibi
multo tardius. In Chalcia Rhodiorũ insula celerrime quodã loco. Itẽ messanæ in Sici
lia ubi Mylas uocãt. In india syluestre nasciť iocundũ in panis esu, hoc equis appositũ Alexãdri
necabat eos primo: deinde in palea exhibitũ paulatim desiit eẽ noxiũ. Funditur hoc in brachia
quẽadmodũ & Crithanias hoc est, ut superius dixi, Ordeago. ad Cedropolin ĩ Thracia quod na
scitur: iumẽta nõ attingunt: cuius rei causa ut Theophrasto placet malus odor, ẽt si nõ sentiť ho/
mini. Genera ordei cõplura, aliis granũ rotundius, & breuius, aliis maius, oblongius, & rarius.
Aliud cãdicat, aliud uergit in purpurã, copiosius farina ualidiusq; q̃ candidũ. Iam aliud binos
spicarũ uersus, aliud ternos quaternosq; habet. Itẽ quinos: nullum tñ plures senis: cui spica folio
perq̃ proxima est: amplitudinis & crassitudinis maioris. hoc achilleis & achilleias ab Hippocrate
cognominatur: ob id ꝓpensius obnoxiũ erugini. Erysiben Græci uitiũ hoc appellant plenilu//
niis fere accidens: quod & Rubigo frequẽtius diciť: ordeo q̃ tritico infestior. Eteocrithon genus
ordei est tutũ a Rubigine: qm̃ incuruũ nascať. Sunt & Leptitides a tenuitate dicta Recentioribus
Græcorũ. Nã amphicaustis in tragædia ordeum montanum significat quod & eustron uocatur.
Differt polenta a farina ordeacea, ꝙ torreť polenta: nõ farina. polentã Græci Alphita: nõ ut ĩ Pal
ladio corrupte legas alphica. Itẽ gerania instrumenti nomine quo percutiuntur ligneo, & enaule
mata præsertim cum uino & oleo. ordeum Crithen & Cri. & proconiõ poetæ. q̃q̃ & triticũ tostũ
proconion quoq; dicitur, & genus Item suffitus Photioni. Galenus in Hippocrate Proconium
polentam ex ordeo Recenti aut etiam ex ordeo nondum tosto significari tradit. Ordeacei uero
panis genus unum mazã nominant inter ordeaceos panes deterrimum. Aetius polentã ordea/
ceã quæ, sit humido conspersa, mazã appellari testis est: quæ uidelicet mandatur cruda cum de//
fruto uel melle, uel alio quo huiusmodi. Mazarũ uero plura genera, siue nomina. Physten attici
uocant: quæ non multum subacta sit. Est & Anthema, & ephicois, & concon, & tripte, & cardama
le dicta & berex: siue barax. alii caryx etiam carycce: a nigritia nomen habens: non a nucibus. Di
stinguitur berex a caryca Iulio polluci & tolypa & thridacina siue thridaciscа & anemolos.
Item a uino oenutta, sicut a melle melitutta. Nam achilleos uocata ex ordeo cui achilleis no//
men est, constare creditur. In nomine sunt & cypria & magidis. Hesiodus Amolgeæ dictæ me//
minit, quæ nihil aliud sit q̃ recens. iis uero quæ in sacrificiis Trophonii degustandæ præ//
bebantur, melituttæ, arestæ & hygicæ nomen erat. In summa laudatur Lydia carycce ere//
tria, præfertur omnibus conchos. Maza in Latino non habet nomen, nisi quis interprete/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tur panis offam ut ipsi quandoq; fecimus & ante nos Theodorus gaza offam iquit Festus absci/
suni globi forma nominabant, ut manu glomeratam pultem. Frumenti genus est quod ueteres
ador & edor, & semen adoreum & far uernaculum, aut etiam uermiculum uideo appellasse ab
edendo, uel quoniam adurebatur ut tostum fieret. ex quo mola salsa in sacrificiis & adorea p lau
de. nam ordeum etiam si far quandoq; dici solet, leguminibus fere ascribitur, quia ex eo ptisa/
na fiat ut Columella inquit. Inuenio tamen & sacrum ordeum a Græcis uocari d dalida: quasi
eo p farre ac mola salsa usos existimare liceat, si Photioni credamus: qui & canchryn dici frictum
ordeum notauit. Galenus plurali tātum numero canchryas pronuntiat. Singulari uero nō or/
deum frictum, sed radicem libanotidos hoc est roris marini ab Hippocrate significari cōmonet,
confractum porro indiligenter ordeum, Ericidas idem Hippocrates appellat. Seminis porro
adorei quatuor sunt publica discrimina. Far clusinum candidius ac nitidum. far quod uocāt uer
miculum rutilo colore. Far candidum maioris utrūq; ponderis q̄ clusinum. Quarto genere se//
men trimestre halicastrum uocatum pondere, bonitateq; præcipuum. ordei uero illæ differen/
tiæ cantherinum quidam & exhastichum appellant. animalibus quæ ruri sunt pascendis utilius,
& homini quoq; melius q̄ malum triticum. Fragili culmo & nulla uestitum palea celeriterq; de/
cidens, ac tritu facile. Aliud genus est quod distichon, siue galaticum uocamus ponderis & can//
doris eximii: quod oryzā esse quidam interpretantur ætate nostra. Græci quemadmodum far ip
sum uocent: nisi ordei appellatione contineri dicant: haud scio reddere.

ZYTHOS ET CVRMI CCCXI

Ythus & Zythum dicitur & Græce uulgo phocadion in Aegypto fit, ideoq; a poetis
z quandoq; Pelusiacus potus uocatur. Madescunt aqua fruges: donec resoluantur in li/
quorem uino similem. inebriat hoc & acre gustu est, quoniam ex putrilagine acescen//
te constat. In Mediæ montanis septentrionali situ gentes uini loco succum e radicibus quibusdā
ebibunt. Curmi porro fortasse hoc sit, quod ceruisiam in gallia uocant, & curmi curmithos in fle
ctitur. Possidonius homo stoicus non curmi sed corma appellat. Inuenio & celiam & ceriam un/
de sicera & sicerites uinum forte nominetur, q̄q̄ Hieronymus in ea uoce quam uult Hebraicam ĩ
telligi accipiendum esse dicit omne potionis genus, quod inebriare possit bibentes. Id autē plu/
ribus omnino modis ac nominibus ratione tñ una fere ubiq;. Hispani iam & uetustatem ferre ge
nera ea docuerunt. spuma uero dum resoluitur frumentum cōcreta utuntur fermenti uice. quam
ob causam leuior illis q̄ cæteris panis ē. Aristoteles Pinum uocari tradit quod ex ordeo fit uinū.
hoc qui fiunt temulenti nō in omnem partem cassabundos corruere ut cæteri, sed retrorsum dū
taxat, ac supinos. Paulus uinum quod ex sordibus uellerum elutis cōficitur Pinon uocari putat.
Sophocles, Aeschylus uinū ex ordeo Brytō uocāt, nō Zythō aut pinū. Est & apud Theophrastū
Bryton. Hellanicus & ex oryza bryton fieri cōmemorat. Fit & e milio ut Athenæus testis est. Nā
Cyceon homericus aliud genus erat: id ex mixto farina caseo constabat in sorbitionis usum.
Sunt qui pinon p uino capiant, quo lanæ cum sordibus suis lauantur: atq; ita siccatum reponit.
Illud notatione dignum existimamus Dioscoridem ebur scribere maceratum Zytho facile tra/
ctari. Plinius nō ebur sed ipsum animal tractabile hoc modo reddi prædicat. cæterum iquit Ele/
phanti mitificantur ordei succo.

ZEA CCCXII

Eam nostri semen dicunt. hæc si seratur pinsita hoc est tusa transit in Triticum, ut Tipha
z idq; nō ptinus, sed anno demū tertio. nunq̄ cōtra. nihil hac robustius terramq; magis
exinaniens, radice alta multiplici, culmo numeroso, fructu facillimo, cunctis animali//
bus iucūdo, simillima tritico aspectu quēadmodū & Tipha. solū nō quodcūq; ut Tipha, sed læ//
tū pingueq; desiderat. Zea & in Bromō dictam cōmeat. Dionysius halycarnasseus latine dici fa/
bilā existimat. In Catone porro fabulus albus fabā candidā ut arbitror significat: quā bubus cū
languent: dari præcipit: ut in Columella deprauate legi putē: Balbulos albos in cura Boū p fabu
lis albis. Dioscorides certe papauer albū a Romanis fabiolū uocari tradit. De hoc lectorē ad fabæ
mentionē differo. Zea Zeteion & Zontion & Zostion apud Aristophanē in comœdia. quæ Ba//
bylō inscribit locus uocat: quo seruitia puniēda mittebātur. meminit & Pollux ad quod allusit
poeta noster comicus in asinaria (ni fallor) cū dixit qui polentā pransitant & ubi uiuos homines
mortui icursant Boues Gregorius. Tifernas in Strabōe Zeas iterpretat rustica potius q̄ latina uo
ce speltas. credo qa Rhemius Palæmō prior usurpauerit i carmine de pōderibus, ac mensuris qđ
tñ Prisciano grāmatico inscriptū circūfert. octo iquit speltas pendere scrupulum.

CRIMNON CCCXIII

Rimnon fortasse hoc est: quod cremor latine dicitur, ut succus a cremore differat sola
c crassitudine. Interim cōfunditur. Cornelius celsus cremorē ptisanæ p succo fere accipit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Crimnon & hordei genus est Photioni & cyceonis homerici liquamentum. Hippocrates crimnodeas urinas pro crassis, & ad similitudinem farinæ tritici corpulentis accepit ut Galeno placet in Aphorismis sicut alias eruo, alias frondibus. alias furfuribus haberi similes docemur. Nam Crymodes aliud est. Ita uocatur febris quæ pulmone sacris ignibus correpto prouenit: sicut Lepyria quæ stomacho. & typhodes, quæ Iocinore. pultem Græci polton & poltarion appellant. Plinius calidam inquit potionem in pultario poposcit Offilius: ut pultarium aut pro uase, aut ꝑ sorbitionis genere acceperit. puls certe ut Aetio placet: omnis sorbitio uocatur quæ aut de leguminibus, aut cerealibus granis coquendo in succum resolutis conficitur.

OLYRA — CCCXIIII

o Lyra Siligo a nostris uocatur auctore Plinio, catoni quoq; genus est tritici. Siligo locis apertis celsisq; serenda & ubi sol q̃ diutissime sit. uitium est siligo tritici. nam omne triticum solo uliginoso post tertiam sationem conuertitur in siliginem. Est & Olyra galliarum propria quæ cognominatur arinca uel Italiæ copiosa. Theophrastus olyram folliculo describit multiplici ut tipham sed bromo & Zea molliorem ĩfirmioremq;. Sit autẽ siligo, quã nũc rustici secale uocant, ambiguum est quibusdam, non mihi. Plinio certe farraginis & pabuli genus est secale nominatum occari tantum desiderans. hoc inquit Taurini sub alpibus asiam uocant deterrimum & ad arcendam famem utile. fœcunda sed gracili stipula nigritia triste sed põdere præcipuum. admiscetur huic far ut mitiget amaritudinem eius & tamen sic quoq; ingratissimum uentri est. nascitur qualicũq; solo cum centesimo grano ipsumq; pro lætamine est. Farrago autem ex recrementis farris prædensa seritur admixta aliquando & uitia. Eadem aliquãdo in Africa fit ex hordeo, unde ordeacea farrago dicitur. hanc esse puto quam Græci uocant Cratin ut ẽ apud Aristotelem siue quod idem est Grastin. interpretantur. n. grastin uirens ordeum: alii crastin dicunt & fenum semiaridum intelligunt. utiq; Pollux, quod & poam & chilon uocant, atq; chonton. fit igitur optima farrago cum cantherini hordei. x. modiis iugerum obseritur. a farragine farraginariam deducimus pro loco ubi farrago seritur. a siligine differt radicula: quam pastores consiliginem uocant: in Marsis montibus frequentem omni pecori maxime salutarem. Corrigendus in Columella ẽ locus, ubi de consiliginis usu loquitur: circũscribendum esse ita manãte sanguine tanq̃ olitæ reductum appareat. legendum est tanq̃ o literæ ductum appareat. hoc ĩ trãsitu monuisse quid officiet?

ATHERA — CCCXV

a Theram ex olyra constare Plinius, Dioscorides e Zea scribit. Aetius etiam ex amylo. Familiaris Aegypto Athera ex siligine hoc ẽ olyra: quæ ut dixi arinca dicitur. Iulius Pollux atharen uocat pultem e miliacea farina. In Plauto atharathrion compositum uidetur ex athara & thrio, quod placentæ aut libi genus est dictum a foliis fici, quibus circũdatur: aut seorsum utrũq; legant qui eius poetæ studiosi sunt. potest & athara & oathrion legi ut est apud Alexin comædiarum scriptorem, a quo locus is in Plauto festiuissimus ex persona coci sumitur: qui & Candauli mentionem habet. erat autem candaulos, siue candylos miscella ex carne cocta pane: caseo phrygio ut Athenæus ĩquit. ut photion ex lacte ac melle, qui & Amætacem tradit heroicum edulium fuisse. dicitur & pinnula ea quam sub uentre habent thynnides, Athera ut ĩquit Aristoteles sed ut sit tribrachys.

TRAGOS — CCCXVI

t Ragos cognomine sitodes, hoc est cerealis ut ab herba trago distinguatur: frumenti genus est. In Hippocrate quid sit strygis quod ipse leuius esse tritico & uentrem magis soluere testatur: non comperi. nisi quis pro trago strygite capiat.

BROMOS — CCCXVII

b Romos correpta prima semen est spicam ferentis herbæ, de qua & libro quarto sepositamentio est. hic enim de grano ipso potius quia sit inter fruges disseritur. Semen hoc natura maxime operuit ut Theophrastus inquit. radice copiosa ĩnititur, multiplici culmo sparsa, syluestri fere habitu quasi ægylops. inter uitia segetis auenæ modo nascitur. dependentibus ut Dioscorides inquit locustis ut Plinius lolis. poetæ bormon & bormacem quoq; dicunt interim.

ORIZA — CCCXVIII

o Ryzam Theophrastus oryzon uocauit. Quidam ordeum galaticum quia graue sit atq; candidum appellant. peregrinum initio semen ex indiaq; illatum simile Zeæ aspectu lolii magna parte, in aquis cubitorum quaternum altitudine, cæterum effundit non spicam sed milii modo ac panici iubam. in Bactrianis quoq; ac Babylonia & Suside atq;

Syria iferiore gignitur. In italia uero multis locis. Indi hanc farris seu Zeæ modo pistam red// dunt concoctu facilem. In eadem gente Bosmorus frumenti Religiosi genus traditur tritico mi nus inter amnes prouenit, excussum areis torretur protinus. Iuramentoq; adiguntur messores non absportaturos id se prius inde q̃ coxerint: ne semen in alias terras cõmunicari possit. Stra// bo auctor, in Diodoro bosporon non bosmoron corruptis exemplaribus inuenias.

ALICA SIVE CHONDROS. CCCXVIIII

a Licam Theodorus hanc interpretatur: quam Græci Chondron uocant: quod & Plini us quandoq; facit. Paulus alicam differre a Chondro putat. Alix inquit similis Chon dro est natura: nisi q, uentrem magis supprimit. Plinius alica inquit res Romana ẽ: ne/ q; Pompeii magni ætate in usu fuisse traditur, ptisanæq; ante fertur sine dubio. Ptisana Græcum Verbum est & pisana quoq; dicitur & olim Græce dæsana, Chondros porro, Vt Paulus ait, simi lis est tritico: plus tamen lentoris habet si cõmanducetur. Hippocrates Chondron dicit esse utilis simi cibi sorbitionem. Aetius chondrum alicæ cum dicit, ptisanam ex alica significat, hoc est ali cam farris: modo fresam in sorbitionis usum ut ptisana. E Zea pista quẽadmodum chondros fiat, ut ex olyra quoq; generosa Tragos: rei rusticæ scriptores Græci produnt. inuenio & hadron dici quæ sit chõdros. Alix & Alicion uocatur q̃q̃ Alix callimacho pro Chlamyde accipitur. The/ salico uocabulo Chondros & Cartilaginem significat & nucleum in ture præsertim ceu quẽdã Callum: quem & ꝑyrena Hippocrates appellat. Omnino chondros ea fruměti species a Græcis intelligitur: quæ a nostris far siue farrum uulgo nũcupatur. Archigenes far chondro potius simi/ le q̃ idem uidet existimasse. Far inquit Romæ ut chondros Græcis conficitur sanitatis usu. Frumẽ tum aqua maceratum nudatur cortice, mox siccatũ in sole tunditur sed leuiter, ita ut singula gra na in partes quaternas quinas ue dissiliant. Idẽ Archigenes ut meminit Aetius, pulte ad dysente ricos ex farre quẽadmodum conficiatur docet, ad eũq; usum far iquit clusinum desidero: ita. n. legendum credo non iliusinũ ut omnes Græci habent codices. de clusino farre dictum est supra ex columellæ sententia.

MILIVM CCCXX

m Ilium intra quadragesimum diem metitur. Caulis ei harũdineus. Flos lanugineus ut frumento, largior aquatio: detrahit folia, plus centum manet annos si condatur: quo uenti nõ perueniant. nihil leuius mollius, aut caloris capacius milio est. Farinã miliceã seu fractũ milium sunt qui scrutum uocari putent In Horatio. Sũt quibus uasis potius appellatio ea uideatur ex scroto idest corio consuti: quod genus Græci thylacos idest folles & quasi pasceo los dicunt. In quibus tamen ut est apud Aristophanẽ panis quoq; seruabatur cuiusmodi & pana rium & panariolum a nobis cõmode uocari potest quacũq; constet materia: quæ uox in Varro/ ne & papinio Poeta & Martiali, Suetonio tranquillo legitur. Nos de scruto quid sentiamus in cĩ cere dicemus. nam miliarium uas a pondere non a milio nomen habet. Est autem in quo excal/ fiunt aquæ ut Athenæo placet, quod e Græcis aliqui appellant ipnolebeta idest caldarium. por/ ro milium a miliaria summa deriuatum non a Græco Festus existimat: apud quos Cenchros & Straboni Cenchrys dicitur. Hippocrates paspalem uocauit. Varro milium a Græco deducit. nã id melinẽ inquit uocant. Dioscorides & Theophrastus melinẽ pro panico intelligunt. a milio aues quædam miliariæ dicuntur ut eidem Varroni placet, quas ego non ausim eas credere, quas a milio Græci cenchridas appellant, q, illæ uideantur in latino Tinnunculi uocatæ.

PANICVM CCCXXI

P Anicum helymos etiam melinos a Theophrasto dicitur. Nelinos porro cãtionis Græ cæ nomẽ est. Item Elynos siue linos lugubris eiulatus, quem nos Lessum dicimus. Ti biæ genus quoddam apud Sophoclem uocatur Helymos ut in harũdine docuimus. Quadragesimo die absolui constat ut æstiua omnia. Calamus harũdinis ut milio. Flos lanuginis. durãtissimum inter fruges panicum. Ideoq; Diocles medicus mel frugũ merito appellauerit. Se/ ras uermiculos e quibus sericum uellus metitur: panico ali quadriẽnio apud Seras populos tra/ dit Pausanias: quinto anno Harundine recenti: quam prædulci pastu auidius carpentes dissiliãt. Alioquin non ultra eum finem uicturi. ex utero bombycem eam pecti multo fertiliorem q̃ uiuen tium detractam pedibus, quos araneorum modo sub arbore texentium octonos habeant. esse au tem corpus iis amplitudine scarabei maximi. Seras ipsos in æthiopia sinum rubri maris intimũ colere, uel ut aliis inquit placuit: in scythia indis contermina qua insulæ iacent seria & abasa & sa/ cæa. nihil contendo uerum falsum ue dicat. Scio & ab aliis de hoc iactata. Illud testari bene est, se rasuermiculos iam pridem in italia tam multos ali uicentino maxime agro ut non alia re pro/ uentus quibusdam maiores constent. Sed hos non panico non harundine sed Mori fo// lio uesci; ob id, multis locis plantaria sunt eius arboris frequentia. Circa Mediolanum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

quoq; abiterno agro seritur alias non magnopere in illis uisa Regionibus, nunc crebra in lati-
fundiis Ludouici Sfortiæ, Clari ætate nostra principis, prædiis eius ad Ticinum amnē uilla ma-
gnificentissime substructa.

SESAMVM CCCXXII

Esamum & Sesama uocat̃ & Plauto Poetæ Sesuma Caule Ferulaceo flore foliaceo ut
s Irion quadragesimo perficit̃ die, genus ex eo Candidū præfertur dulcedine: quod &
in cæteris leguminibus contingit, Grana eius in siliquis distincta ut Lupini, sed pecu-
liari quodãmodo septa. Viride nullū attingit anim[al], nihil ita emacrat solū, ut pote cui crassior
& multiplicior harūdo sit q̃ milio, & Radix quoq; numerosior. Sesartia & sesania quandoq; le-
gas corrupte in Columella, p[r]o eo quod est Sesama.

LOLIVM CCCXXIII

Olium e Tritico & Hordeo corruptis uligine seminibus e lino quoq; nasci nō desunt:
l qui affirmēt, negant Vernā eē frugem, sed hyeme statim ineūte prosilit e terra, folio an-
gusto, hirsuto, pingui, nō tunicis ut Auena multis. Sed nudū: nec pertundit̃. Quidam
nō ex tritico aut hordeo, sed inter ea ut in Sicilia Melampyron, ꝓuenire putant. Inter Lolia flos-
culi uisuntur, e carne tantū nō e Cortice atq; uena ut cæteri. Loliū Græci Aeram uocant etiãsi Cal-
limachus pro pila quoq; & globo æram accipit. Plinius certe aliud uidetur genus existimare Lo-
lium, aliud æram. Vnde farina Aerina dicitur, Aeræ ī quit granū minimū est in cortice aculeato,
cum est in pane tã æra q̃ Lolium inebriat, celerrimeq; uertigenes facit. Aiunt ī Asia & Græcia bal-
neatores ad pellendam turbam solitos æram iniicere carbonibus. Triticū hæc circumligando se
strangulat. Plautus quoq; Lolium oculis officere testatur in milite, q̃q̃ non Lolio, sed Oleo cor-
rupte legebatur hoc modo. Mirus oleo uictitaret & tam uili tritico. Quid iam: quia lusciosus es.
Sed scribendum ita fuit.
Mirust Lolio uictitare te: Tam uili tritico.
Et Reliqua. Ouidius.
Et careant Loliis oculos uitiantibus agri.

AMYLVM CCCXXIIII

Mylum ex omni Tritico, ac siligine ut Cato uoluit. Sed e Sitanio, Id ē trimestri: quod
a Itē siliginis genus est laudatissimū. Inuctio eius Chio insulæ debetur: unde cōmenda-
tissimū Plinii tēporibus, ꝓbat̃ leuitate ac leuore: utiq; Recens sit. Quia uero etiã placen-
tæ genus est Amylon de placētis agere tempus ē: quod & in Tritico pollicitus sum. Ergo patriæ
nomen habēt Paria & Samis: & Rhodia: quã & coptã & coptoplacunta nominant. Insignē duri-
tia ut Martiali placet. Accipiebat hæc & papauer & mel cui simile uidet̃ in Festo coctum dici legi-
mus & aliubi Coccētum, Alexandrinis pancapra celebrabatur in modū Rotæ papyro inuoluta
diuturnitatis gratia similis hæc iis erat, quæ Itria dicunt̃ & a festo sumenalia ut coniicio ꝙ sumen
ἐ[γ]τοον dicatur. Constabat aūt Itrion sesamo ac melle, q̃q̃ a sesamo & sesamūtes & sesamides pilari
specie appellant̃. In nomine sunt & Amæ Ionum quas alii Ametas & ametiscos uocant. Sunt &
splenia colore candida. habētur & amphiphontes: sacrū dianæ fertū faculis urentibus circūdatis,
ut basyniæ, iridi: ex triticea farina cū melle. celebrãtur & thrymantides & samiæ & philoxeniæ.
Sunt & coccora quorū meminit demosthenes in oratione ꝓ ctesiphonte, sunt & Tageniæ quas
& Enchridas uocat Pollux. Apud catonē ē: quod uocat̃ Enchyton: cuius & Menãder meminit
Aliud hoc an idē sit genus cū eo quod Epichytes dicitur: æstimandum Relinquo. Photion nihil
distinguit. Pollux uidet̃ seiungere. Epichytos certe atq; anites quoq; nominatur ut pamphilus
existimat. Catonianæ sunt & Spira funi nautico in orbem cōuoluto similis. Et Globi siue globu-
li fortasse ii quos Syracusani epicyclios uocabant: Nam pastillū in sacris libi genus Rotundum
erat. Itē Erneum & sphærite & scriblitæ. Itē sauillum: quē Athenæus subityllū nominat: & ex hali-
ca quoq; fieri monstrauit ælius stilo subuculum uocari scribit libi genus ex halica oleo atq; melle
ut festus inquit. Chrysippus multa iis genera adiungit Tarētinū, Crassianū, Siculum, Crustulū,
Iulianū, apicianū, canopicū perlucidū cappadociū: hedybiō: Maryptum: Pliciū: Guttatū: mon-
tianum: coerianū: Tuttatū: Taboniadū. Tria hæc postrema crustulacei sunt generis iis adiicit mu-
stacea e mulso quorū hodieq; in lunensi agro usus. Mustacea sesamata. Puriū Gosgloaniū: Pau-
lianū: & hæc quoq; crustula. Iam lucētulæ: argyrotryphemata: libi circi siue circuli adempta fari-
na & aqua & caseo quia circuitū æquabiliter fundebãt hos quidã qui magis incēdere faciebãt &
Lixulas & Semilixulas uocant ut uarro inquit sabino uocabulo. Exaphæ Crustoplacūtes: Ory-
zitæ: phthoes: ostracites: & quæ Catillus ornatus a Romanis dicit̃: lactucas & piper & axungiam
accipiēs fit ex siligine. Post has sunt Creion: quã apud argiuos sponsæ ad sponsum ferūt. in car-
bone coquit̃. Glycinas ex passo & melle, cretensibus familiaris eadēq; fere cum mustaceo: quod

ex mulso

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ex mulso fieri docuimus. Empemptas uero triticeus panis ē cauus, ut in quem placētæ casearię, ut in thecam recondi soleant. Encris in oleo primum coquitur, mox accipit mel. habet & panis hoc nomine ut diximus in tritico. Cyribanæ lacedæmonis sunt proprie in conuiuiis feminarū circūferri solitæ cum uirgo laudanda esset a choro muliebri. Crimnites a crimno fit. de quo supra diximus. stætites ex pingui, melle, caseo: ac sesamo conficitur. Erat & panis nomen stætites. Charisios Aristophani placenta est. Panis eubulo. præmium hoc in puigiliis dabatur. apud nos hinc fortasse Chalisiones quasi Charisiones appellati ex amygdalis, & saccaro nec alia fere materia q̄ Mazapanes sed oblōgi, fastigatiq; in medio quasi dehiscente crusta tument: ex eadem missella su ut & fungi, solicitudine matronali cum feriātur prælatis semper quos sanctimoniales ipsæ finxerint. Epidætron sub finem Coenæ mensis apponebatur: unde nomen. Nanos panis uidetur placentaceus magis q̄ placenta. constat caseo & oleo. Psothia siue ut alii psathyria. sunt qui micas pāis, quas & Attaragos uocant: ita nominatas putent. Attaragus porro & pro Rimula in pane ignis ui facta capitur & omnino pro uilissima & minima quaq; re: ut Ecta apud nos unde uerbum Ectafacio de quo Festus. polluci attaragos est superior in pane crusta sicut in ima Epsethia. Sunt qui genus placentæ fecerint. Taganitæ a patellis ac sartagine dicuntur. Elaphos a mensis nomine quo fingebatur. sicula est amorbites. aliud ab hac genus est Amoras appellata. Oedepæsa coi celebrant. Syracusani myllos ex sesama, & melle muliebris pubis specie: q̄s feminæ dearum focis & altaribus circumferāt. Nastos e nucibus & intestinis & fartilibus adiecto melle fit atq; lacte. unde dicitur nastos: quasi fartum: ab erinaceo nomen echinus habet: ab hemina Cotyliscus, a tritico pyramūtes, & ab iis diuersæ pyramides fortasse haud iis dissimiles: quas Cato graneas Triticeas appellat. pyramides porro in peruigiliis dabantur: quasi præmia iis qui nocte tota insomnes excubassent. Quidam tamen & pyramuntas hoc genus uocabant. a caseo & usu cribri Tyrocoscina dicuntur. ab iis differunt Hypotyrides appellatæ: quas e caseo, lacte, ac melle cōdunt. Nam pityrides siue ut alii quidam legunt Epityrides & epityra oliuæ genus ē: ut alibi docuimus. In Creta fit a uentre gastris uocata e nuce thasia & auellana & amygdala & papauere. Itē pomis & sesamo & pipere quadrangula figura. ab iis est poltos dicta: quam nos pultē uocamus. In Catone quidem punicæ fit pultis mentio inter placentas: forte nō dissimilis a libo eo, quod punicum uocabant q; ex Africa uenisset & probum cognominabatur. A melle meliceridès. a suibus choerinæ. latina sunt & sacris dicata libi genera: quæ Fertum, & Strues appellātur: unde strusetani: qui ea ferre consueuissent. Strues uero dicebatur q; erat digitorum coniunctorum similitudine: qui superiecta pannicula in transuersum cōtinebantur. Item libum farreum a farre, libū uero q; prius libaretur q̄ esset coctum ut Varroni placet. dictum est.

FENVM GRAECVM CCCXXV

f Enum Græcum a Theophrasto Buceras uocatur. ab aliquibus ceraitis. epiceras Hippocrati. quoniam semen habeat simile corniculis: unde Siliquam nōnulli appellant. Plinius Siliciam. Varro siliculam. Inuenio & carpum in nostris, & Græcis auctoribus uocatum: q̄q̄ & pro balsami semine carpum fere accipiunt. Item carphos pro feno græco, quasi flocculum, siue arentem surculum. Dioscorides Boton quoq; dicit uocatam. Quidam lobon hoc est siliquam legendū, non loton credunt. Ego & lotum dici posse uideo ut in anoni diximus.

LINVM CCCXXVI

l Inum a Græco sumitur. Semen eius Linospermon appellatur. Oleo seminibus expresso fraces & retrimenta quoq; ipsa reponūtur saginando iumētorum generi præcipue bubus obesitate sola insignibus futuris. Quales ad nos Mediolano Coronati ueniunt Principibus quotannis officii gratia donantibus. uisceratione hinc solenni orta: magistratibus diuisa carne globulis: quos quia fere pares sunt: sociolos consuetudo appellat. Quidam non sociolos, sed succidulos a suilla uisceratiōe uocari malunt: quæ singulis annis ante curiam uenationis die agitur. inter lini genera est cholcicum, quod tamen Sardonicum uocant Græci. Est & Aegyptium: a quo xylinæ uestes, quas & Gossampinas dixere. hoc iurisperiti lanam ligneā appellant. Est autem Gossampinus, siue Gossipiō, siue xylon fruticulus e superiore parte Aegypti etiam in Italiam delatus fructum ferens barbatæ nuci similem, plenum lanugine: nec alterum lini genus ē, quod huic candore, aut mollicia præferri putent, q̄q̄ firmitatis in eo parum. huius putant esse generis quod uulgo a pocilli credo forma Cothonem uocamus, siue a mali similitudine cotonei. quod in eo gignitur. Id maturitate hiascens lanuginis pilas ostendit. Folia huic uitiū

minora. Aliqui gitonem a git, cui similem fere gerit in capite folliculum: appellāt, Draconis acetarii e lini semine ut post dicemus nascentis, folia ipsa testantur originem.

CICER CCCXXVII

Icer Erebinthos a Græcis uocatur. Legumina gallicani ut Varro ait, nominant Legaria. c Dicuntur ita quoniam uellantur e terra, non subsecentur ut fruges. eadem Gelius etiā legumenta nominat. Inter hæc cicer altissima radice adhæret. Floret diutissime ut eruū, quadragesimo die uellitur: Caulis admodum lignosus. Ciceris aliud arietinum Crios a Græcis uocatur, aliud Columbinum idemq; uenereum erui similitudine: orobiæos ob id dictum a Columella punicum. Siliquæ ciceri rotundæ. uni leguminum florenti pluuiæ officiunt. Erucis nascentibus eluta salsilagine nigrum & ruffum candido ualidius. herbas omnes enecās. sed tribulum celerrime. Sideratio radicis & erucæ: quas aliqui uricas & Græce campas uocant, Ciceri proprie dicuntur: e cicere corrupto nullum fit animal cōtra quam in cætero frugum genere, q̄q̄ hoc & seminibus olerum, & quibusdam aliis commune. nigrescit hoc cum corrumpitur. Durat erui modo annos. Ciceris generibus syluestre adiicitur, a Dioscoride: Galeno: atq; Paulo: cuius uis alia duo excedat. orobiæos, siue orobias, calidior est arietino subamarusq; ut eruū: unde nomē In columbino & orobiæon & syluestre contineri puto. nasci & in India suum cicer aiunt. diuersum omnino genere. Cæterum tam simile ut mensis appositum dignosci fere nō possit. Cicerculam uero Theodorus putat esse quam lathyron Græci uocant folio non rotūdo ut plurima leguminum sed oblongo. caulis humi serpēs ut Piso, quaterni & inæquales grano sunt anguli ut Plinius inquit. Idem Theodorus ochron uocatum interpretatus est modo Eruilium modo eruiale modo cicerum. Folio ut cicercula oblongo uermiculus ut item cicerculæ obnoxio secutis post imbres caloribus. Columella quidem cicerculam similem piso tradidit. Ciceram uero nō tam leguminibus q̄ pabuli generibus annumerat. Nec cicerum sed ut dixi ciceram uocando: quæ Bubus erui loco detur fresa in betica, nec hominibus inutilis: sapore nihil differens a cicercula: colore tantum discernitur, quo sordet obsoletior uidelicet & nigro propior. Sunt qui ochros etiam phasilos appellari scribant. habentur & dolichi uocati: quos Theodorus a Plinio sumptum interpretatur siliquas qui & lobi siue lobia nominentur, φ soli fere leguminum ut in inquit Aetius cū thecis suis mandantur in patinis. Scandunt hi pedamento cui accubant: prælongo affixo: ita enī reddi putant frugi: contrahens eruginem: ni fiat ita: semen eius æuum non patitur breuiq; marcescit ut aphaca. Nec desunt qui lobos siue dolichos a ueteribus p phasiolis dictos existimēt: & a recentioribus pisos. Cæterum Theophrastus & ante Theophrastum Hippocrates pisum a dolicho manifeste separauerunt. De phasiolis nusq̄ meminit: nisi quis phasiolos ab eo significatos dolichorum appellatione censeat. ut Aetio placere uideo. sed nō semper paulus pisos, & ochros. & phasiolos a lobis siue quod idem est dolichis manifeste seiunxit: Illud quidam putant lobos esse non candidos istos & triuiales phasiolos sed rubentes ex milace herba. alioquin idem Paulus in quadam compositione phasiolos requirit albos. quasi sint etiam non albi: utiq; ad renes. Pisus: Pisum: & pisa uni tantum palladio genere feminino dicitur: cuius africanum genus unum haberi meminit. Idem u aluulas thecasq; ciceris cotulas appellat: quod admonitionis gratia nō imitationis retulimus. Inter legumina & Acani feruntur a duritie uocati quod eos ϝεάσαι idest frangere non sit. lenti similes ut grammatici quidam interpretātur. Ego haud scio idem an d uersum id genus sit ab aracis: quos Aetius Cathyris hoc est cicerculæ ut Theodorus uult similes esse dixit & usu & uiribus: duriores tantum & psici difficiliores. Aracos inquit Theophrastus inter aphacas siue lentem nascitur. Res dura & scabra & proinde uilis. Hippocrates aracida nominat ab aliquibus dicta lecithos. Est & Aracidna & alia quoq; Aracos in tubere dicēda. Quidam lecithon p genere accipiunt ad pisum & aracum. Nec scio an iis assentiam qui lecithon ab oui luteo cui similis colore sit aracus: deductum putent: cum scriptura fortasse diuersa sit. Galenus certe lecithon pro lente cui detracta sint putamina uidetur interpretari apud Hippocratem. quasi λεκῖθωδες hoc est id quod intra corium est. proinde contrarium ei genus esculenti fortasse fuerit quod Horatius illo uersu insinuat.

Vilia uendentem tunicato scruta popello.

Vt Plautus quoq; scrutea & collubia in hunc forte sensum appellauerit in Persa Cæterum horatianum forte non scruta sed scuta legas pro uasculo rustico unde scutriscum Catoni sæpenumero. Matellum: Trullum: Scutriscum unum. Matellam: Trullam: Nasiternam unam: q̄q̄ pro uase sunt qui cœperit scruta in Horatio. Cæterum collubia & collubiæ sunt quæ Tragemata etiam & Bellaria dicuntur: Ciceris frixi uuarum q; passarum uilia munuscula ut Hieronymus interpreta/

tur. Vnde Colybistas pro numulariis mutatitiũ foenus exercentibus uocari cœptos asserit, qđ genus a polluce nominatur Colybos. De colybo & ante diximus, propterea locum in plauti Persa eum non strutea & colluthea ut omnes habent codices. Sed scrutea & Collubia legendũ putamus Fortasse scrutea sunt quæ græci catachysmata hoc est missilia uocabant spargi solita siue a uilitate ut diximus, siue qm̃ e pelliciis folliculis quos & pasceolos uocamus, effundi cõsueuissent. Quid si coluthra legamus? cum maturas ficus ita græci uocent, ut inquit Philemon: nã strutea pro cidoniis quoq; sumi possunt. Apud Aristophanem & comicos lecithopolæ mulieres dicuntur: quæ uilia quædam uenditant quasi nugiuẽdulæ. Sidonius Apollinaris in epistolis. Nũc inquit quædam friuola, nunc ludo apta uirgineo scruta donitabat, hoc est scutila quædã & quisquilias & nihili munuscula. Meleager Græcus auctor uolumẽ singulare scripsit lecithi & Phaces, comparationem continens. Porro legumen omne ut inquit Athenæus tribus modis manditur. aut. n. ex eo fit quod Etnos dicitur ut ex faba & piso quam nos conchin uocemus si placet. q̃q qđ sit cõchis proprie dictum est aliubi, aut lecithos, ut ex araco aut phace aut ex aphaca & lente: qđ nos lenticulam. Theophrastus loti ægyptiæ radicem decoctam lecithodem fieri cibo gratã scribit hoc est araci uel leguminis alterius in modum. q̃q Theodorus albumen oui quemadmodũ in ea uoce luteum intellexerit: uehementer miror. cum lecithos uitellum oui potius q̃ candidum significare uideatur. Hoc primi uidimus seu recte seu perperam. certe si errauimus utilis & eruditus error futurus est. Nec illud tacuerim lecython pro gutto oleario & ampulla falso a quibusdã cœpisse lenticulam uocari. Nescio q̃ perite: cum lenticula uasculum nõ sit magis q̃ id quod græci Discum uocant. defendit eos fortasse apuleii de strigilecula: quæ lenticulari forma uisebatur: auctoritas. satis est locum notasse: in summa lecithos pro legumine aliquãdo pro putamine per Iotta scribitur. ꝓ uitello per. y. pro ampulla per. u. potius q̃ per. y. hæc fortasse curiosius q̃ debui ꝓsecutus sum. sed immorandum fuit. quia & Græcis & Latinis multa hinc caligo perdiu fuit.

FABA CCCXXVIII

FAba Græce Cyamos Hellenicos uocatur ad differentiam Aegyptiæ. A. Gelius & festus fabam etiam Fabulum appellant. Plautus Sticho. Conuiuium inquit hoc satis est pro opibus nostris satis Commodule, nucibus, fabulis, ficulis. De quo & in Zea diximus, Græci Cyamon uocant & primam in mamma concretionem lactis. Eadem parte scapus & radix funditur idq; in omni leguminum genere. non diuersa ut in frumento singularis ei radix, sed capillata fibris, ut cætero legumini. Foliis exit multis ut pisum atq; cicer: non singulis ut triticum: diebus quadtaginta floret: non uniuersim ut frumentum, sed particulatim ut reliqua legumina: post florem totidem diebus perficitur: q̃tum legumina nulla. differunt folio rotundo, ut maxima pars leguminum geniculato & inani caule: lignosissimoq; post cicer. sola fere leguminũ scapo recto assurgit. Circa Philippos Ateramon uocant in pingui solo herbam, qua necãtur fabæ. Teramon qua in Macro: nonnunq̃ Porro fieri ut Teramos in Ateramon transeat, cum uapore atq; halitu terræ madidan, indigena quidã uentus afflauerit, ut Theophrastum Plinius ĩtelligit, Aliter Theodorus qui duo illa Teramon & Ateramon, siue Ateramnon pro coctibili & incoctibili non pro herbis ita nuucupatis accipit. Theophrastus certe alio loco facile significat ueriorem Theodori q̃ Plinii sensum fuisse. Ateramna uulgo Legumina græci uocant inobsequiosa & contumacia quod genus seminis etiam cerasbolon uocatur a Platone superstitiosa origine quasi sterilia & irrita proueniant quæ per boum cornua serendo cecidissent in terram. In Macedonia & Thessalia moris est arua fabis florentibus inuertere, quia legumen id solo proficit, quasi pro stercore. nascitur in marcescente faba uermis quem dixi, Mydas. siliquæ fabarum folliculi sunt. fabalia uero purgamenta earum dicũtur: auctore Plinio. At nigrum id quod in summa ea uisitur, Hilum uocatur: cui respondet in prouerbio apud Græcos Gry: etiam si aliud significat: hoc est unguiũ sordeculas, legumia Græci Ospria, & Theophrastus Chedropa nominãt. Aristophanes Beleccos, ut quidam interpretantur. fabæ genus quod Marsicum uocant. uere seritur. Faba cum suis corticibus elixa Conchis appellabatur. ad discrimen fresæ: nam Conchos aliud esitii genus est ut in hordeo monuimus. a fabis fabaginem Cato dixit & Plinius fabalia. Interdictum esse pythagoricum cibo fabam inualuit opinio contra uerum. sicubi Porro detestatos usum eius ueteres inuenias, non cyamon id est fabam in eo uerbo, sed uenerem intelligi demonstrat oportere Gelius. Tota Insubria & Liguria recentes fabæ uendentium uoce nuncupantur Baianæ. In etruria & Latio scaphi. utrũq; originem habet eruditam. Nam & baianas Apitius ipse appellat & Scapos fabarũ Plinius decimo octauo libro. Inuentus est inquit scapus centũ fabis onustus, ut inde uulgo scaphi pro scapis tenuis in flatilem diuerticulo nocentur.

FABA AEGYPTIA CCCXXIX

Aba Aegyptia & Colocasia idem sunt, ut fructus tamen ipse Ciborium dicatur. Radix
f uero Colocasia & mazizanion ab Aetio. pocilli genus ab hac similitudine ciborium
uocari scribit Athenæus paludibus stagnisq; nascitur. Caulis ei longissimus redditur
decem pedum a Strabone uel ut Theophrastus & Plinius cubitorum quaternum, digitali crassi-
tudine mollis & sine geniculis, rimæ intus per totum ut Lilio, ꝓpter quod & lilium Aegyptium
ab Herodoto uocatur, quemadmodum & lotus ipsa. calix in cacumine rotundus, uesparum fa-
uo similis. Triginta plurimum loculis: qui singulas singuli contineant: non quidem omnino te-
ctas, sed Paulo extantes. ipsi quoq; calices aquis extãt latissimis circa foliis: quæ singulas fabas obi
re uideantur. Magnitudo iis ad similitudinem eorum quæ ut Plinius inquit personata in nostris
fluminibus uocantur. Atterenti fabas amaritudo uel odore proditur. Radice crassissima plenio-
re q̃ harundinis rimosa, ut scapus qui & araneosus sentiri dicitur ubi coctus est in mandendo ait
Plinius hoc filis ad morsum ut in lana sequacibus auctore poeta Martiali. Thyrsus uero inter fo-
lia emicat spectabilis a Theophrasto, Pilos ut arbitrãtur uocatus: q̃q̃ Theodorus pilulas interpre-
tatus id uidetur. Alii calicem rotũdum in eo uocabulo significari uoluerũt. Indigenæ implexis co
locasiæ foliis in uariam speciem uasorum potitare gratissimũ habent. Nascitur sponte ac satu quo
modo & in Italia quoq;. non excoquitur Syriæ Ciliciæq; & in Torone Chalcidis lacu ad maturi
tatem omnino peruenit, sed magnitudine deficitur. In India quoq; fluuio Hydaspe cernit̃, Ale
xandro id falso in coniecturam trahẽte nauigari posse in Aegyptum inde. Fructus quidem ut di-
ctum est amarus, sed ipsa radix perq̃ lauta cibis. seritur in limo paleato ut descendat comprehen-
datur, ob id Spirobolos quoq; dicitur: ubi semel coaluit, durat ad infinitum. Refugiũt eam Cro
codili spinis horrentem caule ac radice: oculis timentes quos hebetiores habent. Nominatur &
faba quædam indica ex arboribus in siliquis digitorum decem longitudine dependens: melle
plenis sed quo gustato difficile sit euadere ut inquit Aristobulus.

LENS CCCXXX

Ens feracissima leguminum. siliquis in latitudinem molliter fusis. Melior quæ coctibili
l or: & quæ maxime aquam absorbet. Enecat lẽtem herba securidaca ut Plinius Aparina
siue Lappa ut Theophrastus. Nascitur & sua indiæ lens fenograeco similis quã circa oc-
casum uergiliarum demetũr. differt hæc a nostrate omnino. sed illatam cibo discerni posse negãt
ab ignaris. Aegyptia lens a Marone Ouidioq; laudatur pelusiaca ob id uocata. Græci lentẽ pha-
con, lenticulam Phacen uocãt. quo nomine & Vlixis soror fuisse traditur: ab aliis Callisto appel-
lata. a quibusdam nõ phace sed Phaceus ut Orpheus & Peleus uocata est lenticula: sed ii peregri-
nitatis in comœdia coarguũtur. laudes lenticulæ apud auctores Græcos legas: præsertimq; pytha
goristas: utiq; si rationem Zenonis sequare ãcipientis ut in eã Coriandrũ duodecima pte indat.
ἤ δὲ φακῆν ἐμβάλλε δυωδέκατον κορίαννον.
Congruũt & cum ea Bulbi. ob id & Bolbophace dicta est a poeta quodam unde scitum illud or-
tum uidetur contra perditos gulones. lentem laudat. ut apud Phalereum Demetrium est. Notũ
& prouerbium apud Varronem in satyra menippæa Τὸ ἐν τῇ φακῇ μῦρον hoc est unguẽtum in lẽ
ticula, ut obiter emaculemus inolitum atq; adeo receptum in Aulo Gelio multis seculis errorem
ubi ἐν φακοῦ μύθον pro eo quod ἐν φακῇ μύρον legitur. Et ne librarii mendum fuisse uideret
Theodorus Gaza locum interpretatus est. fabulam in lenticula. hoc nos Athenæi uiri doctissimi
testimonio corrigendum monemus. hoc adagium contra cacozelos & apirocalos inuentũ est:
quos ut est apud senecã & eundem Gelium infrunitos appellamus. qui nullo discrimine rerum
quas agunt aut dicunt habito pari nixu cũcta moliuntur: & eadem ornamenta figuras emblema-
ta conuenire omnibus locis & temporibus existimant. cuiusmodi & illud est Τὸ ἐν λαχάνοις πέ-
περι hoc est Piper in oleribus.

PHASIOLVS CCCXXXI

E Phasiolo in Cicere disserui. habetur & genus herbæ Phasiolus ut post constabit. Græ
d ci pro legumine phasiulon & phasiolon & phasilõ quandoq; appellãt. Nostri Phaseo
lum: & phaselum Columella.

ERVVM CCCXXXII

Ruum Herbumue, aliud cãdidum aliud ruffum in siliquis grana sine septo habet quæ
e se inuicem quasi tangant ut Piso. siliquæ forma teres & ad rationem grani Cylindracea
ut item piso. patientissimum uetustatis est atq; cicer, genus est & Eruilia leguminis: quã
nonnulli falso durellam uulgo dictam interpretãtur propterea q; hodie quoq; in umbria uocãt

Eruiliam agricolæ: quod in Gallia & Venetia prouincia doram, dutellamq;, folio crasso & oblõgo leontopodii sed maiore, capitulis semen includentibus minutum simile nasturtio tãtum exilius flore candido. scopas ex ea ruri faciũt. At eruilia syluestris herba est amaritudinis eximiæ colore & folio cicerculæ q̃q̃ minore.

LVPINVM CCCXXXIII

l Vpino cura officit q̃uis alte conditum in terra diducit eam radiee: & in summa nititur. atq; ita germinat ceu per uim. Grana eius in siliquis discreta septis. uiride nullum mandit animal. diuturnius id tradũt Eruo, ac Cicere sabulum & arenas & omnino uitia terræ sequitur, horretq; culta ex omnibus quæ eduntur. Sicco nulli minus ponderis. Plus utilitatis. mitescũt cinere aut aqua calida. Circumagi Lupinum cum sole tradũt pleriq;.

LVPINVM SYLVESTRE CCCXXXIIII

l Vpini syluestres per omnia minores inueniuntur satiuis præterq̃ amaritudine.

RAPVM CCCXXXV

r Apa quasi Ruapa ut inquit Varro tellure accumulatã cõditur ab olitoribus, ut in sequẽtem annum regerminet. Semen includitur siliqua. utrũq; sexum in hoc quoq; genere intelligunt ex eodem semine prouenientem ut scribit Theophrastus: q̃q̃ uidetur Athenæo marem a Theophrasto nihil aliud intelligi q̃ napum buniada. Effeminari collocatæ rarius dicuntur. masculescere densius compositæ. laudatur semen eius tenue. seritur semine. post transfertur. dulcescit algoribus: per quos & in radicem non in folia incrementum capescit. In Italia Nursinæ præferuntur a Columella. Pollux & Athenæus e mantinea maxime commẽdãt. Gongylen & gongylida Græci uocãt, quemadmodum & nostri Rapum, atq; Rapam. Nam Rapina ut napina & cepina dicitur & Rapitium ut auitium: piscitiũ. Cato coles Rapitios uocauit alio loco. Rapa biennio sata conuertũtur in napos, alio napus Raporum naturam accipit. Gongyliorum uocabulo Hippocrates globos pusillos quasi pilulas, & catapotia significat Galẽo. ipsos autem pastillos siue orbiculos: quibus in medicia utimur. Dactylios appellat: quod & officinæ modo seruant. Rapas Lacedæmonios Gasteras uocare Apollas tradidit. sed Nicãder colophonius gasteras a boetis brassicas intelligi: Rapas uero Zaceltidas appellari uoluit: Amerias & Timachides non Rapas, sed cucurbitas ita dici arbitrantur. Sunt e Græcis qui Rhaphyn esse dicant napũ buniada: licet Glaucus non Raphyn sed rhapyn uocet: unde apud nos Rapo nomen uideri potest manasse.

RAPVM SYLVESTRE CCCXXXVI

ſ Yluestris Rapa longior, in speciemq; Raphani caule breui. semine intus candido. duplo maiore q̃ papaueris. has in Dalmatia frequẽtes sponte nasci Possidonius ẽ auctor.

NAPVM BVNIAS CCCXXXVII

n Aporum in medicina quoq; Græci fastigia duo seruant. angulosis foliorum caulibus florentis: quod Bunion uocant, dicendum inferius. Alterum genus Buniada appellant. de qua hic agitur. Amiterninam buniada maxime sunt qui probent. Græci thebaicam. officinæ modo ignorant buniada. & syluestris rapi semine buniadis uice utuntur. q̃q̃ facile cognosci poterat. Est. n. syluestri Rapo semen & nigrius & maius, q̃ buniadis.

RAPHANVS CCCXXXVIII

r Adix, quã ut Varro inquit Raphanon, & Raphanida, & Crambidion Græci nominant, caudice uno assurgit fere arboreo. ut in Ruta quoq; cernitur. proinde hoc genus olerum dendrolachana cognominãt. hoc est ut Theodoro placet oleriarbores. die tertio a satu prosilit. Radice Terreno adoperta Rapi modo, sequenti ãno germinat. tellure abiecta. semen in siliquis. Genera Boeotium Rotundum & dulce liothasion: quod alii thracium uocant patientissimum hyemis. cleonæon in longitudinem porrigitur. corinthium amplissimum detecta stirpe nascitur. quo folium leuius. eo suauior atq; mitior est Raphanus. Dulcescit ut Rapum frigoribus. Traditur genus unum erucæ folio. pulices appellantur bestiolæ Raphanis innascentes. Raphanorum radices lignescere Theophrastus est auctor. hæ ut inquit Palladius feminini generis existimant, quæ minus acres sunt & habent folia latiora leuiora & iocunde uirentia, Raphanum ut brassicam uitibus inimicum esse constat, ut si circum se feratur: diffugiant. Genus ei unũ ẽ, quod ab Herodoto uocatur Syrmæa. in Aegypto cum cepis & allio pyramidibus condendis præberi solitum Iulius Pollux auctor. confirmant id & Diodorus & Plinius, qui scribunt ad id

opus in Raphanum cepas & allium talenta mille octingenta erogata, ut mirer Laurentiũ Vallã
apium uertisse pro raphano. Sunt e Græcis qui Syrneam apud Iones genus oleris apio similis
accipiãt. Itemq; pro edulio ex adipe, atq; melle. Sed syrmeam legi malo q̃ syrneam, utq; hinc for
tasse ferculũ nuptiale uulgus Syrmiam corrupte pro Syrmæa dixerit ex amygdalis & pulpa gal
linacea & saccharo. Nam Hippocrates surmeam siue syrmæam pro succi quodam genere seu pas
sum seu defrutum id sit, intelligi uolebat, cum præciperet quid in uino odorato syrmæa ue su/
mendum esset. in compositionibus quibusdam Pauli & Aetii bacanum inuenio commemora/
ri. Nec quid ea res sit comperio præterq̃ in quodam glossemate, ubi semen, siue nucleũ, siue mu
cronem Raphani bacanum esse legebatur. bacanum Aetius iocinori prodesse in cibo utiq; parti
eius uisceris incuruæ prædicat.

AGRIORAPHANOS CCCXXXIX

Grioraphanos ab Raphano agria differt auctoribus ut aliud sit syluestris Raphanus ali
a ud Raphanus syluestris: quemadmodum leuca canthe ab acantha leuce distat. id ẽ al/
ba spina a spina alba. In quo tamen honestius puto nominibus Græcis uti q̃ latinis. De
agrioRaphano & hic & libro quarto paucis immutatis agitur: Apion & Ischada nominando:
nec Theodorum probo caricam, atq; pirum interpretantem. Falsum est & quod scribit inter spi/
nas esse, quam pirum uocant. Non enim hoc in Theophrasto quem uertit, legitur. Fefellit homi/
nem q; Auctor ille de Orchi herba scribit, Similem ei caulem esse apio, Sed spinosum. proinde
Plinius, caule inquit spinoso est Orchis. Paulus chamæraphanon quoq; dici hanc existimat, quæ
Apios siue agrioraphanos uocetur. Radicem habet cepæ, sed ampliorem. uel, ut Theophrastus i
quit asphodeli uerum squãmosam. Nascitur in montosis & asperis, aliquãdo & herbosis. Effodi
tur uere.

RAPHANOS AGRIA CCCXL

Aphanos agria idest Radicula syluestris, & quæ Cheria & in ponto Arinon & ab aliqui
r bus leuce: a nostris armoracia uulgo dicitur fronde copiosiore q̃ corpore. laudatissima
nascitur Arcadiæ. Seritur in italia & Armoraciam uocant satiuam, ut inquit Plinius.

SISER CCCXLI

Iser Græci Sisaron appellant. duorum generum est. Satiuum & erraticum. inest longi//
s tudine Siseri neruus ut pastinacæ: qui decoctis extrahitur. magna tamen parte amaritu
dinis relicta: quæ mulso in cibis temperata etiam uertitur in gratiam. Nobilitauit hoc
princeps Tiberius flagitando a Germania omnibus ãnis ex Gelduba castello, quod impositum
Rheno est, ubi generositas præcipua: ex quo apparet frigidis locis conuenire. Non prætereun//
dum quod tradunt ideo utilem stomacho uideri cibum: quoniam nemo tres siseres edendo cõ/
tinuaret. Sisaram Varro, Plinius sisarum appellat herbam: cuius flore uescantur apes: ut in Eryce
disputatum est:

LAPATHVM CDCXLII

Apathum nostri Rumicem fere appellant. Radice altissima & inter olera maxime sin//
l gulari. nec enim lateribus crassiores alias emittit, Sed prætenues. Multicaule hoc olus
ac Ramosum, & cum perfecte adoleuit, figura betæ proximum corpus carnosum &
madidum: eoq; uel exemptum terræ diu Recens, uiuacissimum præ cæteris oleribus est lapathũ:
præsertim satiuum. differt hoc a syluestri q; sesquipedalis satiuo Radix, breuior syluestri, gustus
tamen gratior syluestri, sed acrior, ut omnia syluestria satiuis collata. syluestre lapathum Aetius
centrodes a pungendo cognominauit. Radicem ei sublongam tradens, Raphano paruæ simi/
lem, q̃q̃ porro lapathum a nostris Rumex dicitur, proprie tamen Rumex est, quem Oxalida &
Oxylapathum Græci nominant satiuo similem, foliis aquosis, colore betæ candido. Radice mi
nima cantherinum lapathum ab aliquibus uocatum. Quidam oxylapathõ satiuo similius esse q̃
oxalida siue Rumicem existimãt. lapathos Democritus pro uenaticis scrobibus accepisse dicitur.
Theocritus alapathon uocauit ab effectu quoniam exinaniat. Et enim attici alapatha quæ nos ina
nitiones dicimus, appellant.

HIPPOLAPATHVM CCCXLIII

h Ippolapathum maius satiuo candidiusq; ac spissius. adiecere nõnulli Bulapathon Ra/
dicis tantum altitudine differens. Sunt qui & Hydrolapathũ tradunt in aqua natum.

LAPSANA CCCXLIIII

Apsanam Græci uocãt lampsanem. Cyma est siue brassica syluestris pedali altitudine
l foliorum trium: quæ hirsuta ei sunt Napo simillima, nisi candidior esset flore. hinca
latinis uocari Napium existimo, in quo tamen Dioscoridem auctorem solum habeo.
lapsanam diui Iulii carminibus præcipue iocis militaribus celebratam ait Plinius, alternis quip

pe uersibus exprobrauere Lapsana se uixisse apud Dyrrhachium præmiorū parsimoniam cauillantes. aliam puto herbam fuisse qua cum lacte uictitauit exercitus Cara noīe ut alibi notabimus. nam Radice utebantur eius, non folio. ut ait Hirtius.

BVNION SIVE NAPVM CCCXLV

Vnion hoc est quod nostri Napum uocāt ut in buniade meminimus, q̃q̃ Dioscorides
b Scopam regiam uocari Romæ scribat. Cæterum alia quoq; scopa regia est ut in Sideri. te constabit. de qua Porro scopa regia loquatur Plinius uigesimo primo libro: non leuior inquit odor ei quam Scopam Regiam uocant, q̃q̃ folia eius oleant non flores, existimandum relinquo. Paulus Aegineta Bunion, a nonnullis Arction appellari scribit. Galenus arctico ni de Bunio eadem a Dioscoride libro quarto; quæ hic legebantur detraximus quia inutiliter repetita esse uidebantur.

BLITVM CCCXLVI

Litum siue Blitus (Græci etiam Bleton) erumpit ocyssime. semen ut betæ corticeum co
b piosum racemosumq; ut atriplici, radice non una crassa in rectum tendente, ut Beta & Lapathon & maxima pars olerum, Sed continuo multiplici ac prolixa. Insipidum & sine acrimonia: unde conuicium feminis apud Menandrum faciunt mariti. Blitum duplex ostēditur rubens & candidum. apud Aristophanem quoq; Blitomamæ pro stolidis accipiunt: quos Plautus noster Bliteos appellat in truculento,

Blitea inquit & lutea est meretrix

Etiam si corrupte legitur Blittera. Hippocrates Bubleton quoq; nominat herbæ genus. modo mēdum in uerbo non sit. Scio. n. & Bolbiton pro fimo bubulo & bolbiton pro quodam polyporū genere minuto capi ab Hippocrate ut Galenus testatum reliquit. Sed & Onobleton herba linguæ similis Hippocrati contra feminarum profluuia in uellere apponitur.

MALVA CCCXLVII

Alua Culturæ opera intra sextum septimumq; mensem grandescit in arborem hastarū
m baculorumq; usu ī Arabia, Mauritania quoq; Lixi oppido æstuario ad hesperidum ortos & iuxta delubrum Herculis. duo genera earum summa: quæ amplitudine folii discernantur. Maiorem Græci Malochen uocant in satiuis. alteram ab emolliēdo uentre dictam putant Malachen e syluestribus; cui grande folium & radices cādidæ Althæa nominatur. Est & quæ unicaulis nascitur, monocaulos ex facto cognominata. omne solum in quo seruntur maluæ pinguius faciunt. De Althæa quæ item Dendromalache siue Anadendromalache dicitur & Ibiscus uolumine tertio diss. ritur. Est & Alcea huius fere generis seorsum indicanda.

ATRAPHAXIS SIVE ATRIPLEX CCCXLVI

Triplex octauo die a satu Octobri mense prouenit. Radix ei una descēdit in altitudinē,
a unde fibræ aliæ promantur ut in Beta. foliatum habet semē & obductum cortice numerosum racematimq; singulis ramis insidens, atriplex & syluestre est & satiuum, accusatum a Pythagora, tanq̃ faceret hydropicos, morbosq; regios & pallorem. coquitur difficillime, ac ne in hortis quidem iuxta eum nasci quicq̃ nisi languidum culpauit. Addidere alii plurimas ægritudines ex eo gigni. nec nisi aqua sæpius mutata coquēdum. In Italia difficulter id nascebatur. syluestri capillos tingebant. atreplexum ueteres non atriplicem uocasse perhibent: ab græco nomine potius q̃ ab atrore ut arbitror. Hippocrates etiam Adraphaxin appellat: post Atraphaxin dixere: atticis. D. litteram in. T. mutare amantibus ut facit Aristoteles, qui entelechiam pro endelechia usurpauit ut Lucianus auctor est. Quibus porro atriplex idē uidet esse cum eo genere quod spinacia uulgo dicimus & Græci recentiores spanachia, falluntur apertissime. si quem porro uocabulum id parum delectat, atriplex Hispaniense nominetur. Et Hercule fieri potest ut inde profectum sit ad nos olus Ieiuniis aptissimum nec ueteribus (ut conicio ac demiror): compertum.

BRASSICA CCCXLIX

Rassicam antiqua Græcia non Cramben sed Raphanon appellabat quod & Aristote
b les ut Iulius Pollux inquit & Theophrastus fere sequitur. Crambe quasi Coramble dicta existimatur: quod pupulas oculorum quas Græci coras uocant, hebetet auctore Columella. sed & ipsi quoq; attici Corambem dicunt eam. Dederit hoc locum prouerbio fortasse, repetitam brassicam, ne dum nocere etiam occidere. Græci tostam carnem Crambaleam uocant, Athenæus auctor. Brassica ut Varro īquit dicta quasi passica q, ex scapo minutatim præsiccatur: & passa fiat. Die a satu decimo se ostendit brassica. Digeritur a Theophrasto in genera maxime tria, Syluestris cui folium æquabile, paruum: rotundum. multiplex. ramosæ: succo aspero: medicato ad detractiones per aluum præcipuo. Secundum crispæ: quæ & amplitudine folii & bonitate succi præfertur omnibus. tertium leuis appellatæ. Nonnulli addidere quartū: cui semen deterrimū,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

aut omnino nullum. Cato quoq; tria facit discrimina. unam extentis & grandibus foliis, Caule magno, propterea cauloden uocatam: aliquãdo Septembrinam: ab aliis eleada. Alteram crispo folio Selinada nominatam a similitudine foliorum apii: quam & Apiam cognominant. alii cliuaculam. Tertiam proprie appellatam Crambem minutis caulibus. foliis tenuioribus, & simplicibus dẽsissimisq;, sed amariorem leuiorem teneram, quæ ob id & lenis dicatur. Sed de syluestri brassica suo loco agemus. Athenæus tria ĩquit brassicæ sunt fastigia. primum Halmyris: quam & præfert omnibus præsertim in Eretria, & Cumis, & Ephesi: & Rhodo & Gnido genitam. secũdũ Liophyllos a foliorum leuore dictum ubiq; nascens. Tertium Selenusia folio crispo & apii similitudine a qua & nomen habet. hæc naturæ: Illa ganeæ distinctio, Tritiana magnitudine ac sapore præcipua: cui pedale aliquando caput. Dein Cumana sessilis folio Capite patula: mox Aricina altitudine non excelsior, folio numerosior q̃ tenuior: cuius sub omnibus pene foliis fruticat cauliculus peculiaris. Ideoq; utilissimum genus existimatur. Pompeianæ in oppido campaniæ Põpeiis procerus caulis ab radice gracili. Intra folia crassescens. Raiora hæc angustioraq; sed teneritas in dote. frigora non tolerat. Sabellicæ usq; in admirationem crispa sunt folia: quorum crassitudo ipsum caulem extenuat. Sed dulcissima perhibentur ex omnibus. Nõ pridem ante Columellam subiere lacutures a loco dicti, quo lacus turni siue ut Plinius scribit lacus Turonis fuerit: Cõuallearicina capite prægrandes folio innumero. Alii in orbem porrecti. Alii in latitudinem torosi. Nec plus ullis capitis post Tritianos. & cyma nullis serior, hoc genus quidam interpretantur quod modo capitios coles, & in Hispania Murtianos uocant. brutiani frigoribus aluntur grandes foliis: Caule Tenues, sapore acuti. adduntur iis silirenses: Tiburtini: Stabiani: Parthenopæi: qui sunt hirsuti. Vesuuini qui sunt amari, non sine suauitate. Marrucini rubent paucis foliis. Signini breuiores, crassiores, sapidiores cappadocæ foliis, caule pene nullo, frequẽtibus tunicis & contra frigus muniti priusq̃ in florem exeant ut uix prima folia discernantur hyeme. Cuicunq; generi pruinæ plurimum suauitatis conferunt. Suauissima ex omnibus ẽ cyma. Est autem cyma quidam ipsorum caulium delicatior teneriorq; cauliculus quem a prima sectione proximo uere præstant. Græci cyema quasi partum eius uocant. nos & cymas & cymata uocamus: nec in brassica modo, Sed in Raphano & aliis compluribus, q̃q̃ absolute cyma non nisi de brassicæ fructu capitur. Palladius quymam uocat & semel opere in toto Plinius. Post cymam æstiui autumnalesq; cauliculi, mox hyberni, tum deinde iterum cymæ. Nullo æque genere multifero donec sua fertilitate consumatur. omnibus oleribus anteponit Cato brassicam, propterea ut inquit Varro nomine oleris brassica intelligitur. Vites ad brassicam assitæ diffugiunt introrsumq; in fundum se declinant: quo argumento usus Androcydes contra ebrietatem ualere brassicam dixit. Tanta est inter plantas quoq; discordia. hinc Nestor in eo libro: qui alexicepos inscribitur olus hoc ex lacrymis Lycurgi a Libero patre uitibus adalligari natum ꝓdidit. Brassicæ decoctæ aqua nihil æque fetet humi effusa. Crustæ si occupent intus uasa calidaria in tantum ut non sit eas auellere si brassica in iis decocta fuerit, abscedunt: coles capitatos uulgaris sermos capitos appellat. Antiqui lacutures & Tritianos ut coniicio. Ex semine uetusto brassicæ nasci aiunt Rapam & contra ex raporum Brassicam. nobilitauit Brassicam Ionia per eam iurando quasi per aliquem deorum, ut Zeno citieus stoicæ familiæ caput per capparin, Socratis credo emulatione deierãtis per canem ob id & mantin ceu uatem quandam ab Hipponacte brassicam uocari testis est Athenæus: qui & puerperis in attica regione amuleti cuiusdam loco brassicam apponi solitam commemorat. Nomẽ oleris commune quidem est quibuscunq; Lachanum apud Græcos. priuatim tamen brassicæ tribuitur. ab olla dictum olus testis est Varro, ut eo uideatur poeta Veronensis alludere cum cecinit: nõ olera olla capit: In quo sciamus obiter: non pro uase in eo uersu capi ollam, sed nomen esse uiri proprium: quod ignorantes fere grammatici delirant: Quemadmodum & in eiusdem poetæ uerbo mentula.

BRASSICA SYLVESTRIS CCCL

Rassicam syluestrem Græci medicantes ceram quoq; noĩant: Nos erraticam: q̃q̃ sciẽdũ
b Ceram genus Raphani a Plinio acceptum non brassicæ. hanc alii petræam uocant inimicissimam uitibus. Sunt qui colem syluaticum appellent. Syluestris laudes immenso plus prædicat Cato q̃ satiuæ. Folia syluestri leuia, Rotunda parua, & ut Plinius inquit bina. Sed densissima & plurima, plantis oleris similior. Inter syluestres brassicas & Lapsana est ut diximus, Item Sandix & Iasione & Enthusicon, siue ut alii codices Anthriscon. De petræa Theophrastus si modo hæc est: quam supradiximus, circa Psophidẽ nasci scribit optimam numerosamq;. alubi non petræam, sed petræum uocauit. Alioquin & capparis petræa quandoq; dicitur. nam petrophyes aizoum est, ut empetron saxifraga.

BRASSICA MARINA CCCLI

Rassicæ marinæ cauliculos quidam halmyrida uocari putant, quoniam nisi in mariti
b mis non proueniat. Nauigatione quoq; longinqua uiridibus asseruatis ad transferen/
dum. Plinius hanc marinum olus est ubi appellarit, recentiores græci thalassocramben.

BETA CCCLII

Eta culturæ quadam ratione incremẽtũ capescit arboris. Seritur circa mensem maiũ:
b sicut omnia quæ græci uocant epispora: quod genus etiam sementis primæ nomen ha
bet: etiam si alio quoq; sata mense proueniant. Ideoq; beta æstate sexto die nascitur. hye
me decimo. peculiare in beta est ut non continuo singula semina producat. Sed anno interim se/
quenti, Sæpe tertio. Radix betæ unica longa recta, carnosa, gustu iucunda & nonnullis grata ci/
bo uel cruda. E lateribus aliæ item crassæ: modo singulæ: modo binæ, ternæq; funduntur. E qui
bus fibræ cohærentes alligant. Cortex neq; crassus neq; raphani modo extricabilis sed olusatro
ad quendam modum similis. Semen integitur cortice. folio beta uiret. pede cãdicat. figuram .b.
literæ cum deprimitur ab olitoribus refert unde nomen. Beta hortensiorum leuissima est. Græci
præferunt ex Ascra ubiq; candidam parcissimi seminis appellantes siculam. Nostri betæ genera
faciunt uernum & autumnale: q̃q̃ & iunio & ianuario seratur. Medici betam innocentiorem quã
olus esse indicauere, ut inquit Diphilus. quãobrem appositas non nemini degustare etiam Reli/
gio erat. utq; ualidis potius in cibo essent. Gemina huic natura & oleris & capite ipso exilientis
bulbi. neq; alii hortensium latitudo tanta ut in lactucis, cum coeperit colorem trahere imposito
leui pondere, in binos pedes aliquando se pandendo. In circeiensi agro amplissimæ proueniũt.
Vini sapor in dolio corrumpitur brassica, Sed odore betæ foliis demersis restituitur. De alia por/
ro beta proprie syluestri dicemus i limonio. Græci betam modo Seutlos seu modo Teutlos uo
cant. Hippocrates Tetytlon (ut arbitror) nisi corruptus locus est in eo libro qui de mulierũ natu/
ra inscribitur. Aliud uidetur genus esse Teutlis ut Athenæus inquit ex Diphili comici sententia.
Nam duo fuere Diphili. medicus qui & siphnius cognominatur: & comicus. hic imperitũ quen/
dam in comœdia describit, taxans ꝙ Teutlon Teutlida nominaret. Eudemus quatuor betæ fa/
cit genera. uulsile. surculosum. populare. candidum. betam græci ouillum corium uocant: unde
Bætylus is lapis appellatus ẽ: quem pro ioue Saturnus uorasse fingitur. Monstratur & saxum hoc
nomine ad Iuliopolin in syria proxime Libanum montem. Est & auicula, quæ uocatur betylus
olim dicta detylus.

ANDRACHNE SYLVESTRIS CCCLIII

Ndrachne syluestris, de qua hic agitur: genus est aizoi ut quarto uolumine cõstabit. ubi
a Dioscorides hanc herbam fere iisdem uerbis demonstrat. nascitur breuiore cacumine
quam minus aizoum: quod in muris parietinisq; prouenit: cui & similis ostẽditur. col/
ligi hanc & cibi causa constat. habent & alia duo genera syluestris andrachnes hoc est portulacæ
nomine. ut in telephio & pepli diximus. Telephion in Theocrito sunt qui folium papaueris acci
piant ad explorandum amorem crepitu adhiberi solitum. qui lusus fere puellaris erat, ut inquit
Pollux etiamnum ex Lilio. Non desunt qui sui generis herbam intelligãt succo seminis sangui/
neo. foliis loti satiuæ. siliqua pampini modo intorta. Alii miscellam quandam esse putant Tele/
phion. qua corporis partibus imposita: si cutis rubescat, indiciũ amoris esse, ob id Philtron quo
q; dici. Sin accendatur & exulceretur, odii, Ego telephion Theocriti eandem esse cum ea, de qua
hic agitur existimo. quippe cui excalfactoria & ulceratoria uis insit.

PORTVLACA CCCLIIII

Ortulaca exit post cucurbitam. Ianuario mense ut Theophrastus inquit seritur. Hippo/
p crates portulacam fluuiatilem dicendo uidetur Recentem, & non inueteratam intelli
gere. Fluuiatilis inquit portulaca refrigerat. Inueterata excalfacit, atq; purgat.

ASPARAGVS CCCLV

Sparagus uel ab asperitate ut inquit Varro, uel quoniam ita græci nominent. asphara
a gos a Theophrasto dicitur. ipsum quoq; guttur a quibusdam Aspharagus uocatur. ab
Appiõe tñ grãmatico nõ aspharagus sed spharagus. Corrudã nñi appellant hãc herbã.
spinosi sunt Asparagi ex toto fere ut scorpius unde scorpiones quoq; a Columella fortasse nomi
nantur: quamquam asparagus cognomento scorpius, siue scorpio aliud genus est ut in scorpio
de herba disputabitur. post æquinoctium autumni flos exit e quodam folliculo secundũ aculeos
asparagã uero Theophrastus ꝓ planta ipsa uidet accepisse, aut etiã ꝓ loco ubi satus est asparagus.
Eodẽ etymo fere quo apd nos cepina, Rapiaq;. Theodorus corrudaginẽ q̃si aliud q̃ corruda, ge
nus iterpretat. Cato certe ad eũdẽ modũ corrudã: quo cepinã & rapinã accipit. In arũdineto inqt

corrudam serito unde fiant asparagi. Exit uere caulis cibo idoneus, tum scabrescit & processu in
florem abit: qui non ex ipso tantum sed ex prioribus erumpit. Non.n.caulem habet annuum.
hæc ueteres: qui altiles asparagos non uidentur nouisse. Corrudam attici non horminon (aliud
enim est) Sed orminion & ormenon potius. aliqui libycum asparagum dixere utiq; syluestrem
qui post inuentos altiles proprie corruda est. Corrudæ iterum species duæ candoris solo discri-
mine, candidiori efficacior uis tribuitur. Iulius Pollux syluestrem asparagida scribit uocari, sati-
uum: ormenon. Seruntur spongiis ortenses asparagi. ita.n. Radiculæ altilium uocantur. uellun-
tur præterquam primo anno radicitus. alioquin decerptis stirpes præfractæ angunt & quasi ex-
cæcant oculos spongiarum. nec patiuntur asparagum mitti: spongiæ post quadragesimum diē
inter se implicantur & quasi unitatem faciunt. post annos aliquot transferuntur fertilitate in de-
cennium durante. seruntur & seminibus paxillo dimissis. uiret thyrso siue stilo primum emican-
te: qui caulem educens tempore ipso quo fastigatus est, in thoros struitur. nullum iis gratius so-
lum quam Rauenæ fuit. quæ gloria in hodiernum quoq; mansit ei terræ. Nomen porro: aspara-
gi generale ē: ut betæ, blito, lactucæ, atriplici, maluæ, Rapo: Sinapi, radiculæ: pyrethro: brassicæ:
nasturtio: bryoniæ: lauragini ut in omnibus iis alia Res asparagus, alia frutex sit. Errant qui cor-
rudam pro eo capiunt, quem medicorum officinæ lupulum cognominant: foliis apertissime
reclamantibus, quæ in corruda capillamenti modo tenuata In lupulo, bryoniæ similia. Paulo
asperiuscula. caulis ei spinis horret. Cacuminibus tani & Corrudæ modo in torulos turbinatis.
flores habet foliaceos & candidos, qui fere allium uinumq; subolent. hanc græci uulgo bryon
uocant a bryoniæ ut puto similitudine. Bruscandulam quasi bryon scansile rura dicunt. aut hæc
omnino aut non absimilis huic herba est qua occidentis populi Ceruisiam suam maceratis hu-
more floribus cōmendant: sapore quodam uini: habiolam siue habillam Gallice uocantes. Hu-
mulum & Tholophin germani. Ego lupum salictarium a Plinio dictam censeo, subit enim scan-
ditq; salices & arbusta omnia circumuoluendo se complectitur. In flaminia quoq; lupus Repti-
tius uulgari nomine uocatur hodie. herbarum inquit sponte nascentium quibus utimur in cibis
in Italia paucissimas nouimus Fraga. Tanum. Ruscum. Batin marinam. Batin hortensianam. q̄
aliqui asparagum uocant Gallicum. præter has Pastinacam pratensem. Lupum salictarium eaq;
uerius oblectamenta quam cibos. habetur & aliud quoddam genus ut Idem Plinius testatur in-
cultius asparago: mitius corruda passim etiam in montibus nascens refertis superioris germāiæ
campis. Nam quod in Neside campaniæ insula sponte inquit oritur, optimum existimatur.

PLANTAGO CCCLVI

PLantago herba Stelephuros & Ortyx a Theophrasto dicitur. a Plinio selapyros & orty-
gia. Coturnix a theodoro uertitur, a dacis simpeax. alii thyetericem. alii theucaricon ap-
pellant, a nostris quandoq; septineruia. quamquam heptaneuron alia uidetur herba q̄
plantago. id quod ex emplastro quodam aduersus collectiones: cui nomen est botanicon: aper-
te liquet: quippe in quod tres quærantur herbæ. plantago ternis unciis. heptaneuron senis. leone-
uron quoq; ternis. Nec quæ sit leoneuron intelligo. Flosculus ei lanugineus ut frumento particu-
latim erumpens ut aphaca & intubum inter spicatas est Plantago, sed minor nigrioribus foliis
& linguæ pecorum simillimis. unde nomen apud græcos Arnoglosso. maior foliis laterum mo-
do includitur: quæ quia septem sunt. Heptapleuron nonnulli uocauere. Caulis angulatus & si-
milis napi. Arnoglosson & arnoglossa dicitur a græcis plantago.

SIVM CCCLVII

SIum latius Apio est. nigrius pinguius. Copiosum semine. Sion en hydasi a græcis uo-
catur. hoc ē Sium in aquis: siue aquaticum. hoc multi uulgo Cresionem dici rentur fal-
so promiscuum & acetarium olus & Refrigerantis naturæ. At Sium calfacientis est & o-
doratum. Sunt qui Lauer Plinio uocatum in Riuis proueniens utile torminibus coctum & con-
ditum. & ad calculos uesicæ crudum pro Sio capiant. nam & Dioscorides hoc loco Sium ait
a Romanis lauer dici etiam si lauer de scriptum est. Sunt qui herbam quæ ab eodem Plinio sila-
us dicatur in glareosis & Riuulis nascentem apii similitudine uesicis perinde laudatam pro Sio
& cresionibus intelligant. Ego in castigatione pliniana uerbum illud silaus adulterinum arbitra-
tus sum. nec silaus sed lauer scribendum. hoc autem lauer ipse pro cresionibus accipio, non pro
Sio: quod odoratum est, ut commonui.

SISYMBRIVM CCCLVIII

SIsymbrium siue ut Recentiores græci, Cimbium degenerat in nepitam aspectu sed odo-
re in mentā ut Theophrastus existimat. lætissimum nascitur circa piscinas & stagna & in
puteorum parietibus. folium in sicco nascenti angustius quā quod in Riguis prouenit

de quo mox agetur. Siſymbrio montes pleriq; ſcatent. ſicut Thracia ubi & ſerpyllum: aut aquæ deferunt ex iis auulſos Ramos: ſeruntq;. Item Sycione ex ſuis montibus, & Athenis Hymetto. Siſymbrium folio tantum coronat.

SISYMBRIVM AQVATICVM AVT SYLVESTRE CCCLVIIII

I ſymbrium ſyluestre a quibuſdam thymbræum appellatum pedali non amplius al
ſ titudine conſpicitur. huic cognomētum eſt cardamine, ut Galeno placet atq; Dioſco ridi.

CRETHMON CCCLX

Rethmon batis latine dicitur: q̃q̃ batis duplex, marina & hortenſiana: quā aliqui aſpa
c ragum uocant gallicum. liguria baticulā hodie quoq; appellat. Caulis ei palmum altus Plinio: cubitalis Dioſcoridi. Semen feruens, nucleo interiore, qui ut in Roſmarino cachrys uocetur. de marina potius q̃ de hortēſiana ſiue quod Idem eſt ſatiua loquitur Plinius quotiens crethmon nominat. proinde alio loco de Bati medicinis alio de crethmo diſſerit. Satiuam Batin & olus chordum a Columella dictam inuēio. hanc quia ſerotinum ſit olus quo modo & fenum chordum pro eo quod ſecundariū eſt, & auguſto menſe uellitur, autumnaleq; uocatur. Sed & pecus chordum, & chordum ſuem dicimus, ut græci Opſigonon. nam metachoeron uitiatus in utero partus ſuillus uocat͛ Ariſtoteli. hanc ruſtica Hecale apud Callimachum notatur apposuiſſe, Hippocrates æthiopicam Batin cōmendat. Eſt & Batis ſiue batos inter piſces quēadmodum & Botis, q̃q̃ ſunt qui botin pro herba potius q̃ pro piſce capiant. ut Athenæus inquit. batin atq; baton noſtri Raiam appellant. Nam quod græci Rhinā ipſi ſquatinam uocamus. cuius aridam cutē Hippocrates ichthyen nominat quamq̃ & inſtrumētum medicinale quo partus ex utero præciditur, Ichthya dici ſolet. Raiam certe theodorus pro batracho ſiue Rana quādoq; uertit, niſi alterutra lingua librarius errauerit. Batis porro piſcis in tria genera dirimitur. baton. liobaton. & aſterianbatin & exſquatina & Raia natus Rhinobatos.

CORONOPVS CCCLXI

Oronopus hoc eſt pes cornicis inter aculeatas a Theophraſto ponitur, ſponteq; naſcen
c tes interim & ſeritur medicinæ ad uſum. ſilago aut ſtilago dicitur a noſtris, a græcis etiā Coronopodion. ut Galeno. Sunt arabes qui hanc coruinū uocent. Nec prohibeo. dum res conſtet: quibus cuiq; libet uocibus utatur, illud monendi ſunt herbam: quæ modo pes corui nus ab officinis & herbicidis appellatur, nō tam coronopoda uideri, q̃ ranunculi genus quod polyanthemon cognominatur: quandoquidem aculeata & oblonga eſſe coronopus herba traditur & aluinis prodeſſe, Coruinus autē pes: auis eius & ranunculi ſimilitudine conſpicitur plurimis foliorum diuiſuris, cuius uel tactu ſolo puſtulæ ambuſti modo corporibus attolluntur flore aureo, copioſoq;: quibus notis Ranunculum polyanthemon uocatum coniiciunt.

SONCHOS. CCCLXII

Onchos in candidū, nigrum q; diuiditur, Lactucæ ſimiles ambo: niſi ſpinoſi eſſent cau
ſ le cubitali: intus cauo. ſed qui fractus copioſo lacte manet. Sunt qui nigro ueſci prohibeant: quaſi faciente morbos. Sonchum Hecale cum Bati ſupradicta Theſeo apud eundem poetam intulit: non tacendo Euclidis paraſiti dicto non inſulſo, qui ſonchum in coena copioſam apponenti ſenarium ex Euripide poeta protulit ubi Capaneus inquit.

μισῶ τραπέζαι ὅς τὶς ἔξορκα τάγαν.

Aculeatur poſtq̃ tenera eſſe deſiit & adulta facta ſonchos, ut Galenus inquit. Aetius hanc quandoq; dipſacon uocauit. Dioſcorides cicerbitam a Romanis dici prodidit: quod quidem uocabulum in Etruria hodieq; durat. Nunc Romanum uulgus criſpinos, Venetia lactucinos: folia ex aceto ſaleq; manduntur. Eſculenta eſt & Radix.

SERIS CCCLIII

Erin ſatiuam Dioſcorides non deſcribit: Sed ſyluestrem dumtaxat. Summa ergo intu
ſ borum genera ſeris, & cichorium. Seris lactucæ ſimillima Troximon a Recentoribus græcis uocatur. Iterum duplex hæc ſatiua quæ proprie dicitur ſeris minor cichorio & uenoſior, & Syluestris melior priore, nigra hæc & æſtiua. deterior hyberna & candidior. Cichorium, ſiue ut Theophraſtus inquit cichore: nunquam eſt ſatiuum. a latinis ambugia & Intubus erraticus, in ægypto cichorium nomen habet duplicis & hoc naturæ. folio anguſto chreſton & pācration propter ſalubritatem uocatum folio latiore, quod edypnoida cognominant & Leonis dens uulgari uoce dicta creditur. ſimilitudo intubis tanta cum lactucis ut neq; ex eodem genere dici poſſint, neq; item ex alio. hyemis quidem impatientiores ſunt quam lactucæ, uiruſq; præſerentes: ſed caule non minus grati. De Cichorio Theophraſti uerba ſubiiciemus in chondrilla: quando & illa ſpecies existimatur intubi a nonnullis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

CHONDRILLA. CCCLXIIII

Hondrilla siue Chondrillon olus est folio Intubi & propter amaritudiem Ingustabili.
c succus Radici lacteus. Copiosus: acer. Caulis fere pedalis succo manans amaro. Radix
fabæ similis aliquando numerosa. Gumi eius proximum terræ funditur. herbam mu/
res agrestes a serpentibus læsi mandunt. In Theophrasto Andryala. In Plinio Chondryala pro
Chondrylla deprauate legitur. hác Galenus speciem Seridis uná esse meminit. Germinat post
Virgilias. omnia Intubacea ut Theophrastus inquit ineunte uere caulem floremq; simul edunt.
Cichorium foliatu & caulibus & ab radice. Vnaq; cum emersu Ramusculorú flosculus emicat
In caule per partem ut Heliotropium usq; in autumnum. Caule magno surculisq; brachiato
pluribus. Itemq; ad uinctum quoq; lentis ut Radices: quarum prolixitate cótumaciter emoritur.
Fert & siliquam siue folliculum & in ea semen per extrema caulium. Intubam auem pleriq; falso
intelligunt amari secoris non herbam in Virgilii uersu.
Et amaris intuba fibris:
Quo doctissimus poeta ad genus illud intubi uidetur alludere: quod picris appellatur. Aetius
picrida pro cichorio syluestri: quod & Serin dici uult: accepit. Iulius Pollux auctor est appellatio
ne cichorii ueteribus Syluestria olera uenisse dumtaxat: quæ & gracilia & tenuia Cognomina/
bantur in Ouidio: ad cutem probari Seram legimus illo uersu.
Et simul instantis Corpora finge seræ.
Quod autem id genus sit fruticis: non ausim decernere: nisi quis ab eo seram pro seride uocatá
credat. ná & chódrilla quæ Ité seris est ad illú usum ut Dioscorides hac parte docet, adhibebat.

CVCVRBITA. CCCLXV

Vcurbitam satiuam Colocynthen græci uocant. Syluestrem Colocynthida. Erumpit
c satiua post quintum sextum septimum ue diem. Cucurbitæ multa genera. Satiuum &
colocynthis ut prædiximus. Tertium Somphos cognominata: quia sit inanis digitali
crassitudine non nisi in saxosis nascens. Cucurbitam marinam nonnulli putant. satiuæ fastigia
duo prima camerarium in tecta scandens leni umbra testudines & pergulas operiens. plebeiú
humi Reptat flagellis. In priore mire tenui pediculo libratur pondus ímobile: auræ. Crescit qua
cogitur forma in uaginas uitiles coniecta postquá defloruit: plerumq; & draconis intorti figura
libertate uero pensili concessa. Iam uisa est nouem pedum longitudinis. cortex uiridi tener dera/
ditur cibis: quemadmodum & primus quoq; caulis. ipsæ quo longiores téuioresq; sunt. eo gra
tiores, & ob id salubriores, quæ pendendo creuere, minimumq; seministales habét. Chrysippus
unus omnium damnabat eas in cibis cum tamen adagium illud celebre Iam esset. κολοκίωθηε
ῦγιεςέροι. hoc é saniore esse quá Cucurbita. Siccant fumo cucurbitæ hortensiorú seminibus con
dédis. Rusticæ supellectili Alexádrinæ maxime: Iá & in balnearú usum uenere urceorú uice, mul
to ét prius cadorú ad uina condenda.

CVCVMIS CCCLXVI

Vcumis a curuitate ut placet Varroni. Græce Sicys: & attico more Sicyos uocatur: & Si
c cydion a Phrynicho poeta & cucumeraria sycelata. cucumerem Heraclides Tarenti/
nus hedygæon uocauit, quinto, sexto, septimo ue die Emicat, Sed omnino celerius q̃
cucurbita. Radice breui ut pepo. dulciores fiút maceratis aqua, lacteue seminibus. Tres satiui dif/
ferentiæ Theophrasto sunt laconici, Scytalii: Boetii. Laconicis Rigatur. nó gaudent aqua Reliq.
Adiecit iis Euthydemus quos Dracontias uocauit. tanta porro naturæ cognatio est íter cucume/
res: pepones melopepones: cucurbitas: ut sæpe numero & ꝓprietates & nomina latini, græciq; có
fundát. ipsum quoq; instrumentú cucurbitulá græci a cucumere cognominant, Sicyam uocan
do: q̃q̃ non desunt qui sicyam hoc intelligát quod uulgo anguriú & palæstinus melo dicitur.
Athenæus certe Sicyá ueteres ꝓ cucurbita uocare solitos affirmat. Atq; ita & Nicandrú poetá uti
Georgicorú uolúine secúdo. apd græcos certe cucúeris appellatióe: pepóes quoq; ueniút. Deme
trius ixion sicyos dici uoluit ἀπὸ Τοῦ σεύεσθαι καὶ κίειν: quia uenerem cieát: qd tñ contra multi
sétiút. De cucúere ꝓuerbiú græci celebrát illo uersu. σικῦον Τρῶγουσα γῦναι Τὴν χλαῖναν ὕφαινε.
ut mulier uidelicet texendo cucumeré manducet. fortasse qm̃ textrices ut Aristoteli placet Impu/
dicæ sunt magna ex pte. Cæterú cartilaginei oía ea generis sunt, crescút quacúq; libeat effigie. ui/
rides Italiæ cucumeres & q̃ minimi sunt inquit Plinius. prouintiis quam maximi. Citrinos ni/
grosq; ꝓbant. copiosissimi Aphricæ, ac grandissimi Moesiæ. aquas ita diligunt: ut ad eas modice
distantes etiam dissecti arrepant. oleum odere mire ita ut in hamos curuentur, ne attingant. In/
uenti & sine seminibus sunt, macerato uidelicet semine farina cuiusdam herbæ, quam Culicem
appellant. citrinos cucumeres intelligunt qui uulgo citreoli a colore citri noíantur: maiores
multo uulgaribus nec striati, qui iam & í Italia passim nascuntur. particulatim floret cucumis sibi
ipe sup florescens: & sicciores locos patit. cádida lanugine obductus, magisq; dú crescit. seruatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

in muria usq; ad alios fere prouentus, & uiridis quoq; in sabulo locis opacis, feno sicco operien te. cucumeres in fistula ut est apud Hippocratem, dimisso flore mira longitudine quasi anguina specie prouenit. Quãq; anguinus cucumis idem uidetur esse qui Syluestris multo infra magnitu dinem satiui. Erraticus & angueus Columellæ appellatus a satiuo penitus differens uix ut solo aspectu gentilis ei appareat. Serotinum æstate germen & flos, gaudetq; frigidis. Cucumim nasci præcipuum in Arabia mox Cyrenis tradunt. Alii in Arcadia, similem Hel otropio, cuius inter folia & ramos proueniret semen magnitudine nucis iuglandis. Esse autem ad speciem Scorpio/ nis, cauda reflexa, candida, propter quod aliqui cucumim Scorpionium uocarũt. decoctio syl uestris sparsa mures non attingunt, cimices necantur. cucumis syluestris Elaterium quoq; dici/ tur quẽadmodum ex ipso succus. Vinum & inde fit phthorium uocatum ut post liquebit. herbã Culicem cuius hoc capite meminimus a Theophrasto conopa uocari censeam nec ne, quoniã & cynopa scriptum est maiori parte, non dixerim. Theodorus canis oculum & canuram cõuer tit, quasi cynopa nõ canopa probauerit. olus est hoc Theophrastus inquit primisq; post æquino ctium imbribus germinat. & inter spicatas herbas ponitur. a Plinio quoq; duobus locis dictum ut in castigatione pliniana demonstrauimus.

PEPO CCCLXVII

PEpo a Græcis Pepon a Theophrasto Sicyos & persicyos, quandoq; dictus a Polluce spermatias Cucumerum generi cõtribuitur. Siquidem cum magnitudine excessere, uocantur pepones. particulatim floret ut faba. Sunt qui & melopepones dicuntur in campania primum reperti, effigie mali cotonei, a quo & nomen fortuito natum ibi mox semi/ ne ex illo genus factum. Non pendent hi. Sed rotundantur humi figura & odore præstantissimi ubi maturuere q̃q; non pendentes statim a pediculo recedunt. Lusitani Regis liburnicæ iter alia meridianæ illius nauigationis miracula melones in Aethiopia nobilissimos haberi prædicant, quorum odorem Elephantes sagacissimi olfactus animal de longinquo sentiant, aduolantesq; cucumeraria tota depopulentur ac proterant. Illud propter iactatam a medicis controuersiã præ/ terire nolo: Auctores esse Græcos aliquos qui præcipiant, post pepones melopeponesq; uinum bibendum iis: qui pituitosi fuerint, biliosis uero acida edenda.

LACTVCA CCCLXVIII

LActuca lactucula & lactecula sicut apud Græcos Thridax & Thridacina dicitur & uul/ go myiulon caulem primo blandum: processu spinulis inhorrẽtem habet, die quarto aut quinto emergit. Suauior reciso caule Regerminat. semen lanugine oculitur. Ex iis candida tenerior & dulcior. lactucæ Græci tria monstrauere genera. unum lati caulis adeo ut oli/ toria ex iis hostiola factitari prodiderint Theophrastus & Plinius. foliumq; iis Paulo maius her/ baceo & angustissimum ut alibi consumpto incremento. Alterum Rotundi caulis. Tertium a gẽ/ te cognomento laconicum. sessile folio scolymi, Rectum amplumq;, nec brachiatum a caulibus alii distinguunt in nigras, Rubentes, candidas. ratione satus colores uariante. primas Ianuario. Secundas Aprili. Tertias Martio serentes. Quidam fastigia quinq; faciunt, purpureas & crispas utranq; Cecilianam uocantes. Tertium cappadoces. Quartum Græcas. longiora his folia. caules/ q; lati præterea longi & angusti intubis similes. Quintum genus picris amaritudine insignis. un de nomen alii crispam: fuscam: cappadocem Tartesiacam & cypriam ut Columella. cappadoci pexum densum, pallidumq; folium. Tartesiacæ siue beticæ: candidum crispissimum. cypriæ siue paphiæ rubicundum ex candido tenerrimum ac leue. Alii distinxere atram: quæ Meconis & Me conitis dicatur a lacte papaueris simili maxime soporifero quod apud antiquos italiæ solum ge nus earum fuit: & ob id lactucis nomen inditum. purpuream siue fuscam maxime radicis quam uocãt cecilianam a Cecilio metello dictam. Rotũdam minimæ. Sed latis foliis Artylida nomi/ natam siue ut Græca fides habet quæ & a mulieribus ita uocari scribit Astylida. Et Eunuchion a pythagora hoc est spadoniam quia hæc maxime refragetur ueneri, Candorem lacteum contin/ gere putant arte atq; cura: Sed iis dumtaxat quibus semen album est. Candida lactuca maxime hyemem tolerat. Irrepsit & Satiuis alia, ut Plinius inquit admodum probata, quæ Cecilia uo/ catur a supradicta Ceciliana quæ purpurea est differens. folio cappadociæ, nisi crispum latiusq; esset. de caprina & aliis agrestibus in lactuca dicemus Syluestri: & uno eodemq; pede quemad/ modum lactuca, ocimum, apium, eruca, & omnino genera olerum diuersa proueniant, Græcus Auctor Didymus memoriæ scriptum reliquit. Cyprii lactucam brenthisitin uocabant. Sunt & brenthiæ quædam radiculæ, quibus mulieres genas Rubificent. quas nonnulli fucũ aut anchusam interpretantur.

LACTUCA SYLUESTRIS — CCCLXIX

l Actuca Syluestris Radice breuior & multicaulior q̄ satiua est, spōte nascens in aruis folio pusillo, & ubi consumatum est, aculeato: caule candidiore a lacte copiosissimo acri medicatoq;, quod carpiť per messes scapo inciso, præclarum ad multa. Syluestris lactucæ plura genera. Esopon de qua hic agitur. Secundum caprinæ: qua pisces necantur Marinam Cornelius appellat. de qua inter titymalos sermo est. Tertium in syluis proueniens. Isatis uocatur: quod & duplex est. Satiuum & syluaticum ut suo constabit loco. Quartum Hieracium Rotundo folio: quemadmodum post liquebit. Cōmunes notæ syluestrium candor caulis interdū cubitali longitudine. thyrso & foliis scabricia. Succus omnibus candidus.

GINGIDIUM — CCCLXX

g Ingidium syria in ortis operosissima: unde natum sit adagium. multa Syrorum olera. simillimam staphylino & scandici herbam serit non differenda Recentium medicorum imperitia. Gingidium pro fumaria siue capno accipientium.

SCANDYX — CCCLXXI

s Candix olus est syluestre ut in brassica notauimus Plauto quoq; dictum. hanc Aristophanes euripidi poetæ obiicit ioculariter: matrem eius ne olus quidem legitimū uenditasse, sed scandicem. Vnde uerbum διασκανδικίζειν pro eo qď est διευριπιδίζειν Confictum, hoc est ad imitationem Euripidis aliquid aut dicere aut facere. Eademq; erat ut Theophrastus ait Enthusficon siue ut Athenæus & Plinius anthriscon, si tenuiora folia, odoratioraq; haberet. Et Iasione olus est Syluestre Repens in terra cum lacte multo florē fert candidum Concilium uocant singulari folio. Sed ut descriptio tamen & quasi Rudimentum multorum in ipso appareat Theophrastus Auctor. Plinius folium inquit unum habet Iasione, Sed ita implicatum ut plura uideantur, huius flos ut Theophrasti uerbis utar, Conceptaculo auersa parte nō indiget, Sed postrema eius exeunt in angulos qualis fere oleagineus aspicitur. Stimulat hæc herba coitum, lactis ubertatem præstat. phthisicis prodest. Infantium illita capiti nutrit capillum. In Plinio tamen pro Iasione lassina deprauatum erat duobus locis. Differt Scandix a sandice, ꝙ scādix herba est, Sandix metallica. Scandix aliter non describitur q̄ ꝙ olus est syluestre gustu acri subamaroq; foliis anthrisci, sed maioribus & minus odoratis. In exemplari Græco Dioscoridis appictam uidi scandicem feniculi folio fere cum corniculis in summo floribus luteis siue albis. hac ipsa specie in syluis quoq; uisitur frutice odorato flore cādido. Paulus Aetius & si Recte memini Galenus similem gingidio fecere scandicem.

CAUCALIS — CCCLXXII

c Aucalis olus est flore candido. Syluestris Daucos ut Galenus inquit a pluribus uocata propter similitudinem & gustus & uirium.

ERUCA — CCCLXXIII

e Ruca Euzomos Græce dicta: quoniam cōmendet iura. Concitat hæc morantē ut poeta inquit uenerē: frigorum contemptrix. Iccirco iungitur lactucæ in cibis ut cōtrariæ duarum naturæ temperamentum afferāt. Nemo ignorat florem erucæ candidum, multas in folio diuisuras esse.

OCIMUM — CCCLXXIIII

o Cimum prorumpit e terra celerrime. floret particulatim: contra q̄ olus cæterum. Primo parte inferiore, demum superiore, quo fit ut diutius quoq; floreat. Quemadmodum Faba & Heliotropium. Radix una descendit in altitudinem crassa & admodum lignosa. Cæteræ a lateribus exiles ac prolixæ. Semini cortex obducitur. uni ocimo aqua dať meridie: cum cætera matutinis Rigentur. feruenti quoq; aqua sparsum maturius prouenire dicitur sub canē exalbescit. Differre uidetur Ocynum ab Ocimo ꝙ ocynum pabuli & farraginis quodda genus est uocatum ab ocys uerbo quod ualet cito, ut Varroni placet, siue ab eo ꝙ citat aluum bubus & ideo iis datur ut purgentur. pabulariū & Catoni erat ocynū, sed sistebat eo bubus aluū. Id erat e segete uiridi desecta anteq̄ gelaret: Quāq̄ manibus carpendum non falcula secandum ut renascatur ocynum Cato præcipit. Sura Manilius aliter ĩterpretatur & tradit fabæ modios decem: uitiæ duos tantūdem & Eruiliæ in iugerum: melius & auena Græca: cui non cadit semen, addita misceri & autumno Boum causa seri solitos. hoc apud antiquos ocynum uocatum. De ocimo sunt qui scribant capras id aspernari & insaniam facere. Tritum si operiatur lapide Scorpionem gigni Manipulo eius cum cancris decem marinis uel fluuiatilibus trito. Conuenire ad eū Scorpiones a proximo omnes. In cibo pediculos facere. capras id esitare alii uolūt. habetur & syluestre ocimū quod aliud est q̄ acinos: q̄q̄ acinos quēadmodū & ocimoides a Romanis oci

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

maſtrum uocari Dioſcorides exiſtimat. Illud monendi ſumus de Syluestri ocimo nihil ſcripſiſ-
ſe Dioſcoridem. De Ocimoide nihil Plinium. Martialis de ocimo ſcripſiſſe rem miram dicitur:
ꝙ modo purpureos, modo albos, modo roſeos flores pariat. & ſi ex eo ſemine frequẽter ſatũ ſit
nunc in ſerpyllum: nunc in ſiſymbrium abire ſolitum. Recentiores Græci: qui de Ruſtica re ſcri
pſerunt Baſilicon & Miſodulon appellant ocimum. tantãq; cum eo feminæ diſcordiam ineſſe ꝑ
dicant: ut ſi pultario ſubiectum ſit: nec mulier id ſciat, futurum ut nũq̃ cibo manus admoliatur,
priuſq̃ ſubductum fuerit: ut fortaſſe huc alluſerit Perſius poeta illo uerſu.
Dum ne deterius ſapiat panutia baucis.
Cum bene diſcincto cantauerit ocima uernæ.
Pro excantauerit hoc eſt cantando excluſerit. Nam & Varro Plautuſq; ut ait Nonius, excãtare uſur
pant pro excludere. Meretriculam quandam corinthi Ocimum uocatam legimus in comœdiis:
ſicut aliam Abrotonum: quo & Themiſtoclis mater fuit nomine: q̃q̃ ſunt qui Euterpẽ uocatam
ſcribant: & aliam Thryallidem: & aliam ſiſymbrium: & aliam Meconidem. Et aliam Herpyllidẽ
& aliam Myrrinem.

OROBANCHE

Robanche cynomorion quoq; appellatur a ſimilitudine Canini genitalis, Enecat & ci CCCLXXV
o cer circũuoluendo ſe ut eruo. unde nomen orobanche dicitur a Recenti Græcia & oſ-
prioleon & leonteos botane hoc eſt herba leonina.

TRAGOPOGON

Ragopogon hoc eſt hirci barba quæ & ſcandix a Plinio uocatur, niſi quod ſuſpicor CCCLXXVI
t deprauata lectio eſt, deſcribitur a Theophraſto in hunc modum Radix longa dulcis.
folium croci longius, caule paruo. ſuper quem calix latus & barbula: quæ ſummo uer-
tice incana & prolixa funditur. Naſcitur in aſperis ſine uſu. Acetarium quidam olus hanc eſſe fal-
ſo uolunt, quam uulgo barbam petræ & in gallia ciſpadana barbulam hircinam uocẽt: habetur
& quæ gerontopogon ideſt ſenis ſiue præſbyteri barba dicitur, Tragopogoni fere tota ſimilis ni
ſi ꝙ lacte manat & radice amara eſt, non dulci. a Nicãdro Geraos Pogon fortaſſe nũcupata. Sed,
& radice dulci carpitur Romæ. Tragopogona uocari & in trago piſce Inuenio partem ſub gula
eius nigrantem ut Athenæus Auctor eſt. Tragos porro piſcis Exocoeto: qui & Adonis uocatur, ſi
milis deſcribitur: præter nigrum id quod ſub gula eum habere diximus.

ORNITHOGALE

o Rnithogale ſiue ornithogalon caulem habet ſemipedalem Plinio, Dioſcoridi duum CCCLXXVII
palmorum. Coquitur in pulte.

TVBERA TERRAE

Vber Græce Hydnon a Galeno dicitur, quidam a tumore legunt oednõ. a Theophra CCCLXXVIII
t ſto deſcribitur. carens medulla: neruis: uena: cortice. hoc & Aſchion ab eodẽ Auctore
nominatur. Sunt & alia ſine folio. aut herba aut caule ſupra terrã pluſcula cibo idonea ĩ
Aegypto maxime ut Aracidna & quod araco ſimile uocatur a Theophraſto. Plinius aracos ap-
pellat fructum, duo hæc pariunt ſub terra non minorem ſuperno: cuius pars carnoſa Radicem
mittit altam atq; craſſam, ſimplicem, cæteras uero quibus inſidet fructus: graciles atq; multas &
ſummo ceſpite cohærentes agit: nec folium nec herba ulla aut quicq̃ aliud ſupra terram cernitur.
loca modice arenoſa diligunt: quia porro geminum & utraq; parte fructum ferunt: amphicarpa
cognominantur.

SMILAX HORTENSIS

milax cepea ideſt hortenſiana, non eadem uidetur eſſe cum ea quæ læuis a Dio- CCCLXXVIIII
s ſcoride quarto libro cognominata eſt. Recentiores cum Aetio Phaſeolum a Dioſco-
ride hoc loco intelligi ſcripſerunt utiq; non candidum, Sed rubentem, qui & Lo-
bos & Dolichos dicatur & latine Siliqua. Et enim duo eſſe phaſeolorũ genera Paulus Egin-
eta in compoſitione quadam ad Renum uitia quæ διὰ τεττίγων uocatur indicat. Phaſiolos in
eam quærendo candidos quaſi ſint etiam non candidi, q̃q̃ eſt ubi Plinius ſiliquam ſylueſtrẽ di
cendo, ſatiuã quoq; fieri poſſe aliquam intelligat: de quo in Smilace tractet latius. porro Theo-
dorus cognomento Priſcianus q̃q̃ Recentiuſculus phaſeolo inquit uirtutem eam tribuũt ut &
uentrem ſoluat & urinam moueat. Dioſcorides Phaſeolos aluum: Lobia ſiue Smilacem urinas
ciere uoluit.

MEDICA

Edica nationem unde uenerit, teſtatur ipſo nomine: q̃q̃ imperitia uulgi melica uocari CCCLXXX
m ceperit. Theophraſtus perire ſtercoratã putauit, aut minctu pecoris incumbẽtis reſper-
ſam, per bella perſarum, quæ Darius intulit Græciæ aduecta ſcribitur. differt ab ea quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Medion uocatur, ut ſuo loco indicabimus. Medica ſeritur iactato ſemine. ita ut pabulum & fru//
mentum, tanta dote ut uno ſatu plus tricennis annis durare credatur. Similis eſt Trifolio, caule
foliiſq;, ſemper uirens ut Dionyſius eſt auctor. Item geniculata quicquid in caule aſſurgit in fo//
lia contrahitur. Sexies Refloreſcit. Cum minimum quater, modo non ſecetur. Areſcit ſurculoſa.
Poſtremo in puluerem inutilem extenuatur pabularium omnium cõmendatiſſima. hac quon//
dam plena erat Venetia, Sed pridem periit. Nunc in eãdem prouinciam Reuerti eam quaſi poſt
liminio curauimus ab annis multis fere non uiſam in Italia, Sed ne intellectam quidẽ magno//
pere qualis eẽt, allatam ex Africa in campaniam. Semen eius ſub dente phaſioli Recentis ſaporẽ
præſentat. propter altitudinem Radicum eius Reliquæ herbæ intereunt ſine ipſius damno.

APHACE CCCLXXXI

Phaca differt ab aphia, quæ olus item eſt ut aphaca, florem edens cum germine: differt
a & ab apharca: quæ arbor eſt Vnedoni ſimilis ut diximus. Aphacam Theophraſtus mo
do leguminum generi, modo inter olera connumerat: Et ut uerum fatear idem, an di/
uerſum genus ſit, fere ambigo, olus inquit ẽ aphaca imbribus ab Aequinoctio primis germinãs
per partes florendo, amaritudine inguſtabili aculeata herba. uerum ex mitioribus properat flos
eius. Sed breui marceſcit, & in lanuginẽ pappum uocatã ſoluitur, deinde alius ſubnaſcitur: atq;
iterum alius hyeme tota, & uere uſq; in æſtatem: qui & luteus ſit. forma ſiliquis aphace latiuſcula
ut Lenti: celeriter perit ut Dolichos. Necatur a Securidaca. Semen præter alias differentias madi//
dius eſt q̃ lentis. Inuenio e Recentioribus, qui uitiam eſſe aphacem exiſtiment.

PORRVM CCCLXXXII

Orrum, ſiue porrus die a ſatu decimo nono interim uigeſimo prorũpit. biennium per/
p ſert. ab eo tempore ſementeſcit emoriturq;. uermiculi porros braſſicam lactucaſq; inſe/
ſtantes, & alia quædam olerum Praſſocurides uocantur: quaſi porricidæ, aut etiã ut Pal
ladio uidetur herbicidæ: nõ ut Theodorus blattæ aluearioꝝ apud Ariſtotelẽ, ꝙ κυράμβων pro
κράμβων legerat etiam ſi tineas aluorum in Columella dici legimus ex ſtercore papilionum
naſcentes, & lucifugas blatas in Marone. Naſcitur & in mari porrum extra Herculis columnas ut
Theophraſtus inquit, Sed inter algarum genera. Capitatum porrum Græci cephaloton appellãt
& gethyllida. Sunt qui gethyllida ꝓ gethyo acceperint, quod & epithyllida uocauerunt. Didy
mus uir doctiſſimus is: qui tria milia & quingenta ſcripſit uolumina gethyum ſimile facit ampe
lopraſo mox dicendo. Gethyllides ut Athenæus inquit latonæ ſacras eſſe Græci uolũt, quoniã
olus id in Malacia pregnans Latona concupiſſet · Delphis legem eẽ, ut qui maximam attuliſſet ge
thyllida: ſportulam e ſacerdotis menſa caperet. has magnitudine Rapi creſcere nonnunq̃ tra//
dunt. Gethyon inuenio & getion ſine. y. & aſpiratione ſcribi.

AMPELOPRASSON CCCLXXXIII

Ampelopraſon dictum eſt, quoniam in uinetis folio porri naſcitur, Ructu graue.

CEPA CCCLXXXIIII

Epæ, aut etiam cepulæ caua ſunt folia: quod peculiare cum gethyo habet, nec niſi oleri
c bus hæc proprietas. plura earum genera. Sardiæ. gnidiæ. Samothraciæ. Setaniæ omni
um minimæ, Sed prædulces. præterea fiſſiles, & aſcaloniæ. Fiſſiles appellant quia hye/
me cum ſua coma inertes Relinquunt, & folia uere detrahunt. iis deniq; diuiſuris alia parte ĩferio
re ſubnaſcuntur. hoc exemplo Reliquis etiam generibus uelluntur, ut in caput creſcant potius
q̃ in ſemen, Aſcaloniarum propria natura. Et enim uelut ſteriles ſunt ab radice, nec parte illa craſ
ſeſcunt. Maturæ celeriter putreſcunt. Seri ſemine præcipiunt: quia depoſitæ caulem ſemenq; tan
tum reddant deinde inaniantur, & Euaneſcant. Samo & Sardibus candidiſſimæ proueniunt.
Iulius Pollux e Samothracia cõmẽdat. de creticis dubitatur an eædem ſint quæ aſcaloniæ: quia
ſatis capitari ſoleant. Sed diſtant ſapore tantum dulci. Reliqua cæparum genera depoſitu profi/
ciunt. Aſcalonium genus optimum Columella prædicat. In nomine eſt & Põpeia Cepa & mar/
ſica ſimplex quam uocant unionem Ruſtici, ea eſt autem quæ non fructificauit, nec habuit ſobo
les adhærentes. Cepa in rectitudinem diſſecta non germinat. Radix non ut allio nucleis includi/
tur, Sed tunicis ut Bulbus & Scylla. Cepæ Syluestres non ſunt ullæ, ut qui apud Ariſtophanem
poetam thymum pro cepa ſyluestri capiunt, erraſſe coarguamus obiter. Mentem lædi cepa qui//
dam ſcripſere. hippocrates conſpectu potius q̃ eſu cõmendaſſe dicitur.

ALIVM. CCCLXXXV.

Lium ſiue caput allii habet plures uelut cohærentes nucleos ſiue ſpicas, quas Græci
a Gelges & Aglithas, dorice ipſum quoq; allium aglidion appellant quandoq;, diſcri
men, ꝙ aliud prequox eſt ſexageſimo die maioreſcens. Aliud ſerotinum Eſt & In ma/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

gnitudine diuersitas Vlpicum nominatur prægrande. Græci Cyprium & antiscorodon præcipue celebratum Africæ, ob id & Aphroscorodon siue a spuma dicitur, a nostris Allium Punicū uocari consueuit. sed crudū inter pulmentaria rutis quæ Myttotos appellāt, Alio trito in oleo & aceto, ut mirari sit quantum ita increscat spuma. Myttotos ab odoris fastidio est dictus. In hunc & caseū quoq; addebāt. Alii genus placentæ faciūt ex oleribus ut Photion. Nos in Dioscoride q; hac parte myrton legitur, myttoton legendū monemus. Est & in nucleis diuortium: quo enim plures fuere hoc asperius sentitur. Genus esse Theophrastus ait sine nucleis. Radix primo extumescit in nucleos: deinde curuatur: ubi accreuit, diducit͂ iterū in nucleos & ex uno plura fiūt præsertim ulpicum ut cepæ: nisi matura protinus uellātur. Scordion a Scorodo idest allio, itē ab Ophioscordo id est allio syluestri differt: q̄q̄ imperitia medicorum fit, ut allium syluestre pro scordio in pastillos theriacos addi soleat: cum tamen scordiū folio Trixaginis nō allii descriptum legant: si modo auctores bonos audire sustinent. Sunt in alio quidem capita sed non solo: nam & in cepa & in porro capitis & capituli nomen legas apud Columellam. Alliorum manipulum Græci γεῤπηλιν appellant adhiberi solitū quibusdā sacris ut Photion inquit. In quibus mos erat allium mansitare, ne unguenta redolerēt. Comas eius cum capite solo Molyzam Hippocrates appellat. Caput ipsum etiam dætis uocatur, q̄q̄ dætis lampadem quoq; pusillam significat. Galenus auctor.

SCORODOPRASON CCCLXXXVI

SINAPI CCCLXXXVII

S Inapis & Sinapi & Sinape media ꝓducta legitur. Græcia & Napy uocat quasi Naphy ut Athenæus interpretatur qm̄ acri & proinde incōmoda natura esse uideatur. addit & pusillo corpore. Sinapi uero dici putat quia olfactū luminibus officiat ut Alliū. Athenienses etiam Thapsi & Saurion appellāt. Quinto die post satum comparet. eoq; semel sato, uix est liberare locū, quia semen cadens ꝓtinus uiret. Tria eius genera. gracile. secūdum Rapi foliis. Tertiū Erucæ. optimum Aegyptium præsertim ad sinapismum in quo usu & syriaticumd᷑ batur. Succus tribus modis exprimitur in fictili calescitq; in eo modice ad solem. exit & cauliculo inciso lacteus ad dentium dolores cū induruit. Fit & oleum ex semine ut docuimus. pro pulmētario quoq; in patellis decoquitur citra intellectum acrimoniæ. Coquūtur & folia sicut & reliquorum olerum. Pythagoras principatū ei dedit inter ea, quorū uis in sublime fertur: quia non aliud magis in nares & cerebrū penetret. Sinapismus a Dropace distinguitur q; Dropax cum pice fit. eoq; Pittotois & Pittosis, quoq; dicitur, hoc est oppicatio. Sinapismus e sinapi cōficitur. multoq; uehementior est dropace. ꝓpterea sinapismum dropax uel præcedit ut ꝑparet, uel conseqtur ut reliquias absoluat. maxime laudat͂ Dropax gallus cognomine.

NASTVRTIVM CCCLXXXVIII

N Asturtiū die qnto enascit͂: duorū generū mite ac syluestre. Prioris quoq; ratio duplex albi & nigri. Nomen ei a nariū tormento, uigoremq; uel ꝓuerbio significat iubente Nasturtium mandendum inertibus quasi torporem excitet: animūq; obacuat. cōtra uenerē inhibeat: q̄q̄ Dioscorides accendi eam putet. miræ amplitudinis in Arabia dicit͂ gigni. Nasturtium herbis reliquis succū adimit iuxta satis, quod ut apud Aristophanem poetam legit͂: hāc Græci non modo Cardamū, sed etiam Cardamida uocant, ut Galenus inquit & Hippocrates sauridion a Sinapis, quod & Saurion dicit͂ similitudine. milesiū nasturtiū ueteribus laudatissimū fuisse Iulius Pollux auctor est. Persas id cum sale mensis apponere solitos celebre est. cum principio frugalitatem amplecterētur mox aucto imperio in omne genus luxus ꝓlapsi.

THLASPE SIVE THLASPI CCCLXXXIX

T Hlaspe loculos fert peltarum similitudine, in quibus sit semen. folia latitudine digitali & longitudine. Galenus thlaspen. Dioscorides Thlaspi neutro genere ꝓnunciat. thlaspion & thlasposin Hippocrates: peltam amazonicam Iulius Pollux hederæ frondibus assimilat.

ARABA CCCXC

L Egebatur Draba nō Araba. Sed huius secūdi calce, ubi caput hoc repetit͂ arabis siue araba, nō draba scriptū est. Galenus Paulusq; nullā mentionem huius herbæ faciunt.

ERYSIMON CCCXCI

E Rysimon galli uelarum: Irionem Romani appellant. inter fruges annumeratur, caule ferulaceo ut sesama, fiore item ut sesama foliaceo amarum, fruticosum foliis Erucæ angustioribus paulo & sanguineis, omninoq; ut Theophrastus iquit Sesamæ proximū

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nisi esset pinguiusculum. Erisimon nostri herbarii significant: quæ uulgo Nobilis Eruca dicitur,
quam & Erucæ ueræ præferũt, ut mirum sit quamobrem inter fruges a Plinio cõstituta uideatur.

PIPER CCCXCII

Iperis genera duo Theophrastus constituit, Rotundi ut eruum. putamine carneq; sub
p rutila ceu lauri baccæ, oblongi nigri semina continentis papaueracea, quod multo ua
lidius priore iudicatur. passim in India sunt, ut Plinius existimat: quæ. Piper gignunt
arbores Iuniperis nostris similes, q̈q̈ in fronte caucasi solibus opposita nasci tãtum eas aliqui pu
tauere. Semina a iunipero distant paruulis folliculis, quales ĩ phasiolis uidemus Piper quod in/
temperie cœli carbunculatur lingua indorum Bregma dicitur significans abortum. hoc & palli/
dum est & asperrimum, Tria cæteri fecere genera. nigrum quod & commune dicitur a medicis:
Dioscoride: Paulo: Aetio. lenius longo & nigro est candidũ. Piper longũ facillime adulteratur
alexandrino sinapi. Emitur hoc in libras. xxv. albũ. xvii. nigrum. xiiii. utiq; Plinii temporibus. Ni
cander colophonius uetustatis studiosus nõ peperi sed Peperion appellat. Hippocrates uero me
dicum pharmacum. Aliud genus est apud eundem Hippocratem indicum pharmacum, quo fe
minæ, quibus anima fœtet: ora sibi colluunt. Medicamentum id est cuius compositiõem reddit
ipse. Cæterum est ubi piper semen indicum dicatur ab Hippocrate: in quo rotundum, quod in
est Myrtidanum uocari prodit. Est etiam ubi rotũdum piper strongylen myrtidani scriptum re/
perias in eodem auctore. syluestre porro gentibus suis est piper. Piperis arborem iam etiam habu
it Italia maiorem myrto nec absimilem. amaritudo eadem recenti & cum lactescit: quæ piperi. de
sideratur tosta illa maturitas. Ideoq; & rugarũ deest & coloris similitudo. huiusmodi est & quod
Lusitani regis diligentissimi liburnicæ magna parte meridiani situs ambitu Mauritaniæ circũue
cta retulere hoc anno. sed abest illa ut dixi retorrida rugosaq; maturitas. Nam solibus tostum pi/
per e candido & leui mutatur in nigrum rugosumq;. adulteratur Iuniperi baccis mire uim trahẽ/
tibus in pondere uero multis modis. In Aegypto granum Piperi simile paulo tñ maius nascit
Corsion uocatum ut Straboni placet. Est etiam num in India Piperis granis simile, quod uoca
tur Garyophillon grandius fragiliusq;. Tradũt in luco indico id gigni. aduehebatur odoris gra/
tia. Nunc & cibi ut piper Septentrionis maxime populis. Paulus Aegineta Caryophyllon non
Garyophillon uocandum existimauit quasi nucifolium: etiam si hanc inquit non habet naturã:
quæ nomine prætenditur, Sed flores arboris cuiusdam indicæ festucacei sunt & nigri longitu/
dine pollicari acres odorati sub amari. lignum eius Xylocaryophyllon appellant. ab huius odo/
re uiolarum genus altilium Caryophyllon uulgo dicitur ubiq; modo nascens.

ZINZIBER AVT ZINZIBERI CCCXCIII

Inziber in Arabia & Troglodytica in uillis nasci dicitur. parua herba precium radicis ĩ
z libras sex. quidam hanc & Sinsiberim & Gingiberim appellant. facile pertunditur Zin
ziberi ob incoctam quandam & excremẽtitiam corporis uliginem, ut Galenus inquit.

HYDROPIPER CCCXCIIII

Ydropiper quale sit in Plinio nondum comperi. Nam piperitis quæ & siliquastrum di
h citur non nihil ab Hydropipere uidetur differre, non solum medicinæ usu, uerũ etiam
descriptione. Monstratur. n. caule rubro & longo densis geniculis. foliis lauri. semine al
bo: tenui: gustu Piperis uulgo dicta costum. distat Porro siliquastrum a salicastro, ut in mẽtione
sui docebimus. sicut & a seliquastro. Et. n. seliquastrum herba non est, Sed antiqui generis sedile
ut Pompeius inquit. Georgius Tiphernas siliquam cerauniam in Strabone Siliquastrum interp
tatus est pessime. Non desunt qui persicariam modo nominatam hydropiper esse suspicẽtur. q̈q̈
folium persici huic reddatur unde nomen Hydropiperi uero mentæ atq; lauri. Est & in folio per
sicariæ litura, maculæ modo inscripta: quæ si fuisset in hydropeperi fortasse nõ omisissent aucto
res. Est ergo persicaria folio persici, flore cãdido spicaceo: gustu acri: semine minuto: caule nodo
so: Ruberti longo: quæ sunt omnia & hydropeperi tributa. liberum sit æstimãtibus iudicium.

PTARMICE CCCXCV

Tarmice subsalso herba gustu Diptarmice a quibusdam uocari solita, quoniam sternu
p tamentum iterari faciat.

STRVTHION CCCXCVI

Truthion a nostris Radicula uocatur spinosa herba non tamen acanacea flos sine odo
ſ re spectabilis æstatibus. caule lanuginoso. Semen nullum, Radix magna, quæ cõcidi/
tur purgandis lanis. Mirum quantum conferens cãdore molliciaq;. Nascitur satiua ubi
q;: Sed sponte in Asia Syriaq; saxosis & asperis locis præcipua. Trans Euphratem tamen laudatis
sima. caule ferulaceo tenui & cibis indigenarum expetita & tingenti quicquid sit, cum quo deco
quatur. folium oleæ a medicis aureum poculum uocatur. Hippocrates cõmendat nascentẽ in an

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

dro insula littoribus.ab hac similitudine potoriũ quoddam uasculum, fortasse Struthion appel/
latum sit.Smyrnæa mulier Galena floré hunc non Struthion, sed Strythion uocauit.Porro stru
theum latine,ut est apud Festum a salacitate passeris membrũ uirile significat præcipue i mimis:
ut qui passerem in Martialis & Catulli uersibus aliter accipiunt:nihil mihi dixisse uideantur. Ne
quis in ea re Politianum quia sine auctore loquitur, somniasse cauilletur.

CYCLAMINOS CCCXCVII

Yclaminos a nostris Rapum, & Tuber terræ dicitur, ut inquit Plinius nõ malum terræ
c ut Theodorus putauit.Nam malum terræ,ut Dioscoridi uidetur Aristolochia est. Erra
ticum uero malum a Plinio uocatum,& ad calculos Radice commendatum, quale ge
nus sit,nondum comperi: p̃ æterq̃ si quis,p anthemide accipiat,quando utilem uesicæ uitiis eã
nouimus, & Chamæmilon hoc est malum terrestre dicit a Græcis.Cyclaminos folia habet mi/
nora q̃ hedera nigriora & tenuiora sine angulis.flos ei, ut Plinius scribit,colossinus & i coronas
admitti solitus.Est aũt genus i eo nomine coloris ut Straboni placet a Colossis urbe Troadis ubi
præcipua lanitii commendatio fuisset, quemadmodum Laodiceæ coracinum pecus a colore ité
uelleris appellatum.sed cum duo florum genera cyclamino reddantur purpureum & candidũ
uter eorum colossinus dici possit extimandum relinquimus. de Coracino laodicensium uellere
etiam Victruuius.pernicialia cyclamino cum olere sunt odia.si quidem aduersam ei brassicam in
arescere affirmant. Sphaeritis herba quæ sit Aetio non constat. Quid si cyclaminon interpreteres
cum q̃ alopecias emendat, cum q̃ cyclaminos orbicularia latine dicitur hoc est sphæritis.

ALTERA CYCLAMINOS CCCXCVIII

Yclaminos altera est cui nomen ab hederæ floribus impositũ cissanthemos, de qua hic
c agitur.Plinius & tertiam cyclaminon demõstratam sibi prodidit cognomine chamæ
cisson uno omnino folio,Radice Ramosa:qua pisces necantur.Ideoq; hanc proprie
ichthyoteram uocari autumo,q̃q̃ nomen hoc a Dioscoride cyclamino primæ datur.

DRACVNCVLVS MAIOR CCCXCVIIII

Racũculus a caule uario draconis more dicitur:siue a cauda:quæ illi subrutila é & dra/
d conis itorti modo cõuoluta.dissonãt aliquantũ in hoc genere scriptores.Aliis dracũcu
lum ab Aro separantibus.Aliis idem existimantibus.Glaucias dracũculum syluestrem
Arum uocabat.Phænias Aron,& Aroniam.Aliqui Radicem Aron appellauere.Caulem dracũti
on.Theophrastus Aron putauit genus esse sub quo species quasi multæ continerentur. Dioscori/
des quatuor uidetur fecisse genera Dracũculum maiorem Dracũculum minorem.Aron & Arisa
ron:q̃q̃ in describendo Aro discrepat a Plinio.De dracunculo quoq; parum cõuenit inter eos,
ut sequenti capite liquebit.Dracunculus hordeo maturescente foditur,luna crescente, Serpẽtariã
sunt qui uocent.Inuenio apud Hippocratem & ophin herbam semine muliebribus medicinis
utili probari.Nec an eadem sit cum dracuntio satis constat,etiam si a serpente nomé habeat. Idé
Hippocrates candidam radicem cum nominat dracuntii Radicem,ut Galenus uult,intelligit.

DRACVNCVLVS MINOR CCCC

Racũculi duo sũt Dioscoridi maior, & minor,ut prædiximus.Plinio Tres, unus foliis
d betæ non sine thyrso flore purpureo similis Aro.Alter radice lõga ueluti signata articu/
losaq; tribus omnino cauliculis.Tertius folio maiore q̃ cornus,Radice Arundinea to/
tidem (ut aiunt)geniculata nodis quot habet annos, totidem etiam foliis.Aetius Dracunculi se
men occultari terra & piperi simile describit.Olitores & draconem uocatam serunt huic toto ge/
nere dissimile, quam mirabili quodam modo nasci prædicant ex lini semine incluso raphanis
aut scillæ bulbis atq; in terra obruto.pusilla herba.nigro ac minuto semine.folio tenui & oblon/
go,acri & utranq; originem prodente.linguam & folio & radice amburens & aceti & salis gustu,
pyretrum sunt qui a ueteribus appellatam falso putent hanc inter olera acetaria gratissimam. Ita
.n.uocare institui quicquid crudum manditur ex aceto sale oleo:q̃q̃ ortos suos prisci accetaria uo
cabant: non ab aceto ut quidam rati sunt, sed ab accipiendo quasi acceptaria:quippe quos ut in/
quit Cicero quasi alterã succidiam ueteres habuerint.Ab eodem uerbo & acetabulum deducit
ét si Græci Oxybaphon ab intinctu aceti nominant.ita.n.aceto uas dicatum uocabant:ut Athe/
næus testatur q̃q̃ & mensuræ genus significat,quod & cochleare dicimus.

AROS CCCCI

Rorum Theophrastus inquit radices inhibita germinatiõe fiunt altiles. foliis uidelicet
a terra obrutis.prægrandia hæc sunt,Ité caua cucumeracea. Radix nuda cortice quæ mã
di possit.Nam & folia in aceto inquit decocta edũtur.nec insuauis cibus est. caulem ei
nullum reddendo.differt a dracunculo si Plinium sequamur:qui radicem habet nigram in lati

tudine rotundam multo maiorem & qua manus impleatur Dracunculus subrutilam & intortā. semen ei feruens ac mordax Aro lenius quod & Galenus confirmat. In cibis Aros femina præfertur, quoniam mas sit dulcior & in coquendo letior. foliis Ari caseum ne cōputrescat, seruari affirmant: quod quidem a Dioscoride maiori, aut minori dracunculo tribuitur.

ARISARON CCCCII

a Risaros, siue Arisaron in Aegypto nascitur. Similis Aro herbæ, minor tamē multo, minoribusq; foliis, & utiq; radice: quæ tamen oliuæ magnitudinem prægrandis impleat. Alba geminum: altera unicum emittente caulem. corrupere nomen huius herbæ medici ut ab ipsis iam non arisaros: sed detritis duabus literis assarus dicatur: quod quidem & in asari mentione testati sumus. Est & Aris herba Hippocrati, nec qualis sit, & an pro arisaro capienda sit: non cōstat. Aris & instrumenti quoddam genus est.

ASPHODELVS CCCCIII

a Sphodelus de clarissimis herbarum hastula regia uocatur. Radice cibis apta. folio porri syluestris angusto, prælōgo, sublento, caule præcellenti qui cubitalis est: & sæpe duū cubitorum Antheriscos siue Anthericos a Græcis, Albucus a nostris proprie uocatus, differt antheriscus ab anthrisco, ut ex mentione scandicis facile colligitur. Asphodelus & aqua & sicco uiuit: lignosum ei semē, copiosum, triquetrum, colore atro. Nascitur in orbiculo subiecto flori, decidens æstate folliculo dehiscente. particulatim floret Asphodelos incipiens ab imo. uermes in eo uolucres, specie flosculorum eroso floris incipientis operimēto euolant. propriū huic cauli q tametsi leuis & angustus in ramulos tamen funditur superne. torret hic in cinere ad esum. Item bulbus cum semine, oleo & sale addito, cum ficis quoq; tunditur præcipua uoluptate ut uidetur Hesiodo in syluis eum nasci prædicante. Mētionem asphodeli & Homerus fecit, heroion siue ut alii codices Erineon appellatum ab aliquibus uideo. Cochleæ terrestres mire i campania caulem eius persequuntur, & suggendo arefaciunt. Bulbos eius napis modicis similes octuaginta sæpe simul aceruatos autumno colligunt, cum plurimum ualent. his mures necantur, & cauerna præclusa immoriuntur. Amuletum esse putant in domibus ante portas satum. Hellanicus prodit quosdam esse Nomadas in libya: qui nihil aliud possideāt, q̄ situlam, gladium, & calicē. Et ex asphodelo casulam, umbræ tantum gratia: quam & circūferant. Eius tamen genera duo faciunt Albucum intelligentes candidum: cui scapus cubito amplior purus, leuisq;. Asphodelum uero siue hastulam regiam cui acinosus sit caulis. Dionysius discreuit sexu marē & feminam pronunciando in ea.

BVLBVS VOMITORIVS CCCCIIII

b Vlbus Vomitorius, a Græcis Emeticos uocatur, foliis nigris.

BVLBVS ESCVLENTVS CCCCV

b Vlbi folium angustum ut omnibus fere bulbosis, Radice seritur hortensis. nam semine partim primo, partim sequenti anno prouenit: quod & in auena loto, betaq; cōspicitur. In Taurica chersoneso tam dulces sunt, ut crudi mandantur. laudatur ex alcathoe pelasga. ut Ouidius ait urbe candidus, hoc est, ut puto megaricus auctore Pausania. Sed ad uenerem. Idem auctor.

Daunis an libycis bulbus tibi missus ab oris,
An ueniat Megaris, noxius omnis erit.

Est & bulbi genus circa ripas amnium: cuius inter esculentam partem, & summum corticem lanea contineatur natura, ob id Eriophoros appellatum, ex qua uestes quoq; fiant. In Indis Bulbi non lanigeri sed criniti nascuntur. Bulbis amaritudo in uertice. habetur & bulbina rubicūdo radicis bulbo. Item candido & squamis carēte foliis paracæ ut inquit Plinius. Codices antiqui nō paracæ sed paruis habent. Ego porraceis legendum existimo: quandoquidem ita modo cernit bulbina, quam maurice Buberigi cognominant herbarii. foliis croci. flore uiolæ purpureo siue ferrugineo in spicis, nigro semine. syluestrium bulborum florem coronis inseruere ueteres anemonem uocantes post narcissum, ut Theophrastus inquit exeūtem uere. Codion bulbi eum florem Græci appellāt, haud scio an hic sit, qui per initia mēsis aprilis Narcisso similis erūpit maioribus diuisuris, ceu stella quaternis foliis cādidus cū caocis iterioribus & odoratus frōde porracea. Radice bulbosa ceu aliū, sine odore glutinosa. Bulbū ruffum Græci Bolbon & Hippocrates bolbion pyrron uocant. Inuenio apud Hippocratē genus syluestris oleris omoconitidē siue Oloconitidē uocari dulcē bulbo simili Radice uerum parua & oliuæ magnitudine ad secundas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Li° p. cap° x°

trahendas utili.

SCILLA CCCCVI

Cilla siue ut Varro appellat Squilla. Hippocrates uero etiã Scella. & terra & mari alitur,
f Radix sit bulbus an cyma siue fructus a Theophrasto dubitatur, quoniam sunt qui ra
dicem in ea geminam demõstrent. utcũq; tenera esu est nõ omnis, sed eius quæ ab usu
Epimenidia Scilla dicitur, angustiore folio ac leuiore q̃ reliqua eius genera, quibus omnino la
ta ea sunt. Germinant celerius quædam intra scillam consita. Nam & fructus condendos præser
tim granata seruat exempto pediculo prius. folio caulis ut in Croco & Narcisso ꝓsilit. florere ter
dicitur singulis floribus singulas sementes quæ ternæ, denunciat, cum senuerit folia demum emi
cant. Scillarum in medicina species duæ. alba quæ masculus. nigra: quæ femina. Genus unũ scil
læ aut bulbum eius omnem Hippocrates Schoenon uocat ut Galenus ĩquit: q̃q̃ sunt qui schinõ
scribant non schoenon in Aristophane poeta.

PANCRATION CCCCVII

p Ancration quam & scillam pusillam uocamus foliis lilii albi crassioribus aspicitur.

CAPPARIS CCCCVIII

Apparin siue ut Palladius Cappar alii diligentia marcescere affirmant. alii negant. fru
c tex est firmioris ligni, seminisq; & cibi uulgati. caule quoq; una plerunq; decepto. acu
leatos rosæ modo ramos habet. folio quoq; horridulo ac spioso, Radice una, caule hu
mili. germen & flos æstate roseus odoratusq; foliũ ad uergilias usq; uiget. sabulosis macrisq; gau
det. Quatuor ei genera. Arabicum quod & pestilens est ut Plinius, & Galenus ait. Africum, Mar
maricum. apulum. omnia quondam infesta. nunc mitia undecũq; illata. Quidam eum phylbo
staphylon Opheostaphylen uocant. Innocentius Italicum cibo. Capparis nisi area defossa hoc ẽ
circulari scrobe coerceatur & ripis undiq; circunstructis lapide, late serpit, Euagaturq; per agros,
& cogit solum sterilescere.

LEPIDIVM CCCCIX

Epidium Aegineta Paulus Hiberida siue Hiberiada iam uocari Coeptum scribit a Gale
l ni (ut arbitror) temporibus. lepidium ab eo ꝙ lepidas & maculas in facie deiiciat ac re
purget: quas Columella Fucas uocauit, appellatum Græci putant. Idem auctor Colu
mella duo genera Lepidii esse intelligit syluestris & satiui, ut syluestre quidam accipiant pro hibe
ride. satiuum pro lepidio. peregrinum inquit Plinius fuit & lepidium seritur a fauonio, dein cũ
frutificauerit iuxta terram præciditur. tunc runcatur stercoraturq;. per biennium hæc. postea iisdẽ
fruticibus utuntur, si non sæuitia hyemis impediat: quando impatientissimum est algoris. exit &
in cubitalem altitudinem foliis: non ut Hiberis nasturtii, sed laurinis utiq; per initia uerum mol
libus. post Gladioli retusi fere speciem accipiunt. ususq; eius propter acrimoniam non sine lacte.
herbarii modo hanc non lepidium, sed Raphanum appellant in Pannonia frequentem: ubi se
runt eam non aliter q̃ radicis scobe. Paulus lepidium inquit: quod apud nos habetur: folio lauri,
sed maiore multo nascitur: quod ei tñ æstate nullum est.

BATRACHION CCCCX

Atrachion siue Ranunculus, siue strumea: quoniam medetur strumis. nam Strumus so
b lani genus est. dicitur & Apiastrum ranunculus hoc est apium syluestre, uenenatum in
Sardinia. mãifesto Nigidii doctissimi uiri errato: qui apiastrum pro mellissophyllo ap
pellat: q̃q̃ hunc & Varro sequitur & Dioscorides. opacis gaudet. primum genus cui & color liui
dus ad latitudinem maluæ accedentibus foliis. Secundo generi: Caules ut Plinius inquit alti. ut
Dioscorides minores q̃ priori nisi librariorũ culpa fuerit μικροκαυλώτερον ꝓ μακροκαυλώτερον
scribentium. Genus ab his diuersum in totum uidetur: batrachion cognomine polyanthemos
caustica ui exulcerans cicatrices & ad colorem eas reducens & uitiligines cõcorporans. neq; aliter
indicatur a Plinio quale sit: nisi quis & hoc in unam quatuor specierum contribuat ac reponat. il
lam uidelicet: quam plurimis foliorum diuisuris & Plinius & Dioscorides deliniant uulgo di
ctam Pes Coruinus, alteram omnino q̃ coronopus. de qua superius habita mentio est. De uene
nato Salustius in Sardinia ĩquit quædam herba nascitur quæ sardoa dicitur apiastri similis. hæc
ora hominum & rictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit. In ea ĩsula ut Pausaniæ ac So
lino placet locis riguis prouenit iusto largior: nec tamen aquas inficit. Strabo ex hac ipsa herba
hispanos toxici genus conficere: quod urgente ui maiore haustum citra dolorem humanis rebus
exigat. A qua sardous uulgo risus, quod & Dioscorides in uenenis meminit. Homerus Sardaniõ
Risum uocauit illo uersu.

μείδησε δὲ θυμῷ σαρδάνιον μάλα τοῖον.

Meminit & Plato in re.P.Timæus aliam originem prouerbio huic reddidit, aliam Clitarchus, aliam Sophocles & Simonides poetæ.nos id in annotationes Plinianas distulimus.

ANEMONE CCCCXI

a Nemonen quidam Fremium uocari putant,sed scribendum est Phenion auctore Plinio.Edit florem suum haud multo post germen,Erumpit autumno post aphacen a primis imbribus.Inter aculeatas sed mitioris generis anemonen collocant.Quatuor sunt nominis huius fastigia.duo coronis dicata hoc est syluestris bulbi florem uocatum anemonen, & aliam anemonen,quæ Timonia siue Limonia potius cognominatur post heliochryson florētem & cum uiola nigra uere.Duo medicinis syluestrem & satiuam,de quibus præsens mētio copiosissima omnium est phœniceum florem habēs inter satiuas.satiuis omnibus folia Apio similia nec fere semipedalem excedunt altitudinem,Cacumine asparagi.flos nunq̄ se aperit, nisi uēto spirante,ob id anemone dicta.de Othonna syria herba:quam quidam anemonem existimauere,dicemus in loco.Nicander anemonem,anemonida solet appellare. eamq; ex Adonidis cruore natam ꝓdit.Sosibius anemonas a spartanis Phaenidas uocari tradidit.Horus anemonæ flores inquit in Aegypto pingi:quoties morbos hominum intelligi uolunt.

ARGEMONE CCCCXII

a Rgemonen & Argemida puto dictam a Dioscoride ubi de anemone loquitur. Folia habet Anemones æqualia & apii modo secta,nascitur in aruis apud nos ut Plinio placet.Genera eius tria faciēs ,ut id demum probetur quod radice Tus redoleat.diuersum uidetur genus esse quod apud Plinium Argemon nocatur.Argemones radicem Eupatorium a recentioribus appellari quandoq; uideo, auctoritate(ut arbitror) Dioscoridis in Anemone hoc īnuentis,ut aliud tamen intelligatur genus esse quod Eupatorium prope uocari solet.

ARGEMONE ALTERA CCCCXIII

a Rgemonen serpentibus & uenenis aduersari nouimus & ob id fortasse nomen habeat,cum sit Arges Hippocrati nomen anguis ut Galeno placet.

ANAGALLIS CCCCXIIII

a Nagallides frutice tenero,non altiores palmo nascuntur in hortis & aquosis.prior floret cerulea.mirum ꝙ feminam pecora uitant aut si decepta similitudine (flore.n.tātum distāt)degustauere,statim eam,quoq; asyla siue ut alii codices scripsere,casyla uocatur,a nostris ferus oculus.in remedio quærunt.præcipitur effossuris ante solis ortum priusq̄ quicq̄ aliud loquantur ter salutare eam,tum sublatam exprimere,ita præcipuas eē uires.Anagallin Dioscorides sauritin quoq; dici perhibet.sunt exemplaria in quibus gauritis non sauritis legatur.Hippocrates anagalgalin dicendo utilem mordendis & afficandis ulceribus anagallidem uidetur intellexisse. Aetius nycterida herbam ad oculorum albugines cum probat,pro anagallide ut puto accipiendam reliquit,quandoquidem & nycteritis a Dioscoride uocatur.Errāt qui pauerinam uulgo dictam florem candidum ferentem anagallida existimant.Quemadmodum & qui myosotin id est muris auriculam pro anagallide compictam præferunt.Anagallidē phœniciam a colore Paulus ægineta Corallium quoq; dici meminit:De quo & compositioni datum nomen quod diacorallin.q̄q̄ & pastillus est hoc cognomine,sed in eum lapis coralius nō hæc herba sumitur.

HEDERA CCCCXV

h Ederam frutices quidem uendicant,sed arborum magnitudinem crescendo æquat.folia primo angulosa:processu rotundantur.multa ei genera.humi repit chamæcissos:de qua in loco.celsarum tria capita:candidum:nigrum:& helix idest clauicula siue pampinus uocata.candidum aliud fructu solo.aliud fructu & folio.id quod fructu solo candet aut crassiusculum densum globatumq; habet eum & Corymbias uocatur.Athenis uero acharnicon irriguum aut minorem acinum sparsioremq; Racemum & Silenition appellāt.Simili modo in nigra cui & suæ quædam differentiæ sunt,sed minus perspicuæ.alicui.n.semen nigrum. alii crocaceum,cuius coronis poetæ utātur.foliis minus nigris:quam & nysiam,& bacchicam,& dionysiam uocabant maximis inter nigras Corymbis.cuius duo genera fecerunt a colore acinorum, Erythranō,& Chrysocarpon.Helix ab hedere distāt apertissimo discrimine.primū folia huic angulata concinna exigua.hederæ simplicia rotundioraq;.distat & lōgitudine internodiorum præcipue tamen sterilitate,quoniam fructum non gignit. Quidam hoc ætatis uitium intelligunt. primoq; esse helicem,& hederam senectute fieri:quod quidē falsum esse Theophrastus & Plinius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

contendunt, cum quia folium & germen Helicis ab hederæ q̃libet annosæ folio plurimum differat: tum quia plures eius differentiæ noscãtur, herbacea seu uirens quæ numerosissima est. Altera folio alto, tertia uersicolore, quæ thracia uocatur, herbaceæ duplex genus. In uno tenuiora folia digestaq; per ordinem, lõgiora densioraq;, in altero diuersa omnia in minus, in uersicolori quoq; alia folio crebriore, tenuiore: ordinato, in altera incondito: nunc maiore: nunc minore: maculosoq;, in candido genere, alia plus, alia minus sunt candida. Crescit in lõgitudinem potissimũ herbacea. Nunc reuertor ad hederam, hedera ubi sementescere occepit, germẽ sublime rectumq; agit. Radice numerosa, contorta, densa, crassa, lignosa: nec admodum profunda præsertim nigra: & candidarum quæcunq; asperrima immitissimaq; est, hæc & arbores amplexu & suctu strangulat, tãta crassitudine ut ipsa per se arbor fiat, signa eius folia maxima & latissima, mammas hoc est germina subrigentis, quæ sunt cæteris in flexæ. Racemi stantes atq; recti. Radicosa & robusta huic maxĩe uni brachia, post ipsam nigræ, sed proprium albæ q inter media folia emittit brachia quibus arbores complectitur, & parietibus obrepit: pluribus hæc locis succisa durat, atq; uiuit, & totidem initia radicis habet: quot brachia, ob id flexipedæ cognomento apud poetas. In nigra & alba aliis dulcedo acini, aliis tanta amaritudo ut aues non attingant. Est & rigens hedera, quæ sine adminiculo stat sola omnium generũ ob id uocata cissos a Theophrasto & Plinio quasi Columellam in eo uocabulo significent, sed summa diuisio iisdem auctoribus ĩ marem, & feminã, q altera folium durius, pinguius, maius habeat, & florem ad purpuram accedentem. Altera non habeat, utriq; tam flos syluestri rosæ similis: sed minor & inodorus. Quæ descriptio uidetur recẽtioribus quibusdam non Hederæ sed cisto conueniens, cui & sexus & flos punici tribuitur, Sed Theophrastum sequutus est Plinius li. stirpium sexto: hæc ipsa nõ de cistho sed de hedera prodẽtem. Hedera Theophrasti ætate in Asia nasci non poterat: nec in India nisi monte Mero, unde ortus est Bacchus. Frustra & Harpalum laborasse omnimodo tradunt ut serere eam in Medis. Inimica arbor satis omnibus, sepulchraq; ac muros rumpens. Serpẽtium frigori gratissima. Vsos in funes, & armamenta nauium hedera ueteres auctor est Athenæus, quam e Rhodano petebant ut canabim. Catonis experimentum uolenti scire aqua in uinum addita sit nec ne: ut uasculum e materia huius faciat, uinum quod erit dilutum transfluet: aqua manebit, nec. n. continet uinum inqt uas hederaceum: quod poculi genus græci cissybion ab hedera uidelicet appellãt, q̃q̃ pro quocumq; ligneo id accipitur. In quo significatu & cymbium & cypellum quãdoq; sit. Alii uetustos calices cissybia intelligũt propterea q in Didymei Iouis dedicatione foliis hederaceis libare moris fuisset. Cymbia uero quæ ansis careant oblonga & angusta nauigii speciem præbẽtia. De hedera cilicia: quæ tamen hedera non est in Smilace trachea quarto uolumine monstrabitur. Cisson hoc est hederam pusionem Liberi patris fuisse Græcia cõfinxit ĩ nominis sui fruticem cõuersum dum minister cum eo deo saliens terræ allisus periit. Atheniẽses citton ipsum Bacchum uocãt & apud se Acharnis uico natam hederam primo uolũt, ut ĩquit Pausanias, syluestrem hederam cerui phalãgio percussi mandũt & liberãtur. Aelianus auctor.

CHELIDONIVM MAIVS CCCCXVI

c Helidonium, siue Chelidonia siue Chelidonea hoc est harundinaria maior fruticoso caule, folio pastinacæ erraticæ ampliore, ipsa altitudine duum cubitorum, flore luteo Collyria quoq;, quibus ex hac utũtur, Chelidonia appellãtur.

CHELIDONIVM MINVS CCCCXVII

c Helidonia minor folia hederæ habet minus cãdida.

OTHONNA CCCCXVIII

o Thonna herba nascitur in Syria Plinio secũdo. Paulus othonnam uocando in compositionibus plerisq; maius Chelidonium interpretatus est. Sed aliud tamen genus est Othonna quod hic describitur.

MYOSOTIS CCCCXIX

m Yosotis Alsine cognominata quasi nemoralis, nascitur & in hortis & maxime in parietibus. Incipit a media hyeme. Arescit æstate media cum prorepit auribus musculorum expressis, de hac sub uocabulo alsine repetũtur omnia hæc libro quarto, propterea nihil ibi diximus, dicũtur Myosotides, & Myosotæ a Galeno.

MYOSOTIS ALTERA CCCCXX

m Yosotis hæc quæ posterior describitur iustius Myosotis tm̃ dici solet q̃ pxima quæ Alsine potius, q̃ Myosotis appellata sit uetetibus.

ISATIS CCCCXXI

Satim lactucis syluestribus annumerãt. duo ei genera Plinio redduntur itemq; Diosco
i ridi, nascens in syluis, alterum in sectoribus dicatum: quod & satiuum Dioscoridi Ga/
lenoq; uidetur. Plinius syluaticum uocari tradit. simile Lapatho syluestri folijs, nisi plu
ra essent & nigriora, quam uulgus modo gualdum, ueteres Glasdum, siue Glastum lingua galli
ca dicebant. Eo Britanni mares & feminæ oblinebãt se. Mares ut ceruleo colore metum hostibus
afferrent. feminæ ut in quibusdam sacris incederent nudæ, colorem æthiopum imitantes. isatim
Dioscorides Egnen quoq; uocari prodit. credo hãc ab Hippocrate Icnen, siue Ignẽ dici. Diosco
rides Isatin latine dici rutam: apuleius alutam scripsere. falsum utrunq; suspicor. & lutam siue lu/
team uocari credo. de lutea herba Plinius & Vitruuius inter colores tantum loquuntur. Plinius
Chrysocolla inquit illa quoq; herba tingitur, quam Luteam appellant. Idem paulo post: luteam
chrysocollam ab herba lutea dictam putant, quam ipsam ceruleo sublitam pro chrysocolla indu
cunt. Vitruuius qui nõ possunt inquit chrysocolla propter raritatem uti herba, quæ luteũ appel
latur, ceruleum inficiunt: & utuntur uiridissimo colore, hæc aũt inquit infectiua appellatur.

ISATIS ALTERA CCCCXXII

E hac Isati dictum est in satiua proxima: qui & Radiculam quæ sit Struthion Isatin uo
d cari putent, ducuntur mendoso loco: quem nos in Plinio correximus. xviiii. naturalis
historiæ libro.

ARABIS CCCCXXIII

Rabis hæc est: de qua superius quoq; dictum est. q̃q̃ ibi drabam non Arabida legi de/
a prauate commonuimus.

TELEPHION CCCCXXIIII

Elephion uagum & cõmune plusculis herbis nomen. Dioscorides senos septenosq;
t ab radice ramos ei tribuit. Plinius etiam octonos. differe hãc merito existimant ab alia
quam diximus hoc libro Telephion & Andracnen agriam uocari, quandoquidem tã
Dioscorides q̃ Plinius medicinas earum, atq; notas seorsum utriusq; reddunt, ceu duorũ gene
rum. Telephion hic descriptam sunt qui eãm putent esse, quam Romanæ officinæ pulmonariã
uocãt. Vegetius ĩ mulo medicina pulmonariam siue pulmonatiam appellat: quam & cõsiligin͂e
dici tradit bubulcis & mulomedicis hoc est ueterinariis, præclare cognitam.

SECVNDI COROLLARII LIBRI FINIS.

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI IN TERTIVM HERMOLAI BARBARI COROLLARII LIBRVM PRAEFATIO.

c Omplesse miraculum sui Natura uideri poterat: cum tot odores, tot succi, tot arborũ fructus, hinc animalia rursus & Cereris dona, atq; hortẽsia recẽsita sint. quæ omnia Parens illa optima, ne nulla nõ parte sui prodesset: nõ ad usum tãtum mortalitatis, uerum etiã ad uoluptatem edidit. hæc igitur Naturæ peculiaris laus: hæc præcipua dos fuerit: & tot ad usum nostrum genuisse, & cotidie gignere, quæ occultas in se singula uires habeãt. Nec cõtenta una altera ue terrarum parte munificentiam suam ac opes ostẽtasse: totum orbem benificẽtissima complexa est. nullo certe maiore eius miraculo: si fateri (quod ille inquit) uerum uolumus. Illa igitur a mæoticis usq; paludibus herbam scythicam: illa ab Atlante extra anni cæliq; uias euphorbiam petere nos docuit. Ne deficiẽte terra, remedia etiam homini deessent. Quid quod & ipsas oceani extremas ad septẽtrionẽ insulas, & exustam æthiopiæ plagam aperuit: ut inde Britãnicam, hinc æthiopidem ad nos afferret: iam ne his tãtum profuisse uideretur, quæ aut satu occurrãt, aut cibo placeant, mõtium culmina, & solitudines aliis inaccessas, ipsius isuper sacræ parẽtis fibras ac uiscera scrutari nos uoluit: ut radices etiam eius penetralibus abditas ac semina ad remedia nobis salutaria uerteret. eo usq; benignitate progressa, ut syluarum lucorumq; horrida facies medicinis nõ careat. ipsaq; solitudo opem nõ minimam præbeat. Quod cũ ita sit peractis his: quæ superiore sui parte tellus ferat: passimq; alat: eius ad hæc secreta rimabimur & radices retũq; semina: uitæ non minus profutura, q̃ superius a me dicta Iam nũc homini mõstrabimus.

HERMOLAI BARBARI VENETI PATRITII ET AQVILEIENSIS PATRIARCHAE COROLLARII LIBER TERTIVS.

AGARICVM CCCCXXV

Garicum in arboribus nascitur fungi similitudine circa Bosphorum colore cãdido, masculus amarior. Galliarum quoq; glãdiferæ maximæ arbores agaricum ferũt. Est autem (ut dixi) fungus odoratus in summis arboribus nascẽs. noctibus relucẽs, & cãdidus. Ideoq; in tenebris decerpit.
a Dioscorides agaricum ueneni uim habere: Sed id, quod nigrum ẽ: affirmat: & Regione sarmatarum quæ agria hoc est syluestris dicitur nasci. Quidam codices nõ agriam, sed agariam habẽt: utrũq; tueri possumus primum ex Plinio. Regio inquit sarmatiæ syluestris hyleum mare quo alluitur, cognominauit. Alterum ex Ptolomæo qui Agarum & urbem & amnem in Sarmatia uocari tradit. Appianus Alexandrinus agaros scythicam gentem contra serpentium morsus adhiberi solitam refert, propter quod Mithridates eos apud se habuerit.

RA PONTICVM

r A ponticum radicem ponticam a Cornelio uocari censeo, a Galeno & Paulo Rheon, a Plinio Rhacoma, nisi deprauatus (quod fere suspicor) locus sit. uulgo Rheu. Aetius Rhaon. Plinius costo nigro similem demõstrat, i cætera cum Dioscoride conueniens. habetur & Rha Barbarum multo præstãtius, efficaciusq; pontico, sed ante Paulum æginetam fere medicis incognitum. eius mẽtionem auctor is in compositione quadam ad podagras habuit.

GENTIANA CCCCXXVII

g Entianam ubiq; nasci, sed copiosissimam sub alpinis montibus in illyrio, prestantissimam affirmant folio fraxini, magnitudine lactucæ, caule tenero, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore aquosa.

ARISTOLOCHIA CCCCXXVIII

a Ristolochiæ color ater folium Alsinæ ut Theophrastus inquit rotundius. nascitur in montibus præcipua. Genus quadruplex in ea latini seruant, unũ rotundæ quã & pheu xicterõ uocabãt aliq foliis ĩter maluã & hederã nigrioribus, pinguioribusq;, qua cõtusa cũ calce ĩ mari sparsa pisces aduolãt cupiditate mira, ut ait Plinius uidisse id testatus, cõtinuoq; exanimati fluitãt, ob id piscatores inqt cãpaniæ uocabãt hãc uenenũ terræ. Nũc & cyclamini radice id cõtigit ĩ eadẽ terra: ut putant. Alterũ masculæ atq; lõgæ, tertiũ radice lõgissima q̃si uitiũ

nouellarum,efficacissima quæ & cretica nominatur flore purpureo , colore buxeo bacculas fe//
rens,ut Capparis:quæ tamẽ tria i omnibus quoq; iueniũtur generibus.Est & quarta pistolochiæ
noie tenuior q̃ tertia dẽsis radicis capillamẽtis,iunci plenioris crassitudine.hãc qdã polyrrhizon
cognominant & satyrion esse dicunt ,ut in ea mentione docui . odor omnium medicatus, Sed
clematidi,hoc est tertiæ iocundior:Nardinis quoq; unguentis conueniens.Effodere eas messi//
bus tempestiuum est , maxime tamen laudatur Pontica & in quocunq; genere ponderosissima
quæq; medicis aptissima.nascuntur fere pinguibus locis & plano ut quidam scripsere.

ARISTOLOCHIA ALTERA CCCCXXIX

d E hac qualis esset proxime indicatum nobis est.

ARISTOLOCHIA TERTIA CCCCXXX

d E hac quoq; in primo aristolochiæ genere disserui.

GLYCYRHIZA CCCCXXXI

Lycyrhiza,siue ut Palladius glycyridia, Sunt qui hãc & Eryngem eandẽ esse falso pu
g tent,quoniam spinosa & foliata uideretur.fruticosa est prestantissima in Cilicia.deide
Ponto Adipson uocatur:quia sitim famẽq; sedet.carpitur Vergiliarum occasu:quæ lõ/
ga est ceu uitis,colore buxeo.melior nigra quæq; lenta q̃ quæ fragilis.

CENTAVRIVM MAIVS CCCCXXXII

Entaurion maius caules habet geniculatos,folia lata & oblonga & ab radice densa,ra/
c dix tenera fragilisq;.durat annis nec ultra duodecim.cõmendatissima in iis quarũ Dio
scorides meminit Regionibus prꝛterq̃ in Alpibus.dicitur & Centaurea & Chironion
quia curatus ea Chiron sit,cum Herculis pertractãti arma sagitta excidisset in pedem.nostri herba
rii aliud centaurium maioris cognomine demonstrant flore luteo:foliis per iterualla binis auer
sa parte candicantibus interna uirentibus salice maioribus & connexis fere.

CENTAVRIVM MINVS CCCCXXXIII

Entaurion minus a foliorum tenuitate lepton cognominatum,sicut libadion quoniã
c secũdum fontes nascitur.ipsa herba legitur autumno.Succus e fronde aut caulibus cõ
cisis madefactisq;.xviii.diebus capitur.hoc cẽtauriũ nostri Fel terræ uocãt propter ama/
ritudinem sũmam,galli exacon,quoniam omnia mala medicamẽta potum exigat per aluum.
Est & Centauris appellata cognomine Triorches.hãc qui eruunt,iubẽtur accipitrem cauere, di/
ctum a numero testium triorchem,quoniam ut Theophrastus inquit raro nõ uulnerãtur ab alite,
qui colligunt.Tradũt & per se infestam esse carpẽtibus:raro unq̃ nõ feriẽtibus se,dum secãt.hæc
succum sanguineum mittit.imperiti miscent has notas & uni generi assignant:nam quod cẽtau
rion panaces uocatur,alterius est naturæ,ut in panace mõstrabimus,huius radix minori peni//
tus inutilis medicinæ est ut Galenus quoq; scribit.

CHAMELEON ALBVS CCCCXXXIIII

Hamæleontem album a Theophrasto ixinem uocari Theodorus existimauit,quia car//
c duum pineam iterpretari uoluit:quæ nihil aliud est,ut Dioscoridi placet q̃ albus cha//
mæleon.Plinius in Theophrasto nõ ixinem,sed helxinem uidetur legisse.fere suspicor
utrũq; falli Theodorum & Plinium.Theodorum quia chamæleontem albũm ixiam quoq; dici
nouerat.Sed aliud est ixine,aliud ixia.Theophrasto noni uoluminis initio,ubi nõ omnibus lo/
cis.sed in Creta lachrymam ab ixia hoc est(ut arbitror)chamæleonte albo fũndi scribit. Plinium
quoq; decipi existimo affinitate uocis helxinem pro ixine capientem librariis alterum pro altero
scribẽtibus:qui modo parum diligentes modo nimis scioli peruertunt omnia. tres igitur herbæ
sunt Helxine,ixine. Ixia.Ixia chamæleõ albus est Hippocrati & Galeno.de helxine suo loco agi
tur,ubi de ixina quoq; disserendum nobis erit.Chamæleontem album Ixion quoq; dici uideo
quia uiscum gignit album nõ ubiq; sub alis foliorum maxime circa canis ortum cum tura nasci
dicũtur.Succus Radicis decoctæ mures cõtrahit & necat,nisi protinus aquam sorbeant,uolenti/
bus scire uicturus sit æger nec ne:præcipiũt radicis diluto perfundi triduo qui lãgueat: moriturũ
negãtes qui tertias uices perferat.Theophrastus Auctor.nascitur æque omnibus locis capite ma//
gno & Acano herbæ simili,unde quidam inquit eam uocauere Acanon:quod quidem & ixine
appellata continet.

CHAMAELEON NIGER CCCCXXXV

Hamæleon niger spinosi generis,uerum foliis aculeatis nõ constat,gelidis & inertibus
c locis prouenit:ex nigris aliqui marem dixere:cui flos esset purpureus,feminam cui uio
laceus uno nascũtur caule,cubitali.Vlophyton uocatur quoniam anginæ modo iuuẽ/
cas necet,& ab odoris grauitate cynizolon,ferunt & nigri uiscum:Sed quod pro mastiche non
sit,ut ex albo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

CROCODILION CCCCXXXVI

Rocodilion radice lõga æqualiter craſſa,odoris aſperi.Aetius hanc fortaſſe itelligit,cũ
c radicem Crocodiliadis eius, quæ maxima eſt,commendat in eo capitum dolore
qui cephalæa dicitur.

DIPSACOS CCCCXXXVII

Ipſacos folio cauo,in quo ſalſus ros:naſcitur in aquoſis & flumine:huius herbæ cardu
d us is eſt:quo rudes panni,uelut echino quodam,ut inquit Plinius,ueſtes expoliũtur
& colluuntur.floccis ſiue fimbriis quas Græci Crocydas appellant detractis, compla/
natiſue.hic frutex Labrum ueneris aut uenereum latine dicitur.

ACANTHA LEVCE CCCXXVIII

Cantha leuce hoc eſt ſpina cãdida,ut ſuperius quoq; diximus,aliud genus eſt,q̃ Leuca
a cantha ſiue Leucacanthos,etiam ſi & hanc nonnulli Galeno teſte leucacanthon uocare
conſueuerunt.habetur ſed inter arbores uel promiſcua,quæ Spinus albus uulgo dici/
tur,cortice ligni candido:molli folio:aculeata tota pruni magnitudine:quo nomine ueteribus
cognita hæc ſit,haud poſſum reddere.

ACANTHA ARABICA CCCXXXIX

Canthen hoc eſt ſpinam arabicam nõnulli hanc eſſe putant,quam Plinius lamam uo/
a cauit etiam in India naſcentem,a qua gummi adulterio myrrhæ ꝓuenit.ut in myrrha
& maſtiche notauimus.Eandem hanc cum ægyptia ſpina Acaciam fundente nõnulli
faciunt:quoniam Galenus & Paulus hanc & ægyptiam & arabicam appellant.

SCOLYMOS CCCCXL

Colymos a Theodoro carduus,diu floret ac ſero.diſtat a cæteris ſpinoſis ꝙ radix eius
s ueſcendo eſt decocta & cruda maxime dum floreſcit,ꝙq; lacteum ſuccum durata emit
tit.circa ſolſtitium flos incipit.Seneſcens in pappos amittitur,quod quidem ẽ huic ge/
neri cõmune.Mirum ꝙ ſine interuallo tota æſtate aliud floret,aliud cõcipit,aliud paritur. Semẽ
uliginoſum & armatum aculeo.folium areſcens deſinit pungere.Caput ei Theophraſtus cõtra q̃
Dioſcorides,ſpinoſum negauit,Sed oblongum haberi dixit:quod in hoc uno tantum ſpectet
inter ea:quæ lanugines folio ſpinoſas obtinent.Naſcitur ſimilis Scolymo Carduus circa Tegeã
radice dulci,quam cum Pandius ſtatuarum magiſter eſitauiſſet,alienatus mẽte fertur. hactenus
Theophraſti de ſcolymo ſententia.nunc quæ cæteri ſcripſere uideamus.Scolymon oriens & Li/
moniam uocauit.frutex eſt nunq̃ cubitali altior utiq; ĩ mõtibus & q̃diu ſylueſtris & nondum al
tilis.alioqui in Mauritania caulis ei duodecim cubitos altus.palmos quaternos craſſus eſſe dici/
tur.thyrſiſq; foliorum ac radice dulci:laudata quondam in pauperis cæna.florente Scolymo ci
cadas acerrimi cantus eſſe,mulieres libidinis auidiſſimas,uiros cõtra in coitum pigerrimos ſcri
pſerunt Heſiodus & Alcæus poetæ.diſtet ab hac quæ a Plinio Itẽ lemonia uocatur contra ſerpen/
tes herba lacteo ſucco manans concreſcente gũmi modo in humidis locis affirmare non auſim.
Eſt & lemonion pro ſylueſtri beta ueteribus acceptum graui lapſu Theodori limoniã quæ Sco
lymus eſt,pro ſylueſtri beta in Theophraſto capientis & aculeato folio eam prodentis.habetur &
Anemone genus unum cognomine limonia,ut dictum eſt ſuo loco,Sunt qui & Cynogloſſon
herbam Limonion appellitent:Sane Scolymos carduus intelligitur ſylueſter.Sylueſtrium autẽ
carduorum genera duo,alterum fruticoſius a terra ſtatim,alterum unicaule & craſſius.Vtriq; fo/
lia pauca ſpinoſa,muricatis cacuminibus,lanuginoſo caule.Sed alter florẽ purpureum mittit in
ter medios aculeos celeriter caneſcentem & abeuntem cum aura,qui propriẽ Scolymos dicatur
radicis horũ ex aqua decoctæ natura ſitim potoribus uini facere.hic illud Columellæ de cynara.

Quæ dulcis Iaccho.
Potanti ueniat:nec phoebo grata canenti.

Quid autem ſit in Columellæ uerſu mirtiolum in cynara crinem ſpectari aliquãdo:nihil habeo
quod afferre poſſim:niſi quis non mirtiolum,ſed mirteolum,uel muriceũ certe legat.Sunt enim
muricata Scolymo cacumina,ut inquit Plinius.murtioli mentionem in Columella & alio lo/
co uideas,ubi hæc uerba ſunt ultimo uolumine.habeto inquit uiridis feniculi ſemina & lentiſci
deſtricta & purgata murtiola.Fateor neſcire quid ſit murtiolum. Scio Murcum montem Ro/
mæ dictum,qui ſit & Auentinus Auctore Feſto,ut obiter corrigamus locum in Plinio iuniore,
auentinũ & marciũ mõtẽ ab Anco Martio urbi adiectos prodente:non enim martiũ,ſed murciũ
legere oportet.Scio & intimũ circũ Romæ ad murcis cognomen habuiſſe quaſi ab urceis ꝙ ibi
fingerentur,ut Porcilio placet:ſiue a propinquo Veneris murteæ ſacello, quam poſtea mur/
team & murtiam uocare cœperint In auentino colle ut Varroni. hinc & myrtum arbo/

rem uulgo, & murtum, & murtellam uocamus hodieq;. Plinius certe duobus locis Scolymum & medicinas eius ceu duarum rerum descripsit, cinaram porro carduum intelligunt satiuam: ita enim Lucius Columella uocat. Palladius carduum a cinere, ut quidam autumant: quo lætatur uocatam. Sunt qui puellæ nomen in eam herbam uersæ intelligant. Paulus & aetius Scolymon a Cinara discriminant: priorem stomacho prodesse, cinaram officere monstrantes. proxima certe genera uidentur esse. Fuit hæc ueteribus maximi res quæstus, ex Carthagine magna & Corduba præcipue sestertia sena millia carduetis etiamnum paruis inferētibus ærario. Tantus est earum rerum prouentus, quæ ueneri obsonantur & ganeæ: ut nihil iuuerit portenta quædam naturæ uideri carduos: & quæ refugiant quadrupedes, quo minus in luxum eos humana gula uerteret. adhibentur cinaræ conuiuiis asparagi modo coctæ iuribus: nec sine iis magnifica, aut adiicialis ulla est coena, utiq; si neq; locus neq; tempus obstet. Ligures Arcoccum uocant quasi alcoccalon ut prima eius uerbi syllaba pro articulo sit, quem Mauritani omnibus fere uocibus præponunt ut in Hyoscyamo ex Plinii quoq; usu ostendimus. Coccalus uero Græce idem est quod Strobilus, hoc est nux pinea cui similis est Scolymus. Dioscorides Romani Scolymum uocant inquit strobulum. Nondum irrepsit hoc ferculum Venetiis. una tātum eius plāta muriano uico cernitur in hortis barbaricis.

POTERION CCCCXLI

p Oterion circūfoditur autūno, præciditurq; ad succum. Radices habet multas bene olētes, Sed duas aut tres cubitorum binum. Galenus hanc neuradis appellatione intelligit. In Plinio nō poteriō, sed pontirrin nec phrynion ut in Dioscoride sed paroemon xxvii. libro legi uideo, corrupte utrūq;. At. xxv. non paroenion, sed phrynon, nec pontirrim sed polyrrizon mendose item scribitur. Phrynion porro a Rubetis ranis dicta ē, quibus aduersatur. eas Græci Phrynos uocant.

ACANTHION CCCCXLII

a Canthion spinulā significat. Est enim spinæ albæ proxima sed minoribus multo foliis.

ACANTHA CCCCXLIII

a Cantha siue acanthos topiaria & urbana est herba e lato longoq; folio crepidines marginum assurgentiumq; puluinorum toros in hortis historiali facilitate uestiens, duo genera eius sunt, syluestre aculeatum crispum, quod & breuius est Agriacanthos appellatum. Alterum lene ac satiuum quod proprie Pæderota uocant. alii melamphylon de qua hic agitur. Vnguenti quoq; genus est quod Pæderota nominabant, quo & Demetrius Phalereus sibi os linebat. Alexis poeta feminas, quibus nimis candida cutis esset, Pæderote uti solitas in comædia significat: quod & Aegyptium unguentum dicitur: ut in stacte diximus. Pausanias Auctor est genus herbæ Sicyonis in uno tantū ueneris septo nasci Pæderota noīe, folio minore q̄ fagi, maiore q̄ ilicis, & omnino quernis simili, altera parte candido, altera subatro ut albæ populi hācibi tantum spectari, præterea nusq̄ gentium. Sit autem acanthus hæc uulgaris spina, cuius & in Aspalatho meminimus nec ne, dubito. Plinius certe duobus locis altero acanthon, altero spinam uulgarem appellando, easdem utriq; medicinas tribuit. Spina est & Appēdix uocata: quoniam baccæ in ea puniceo colore nominentur appendices siue ut ueteres dicebant: ampēdices. ii & Lumā pratensis spinæ genus appellabant & ab eo Lumecta & lumarias falces Auctor Varro: dictam ita ꝙ a terra soluunt, id est luunt eas agricolæ. Acanthos Seruius īquit grāmaticus iu Aegipto & cyrenaica īsula nasci fertur. Sed homo literator, herbarumq; parum gnarus cū spina ægyptia confundit, quæ ab acantho prorsus alia est, ut facile dignosci potest.

AGRIACANTHA CCCCXLIIII

d E Agriacantha hoc est syluestri spina proxime dictū est, ubi alterum spinæ genus syluestre nominauimus.

ANONIS CCCCXLV

a Nonis & ononis quandoq; dicitur, ut Galeno Theophrastoq; spinosa post uer. folio rutæ aculeata ramis ut Tribulus. nascitur solo culto, præcipueq; in segetibus aratro inimica uiuaxq; unice. propagat se in annos, ideoq; runcanda & extirpanda tota est, cum terra madebit imbribus. Germinare incipit æstate, a frugibus perficitur autumno. durat anno folium toto caule per interualla collocatum ut corona. flos mutilus in siliqua nec conseptus. Est & alia ononis cognomine Flomitis, quæ a Dioscoride Onosma dicitur. q̄q̄ sunt qui onomida nō ononida uocitent: hoc uolumine a nobis reddendam. Ononim porro dictam Photion uult ꝙ asinos se ad illam terentes & scabentes iuuet. Plinius Anonin similem Feno Græco, Dioscorides loto fenariæ, aut rutæ faciunt, ut æstimare liceat lotum fenariam cum Feno Græco eādem uideri, aut persimilem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

LEVCACANTHA CCCCXLVI

Eucacantha siue leucacáthos ab acantha leuce differt, ut sæpenumero cõmonui. priorẽ
l græce Plinius fere appellat. posteriorem latine spina cãdida, idest acantha leuce.

TRAGACANTHA CCCCXLVII

Ragacantha, siue tragacanthos Radicem spinæ albæ continet. in Creta nasci tantum
r credita. Sed & in Achaia & apud Medos quoq; prouenit in Arcadia largissime. nec cretica deterior, aspectu tamen prelata: lachrymam non incisura sed spõte manando spissescere Theophrastus existimat, precium creticæ in libras. xiii. apud quam uidelicet & dignatio remansit.

ERYNGION CCCCXLVIII

Ryngion clara in primis aculeatarum herba est. genera eius duo albicans, & nigricãs.
e priorem græci Hecaton cephalon: nostri centum capita uocant, omnes caule & radice in cibos græcorum receptæ utroq; modo siue coquere libeat, siue cruda uesci. Radicẽ eius alterutrius sexus similitudinem referre prædicant. Raram inuentu & si uiris contigerit mas: etiam amabiles fieri, ob Hoc Phaonem Lesbium dilectum a Sappho. ipsa dura fruticosa caule geniculato, cubitali maiore aliquando & satiua quidem est, sed & sponte nascitur in asperis & saxosis & in littoribus maris. durior nigriorq; folio apii. sub solstitio colligi eam iussere quidã. sunt qui & acanon Eryngion ascribant, sicut & glycyrrhizam falso Asclepiades, ut meminit Aetius, Eryngion cui orion hoc est montani cognomen est, foliis describit paruis & angustioribus flore aureo & oculi figura. Ex eryngii radice Gallia cisalpina confectionem cum saccaro aut melle condit eryngiatum uocatam.

ALOE CCCCXLVIIII

Loe laudatissima ex India, post ex Syria Coele ut Galeno placet & Arabia. improba-
a tur e Syria quasi multo dilutior & languida. Serit eam Asia in turbinibus cadorum ut Sedũ maius. caulis eius tener rubet medius, inuenitur & per se lachryma adhærens, ob id pauimentandũ ubi sata sit præcipiũt, ne lachryma quæ manat, absorbeatur. in Iudæa sup Hierosolyma fossilem gigni & metallicam fuere qui traderent omnium deterrimam, humidissimã, nigerrimam negat. id huius operis præfatione Dioscorides. familiarem tonstrinis Aloen nemo ignorat, uirentem semper propter semperuiuum marinum appellatam uulgo. Aloidarium uero medicina dicitur ex aloe ad uentrem soluendum in Oribasio, Philagrio. Aetio.

ABSINTHIVM CCCCL

Bsinthium frigidis prouenit. latinarum feriis certabãt in Capitolio quadrigæ. uictorq;
b absinthium bibebat: sanitatem interpretãtibus in eo præmio maioribus. poetæ græci sunt qui apinthiũ quandoq; dixerint. Hippocrates Absinthium Cyprium cõmendat.

ABSINTHIVM SERIPHIVM CCCCLI

Bsinthium seriphiõ, siue seriphon angustius priore: minusq; amarum. Absinthii gene-
a ra plura uulgare siue ponticum de quo diximus. Seriphium id est marinum: de quo hic agitur. ponticum a Ponto ueniens ubi pecora pinguescunt illo, & propterea sine felle reperiuntur. neq; aliud præstantius, multumq; italico amarius. Sed medulla dulci. Tertium santonicum a galliæ ciuitate appellatum. a Columella uero santonica herba dicitur.

ABSINTHIVM SANTONICVM CCCCLII

E Santonico proxime dictum est: illud notatu dignum arbitror. santõicum absinthio
d similius describi, quam seriphium, aut quod idem est marinum: quoniam marinum abrotoni potius, quam absinthii figura demõstratur ab Dioscoride ac Plinio ut prædixi. Recentiores contrarium decernunt: & sane uidẽtur haud falsa dicere: marinum, siue seriphiũ docentes, absinthio quam abrotono similius. Santonicum abrotono quam absinthio. marinũ certe id quod passim in littoribus, & secus mare nascitur sapore salso, & folio albicãte notũ omnibus nihil fere comune cum Abrotono. Galenus quoq; seriphium inquit & conspectu & gustu absinthio simile est præterquam q minus linguam astringit, quam absinthium, Sed plus excalfacit. & cum quodam salis gustu, amarum sentitur.

ABROTONVM CCCCLIII

Brotonum campestre, ac montanum: hoc feminam intelligũt. illud marem. Amaritu-
a do absinthii in utroq;. uacuum sponte prouenit, cacumine suo se propagans. seritur quoq; sed melius semine quam surculo aut radice. Numerosum eius semen. Radix una quæ alte descendit. Cæteris in summo terræ leuiter hærẽtibus floret cũ fraxino. Siculũ laudatissimũ. dein galaticũ. Pamphilus abrotonũ a Romanis santonicũ appellari credidit a Galẽo Reprehensus. græcum uulgus a contrario melitinem uocat: abrotonum sicut semen acrius & ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

interitu tinearum helminthobotanom, Dioscorides a quibusdam Thelyphthoron Et thelyThã non & Glycyn Ancona dicit appellari. Sane q; uidentur ii ad historiam & uetus prouerbiũ re/spicere. Ea est huiusmodi: Lydi gens in libidinem effusissima feminas ingenuas constuprare in ortis ad hoc flagitium quæsitis amoenitatibus excultis aliq̃ diu impune solita est. demũ Omphale mulier dominatione haud magno negocio effeminatis & luxu diffluentibus excussa imperi/tare cœpit ipsa, ubi eos cruciatibus uariis affectos ulta est: in uxores eorum desæuiit: inclusas. n. eas eisdem septis prostituit. eruitiis, inde uiridario nomen Glycysancon quod & Thelyphthori & Thelythamni uocabulo significatur, ceu abrotono consitus fortasse locus esset is.

HYSSOPVM CCCCLIIII

h Yssopum siue hyssopus præfertur Hippocrati cilicium sed e Tauro monte Dein pam/philum, & smyrnæum.

STOECHAS CCCCLV

Toechas odorata herba hyssopi, aut thymi coma. Confudere quidam Recentiorũ sto
s echaden cum stachye, Item cum santonico absinthiũ.

ORIGANVM CCCCLVI

Riganum nigrum & candidum. priori nullum semen, candido per quam minutum.
o Id autem cui odor est, creticum uocatur. negant in arcadia erumpere, quo flatus a ma/ri non accedit. a satu non ante trigesimum diem emicat. folia ei cadunt a cacuminibus. Aemulus thymbræ hoc est cunilæ uocatæ sapor. nunquam utrumq; additur quippe similis effe ctus. Origanum ei tamen duntaxat ægyptium præfertur. de cunilæ tribus generibus in thym// bra disputabitur: sicut de cunilaginis quatuor in conyza. Origanum tam pertinaci cum brassica dissentit odio, ut arefaciat suggat q; aduersum. origani multa sunt nomina heracleoticum quod a nostris Cunilaca siue quod magis probo, Cunila Gallinacea uocatur ab Heraclea Ponti dictũ uel Plauto teste in Triuumo.

In ponto inquit ubi absinthum fit & cunila Gallinacca.

Sub qua tam creticum quam ægyptium itelligunt, de qua præsens mentio. Deinde est origanũ Onitis de quo proxime differendum est. Tertium heracleoticum syluestre. Quartum tragoriga// num, cuius duæ speties a Dioscoride Redduntur, quæ a Plinio tributæ sunt heraclio. non est autem omnino idem heracleoticum & heraclium. prius inter cunilas accipitur a nostris. posterius pro tragorigano sumptum uidetur a Dioscoride. origanum & Origanus dicitur producta quæ ante ultimam est syllaba, de syluestri & tragorigano statim prodetur.

ORIGANVM ONITIS CCCCLVII

o Riganum onitis siue prasion. Quidam & ornithis quasi Gallinaceũ dixere, sed genus illud heracleoticum uocari cerno. quemadmodum proxime indicatum est.

ORIGANVM SYLVESTRE DEMONSTRATVM EST CCCCLVIII

N primo genere quod heracleoticum uocatur: Galenus origanum syluestrem: Pana//
I ces heraclion & Cunilam quoq; dici solitum affirmat.

TRAGORIGANVM CCCCLIX

d E Tragorigano dictum est in origano heracleotico.

PVLEGIVM CCCCLX

Vlegium ipso brumali die germinat in carnariis Refloretq; Ramulis etiam a parente
p abiunctis ut scylla. nascitur hoc etiam non satum. semel uero satum diutina ætate du/rat. magna cum Nepeta & Menta Pulegio societas. femina in eo efficacior. florem ha/bet purpureũ. mas candidũ. utriusq; recens incesus pulices necat, unde nomen Pulegio. habet & Pulegium syluestre origano simile foliis minoribus quam satiuum & a quibusdam uocatur Dictamnus occasiõe hinc orta dictamnum creticam pulegium syluestre nominatium, Pulegium græci Glecona & attice Blechona sed, & blechron quoq; uocant ut inquit Dioscorides. Ego blechron Hippocrati pro legumine quodam accipi uideo apud Galenum. Pulegium (ut dixi) bru/malis herba dici potest, quemadmodum & solstitiales aliquæ dicuntur. Plinius Condurdon inquit solstitialis herba flore rubro suspensa in collo cõprimit strumas. Plautus quoq; in Pseudulo.

Quasi solstitialis inquit herba paulisper fui.

Repente exortus sum Repentino occidi.

DICTAMNVS CCCCLXI

Ictamnũ nõ dictamũ ex Theophrasto & Virgilii quodã uersu lego. Ramis hoc prætenue
d pulegio etiã gustu simile. Caulis nullus. radix gracilis & supuacua, & in Creta quoq; nõ spaciose nascit: nec nisi i asperis q̃ uera Dictãnus sit: mimo põdere, accẽdẽs os, quo argu/

mento a falsa protinus discernitur: qui legere eam, manipulos in ferula uel harundine condétes prælígant, ne potentia euanescat. Mire a capris expetitur. Dictamnum legitimam in Felicis orto Patauii uidisse crederem foliis inter punctis quemadmodum & pingitur, nisi q non alibi q̃ in Creta prouenire scribūt. proinde Pseudo dictamnum potius eam fuisse q̃ dictamnum arbitror.

PSEVDODICTAMNVM CCCCLXII

p Seudodictamnum folio simili ramulis minoribus a quibusdam Chondris uocatum. In pinguibus agris nascitur.

DICTAMNVM ALIVD CCCCLXIII

Dictamnum hoc neq; facie, neq; effectu simile uero est.

ELELISPHACOS CCCCLXIIII

e Lelisphacos ut Theophrastus inquit, differt a Sphacelo, q altera mitior est, altera syluestrior. SPhacelo folium breuius & leuius. Elelisphaco squalidius & scabrius. Sed aliter fere Plinius. Syluestris inquit lens est Elelisphacos a Græcis dicta, satiua lente leuior & folio minore atq; sicciore & odoratiore. Est & alterum genus eius syluestris odore graui. hæc mitior: nostri qui nunc inquit sunt herbarii saluiam appellant mētæ similem canam odoratam. Elelisphacō sunt qui Hieram Botanen, hoc est sacram herbam cognominent ut Agrippa, Salutaré ad multa præsertim ad fœcūditaté: ut in de Saluia fortasse a nr̄is dicta esse uideri possit. In Aegypti Copto multis pestilentia sublatis, coactæ sunt mulieres huius herbæ succo ad cōceptū uti.

MENTA CCCCLXIII

m Enta æstate uiret, hyeme flauescit. humido minus gaudet, semel sata pluribus annis Restibili fertilitate durat. Mentæ nomé suauitas odoris apud Græcos mutauit (hoc enim significat hedyosmos) cum alioquin Mintha uocaretur, unde ueteres nostri mentā appellauere, aut fortasse quoniam odore mentem excitat. Theodorus hedyosmon in Theophrasto Mentastrum interpretatur, ut a mintha in eodem Auctore separaret. de Mentastro statim prodet. Galenus porro Mintham quæ sit odorata, Hedyosmon idest Mentam uocari tradidit. Mintham uero quæ sine odore sit, Syluestrem esse Mintham & proprie Calamitham appellari uoluit. Strabo in Achaia montem esse iuxta Pylum scribit Mintham nomine a Plutonis pellice in hanc herbam conuersa Proserpinæ inuidia quæ uocatur inquit a quibusdam Hedyosmos. Ouidius.

Femineos ortos in olentes uertere mentas
Persephonæ licuit.

Quærit aristoteles in problematis quamobrem dicatur mentam in bello, nec edendam, nec serendam soluit. Quoniam inquit refrigeret absumendo genituram. Sed cum alii omnes excalfactoriam uim Mentæ ascribant: fieri potest, ut per se calfaciat, per accidens refrigeret: quod & in aliis plerisq; conspicitur.

MENTASTRVM CCCCLXVI

m Entastrum hoc est syluestris Hedyosmos aliter a Plinio describitur, foliorū spetie a satiua differens quasi figura ocimi, colore pulegii. propter quod quidam syluestre pulegiū uocāt, Dioscorides hoc nō mētastrū, sed calamithæ gēus unū (ut arbitror) existimat

CALAMINTHAM CCCCLXVII

c Alaminthā nr̄i fere Nepitā appellāt. etiā si Diocorides spetiē eius unā priuatim nepitā uocari tradat. prsus tāta inter mentā: mentastrū: & nepitā societas est, ut mirū nō sit misceri qnq; ab auctoribus earū & spetíes & noīa. alioqn & q modo Pulegiū officinis & rutibus uocat, haud plane scias Calamithæ genus sit, an uerū Pulegiū. Nepita ēt nō sata nascit. calamithā græce Caeetā quoq; dictā fuisse testis est Strabo, q nōnullos scribit existimare Lacedæmoné ab Homero nō cetoessam a magnitudine, sed cætoessam a Calaminthæ copia uocari.

THYMVM CCCCLXVIII

t Hymū siue Thyma pluratiuo nūero siue Thymus i mari quoq; nasci tradit extra Herculis colūnas, q eiectū in pumicé durescat. In Heroo sinu color etiam nū floris in eo est ceu nōdū absoluti ps: quæ aqs extat duritia lapidis aspicit, similis tn̄ uirenti. Sero floret Thymū p solstitia fere cū & apes decerpūt, & auguriū mellis est. serit flore, in quo semen intelligit: ēt si oculis deprehēdi nō potest. coalescere qdā Thymū negāt nisi in afflatu maris serat. Ideo q; trāslatū ex attica nō durasse in Arcadia. nūc, puintia inqt Narbonēsi Plinius lapidei campi thymo scatét, flos thymi perit hymbribus. duo aūt sunt genera eius. cādidū radice lignosa in collibus nascés q & pferē: alterū nigricās, florisq; nigri. colligūt in flore Thymū, & in umbra siccant, Epithymū qdē plutibus uidet flos eius Thymi esse, q & durius sit & similitudiné cunilæ nr̄atis habeat. sed de epithymo posterius Thymum e. Thyna laudat ab Hippocrate. Est autē, ut inquit Galenus, Thyna in terra thracia locus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

THYMBRA CCCCLXVIIII

t

Hymbra post trigesimum diem nascitur in maris afflatu sata: nec ut quidam putant aliter. hæc apud nos & Cunila uocatur & (ut arbitror) transmarina cunila est, apud Columellam thymbra condimentarii generis· satureia quoq; a nonnullis thymbra dicitur Columella thymbram a satureia diuisit: & Cunilam nostratem esse docuit: quam rustici satureiam nominant colore floris purpureo ut Thymbram herbaceo. Quintus Serenius specié thymbræ Satureiam intelligit ut satureia sit non thymbra simpliciter, Sed Thymbra cephalote, quã Plinius Cunilam capitatam semel tantũ, quod meminerim opere toto nũcupat. intra hæc quæ in cunilagine dicentur. Cæterum Cunilæ præter satiuam plura sunt in medicina genera fortasseq; hanc Hippocrates intelligi uoluerit ubi Origanum Cephaloides appellat. bubulam appellant semine pulegii Origanum ab Aristotele putatam. cuius pastu Testudines cum serpentibus pugnaturæ uires suas recreant, quamquam in hunc usum nonnulli panaceam uocant. Quidam falso Ligusticum interpretati eam sunt. corrupta est in. L. Columella dictio ubi cuniculabula & interim culabula pro eo quod est cunila bubula inter pecoris medicinas legitur. Plinius origanum multis locis non aliter quam Cunilam bubulam conuertit. Est & Cunila gallinacea de qua in origano heracleotico dictum est: non omittendum aduersa dicere hoc loco Dioscoridem: & Plinium. omnia inquit syluestria fere sunt & foliis minora & caulibus succo acriora: sicut Cunila, Origanum. Ruta. Dioscorides contra hic prodidit de Thymbra. Sunt e græcis utiq; Recentioribus: qui non Thymbram sed Thymbra neutro genere plurali numero pronuncient. Et nos quandoq; seruamus in Satureia. Ouidius.

Sunt qui præcipiant herbas satureia nocentes:
Sũere.

In Thymbra Paulus Epithymbrũ uocari tradit id q in Thymo Epithymũ. Rident merito grammatici fere omnes in herbarum exponendis iudicandisq; nominibus, in quo & Seruius honoratus sæpissime decipitur. & in hac ipsa Thymbra Placidus Lactantius is: qui Papinii thebaida interpretatus est, thymbram a qua Thymbræus appollo cognominatus sit, latine dici Polium affirmans.

SERPILLVM CCCCLXX

ſ

Erpillo radix multifida. Sublimis retorrida. crescit in altitudiné quamcumq; adminiculo aut sepibus appositum. aqua ei modica satisfacit. fimo præcipue iumentorũ gaudet. Sed & demissum in puteos & circa piscinas & stagna lætissimum prouenit obnoxium squalori: translatũ uehementer iuuatur, autumno fere seritur. In montibus plerisq; copiosissimum ut Thraciæ. Seritur autem Sicyone. Athenis quoq; ex Hymetto deferentibus auulsos ex iis Ramos aquis. in mõtibus natum Satureiæ odorem habet uehementissimum illum quidem sed gratum atq; ino lem. satiuum non serpit Plinio, Sed ad palmi altitudinem increscit uoluntarium id est syluestre serpit in petris maxime: hoc & pinguius & candidioribus foliis atq; ramis. Dioscoridi contra serpit satiuum non syluestre.

SAMPSVCHVS CCCCLXXI

ſ

Ampsuchus in Syria & Aegypto dicit. amarantus uero & Amaracus a siculis. Item a theophrasto. Semen ei copiosum, odor molliter iucundus. Radix arida tellure summa hærens multifida. floret æstate non omnis sed quam phrygium cognominant, semine & auulsione prouenit. transferri & plantæ solent.

MELILOTOS CCCCLXXII

m

Elilotos alii Sertulam campanã. Cato Sertam campanicam quia folium eius coronamentis sit dicatum in campania italiæ cõmendatissima ut nostri uolunt odoratiorq; & candida. deinde Attica in Sunio. mox chalcidica ubicunq; uero asperis & syluestribus nata, recens nec candicans & croco q̃ simillima. Melilotos arida diutius odorem continet: qui & croco uicinus est, quemadmodum & flos. ipsa cana: placet maxime foliis breuissimis atq; pinguissimis: inter aromata quibus defrutum condiri soleat. L. Columella cripam pampinacam nominat. deprauatum esse locum arbitror & sertam campanicam non cripam pampanicam legendum. nec ignoro & crepin & crepulam haberi herbas. Sed quibus ad unguentum & aromata nihil sit opus.

MARVM CCCCLXXIII

d

E Maro Plinius inter odoramenta sic loquitur. In Aegypto inquit nascitur Marum peius q̃ lydium maioribus foliis ac uariis. Illa breuia minuta odorata. lydium marũ Plinio fortasse fuerit quod Dioscoridi magnesium cum sit Magnesia Lydiæ ciuitas penes Sipylum, cui uicina Caria est, in qua Tralles ubi Marum quoq; nascitur. Est & Magnesia penes mæandrum & Tralles in Caria: non tamen ut Lydium propterea decernam idem esse, quod Carium

rium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

rium gentis suæ ut Plinius ait appellatum nomine culinisq; principale ut in Carro demonstra/
bitur. habent & Arabes suum marum siue maru, sed penitus diuersum & magnis ambagibus im
peditum. inter quas illam sit satis indicauisse, q species euis sunt Mellissophyllon Marrubium
& Buglossa: quo nihil dici poterat ineptius.

ACINOS CCCCLXXIIII

Issert Acinos ab Acano, q Acinos Ocimastrum est siue ocimi syluestris gēus: Acanos
d spinosa breuis & lata herba, Eringio a quibusdam contributa spinis latioribus. acinos
familiaris Aegypto herba coronarum & ciborum gratia obseritur: spōte uero nascitur
æquinoctio hanc & Acinoen & Acinean Plinius appellat & Epipetron nunq̄ florētem. Aequino
ctio inquit nascuntur, Aphace Achine quam Epipetron uocant. ut nesciam tamen legendum ita
sit, an illo modo potius. æquinoctio nascuntur Aphace Acinos & quā Apipetron uocant quæ
nunq̄ floret ut duo genera faciamus Acinon & Epipetron, alioquin Theophrastus, unde Plini/
us ea mutuatus est epimetron quidem (ita. n. ipse nominat) nunq̄ florere scribit. De acino mentio
nem nullam habet. Hippocrates Epipetron ad tumores & inflammationes commendat illitu fo
liis eius decoctis & impositis. hanc ipsam proprietatem acino Dioscorides ascripsit, ut coniectari
liceat Plinii uerba quæ prætexui: legenda esse in hunc modum. æquinoctio nascuntur Aphace &
Acinos quam Epipetron uocāt. Mirum grauissimos auctores Plinium & Dioscoridem in huius
herbæ medicinis contraria præcipere alterum cieri ea posse menses, & urinas altero contineri.
Nec illud mihi abierit in dictum primo & uigesimo libro priore mētione. (bis. n. loquitur ibi Pli
nius de acino.) In uetustis aliquot codicibus non Acinon siue Acinoen sed Chenopus legi, quo
nomine anserino pedi similis herba significatur. sed corruptum locū suspicor. etiam si chenopus
quoq; celebratur herba.

BACCHARIS CCCCLXXV

Accharis: quæ & Baccar dicatur qua fascinū depellitur radicis dumtaxat florisq; odo/
b rati est a quibusdam uocata Nardum Rusticum falso, cum Nardus Rustica sit Asarum.
oleum & unguenta ex ea radice fieri solita Hippocrates & Cephisiodorus & Aristopha
nes poetæ testes sunt, unde quidam errore ducti Barbaricam eam uocabant. Addit Cephisiodo/
rus & pedes eo lini cōsueuisse ut Aegyptio manus, sisymbino brachium. malas & papillas pal/
meo, amaracino comam & cilia, Serpillino ceruicem & genua quod & in comædia cecinit Anti
phanes. Baccharis inquit Galenus Hippocrati unguentum quoddam lydium significat. simillli/
mum Bacchari Combretum, sed procerius & foliorum exilitate usq; in fila extenuatum baccha/
rem Plinius Asarum. Dioscorides a nostris appellari uolunt perpēsam. Aretii & in Illyrico nascē/
tem commendatissimam ad calculos: si modo eadem est cū perpressa: utroq;. n. modo legitur. &
alterutram lectionem deprauatam esse duco. Sunt exemplaria in quibus nec Perpensa nec Perp̄s
sa sed spersa siue sparsa scriptum sit. non defuere qui Baccharem genus esse floris existimarēt: quē
modo Caryophyllon uocamus, sed syluestris. nunc altiles ii spectantur ab odore ita cognomi/
nati, tanta uarietate amplitudine, pulchritudine, ut rosæ pares non inferiores uideri possint. cum
eaq; de principatu certent. quando nec colore supantur purpureo uermiculato candido, nec odo
re, nisi q a longinquo plus olet recens rosa: iam nihil rosa fugacius. longissima namq; decerptis
mora, dies. Caryophyllo in triduum & amplius uita uigorq; durat. aliquibus tanta magnitudo
Patauinarum p̄cipue matronarum cura ut orbem utraq; manu complecti fere nequeas. folia qua
terna quinaq; nonnullis rosæ modo numerosa mirabili quorundam alabastro culturæ ratione q
dehiscens ipso staminum loco alabastrum ostendit aliam pandentem se paulo post in florem, ca
liculo priore consenescente. Scio putare aliquos caryophyllō ueteribus fuisse Caltham. Sed cum
Virgilius nobis eam luteolo cecinerit colore tinctam: nec Plinius a Virgilio dissentiat, nundum
uideo qui possit ita statui. a Caltha porro Calthulæ uestis gēus dicitur ut a croci similitudine cro
cotula. Quæ sit aūt barbarica cuius mētionē supra mō fecimus: nō cōstat: nā syluabarbarica idest
cōseminea oīno aliud ē: quippe quæ ager sit glandibus & quæ sunt iis similia manu cōsitus: nam
& uineæ Conseminales dicūtur, in quibus diuersa uitium genera conseuerint auctor Columel/
la. nam sylua ciminia, cuius omnes fere mētionem habent: Strabo: Plinius poeta Virgilius & Si/
lius in etruria monstratur inter Coloniam rusellanam & Viterbium & ubi nunc uici lacus dicit.
in ea sylua loca sunt, in quibus depacta in terram nō extrahūtur. fuisse quidem inter Romanum
sabinumq; agrum quæ sylua diceretur, Scio auctore Stephano. De sylua quoq; populi Romani
p̄pria, seu hæc, seu alia Cicero in actionibus suis cōtra Rullum Tr. Pl. meminit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

RVTA CCCCLXXVI

Vtam ut alia quoq; olera: quæ diu uiuunt, unitas caudicis & prægrãdes rami quos acre
r monas & Cremonas quãdoq; Græci uocãt: arborem uideri faciunt. latiora satiuæ folia. Rami fruticosiores. cicuta rutæ aduersa ꝓbabili argumento: quoniam colligentes rutã manus cicutæ succo muniunt sculptores: pictoresq;. Ruta in cibo utuntur propter uisum. mustella cum serpente dimicatura in murium uenatu rutam prius edit. Pythagoras marem, minoribus & latioribus foliis & coloris herbacei discreuit a femina & odore. humoré, fimum, hyemem ruta odit. apricis gaudet & siccaneis. Terra q̃ maxime lateritia & cinere: qui & miscetur sementi ut careat erucis. mustum rutatum populo romano dari solitum non ignotum est.

RVTA SYLVESTRIS CCCCLXXVII

Vtæ syluestris proprium genus est. montana hæc & uulgaris. Sed, & Hipericon nõnul
r li ad rutam syluestrem referunt: de quo inferius

RVTA GALLATIACA CCCCLXXVIII

r Vta Galatica hæc est, quam Plinius intelligit præcipuam in antidotis.

MOLY CCCCLXXIX

Oly homericum Phineo & Cyllene arcadiæ uernaculum, Radice nigra cepæ magni-
m tudine rotunda, folio scyllæ. negat Theophrastus uerum esse quod Homerus cecinit, difficulter effodi. affirmat Plinius. hanc uates ille a diis uocari putat Moly. Mercurium inuentorem fuisse: Vlixiq; contra Circes ueneficia monstratam Ouidius.

Pacifer huic florem dederat cyllenius album
Moly uocant superi nigra radice retentum.

Aliqui florem eius non candidum ut Homerus, sed luteũ pinxere, Plinius in campania effossam ægre inter difficultates saxeas & allatam sibi meminit. Radicis triginta pedes longæ ac ne sic quidem solidæ: sed abruptæ. Tale uerum est Moly. Dicitur & moly ruta Galatiæ de qua diximus: quod solum ætate nostra medici nouere. harmelam uocantes. quemadmodum & Dioscorides & Galenus a syris dici eam testantur. Differt ab hac Molon, quam & Syron dici tradit Plinius, etiam si oestron non syron in exemplaribus quibusdam legitur. scapo striato foliis paruis mollibus, radice quatuor digitorum in qua extrema allii caput est: anhelantibus & stomacho prodesse credita.

PANACES HERACLION CCCCLXXX

Anaces generibus continetur pluribus. syrium nascitur unguentis: quod & in Psophi
p de arcadiæ circaq; Erymanthi fontes gignitur. ferula sui generis qnq; cubitorum foliis quaternis, mox senis humi stratis ampla magnitudine rotundis in cacumen oleagineis Radix autumno, Caulis messibus inciditur. pretium succo, i libras bini asses, erant candido, laudatur. n. in primis candor eius coacti, sequens pallido statera. niger colos & mollicia improbat: id quod ex Macedonia affertur, Buçolicon uocãt: quoniam armentarii succum excipiant erumpẽtem sponte. hoc celerrime euanescit. secũdum genus Asclepion. tertium Heraclion. Quartum Chironion. Quintum Centaurion & Pharnaceon. Theophrastus primum genus Heraclion uocauit: folio magno & lato undiq; sesquipedem. Radice digitum crassa. bifida trifidaq;, subsalsa odore turis. Idem auctor & Panaceam nominat circa Clitorium nascẽtem in Arcadia. Nec cõstat an hæc idem sit habẽda, quod panaces arcadicum de quo per huius capitis initia disserui. Panaces ipso nomine morborum omnium remedia promittit, ob id & medicamento ad uina quæ quæ corrumpi nolũt: Panaceæ nomé dedere scriptores Græci. Radice huius euulsa, Religio erat, impleri scrobem eius uario frugum placẽtarumq; genere: in mercedem uidelicet & piamentum terræ. Panaces & Panax, Galeno teste dici solita.

PANACES ASCLEPION CCCCLXXXI

Anaces Asclepion dictum aiunt quoniam is filiam Panaciam uocauerit: huius Radicẽ
P Theophrastus multi & salsi corticis haberi dixit: quod quidem priori generi a Dioscoride tribuitur. Est & Heraclion appellatum herculi ascriptum inuẽtori, quod ab aliis origanum heracleoticum syluestre accipitur. Quidam heraclion intelligunt genus id quod mẽtione proxima descripsimus.

PANACES CHIRONION CCCCLXXXII

Anaces Chironion & hoc ab inuẽtore. folium Rumicis Theophrastus & Plinius ei red-
p dũt: maius tñ & hirsutius. radice parua. nascit᷑ locis piguibus: cuius flos efficacissimus, eoq; amplius q̃ supradicta prodest. Est & genus aliud Panacis ab eodem Chirone inuẽtum & cẽtaurion cognominatũ. Sed & Pharnaceon in cõtrouersia inuẽtionis a Rege Pharnace deductum. seritur hoc lõgioribus q̃ cætera foliis & serãtis. Radix odorata in umbra siccatur: & gratiam uino adiicit. huius duo genera fecere. alterum leuioris folii. alterum tenuioris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

LIGVSTICVM CCCCLXXXIII

Igusticum syluestre est i Liguriæ suæ montibus: sed seritur ubiq;. quod & suauius est:
l q̃q̃ sine uiribus. Crateias apud Græcos Cunilam Bubulam eo nomine intelligit falso.
Cæteri fere Cunizaminem, Cunilaginemq;. Ligusticum Galenus unius inuersione lite
ræ: Libysticon appellat.

STAPHYLINVS AGRIOS CCCCLXXXIIII

Astinaca syluestris siue quod idem est erratica & pratensis ad differentiam satiuæ dicit.
p præfertur satiuæ syluestris in medicina magisq; in petrosis nata. Pastinacæ omni radici/
bus calens natura. sapor uehemens. ob id uenerem ciere creditur, & propterea Philtrõ
uocari. Cartilaginei omnis generis. satiua in cibum utilis esse incipit annicula. bima utilior. gra/
tior autumno patinisq; maxime, & sic quoq; uirus intractabile illi est, ut inquit Plinius. de Ibisco
& Dauco: quæ simillima existimãtur pastinacæ, dicemus suis locis. diximus & de Sisere. cui cum
Pastinaca uicinitas eadem est. Pastinacam Diocles medicus non Staphylinum ut cæteri, sed Asta
phylinum uocauit: duodecim cubitorum in Mauritania magnitudo caulis. Crassitudo palmo/
rum quaternum.

SESELI MASSILIENSE CCCCLXXXV

Eseli Massiliense optimum. lato. n. grano & fuluo est: quo & Vult: res uescant, & Cer/
s uæ parituræ. Seseli & Sili dicitur & Seli apud Hippocratem, unde orta confusio siler p
seseli uocãtiũ. arborescit porro siler ut baculos rustici ex eo quoq; faciãt i aq̃ticis nascẽs.
Molle siler.
A poeta dictum neutro genere quod per q̃ rarum sit in arboribus latina lingua. Refugiũt hoc ser
pentes. at Seseli frutex non est aquaticus quod quidem aliqui distinguere putantes non siler sed
montanum siler appellauerunt id quod massiliense est Seseli.

SESELI AETHYOPICVM CCCCLXXXVI

Eseli Aethyopico dignitas secunda. hoc & nigrius ẽ & nascitur hodieq; apud nos: sed
s frustra, medicis officinisq; incognitum.

SESELI PELOPONESIACVM CCCCLXXXVII

TORDILON CCCCLXXXVIII

Ordilon. & Cordilon & Tordilon & Tordile dicitur & Seseli cognomento creticũ in/
t ter omnia genera odoratissimum. Tordilen porro alii semen Seselis dixerunt. alii her//
bam per se quam & Syreon uocauerũt. de qua nihil aliud proditum inuenisse Plinius
fatetur q̃ q; in montibus nascitur. paulus non Tordilon, sed Gordilon appellauit.

SISON CCCCLXXXIX

Ison sine Sinon & Senon Hippocrati, & quãdoq; Silion uocatur, quaternis cõstare ra
s mis scriptum reperio.

ANISVM CCCCXC

Nisum culinis gignitur: crudum decoctum: uirens: aridum panis etiam crustis inferio/
a ribus subditum saccis quoq; laudatur additum cum amaris nucibus commendãdo ui
no. anicetum & hoc uocatur aneti modo, quoniam appetentiam præstet ciborum. Ae/
gyptium ligustici uicem præbet in condimentis. efficacius semper recens & nigerrimum. stoma
cho tamen inutile est præterq̃ in flato.

CAROS CCCCXCI

Aros arbitror hoc esse quod Plinius Carium siue Careum gentis sue nomine appella//
c tum dixit ab aliquibus careosemen & caroum culinis principale in quacunq; terra serẽ
dum ratiõe qua olus atrum. laudatissimum in Caria. proximum Phrygia. Caros Græ/
ci ut Pathos neutro genere pronũtiãt & i flectunt. dicitur & caro ultima producta. Caron Athenæ
us pastinacam maiorem esse putat & multo præstantiorem sapore q̃ pastinacam uulgarem. Est &
radix Cara de qua in rebus gestis a Cæsare mẽtionem facit Hirtius. hac lacti admixta multũ leuas/
se dicitur inopiã similitudine repñtata pãis. Meminit & Plutarchus sed nomẽ herbæ nõ reddidit.

ANETHVM CCCCXCII

Nethum culinis anisi modo gratum. Coronabãtur hoc & in conuiuio recenti, atq; ro/
a scido ad cõciliandum ut uidetur Galeno, somnũm.

CVMINVM SATIVVM CCCCXCIII

Vmino semẽ angustũ nudũ, canaliculatũq; facile inarescens frumẽti modo, ubi plane
c accreuit, defluum atq; lubricũ. peculiares Cumino morbi scabies & salsilago. nascit in
summa tellure uix hærens & in sublime tẽdens, in putribus & calidis medio serendum

uere. In Carpentania maxime laudatur: alioquin æthyopico, africoq; palma. Quidam huic Aegyptium prætulere. Hippocrates in segetibus inquit triticeis præsertimq; in Aegypto nascitur semen æthiopico simile cumino, uehementis acrimoniæ ad conceptus feminarum utile si uuluis apponatur. hoc ego cuminum ægyptium interpretor. Basilicum & Aethiopicum apud Hippocratem pleriq; interpretantur Ammi.

CVMINVM SYLVESTRE CCCCXCIIII

Vminum syluestre est quod & rusticum & Thebaicum appellãt. Aetius cuminum inqt
c syluestre hoc est quod modo Aethiopicum uocari cœpit.

ALIVD CVMINVM SYLVESTRE CCCCXCV

AMMI CCCCXCVI

St cumino simillimum quod Græci uocant Ammi, tantum cãdidius & exilius Cumi/
e no. similis autem & huic usus, nam & panibus alexandrinis subigitur & alimentis iter
ponitus. herbam quoq; ipsam græci uocant Ammi.

CORIANDRVM CCCCXCVII

Oriandrum Corion & a Theophrasto Corianison uidetur appellatum siue ut magis, p
c bo Coriannon: ita uocari solitum a ueteribus testis est Galenus & Dioscorides. serit ma
io & contumax prouentu scribitur. radice breuiuscula: nec admodũ fibrata: caulibus ramisq; multis. nudo semine ac firmo & diutino. sub canis ortum salescit. Inter syluestria Coriãdrũ non est. huic subtrito cum aceto uis tanta ut carnem incorruptam seruet æstate. Xenocrates tradit menstrua contineri uno die si unum granum biberint feminæ. biduo: si duo, & totidem diebus quot grana sumpserint.

HIERACION MAIVS CCCCXCVIII

E hieracio inter lactucas syluestres meminimus: qm̃ Romani lactucam folio rotũdo &
d breui Hieracion intelligebant, dicta est ex eo ꝙ accipitres scalpendo eam & oculis suc/
co tinctis obscuritatem cum sensere, discutiunt.

HIERACION MINVS CCCCXCIX

Ieracium & hoc superius etiam hieracia dicitur Aetio atq; Horo cuius succo palpebræ
h reglutinantur. Idem auctor eodem loco, Anacollia ĩquit appellãtur quorum lacryma
incommodantes pilos corrigit. Quid autem sint anacollia nõ comperi: nec simplex an composita sit facultas, scio.

APIVM D

Pium & apius Græci Selenon uocant. Durat biennio. ꝑuenit crispius pedibus aut Cy
a lindro pila ue pulsatum, quinquagesimo a satu die: quadragesimo cum ocyssime. Api
um aliud folio spisso, hirsuto, crispo aliud raro expanso. caule item maiore. item aliud caule albo. aliud purpureo. aliud uersicolore. syluestriora hæc ut Theophrastus ĩquit. proprium Apio ꝙ colorem mutat. Rami eius per iura quoq; uulgo innatant: & in condimentis peculiarẽ uoluptatem præbent. pisces quoq; si ægrotant in piscinis, Apio uiridi recreãtur. honos ei ĩ Achaia coronare uictores sacri certaminis Nemeæ. apud eruditos nõ aliud erutum terra in maiore sententiarum auctoritate est: distinguitur sexu femina ut sit crispioribus foliis, atq; duris: crasso caule sapore acri & feruido. mas foliis nigrioribus. breuioris radicis uermiculosq; gignens. neutrũ ad cibos admittebant nephastum existimantes, qm̃ defunctorum sit epulis feralibus dicatum: & ut Plutarchus inqt coronentur Apio sepulcra: unde uetus illud Indigere Apio: de iis qui profligata ualitudine utuntur. uermiculos & feminæ caulibus innasci: ꝑpterea eos, qui ederint, sterilescere utroq; sexu. In puerperis uero ab eo cibo comitiales fieri, qui ubera infantes hauserint. Innocentiorem tamen esse marem, eaq; causa est, ne inter nephastos frutices damnetur.

ELEOSELENON DI

Leoselenon paludapium ficto ut solet nomine Theodorus appellauit, quia in paludi/
e bus nascatur secundumq; aquæ ductus folio raro nec hirsuto, simile apio sapore, figu/
ra odore. homerus apium Eleothrepton uocauit hoc est palustre.

OREOSELINON DII

Reoselinon a quibusdam Orthoselinõ: quia frutice recto nascitur. Caule Anethi exilio/
o re tãtum. folio ut Theophrastus inquit cicutæ nisi quis deprauatum in eo locum putet.
καὶ τά φύλλα ἔχει κωνείῳ ἐμφερῆ, ꝓ eo qđ est κεφάλια ἔχει μηκωνίῳ ἐμφερῆ. hoc est capitula papaueris similia, ut Dioscoridis uerba sunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PETROSELINON DIII

p Etroselinon hoc est Apium in saxis natum. addidere quidam Buselinon differens breuitate caulis a satiuo & radicis colore ruffo. Galenus petroselinō in ciliciæ Amano mōte natum Smyrnion potius q̃ Petroselinon uideri sibi tradidit.

HIPPOSELINON DIIII

h Ipposelinon Theodorus ab equis dictum Equapium uocare maluit cum latine Olusatrum & Olus pullum dicatur. uiret ei folium cacumine perpetuum palustri simile, sed pilosum. caule grandi Radice crassa modo raphani, sed nigra. fructu erui maiore atro. nascitur ubiq; e lacryma sua: quam nihil differre a Myrrha dicunt. auctorq; ē Theophrastus, Myrrha sata natum. seritur & radice.

SMYRNIVM DV

ſ Myrnium caulem habet qui æstate incipiente arescit. Cortex radicis intus & pallet cortice arido ad opsonia utuntur cum Mulso & Oleo & Garo maxime in elixis carnibus. Radix sapore Piperi simillima. odor herbæ, Myrrhæ, unde nomen. hoc & petro Selinon syluestre uocari scribit Galenus.

ELAPHOVOSCON DVI

e Laphouoscon ferulaceum est geniculatum digiti crassitudine. Semen in corymbis dependentibus similis effigie, sed non amaris. folia oleris atri.

FENICVLVS DVII

f Eniculum in Hiberis Hispaniæ laudatissimum condimentis prope omnibus inseritur quin & crustis in panificio aptissime subiicitur.

HIPPOMARATRVM DVIII

h Ippomarathrum a magnitudine uidetur appellatum: quod aliqui Mysineum uocant foliis maioribus. gustu acriore, procerius. crassitudine brachiali, Radice candida. nascitur in calidis sed saxosis tantæ amplitudinis in Mauritania ut caulis duodecim cubitis assurgat. crassitudine palmorum quatuor.

HIPPOMARATHRVM ALIVD DIX

h Ippomarathrū aliud hoc est quod tradidit Diocles. foliū habet angulosum, atq; lōgū.

DAVCVS DX

d Aucus quæ a nostris Gallica Pastinaca dicit̄ specie lauri. colore Croci. radice nigra Theophrasto. Dauci quatuor nonnulli fecere genera. Dioscorides & Plinius tria persequūtur. probatissima in Creta. mox in Achaia. patrēsi & spartano agro & ubiq; in siccis. priori generi folia etiā hirsuta. Caulis rectus. Radice suauissimi gustus & odoris. Reliqua genera passim nascuntur terrenis collibus limitibusq;, nec nisi pingui solo, foliis Coriandri. Caule cubitali capitulis orbiculatis sæpe plurimis q̃ ternis. Radice lignosa & cum inaruerit superuacua, Semē Cumino simile: prioris Milio. album acre odoratum omnibus & feruens. secundum priore uehementius est, eoq; parce sumi debet. tertium genus simile staphylino, semine oblongo radice dulci. omnia hæc & hyeme & æstate quadrupedi sunt itacta, nisi post abortus. Quidam ut Paulus & Galenus prior eo meminit, Daucum nihil aliud esse uoluerunt q̃ Staphylinum syluestrem, q̄q̄ uidetur a Dauco aliud genus esse Daucos herba cognominata apud Galenum duas Daucos seorsum indicanté. nisi quis librarios accuset, ꝙ quæ Galeni non sunt: adiecerint. Hippocrates Daucum Aethiopicam laudat.

DELPHINVM MAIVS DXI

DELPHINVM MINVS DXII

PYRETRVM DXIII

p Yretro depictum coloribus umbraculum, purpureô: Candido: luteo: porraceo ut scripsere quidam. Sunt qui hanc interpretentur quam uulgo rustici & olitores Draconem Acetarium uocant ut alibi notauimus. omnino dissimilé eius quam Dioscorides hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

capite demonstrat. sed æstimanda res tota diligentius.

LIBANOTIS DXIIII

l

Ibanotidis uocabulo multa genera feruntur. Vnum inter cunilagines a nobis dicendum. alterum de quo hic in species ternas diuisum. tertium coronariæ: quam Rosmarinum proprie uocari Dioscorides existimat. Libanotis porro, de quo præsens caput loquitur, radicẽ habet olusatri, locis putridis, macris, saxosis, & roscidis prouenit, seritur semine: quod quidem fertili rosmarino, scabrum & oblongum a Theophrasto redditur. folio palustris Apii, minore multo sterili, folium lactucæ syluestris & amaræ cãdidius, & asperius radice breui. uestibus interposita Libanotis abigit tineas. Carpitur per messem fertili Caulis quoq; non modo semen resinaceus, foliis & radici odor turis unde nomen. Libanotiden cum Erice lætissimam nasci Theophrastus inquit, Theodorus locum non ubi erice, sed ubi dictũ est cõuertit pro eo quod est ὅπου ἐρείκη legens ὅπου εἴρηται librariorum græcorum sane culpa.

LIBANOTIS CORONARIA DXV

l

Ibanotis Coronaria differt quidem folio a prioribus, sed comprehensa forte a Plinio est inter fertiles, nisi quis hanc pro cunilagine accipiat: ea quæ Libanotis uocatur, & in coronas admittitur. Paulus & Galenus Dioscoridem secuti quatuor Libanotidis genera connumerat. unam sterilem. fœcundas duas. Quartam generis coronamentarii: quam a Romanis priuatim Rosmarinũ dici uolunt, etiam si priora quoq; genera Plinius ita uocari ꝓdat.

SPHONDYLION DXVI

s

Phondilii succus qui exprimitur mire appetitur a muscis, & quæ sunt iis similia. Sphõdylion ferula est differens a Panace foliis quia sunt minora & Platani diuisura. nõ nisi in opacis gignitur, in palustribus patauini agri sæpe uisum. huic semẽ eodem nomine medicinæ tantum utile.

FERVLA DXVII

a

Scribitur arborum generi Ferula: quoniam teneritudo eius processu trãsit in lignum propterea Clearchus iter quæstiões lusorias quas nostri Scirpos, Græci Gryphos & Aenigmata uocant: Ferulam dicit esse lignum non lignum sicut Pumicem: lapidem non lapidem: & Noctuam: uolucrem non uolucrem, Calidis ferula nascitur locis, atq; transmaria geniculatis per uices nodata scapis. duo ei genera. Narthecem Græci uocant assurgentẽ alte. narthecia mucro semper humilem: quæ ab aliquibus Ferulago dicitur. q̃q̃ & Thapsia ferulago appellari solet. est & instrumentum medicinale ferula, siue narthex. a genibus folia exeunt grandia: mollia: multifida, maxima ut quæq; terræ sunt proxima: Caulem amplectentia ut Harundines, sed magis scinditur in coliculos quibus flores lutei & semen Anethi paulo maius insidet, sed quæ ab uno caule diuiditur in Cacumine femina putatur. Germinat uere primum folio, tum caule: qui annuus ei est. Radice singulari profunda. Ferulæ lignum omne corticis loco habent hoc est forinsecus. ligni autem uice fungosam intus medullam ut Sambuci. nonnullæ inanitatem ut harundines. nulli fruticum leuitas maior. ob id Senectuti baculus. semen ferulæ Thapsiam uocauere aliqui falso. Hoc in Italia cibus est. Conditur quippe: duratq; anni spacio ĩ urceis. Caules quoq; decocti eduntur. Commendanturq; musto & melle. Corymbiam nominant: Sicut racemos eius quos item condiunt Corymbos: quibus & in coronas utebantur. Ignem Ferulis optime seruari certum est, easq; in Aegypto præcellere. natura ferularum murenis infestissima. moriuntur ea tactæ. Asinis gratissimæ sunt in pabulo. Cæteris iumentis præsentaneo ueneno: qua de causa id animal Libero patri assignatur: cui & Ferula. Ferulam non minus a feruẽdo, q̃ a ferendo dictam uideri facit Hippocrates: qui eam Plestinga uocauit. Inter fortunatas insulas Norion uocatur. In qua ferulæ tanta crescunt amplitudine ut arbores fiant. Earum nigræ succo amarissimo damnantur: candidæ probantur adeo ut poculentus quoq; sit.

PEVCEDANVM DXVIII

p

Eucedanum, siue Peucedanus nomen a pinu inuenit ut myrtidanum a myrto q̃q̃ & amaritudinem uocabulum id significat apud poetas celebrata inter primas herba. laudatissimum in Arcadia Plinius existimat. Foditur exitu autũni. placent tenerrimæ & altissimæ radices. hæ conciduntur in digitos quaternos osseis cultellis, funduntq; succum. probatur hic & crassitudine mellea, & odore suauiter graui. Peucedanum officinæ ostẽdunt quale Dio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

scorides in cætera tm̃ radice non succosa sed lignosa, nec graui odore sed iucũdo, quod nos admonitionis causa dictum uolumus.

MELANTHION DXIX

m Elanthion quod & Melãspermon & Melanthe interi ab Hippocrate uocatur: & a Theophrasto, ut Theodorus existimat, Anthemon siue Anthemion. Nigellam interpretatus q̃q̃ anthemon omnino alia species est q̃ melãthion siue Git, siue ut Psalladius, Giddinam & Melanthemon Chamæmilon est. Melanion uero nigra uiola, optimum Git q̃ excitatissimi odoris & q̃ nigerrimum. Culices suffitu necat & muscas, succum eius largius sumẽti uenenũ esse mirari licet: cum semen ipsum inferiorem crustam panis cereali sapore condiat gratissime. aliud omnino genus uidetur esse Git: quod in segetibus passim nasci cernitur: & Pseudomelanthion uocari potest & Gitago. foliis fere porri oblongis. flore purpureo. semine ac toto frutice maius q̃ Melanthium nec odoratum. At uerum Git de quo præsens Dioscoridi mentio est: foliũ habet feniculi Senetioni sue florem ceruleum. odor semini iocundus nec ubiq; prouenit. Hippocrates cyprium commendat. Alia est herba Melãdryũ. In segete pratisq; nascens: albo flore odorata, cuius cauliculum iocineri tritum ex uino uetere probabant.

SILPHION DXX

f Ilphio id est laserpitio radix crassa multaq;. Caulis ãnuus altitudine & crassitudine quasi ferulæ. folium simile Apio: quod ineunte uere prosilit deciduumq; est, eximium purgando & saginando pecori. Carne mirabilem in modum iocunda. folio amisso caulis emicat: qui omnibus modis paratus igni manditur, hominemq; diebus quadraginta purgat omni uitio. Semẽ ei latum: foliaceum. succus duplex e scapo Caulias uocatus. e radice Rizias uilior ac putrescens. Radici cortex niger qui & detrahitur ad mercis adulteria. præparatur uero succus admixto furfure aut farina, subinde concutiendo uas, quatenus ad maturitatem perducant, id est quatenus sudare desinat & colorem suum capiat. Ita in ueteratum a situ uendicãt & carie Laser uocantes. perlucidior hic & purior a Radice: dilutior a caule: ob id farina inditur, ut coeat. natum ferunt Silphium hymbre crasso & piceo, repẽte madefacta tellure circa Hesperidum hortos, Syrtinq; maiorem septem annis ante oppidum Cyrenarum conditum. uim autem illam quattuor stadiorum spacio in Aphrica ualuisse rem feram & contumacem, atq; si coleretur, in deserta fugientem. Quidam radicem laserpitio maiorem fuisse cubitali perhibent, e cuius medio caput sublime conspiciẽdumq; tuberet unde primum succus ceu lacteus erumpat. Supernasci caulem Magydarin uocatum q̃q̃ & semẽ eius quoq; Magydaris ab aliquibus dicitur ut Galenus scribit. folio aurei coloris: quo seminis uice austrinis flatibus decusso a canis ortu Laserpitium nascatur: eodemq; anno & scapum & radicem aboleri. solum circumfodi subactum glutumq; fieri. Radices eius recens præsectas ex aceto mandi: pecora non purgari eo sed si ægrotant, aut sanari protinus quod fere consequitur, aut emori. prior opinio uidetur persico Silphio congruere: multo infra cyrenaicum nascenti. e Syria quoq; importari maxime solebat parthico siue persico deterius, medico præstantius. Aetius Laser a cyrenaico lacte separauit siue quia laser succus ipse silphii non lac esset, siue quia Laseris appellatione persicum aut medicum ut cognobiliora non cyrenaicum ueniret: quippe quod ad pondus argenti denarii pendebatur, multisq; iam annis ut Plinius ait non inuenitur: cum comedit ouis caulem protinus dormit. Capra sternutat. Tauros inflammat naribus illitis. Serpẽtes auidissimas uini admixtum rumpit. præcipitauit se quidam ex alto cum in dentium dolore cauis addidisset inclusum cera. Laser Græci Opon uocant: & quanquã opos manantem herbæ cuiusq; succum ex uulnere significet: Cyrenaicum tamen absolute pronunciatus indicat: ut Varroni placet: qui coagulari lac eo tradit. post cyrenaicum auctoritas deinde medico & Syriaco ut Galenus inquit. Hippocrates Phyllon libycon, & Aethiopicim uocando ipsum Silphii semen significat Galeno: ut quod præ sua latitudine foliaceum sit: Interim Phyllon uocat hoc nec adiicit libycum. Radicem huius proprie Silphion appellat. Caulon uero & eccaulema scapum. i. colem, ut Herodotus. Solini quoq; uerba de Silphio subiiciam. apud Cyrenenses inquit Syrpe gignitur odoratis radicibus uirgulto herbido magis quam arbusto: cuius e culmo exudat æstatis tempore pingue roscidum idq; pascentium hircorum ĩhæret barbulis: ubi cũ arefactum inoleuit, guttis steriacis legitur ad usum mensarũ uel medelæ potius. dictũ est primum inquit Syrpicum quia manat in modum lactis. deinde usu deriuante Laser nominatum. paulo post Asbitæ inquit uiuunt Lasere: hoc aluntur: hoc illis dulce est. ex his uerbis Solinus satis indi/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

cat se de Silphio loqui uoluisse quidem, sed parum nouisse quid diceret. ita salebrosus & desuetus in eo genere sermo eius est. Plautus in rudente.

Speras inquit tibi multum hoc anno futurum sirpe & laserpitium.

Sed cur Varro Draconon appellari dicit ipsum lac cyrenaicum, an non Draconon, Sed Diatonon legi potest: quia odorem intentum & uehementem habeat. &'an Dracanon a colore rubro talis .n. præfertur. nã & herba Rubia, quandoq; apud græcos Cinnabaris & Dracanon uocata é auctore Dioscoride.

MAGYDARIS DXXI

m Agydaris siue, Magudaris, a Laserpitio differt teneritudine. In Syria & Parnasso monte plurima. Theophrastus & Plinius in Lybia eam nasci pernegant. sunt qui & hanc Laserpitium appellent. periti uero facile descernunt uel aspectu.

SAGAPENVM DXXII

s Agapenum medicinæ tantum seritur in hortis. dicitur & Sacopenium: q̃q̃ Sacopeniũ quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur. illud .n. Hammoniaci lachrymæ simile Sagapenon uocant, fruticis sui nomine ut Galenus inquit per abusionem.

EVPHORBIVM DXXIII

e Vphorbium & Euphorbiam Iuba Ptolomei pater in Atlante gigni herbam scribit, dicato priuatim Volumine foliis acanthinis appellatam nomine inuentoris eius medici sui & fratris Musæ. suscipitur lac non omni uentriculo, sed hædino. Qui colligunt clari us uident. Siccatur Conto, ut effigiem turis habeat. adulteraẽ hædino lacte. sed discernitur igni. Quod .n. sincerum non est, fastidiẽdum odorem habet. multum in fra hunc succum est qui i galia fit ex herba Chamælea granum Cocci, ut Plinius inquit ferẽte. Fractus Hammoniaco similis est. accẽdit os semel gustatum & magis ex interuallo donec fauces quoq; assiccet. Galenus & Paulus Phorbion, siue Phormion herbam quandam nominant longe ab Euphorbio diuersam: cuius folio & semine ad albugines utantur cum melle: spicula quoq; corporibus extrahi persuasum sit. Græci codices Euphorbion pro Euphorbio fere scribunt.

GALBANVM DXXIIII

g Albanum Chalbanen Græci uocant & ferulam & lachrymam: Item Stagonitin & Metopion. laudatur simile Hammoniaco. adulteratur Sagopeno. permutaẽ in libras quinq;, medicinæ hoc tantum Galbanon a colore dictum candido existimant: a quo & uestis nomẽ Galbanum Iuuenali. uulgo quoq; nautica operimenta sic uocamus. nam Galbeum ut Tranquillus ait remedia sunt lanis inuoluta.

HAMMONIACVM DXXV

h Ammoniacum dicitur quoniam stillat in arenis iuxta Iouis Hammonis oraculum resinæ modo, aut gummi: ipsum Thrausma siue Thrastum Turis habet masculi similitudinem. Phyrama uero pingue, Resinosumq;. adulteratur harenis uelut nascendo apprehensis. igitur q̃minimis glebis probatur: & q̃ purissimis. pretium optimi in libras asses quadraginta. Metopion arbor ipsa dicitur, ut Galbani a Solino Metops.

SARCOCOLLA DXXVI

s Arcocolla uetustate nigrescit maxime. melior, quo candidior, e spina reddi putant, cũ quadam acrimonia dulcem.

GLAVCION DXXVII

g Laucion & ĩ Parthia nascitur foliis densis minoribus, q̃ papaueris sordidioribusq;. gustu amaro cum quadam astrictione. granum habet crocei coloris. hinc temperatur collyrium: quod medici Diaglaucion uocant in quod recentiores papauere cornuto utũtur, aut etiam chelidonio maiore: ut nihil profecerit Dioscoridis attestatio in mentione papaueris illius, cum alioquin magno periculo hac parte hallucinentur, q̃ Chelidonii & Papaueris eius natura erodendo sit, Glaucii multo mitior & refrigerãdo fere, propterea collyrium ex illo iumẽtorum oculis adhiberi solet. ex glaucio humanis.

GLVTINVM DXXVIII

g Lutinum siue Gluten Græce colla, præstantissimum fit ex auribus taurorum & genitalibus. sed adulteratur nihil æque quibusuis pellibus ueteratis, calciamẽtisq; et decoctis. Rhodiacũ uero fidelissimũ. eoq; & pictores & medici utuntur: lignosum improbatur

Contexi par est & reliqua glutinum genera. auro glutinum est Santerna: ferro Argilla. æris massis Cadmia. laminis Alumen. Stagnum Aeramentis. Stagno Argétum. marmori, & Plumbo resi/na. plumbum nigrum albo. album ipsum sibi oleo. Est & glutinum auri cum inducitur ligno, Leucoporon siue Leucophæon uocatum ex pluribus compositum Sinopidis põticæ selibra. Si lis lucidi. p. x. & melini græciensis duobus mixtis, tritisq; una per duodecim dies. Est & Lithocol/la glutinum ex lapidibus sicut Ichthyocolla ex piscibus. habetur & Gluten librarium ex simila & polline. Nam Gluten atticum pro gummi ex amygdala quandoq; accipitur a chymicis.

ICHTHYOCOLLA DXXXIX

i Chthyocolla appellatur piscis, cui glutinosum est corium. idemq; nomé Glutino eius quod alii ex corio, alii ex uentre putant fieri. Ichthyocolla inuentum Dædali. laudatur carens uenis, squamisq;. madescere debet concisa in aqua, uel aceto nocte & die: mox tundi marinis lapidibus, ut facilius liquescat.

VISCVM DXXX

u Iscum Græce Ixos, & Ixias frutex ipse ut Athenæus ait. porro Viscum illud quod inter uenena ponitur a Dioscoride: Galeno: Plinio Ixiam Græci uocant & Vlochõ, siue Vlo phonon: quibus nominibus chamæleontem quoq; dici constat, radicemq; affirmant esse hoc genus uisci: quod interficit: unde orta dubitatio est uiscum hoc pro chamæleontis an p sui generis, aut pro fruticis ipsius radice capiamus, ex quo uiscum conficitur: Paulus & Aetius in uenenis Ixiam a chamæleonte separant. alias & notas & medicinas reddendo. In Quercu, Ilice, Pruno syluestri, Terebintho nec aliis arboribus adnascitur. Dioscorides addit Malo & Piro. Co/piosissimum in Quercu. pleriq; putant quod Dryos Hyphear uocant. Ion poeta sudorem quer/cus: nãq; quod in Abiete & Larice fit Stelim Euboea dicit. Hyphear Arcadia non Viscum. uisci porro genera bina uel terna faciunt & in omni arbore excepta Ilice & Quercu. differentiam con stituit odor uirusq;, & folium non iocundi odoris. uiscum coloris, ut poeta iquit aurei. amarum & lentum e Robore præcipuum. Hyphear uero ad saginanda pecora utilius quia & aliméti plus & pinguitudinis in Larice & Abiete sit. uitia purgat primum: dein pinguefacit: quæ suffecere pur gationi ut Silphium. quibus sit aliqua tabes intus negant durare. Edédi ratio ætatis quadragenis diebus. adiiciunt aliqui discrimen in hiis quibus folia decidant & uisco decidere. Contra in hæ/rere nato in æterno fronde. omnino autem satum nullo modo prouenit: unde Maroni dictum. Quod nõ sua seminat arbor.

nec nisi per aluum fimo redditum maxime palumbis & turdis. Siue ut quidam ex Theophra/sto picis κίτ7αν pro κίχλαν legentes: cum alioquin Plautus auctore Seruio grammatico de turdelis intellexerit: cum inquit ipsa sibi auis mortem creat. Est autem turdella turdi genus alterum quod in Venetia prouincia Drexanos uulgo, nominant in liguria priscum nomen reti nent maiores turdo sunt: péna subtus uaria. Græci Cossyphos modo appellant ut quibusdam uidetur. Drexanos porro quasi dryxanos hoc est quercus arrodentes uocatos existimant. Cossy/phos certe Aristoteles merulas intelligit item Cottyphos. palumbos Græci Phattas, siue Phassas uocant. Sed genus eorum unum: cuius fimo uiscum nascatur. Athenæus Oenadé appellari tra/dit: quam Theodorus noster in Aristotele Vinaginem interpretatus est. Altitudo eius nõ excedit cubitalem, semper fruticosi ac uirentis. mas fertilis, femina sterilis. aliquando non fert. uiscum fit ex acinis immaturis hoc est uiridibus nondum candidis quod eis per maturitatem cõtingit. hi per messes collecti, siccati, atq; tusi deinde putrefacti aqua duodenis fere diebus mox in proflué te rursus malleo tundũtur, amissis corticibus iteriore carne lentescentes. Quidam decoquunt in aqua tusum, donec innatet. nonnulli cõmãducantes ac nos expuunt cortices. optimum é quod sine cortice est, quodq; leuissimum. Quidam efficacius futurum promittunt detractum prima lu na e robore sine ferro. Visco nihil est glutinosius pénis maxime uolucrum ligandis. Iuglandium oleo subactum, cum libeat insidias molliri. Druydes in gallia nihil habent uisco & arbore i qua gignatur: si modo sit Robur. sacratius. nec ulla sacra sine ea fronde faciunt. Quicquid iis ad na/scitur e coelo missum putant. Inuentu rarum. magna religione petitur & ante omnia sexta luna. post sacrificium & epulas sub arbore sacerdos ueste candida. Falce aurea id demetit. candido ex/cipiente sago taurosq; duos coloris candidi tum primum cornibus uinctos immolant. precãtes ut suũ donũ deus, psperũ faciat. fœcũditaté eo poto dari cuicunq; aialiũ sterili arbitrãtur. cõtraq; uenena oïa eé remedio. Fit & ex aliis quoq; rebus Viscũ i Syria ex acinis, quos ab Augusti honore ut coniicio Sebastos appellauerũt. hæc myxa Veteribus fuisse iterpretor, q̃ p diminutioné quoq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

myxaria dicuntur. arbusti eius ligno cortex albus ramis uirens. folio rotundo amplo. fructus in racemo dulcis candido lentore plenus, cum interiore nucleo quasi oliuæ siccatur. hic in medicina uentrem soluit, distillationesque comprimit: & rosiones Vesicæ: & intestinorum animalia. Damascenum ide uiscum paratur, comẽdatissimum aucupiis præterq̃ aquatilium uolucrũ. fingitur & ex radice quadam uiscum Lantanæ dicti fruticis æque ueteribus incogniti: folio hirsuto molli: flore candido odorato: quem sustinet umbella, uiminibus lentis ad nexum acinis ut uua, primo rubentibus: post nigrantibus.

APARINE DXXXI

a Parine, quã nostri & Lappam uocant, Hippocrates philistion & Phileterion quoque ut Galenus putat: non euidens, sed occultus in ea flos maturescit & intra se germinat semen: uelut animalia: quæ in se pariunt ut uiparæ. Nascitur in frumentario agro inter Lẽtem præcipue: item pratis hortisque. Ramosa hæc & hirsuta quinis senisque in orbem circa ramos foliis per interualla. Semen subdulce. Omphacocarpon a Plinio Galeno & Paulo ægineta dicit: nisi quis omphalocarpon ex Dioscoride legi malit, ab umbilici similitudine: quã semen præfert. Philanthropos uero dicta est hæc a nonnullis herba: quia uelut amici solent, cõmeantium laciniis obhæreat. aliud floris genus est, quod in Parthis nasci scribit Apollodorus, Philadelphum appellatum, ex argumento, q̃ rami eius ex interuallo sponte coeant ceu animãtes: post digrediãtur, concipiant, atque pariant. huius tenuissimis uirgis Reticulatim compositis atque ita consitis hortorum septa impenetrabili compage fieri.

ALYSSON DXXXII

a Lysson distat a Rubia. foliis tantum ramisque minoribus. ita dictum q̃ rabiem canum defendat. Saniem conspecto eo siccari tradunt. auctor est Aetius quosdã existimare hãc herbam nihil differre ab Sideriti Heraclea: quæ tertia ẽ inter siderites a Dioscoride mõstratas. Sed & Photion grãmaticus folio eam subpurpureo describit: quod & Siderites habet tertia: ut Dioscorides est auctor. Ego Alysson ab hac Sideriti plurimũ differre nihil dubito. Alison & poculi genus est. uerum scriptura separat q̃ & per simplex. s. & per. ei. scribitur. at pro herba captum per. y. & per duplex. s. sunt qui Crucialem herbam uulgo dictam pro alysso demonstrent. Sed interest q̃ Alysson quinis per interualla foliis ostẽdimus, crucialem quaternis: unde nomẽ & minus hirsutis. Exilius & huic semẽ q̃ Alysso est, minus etiamnum anguloso caule. flos Alysso candidus, Cruciali uero luteus. Cæterum impudentius falluntur: qui alysson pro ea capiũt, quæ Liliago siue Liliarca & Martegonia rustice uocatur. folio quadantenus & flore lilii purpureo.

ATRACTYLIS DXXXIII

a Tractylis aculeata est, Sed & acanacea. hoc est & conceptu & floris sede, aut etiam semine fructuque spinoso. laborantibus Græcis uno uerbo tres affectus & qualitates includere: idem erat quod Acorna siue, Acarna, nisi candidior e͡et & nisi decerpta, cuteque adhibita sanguineum succum funderet. Qua de causa Theophrasto Phonos, & Androsemon quoque uocatur ab Aetio, odore grauis, pestemque denuntians. Sero maturescente semine nec ante autumnum. q̃q̃ hoc de omnibus spinosis dici potest. Acornæ spina pro folio ut Theophrastus inquit. Cneco urbano similis, colore tantum ruffo. pingui succo. Atractylis Cnecum ẽ syluestre. de satiuo dicetur in mentione sua. Syluestre iterum secatur. una mitior & satiuo similior: caule rectiore: ac rigido exilis. Itaque & pro colu antiquæ mulieres utebantur: ex eoque hanc proprie Atractylida nominabant, Semine candido, grandi, amaro. altera hirsutior torosiore caule quasi Sonchi & qui pene humi serpat. Semine minuto, amaro, frequenti: piloso.

ASCLEPIAS DXXXIIII

POLYCNEMON DXXXV

p Olycnemon & cunilæ bubulæ similis appingitur, odoratis corymbis acri & dulci odore.

CLINOPODION DXXXVI

c Linopodion non desunt quibus herba orbiculata uulgo dicta serpillo similis etiam si non serpit: aut eadem, aut propinqua esse uideatur: quoniam orbiculato florum ambitu a Plinio tradatur. Dubitationem facit Dioscoridis adiectio dicentis ex interuallo Marrubii similitudine flores in ea cerni, quod quidem in ea, quæ orbiculata dicitur: non est. Sed continua florum series sub albentium: acinis in summo ternis, quaternis ue, radice fibris multiplici.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

LEONTOPETALON DXXXVII

l Eontopetalon radice grandi.uocatur & Dorypetron a Plinio.

TEVCRION DXXXVIII

Eucrion hoc(ut puto) & ramis Hysopi describitur a Plinio: surculosa, folio fabæ. Colli
t gi florentem adhuc iubent, adeo florere non dubitant maximeq; ex ciliciis & pisidiis
montibus cõmẽdant. Dicitur eadem Teucria. quidam & aliam Teucrion uocarunt: de qua in Hemionitide scribendum nobis est.

CHAMAEDRYS DXXXIX

c Hamædrys quæ & serrata dicitur q; ab ea serram inuentam putẽt, folia habet magnitudine mentæ. fit & Vinum ex ea medicis.

LEVCAS DXL

Eucas eadem fortasse fuerit cum Leuce ut Plinii uerba usurpem. uerum leucadis inquit
l speciem auctores non tradunt. De Leuce uero mercuriali herbæ similem dicunt. noméq; ex causa accepisse per medium folium candida transcurrente linea, quare Mesoleucon quidam uocant. Leuce dicitur & ipsa radix armoracia: Itemq; Androsaces. Est & arboris nomen Leucæ hoc est albæ populi.

LYCHNIS CORONARIA DXLI

Ychnis æstate floret Lucernulam Theodorus conuertit. Plinius quodam loco flãmeã
l cognominat, alibi rosam Græcam: non nisi in humidis locis prouenit. nũq̃ excedens quinq; folia. uiolæ magnitudine odore nullo, & hæc ab altera græcula uocata differt. de qua diximus inter rosas. differt & a Lychnitide: de qua in phlomidibus. Amerias Rhizotomus lychnin e Veneris labro natam putauit: cum a Vulcano compressa lauit se: præstãtissimãq; haberi in insulis Cypro, Lemno: Strongyle, herice, cytheris. lychnin hãc & taurion dici scribũt: alia tamen est quæ taura uulgo nominatur, siue tora flore ceruleo, folio rotundo. radice polypodii hirsuta, & uermis nigri effigie. uenenosa herba: cui per antipathiam naturæ alia occurrit herba Antitaura & Antitora cognomine folio rotundo.

LYCHNIS RVSTICA DXLII

Ychnidis syluestris radicem Asiani bolitem uocant. hanc a nostris Accipitrinum pedẽ
l appellari scribit Dioscorides: q̃q̃ accipitrinus pes apud nostrum uulgus est, quæ Corneola quoq; dicitur folio salicis fere pusillo, flore subluteo, cũ siliquis ciceri similibus & in iis semen inficere capillos dicitur, colore rubro. qualis autem sit pes milui, siue pes miluinus dicta Columellæ inter herbas, quæ in usum colligi & reponi oportet: ipse non explicauit.

LILIVM DXLIII

Ilium Græci crinon. Sed fruticem eius crinoniam quasi liliarium, ut uiolarium & rosa-
l rium appellant. nam lilieta roseta uioletaq; aliud sunt ut constat. lilium e Iunonis lacte natum Græci perhibent respersa terra, dum Hercule dormientis uberibus admoto, mox post suctum digresso late fluxit. ob id Lilium a nostris Iunonia rosa dictum uideri potest. Philinus a quibusdam Ion uocari quod sit lilium existimat: Ambrosiam corinthi. Nicander & Aphrodites charma hocé quasi Veneris uolupiam cognominari a quibusdam cecinit. in Co insula ex Alexandri statua enatam in capite Ambrosiam carystius: quæ nihil aliud sit q̃ Lilium, memoriæ proditum reliquit. Nascitur e lachryma sua Lilium inarescente cum defluxit uelut Olusatrum. lilii quadruplex genus in Theophrasto. primi flos uere cum uiola sæpe alba, pauloue postea erumpit. hoc ab eo proprie Crinon, hoc est lilium uocatur. alterum genus Lirium appellat uere quidem omnino florens. uerum serius cum Narcisso. forteq; hoc sit quod a Plinio liliũ transmaria nuncupatum est. Tertium æstate floret & Cerinthum priuatim uocari puto, q̃q̃ & alias res Cerinthus significat: ut inferius liquebit. Quartum genus quod item Lirium Græci nominãt. Autumno floret: emicatq; primis hymbribus. Est & rubens lilium differens (ut arbitror) a purpureo uisum a nobis Patauii in Fœlicis horto probatissimum i Antiochia & Laodicea Syriæ: mox phaselide: quartum locum obtinente: quod in Italia nascitur: hoc genus proprie Crinon a Græcis uocari & florem eius cynorhodon auctor est Plinius. hoc & Hippocrates acceperit cum rubẽtia cynorhoda feminarum purgationibus cõmendat in uino. Lilia purpurea & arte fiunt, maceratis in fece uini scapis antequam serantur mense martio & in scrobe circumfusis eadem fece: in quem usum scapos arescentes colligunt Iulio mense. Lilia in fumo suspendentes. Caule gemino purpurea uisuntur aliquando carnosiore tantum radice, maiorisq; bulbi, calix her-

baceus, post arcturum & æquinoctium autumni florent purpurea: quorum genus unum
uocant narcissum: cui uidelicet i radice sunt folia, purpureis, calices, ut diximus herbacei, cætera
eadem, quæ candidis. albo nihil est fœcũdius. una radice quinquagenos sæpe nutriẽte bulbos.
lilium rosæ nobilitate proximum. Ideoq; Iunonis rosa dicitur. nulli florum proceritas maior in
terim cubitorum trium: languido semper collo & oneri suo impar. candor eximius. foliis eius fo
ris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim se laxantibus calathi effigie resupinis per ambi
tum labris, tenuiq; filo & semine stantibus in medio crocis: ita odor colorq; duplex. alius calicis,
alius staminis. differentia angusta. Raro duplex caulis in lilio. singulis caulibus lilia modo sin//
gula, modo plura sustinẽtur: quod & rarius est. pandit se uel detractum parenti etiam si tristius &
exilius. lilio simile in Aegypti palustribus gignitur: sed foliis copiosis colore admodum uirenti/
bus dispositis & quasi uno uersu cõditis ad mulierum profluuia, & fracturas medicis quæsitum.
Cærinthus de qua scribere distulimus & Rhitacem, siue ut Aristoteles Crithacem significat: quæ
& Sandaraca appellatur, & a Dioscoride Cerãthemos libro quinto ex arborum succo, gummi
modo genita & uerno rore. unde Vernigini quoq; uulgo nomen, de hac & in Propole nõ nihil
diximus, Africi flatu minor, austri nigrior, aquilonibus melior & rubẽs. plurimum ĩ Græcis nu/
cibus apum cibo aptissima dum operantur: qui sæpe inuenitur in fauorum inanitatibus seposi//
tus amari saporis & humore plenus. Menecrates, Sed nemo præter eum ut inquit Plinius, auctor
est, Erithacem aut Cerinthum florem esse futuræ mellationis indicium. Est & Cerinthe quæ uoca/
tur herba propter apes serenda folio cãdido, incuruo, cubitalis capite concauo, mellis succũ ha/
bente: cuius gramen Virgilius esse dixit ignobile. Quæ nominum uicinitas fortasse Menecratem
fefellit, nam & Aristoteles cerinthi florem ad hunc usum citat in libro de animalibus: q̃q̃ ĩ eo nõ
Cerinthus, sed mendose scribitur calynthrus.

BALLOTE DXLIIII

Allote fruticosa est herba, nec uideo qui possim tueri Plinium: qui Græci porrum ni/
b grum uocant. Et infra Ballote inquit foliis est Porri maioribus nigrioribusq;. At Græci
non Porrum nigrum, sed Marubium nigrum ballotem sine ulla controuersia cogno/
minant. nec folia ei sunt porracea. sed Marrubii & Citraginis. deceptum affinitate nominum cõ/
stat. Prason melan pro prasion legẽtem. Est autem prason porrum, Prasion marubium. Idem er
ror a Plinio cõmittitur in herba stachye.

MELISSOPHYLLON DXLV

Elissophyllon, siue melinon apiastrum ab Igino uocari cæpit eruditissimo alioquin ui
m ro: Sed quem omnes hac in parte damnent. Et quod magis mirere, sequantur tamẽ, Nã
& Dioscorides & Varro ita eam uocant. In coronamenta folio & hæc uenit. adeo autẽ
nullo magis flore apes gaudent: ut si perungantur aluearia eo, nõ fugiant, & in copia eius exami
na facillime contineantur. citraginem a nostris uocari & hanc Dioscorides affirmat ab odoris si
militudine. Palladius uero q̃ recte nescio Melissophyllon aliud a Citragine, siue quod idem est
Citreagine uidetur intellexisse in mentione apum.

MARRVBIVM DXLVI

Arrubium duplex folio herbaceo & incisuris altioribus serrato, Vnguentariis ut Theo
m phrastus ait quæsito ad quædam. hoc & candidum appellauerim. alterum folio rotun
diore uehementer squalido, ut Saluia & obscurius serrato, quod quidem ego, aut bal/
loten ipsam de qua diximus: aut ei ualde similem interpretor. nam & medicinæ cõgruũt ĩ Plinio.

STACHYS DXLVII

Tachys foliis colore in luteum inclinante, nec Porri, ut Plinio placet, Sed ut Dioscori/
s di quod & nos uidimus, marrubii similibus: quod & in ballote idem auctor peccauit.
Vidimus eam Romæ ubi & nauiculam & alii coronatam herbam uocant.

PHYLLITIS DXLVIII

Liud uidetur genus phyllitis esse, q̃ Phyllanthion. Est autem phyllanthion cognomẽ
a to dyticõ apud Democritum, ad purpuram tingendam satis celebre nec præterea qua
le id sit monstratur. In Theophrasto ac Plinio legitur & phyllanthes herba inter spino/
sas, Sed mitior aculeis & ab radice tantum foliata.

PHALANGION DXLVIIII

p Halangion & Leucanthemon & Leucacantham uocant. flos lilio rubro similis.

TRIFOLIVM DL

t Rifolium tribus generibus. Minyanthes, siue Asphaltiõ, siue Asphaltitis ut Archigenes
maiore folio, : quo utuntur coronarii. alterum acuto Oxytriphylon cognomine. ter//

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

tium ex omnibus minutissimum. herba optima in prato Trifolii est. præsagia tempestatum habet inhorrescit enim, & subrigitur contra eas. Sophocles poeta uenatum id existimat. Serpentes in trifolio nūq̃ spectantur. Columella trifolium Simoniamum & acutum quoq; dici hoc tradit. fragosis locis inueniri, longis hirsutisq; foliis uirere, caulemq; robustiorem facere, q̃ trifoliū pratēse.

POLIVM DLI

Olium carnoso, ut alia multa folio, uestibus interpositum arcet animalium nocentia.
p culices ab eo caprifici modo generari Theophrastus scribit herba iclyta Hesiodi, & Mu
sæi laudibus ad omnia utilem prædicantium, & ad famam quoq; dignitatis perungi, tractari, coliq; iubentium. folia eius mane candida. meridie purpurea. sole occidente cerulea spectari: quod quidem a Dioscoride Tripolii floribus ascribitur. Theophrastus certe modo Poliū: modo Tripolium eandem uocauit herbam. Ideoq; a Tripolio differre quidam negarūt. folia polii canis hominis similia. a radice protinus, nunq̃ palmo altiora Plinius existimat. Quidam folia Thymi reddunt, nisi q; molliora sunt, & lanatiore canitie. nulla magis herba conuenit medicamento: quod Alexipharmacon uocant: in quod minore ut Galenus inquit: utimur.

SCORDION DLII

Cordion item scordotis Mithridati ascripta est: cuius depictam manu Crateias medi-
s cus uidit: magnitudine cubitali: ramosam foliis lanuginosis. Reperitur in Ponto, cam
pis humidis, pinguibus. Est & alterius generis latioribus foliis, mentastro similis. alia ē a Mithridate similiter inuenta: quam Mithridation uocant. huic folia inquit Plinius duo a radice acantho similia. caulis inter utraq; sustinens roseum florē. hanc ipsam puto eē quam idem Plinius Chamæropa uocauit libro sexto & uigesimo iis uerbis. Eosdem inquit effectus habet lateris doloribus Chamærops myrteis circa caulem geminis foliis capitibus græculæ rosæ.

BECHION DLIII

Echion, siue Bechicon duo habet genera. Syluestris ubi nascitur: subesse aquas credūt.
b Et hoc habent signum aquilegi. describitq; hanc Plinius aliter q̃ Dioscorides folia eius
tradēdo superne pallida subalbida a terra sine caule, sine flore, sine semine. altera a quibusdam saluia dicitur similis uerbasco. hanc a Dioscoride Verbascum syluestre dici puto ita scribente. habetur īquit & Verbascum syluestre altum uirgis arboreis folio saluiæ orbibus uirgas cingentibus ut Marrubium floris lutei fulgore auri. Quidam priorem Arcion, & alio nomine Chamæleucem putant. Est autem Chamæleuce: quam nostri Farfugium uocant folio Populi, Sed ampliore. nascens iuxta fluuios, unde Populago dicta sit a nostris, hanc & Farfariam uocari Dioscorides testis est a fluuio fortasse Farfaro: quem Virgilius fabarim appellat in Sabinis. plautus.
Dissipabo inquit te ut folia farfari.
Itemq; in Penulo.
Prosternebam inquit eos ut folia farfari.

ARTEMISIA DLIIII

Rtemisiam & Lachanon basilicon hoc est olus Regium nōnulli uocāt. Dictam putant
a ab Artemisia uxore Mausoli: quæ sibi hanc herbam adoptauerit: cum antea Parthenis
uocaretur. Sunt qui ab artemide cognominatam putent: quoniam priuatim medicatur feminarum malis: quibus Artemis, hoc est Diana præsit. Secundo generi teneritudinem tribuunt non nisi in maritimis nascenti. Tertio minima folia florēti cum uua maturescit: quod quidam Botryn: alii Ambrosiam uocari tradunt: qualis in Cappadocia proueniat.

ARTEMISIA ALIA DLV

N quibusdam exemplaribus artemisiam hanc multis nominibus īuenias. Toxitesiam,
i Ephesiam. Parthenicon. Hypolysson, Anactorion. Sozusan. Lian: Leucophryca: pro
phetæ sanguinem hominis, Romani Valentiam. nonnulli Persepollentem. alii Herbā regiam. Galli Ponem. Daci Zonusten.

AMBROSIA DLVI

Mbrosia uagi herba nominis, & circa alias quoq; fluctuans. Athenienses in dedicatiōe
a Iouis ctesii Ambrosiam in cado ferendam iubebant. Non herbam intelligentes eo nomine, sed ut Athenæus inquit fruges omniiugas, & oleum, & latices.

BOTRYS DLVII

Otryn cappadoces & Ambrosiam uocant. alii artemisiam.

GERANION DLVIII

Eranion & Myrtidon uocatur genus primum. Geranion uera creditur a quibusdam,
g Sed & secundum utiq; si descriptionem græcorum sequare, Non latinorum: ut mox docemus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ALTERA GERANION DLVIIII

g Eranion secúdum medicis inutile, aliter a Græcis, aliter a latinis describitur. Dioscorides & omnino Græci foliis paulo cádidioribus q̃ maluæ, ramosum ex interuallis. hác ego aut eandem, aut omnino similem esse uideo cum ea: quam Galliæ transalpinæ uulneribus & fistulis in potum cõmendát, & herbam Robertianam cognominant coliculis rubentibus flore paruo: sub purpureoq; ac cæteris notis omnibus: quæ hoc loco a Dioscoride geranio redduntur. etiam si ab eo medicinæ aliena existimetur. Quid enim prohibet ignoratas eius uires fuisse olim? Nostri ut inquit Plinius geranion ostendunt cicutæ foliis minutioribus & caule breuius rotundo, saporis & odoris iocundi. uerum hæc proprie Geranion non est, sed myrrhis: de qua post agemus: confusione orta q Geranion a quibusdam Myrrhis etiam dicatur: unde natú & illud sit, ut Geranion in latino Cicutaria nomen habeat: cú alioqui Cicutaria proprie Myrrhis esse uideatur.

GNAPHALION DLX

g Naphalion alii chamæzelon uocant. Gnaphalió porro dicitur quasi herba fullonia, siue Tomentitia: quéadmodum & piscis quidam Gnapheus hoc est fullo dictus est. quoniam omnes maculas decoctum eius eluat. hanc puto esse quæ ab Alcæo poeta Gnaphos appellatur. aut eam quæ Hippophaes nomen habet. nam & illa fullonibus est propria. Est apud Aristotelem & auis dicta Gnaphalus, quã miror a Theodoro prætermissam, imo uero cú altera quæ uocatur Helea confusam ab ipso. Tomentum a nostris dici quidam putant Gnaphalion. lomentum certe in Plinii codicibus impressis legitur. Tomentum in scriptis manu: qui tamen nõ lomẽtum dici, sed pro lométo esse scribit. quod & Dioscorides quoq; affirmat. Et enim Creta qua fullones in albandis & poliendis uestibus utuntur Lomentum a nostris, Gnaphalion & Gnaphalis græce dicitur: ut in ceruleo notauimus ex Plinii sententia. Sed & fabacea farina lomẽtum est: quod Aetius fabã nominat quãdoq;. Ego Tomẽtum potius q̃ lomẽtum dixerim hoc loco. ut tamen sciamus Gnaphalion utrũq; uideri significare tam lomẽtum, q̃ Tomẽtum. adducor eo q Dioscorides centũculum uocari hanc Romæ prodat. Est autem centonibus cum tomẽto maxima cognatio. nam & folia Dictamni q mollia esse uideantur: tomentitia, & lanea dicuntur a Dioscoride, hoc est gnaphalide. Sed & pars cucurbitæ interior quæ semen complectitur ab Aetio gnaphalides esse dicitur ob candorem cum mollitia.

TYPHA DLXI

d Isserre typham a tipha: quæ frumenti genus est, & per literam Iota scribitur existimo: sine geniculis scirpi modo nascẽs: radicibus multis, ut triticum ordeũq;: folliculo multiplici: culmo simplici. leuissima frumẽtorum: solo etiam gracili facile proueniens. tritico persimilis ut Zea. pistam serunt: qui mutari uolunt in triticum. idq; anno demum tertio procedit. Theophrastus sine folio gigni Tiphen uocatam prodidit: orchomenium circa lacum: parte radici proxima: esu præcipue pueris tenera: idem an diuersum genus faciat cum prædictis æstimandum relinquo.

CIRCEA DLXII

c Irceam a circe dictam nonnulli uerisimile putant. Quæsitum ẽ autem a nobis, quid eẽt apud Columellam Cirrea. nunquid pro circea deprauatus esset locus: respondi nõ cirream, sed cymam legendum.

OENANTHE DLXIII

o Enanthe a Theodoro uitiflora dicitur. post narcissum Vere floret. plurimum durat: si diuulsa crebro prohibeatur sementescere. flos ei candidus in racemis ut Labrusca: odore germinantis uuæ, unde nomen. nascitur locis tepidis, obseritur semine. habetur & altera Oenanthe inter uites dicenda. DLXIIII

CONYZA DLXIIII

c Onyza, q̃ a nostris Cunilago dicit̃: & Plinio Cunila quãdoq; libro decimo. & a Theodoro pulicaris quia pulices necat. folio coronat & maior & minor appellata. Maior dicitur eẽ mascula folio aspero, pinguiore, q̃ minoris & imbricato. Torosiore caule, magisq; ramoso, radice lignosa: quæ a quibusdam ut herba quoq; ipsa, Libanotis dicitur auctore Plinio. manipulo eius abiecto oẽs ẽt a tota domo blattæ cõueniũt ad eã. utrũq; genus serotinũ, ut quod post arcturũ germẽ, floréq; mittat. in sũma cunilaginis appellatiõe quatuor herbæ ueniunt: mascula & femina: & quæ tertio loco ponitur fedissimi iter omnes odoris. Quartã reddit Plinius: quã appellat satiuã Serpillo similẽ e cunilagine montana factã. Est & quinta eius species Hippocrati, ut dicet̃ paulopost. Cunilago dicitur & ipsum Ligusticũ ab aliquibus, sed falso. at cunilæ tria sunt genera siue noĩa. capitatã & nostratẽ: quæ satureia sit uocamus. Gallinaceã quæ origanum heracleoticum. bubulam: quæ quéadmodũ a Græcis dicat̃: aliud nõ cõperi q̃ q eã Plinius pro Origano accipere multis locis uidetur, in qua significatiõe uocabulo eo & nos usi sumus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

CONYZA MINOR DLX?

Onyza minor eadem femina Hippocrati cunilago ſemper mollis uocatur. folia huius
c trita mellis odorem habēt. digitis tactu cohærentibus. hanc Dioſcorides libanotidē ap//
pellat, cum Plinius maſculam ita nominet. piloſiora minori folia & rami: qui & aculea
ti ſunt. flos ſqualidior: odore acriore: qui tamen grauior ſit maſculæ.

CONYZA TERTIVM GENVS DLXVI

Ippocrates cúilaginem‚ ſiue Conyzam præter ſupradictas aliam deſcribit. Apio criſpo
h ſimilem: in maritimis ſabuloſiſq; naſcentem odoris teterrimi & maxime faſtidiendi:
quam cum melle atq; uino feminarum locis, quæ fætum non recipiant, admoueri præ
cipit: libro de muliebribus cauſis ſecundo.

HEMEROCALLES DLXVII

Emerocalles Elium a Theodoro dicitur, ꝙ in Dioſcoridis exemplaribus deprauatis Eli
h um marinum dici a noſtris eum florē legiſſet. Ego Lilium marinum nō Elium in Dio//
ſcoride legendum arbitror: nam & græce Crinon a quibuſdam & a noſtris Lilium idē
auctor uocari tradit. Coronamentis folio tantum dicata hæc ē. pallidum hoc e uiridi & molle ha/
bet radicē odoratam. Seritur ſemine. Antiquus grammaticus Theodorus cognomine Panages
Hemerocalles Athenis dici prodidit non florem, ſed uellus aut lēniſcum puniceum, & uerſicolo
rem, quo in ſacris utebantur. Dioſcorides & hanc & Lilium a ueteribus Crinanthemō uocari tra/
dit. Hippocrates quoq; crinanthemon duplex haberi ſignificat: cum alterum inquit eſſe in ædi//
bus noſtris proueniens.

LEVCOION DLXVIII

Eucoion & ſi candidam uiolam ipſo nomine ſignificat, tamē & pro lutea, & cerulea, &
l purpurea ſæpe capitur. hinc apud Columellam candida Leucoia quaſi & nigra quædā
ſint. Hippocrates certe nigra inquit Leucoia quærantur. Paulus ioton īquit oleum hoc
eſt uiolaceum modo ex purpureis, modo ex cādidis, modo ex croceis confici ſolere uiolis. Sciē/
dum & illud eſt Dioſcoridem hoc loco ſcribere uiolam, quæ græce leucoion dicatur a Romanis
liguſtriam quandoq; nominari: etiam ſi codices ſunt ī quibus nō liguſtria, ſed auguſtia legatur,
ut fortaſſe Columella in horto ſuo intelligat de uiola cum cecinit.

Nigro cōmiſta Liguſtro.

Nam Liguſtrum cādidum pro cypri flore capitur. cæterum de purpurea, ſiue nigra ſeorſum poſt
dicetur. Cerulea quæ ſit nō cōſtat, niſi quis Cyanum hanc intelligat. Eſt aūt Cyanus flos: roſam
exc piés: cui s color honorē, nomenq; dederit ceruleo. Cyanum Amaranthus excipit. Triuialis
ut quidā exiſtimauere flos eſt cyanus, in frumētario naſcēs agro & ortis quoq;, ruſticorū & puella
rum corollis, calice roſarum ſed ſquarroſo, atq; triſti ſine odore. uerum ſumma colori gratia: qui
& baptiſecula ruribus dicatur: quoniam ſecātibus & metētibus officiat, retuſa in occurſu eius fal/
ce. nam & Seculam ueteres dixere falcem. florum porro prima ſe oſtendit alba uiola, nec dum ex
acta hyeme. ſub idē fere tempus exit & uiola cognomēto flāmea, quæ Phlogion uocatur: Sylue//
ſtris tantum ab aliquibus Phlox: ut errare putem: qui phlogion eādem eſſe cum lutea uiola ſcri//
pſere, quod quidē ex ſequētibus apertiſſime liquebit. Theodorus flāmā uocauit, colore cōmēda/
bili, odore nullo, ſemine proueniēs coronis. non eſt hæc autem Iouis flos, aut quod idem eſt, Io/
uis flamma, hoc eſt Dioſanthos, idq; neu dubitem, facit, ꝙ Iouis flos licet ſine odore ſit & coro/
narius & obſeratur ſemine, tamen æſtate floret: non per hyemē, ut flammea. Plinius quoq; iouis
inquit flos colore tantum cōmendatur, odor abeſt ſicut & illi qui a Græcis īquit Phlox uocatur.
Diximus & Lychnin uocari quandoq; flammeam: ſed inter roſas potius ꝙ̄ uiolas. aliud eſt apud
Græcos Phlogis. nam & ueſtis genus ſignificat quod nos flammeam & flammearios opifices in
Plauto uocamus & carnem toſtam, ut eſt apud Stratidem. uiolarum ergo alba & flammea pluri
mū durāt. Sed ſatiuis maxima auctoritas luteolis: qui colos in nuptialibus flāmeis quæſitus ritu
antiquiſſimo & feminis totus cōceſſus traditur: ideoq; fortaſſe nō numeratur inter pricipales hoc
ē cōmunes maribus & feminis: quoniā coloribus ſocietas principatū dabat. Genera lutearū Tuſ/
culana, & quæ appellatur Marina folio aliquāto latiore, ſed minus odorato. in totum uero ſine
odore, ac minuto folio Calathiana, munus autumni. Cæteræ ueris. proxima ei Caltha ē cōcolo
ri amplitudine. uincit numero foliorum marinam quinq; folia non excedentem. Eadem odore
ſuperatur. Eſt enim grauis Caltha non leuior ei, quam Scopam regiam appellant. quāquam fo/
lia eius oleant non flores, ut inquit Plinius: quod autem genus ei ſit inter uiolas Scopa re//
gia parum liquet. Dioſcorides ſcopam regiam naporum generi connumerat. Plinius alio lo//
co Sideritin, quæ latiſſimo folio ſit Scopam regiam a noſtris dici uult. Violæ odore longin//
quo ſuauior, propinquus hebetatur, uita longiſſima candidæ triennium, ab eo tempore dege/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nerat & minuitur: floresq; assidue candidiores affert, minor uis est recentibus. Ideoq; aridis utuntur post annum. honor uiolis apud antiquos post rosam & lilium. uiolam iccirco dictam ion Græci putant, q cum Io in uaccam a Ioue conuersa esset terra florem illum pabulo bouis eius suderit. nostri quoq; Violam quasi uitulam imitatione græca uideri possunt appellasse.

CRATAEGONOS DLXIX

e

St & alia catægon, siue catægonos, siue crateogonos: quæ theligonos uocat: differētia intelligitur lenitate gustus. Hippocrates polycritō appellat: quam cratægonon cæteri. Plinius cratægonon spicæ tritici similem demonstrat. Dioscorides melāpyro. Theophrastus lino triticeo id est λινωϖυρινῶ fortasse hoc intelligens quod Plinius culmum siue spicam tritici. Theodorus nescio q̃ diligenter lini modo ruffum uertit quia ϖυρρόν non ϖυρίνον in Theophrasto legerit. in Theophrasto arboris etiam genus est Cratægos siue Cratægona: quā Italia uocat aquifolium: neq; magna ualde, neq; crassa, ligno robusto, uersicolore flauo, cortice læui ut Mespilo, foliis item Mespili hoc est promissis uerum latitudine ac longitudine maioribus nec ad eundem modum serratis. fructu plurimū rotundo: qui maturescēs siccatur, nigrescitq; gustu & succo Mespili: fereq; mespilus syluestris fuerit, ut Theophrasti uerbis utar. Aquifoliā porro siue Aquifolium ipse nihil aliud ueteribus fuisse uideo q̃ Ilicem. Ilex porro duo habet genera minus & prolixius.

PHYLLON DLXX

p

Hyllon radice parua. differt ab hac Phyllitis: de qua diximus. differt & phyllandrion siue ut alii scribunt Phellandrion: de quo nihil aliud proditum inuenio, q̃ q in palustribus nascitur folio Apii, qq; semen eius propter calculos & incōmoda uesicæ bibitur. ab hoc sunt qui phellandrion eandem esse cum Helioselino, idest Apio palustri censeant herbam quoq; illam quæ a Plinio Silaus appellari traditur in glareosis, ac perennibus riuis Apii folio nata quam ad uesicæ incōmoda coquendam præcipit: sunt qui pro Phellandrio Heleoselinoq; accipi putent, de hoc in Sio plura diximus & Lauer, non silaum scribi posse cum inibi tum in Apologia quoq; nostra ostendimus.

ORCHIS DLXXI

o

Rchis, qui priuatim Cynosorchis id est testiculus canis dicitur inueniri solet fere in uineis foliis ternis. paruis. semipedalibus, radice ad formam testium hominis alternis annis intumescente ac residente, atq; hic mas est & femina eiusdem nominis: quæ distinguitur internodiis & Ramosiore frutice radice fascini. nascitur fere iuxta mare cynosorchis & Satyrion uocatur: minus proprie: aliud enim genus est: quod proprie Satyrion appellant, ut paulopost monstrabitur. Est & Orchis cognomine serapias: de qua modo prodendum.

ORCHIS SERAPIAS DLXXII

o

Rchis serapias, quam Triorchin cognominat Aetius. foliū habet Scillæ, ut Theophrastus & Plinius testantur: nō silphii siue laseris, ut Theodorus conuertit Silphiodes pro scillodes in eo legens. Et enim silphio folium est apii non scillaceum, aut porraceum ut serapiadi. Spinosus huic herbæ caulis & Apio id est Raphano Syluestri: non ut Theodorus inquit piro similis.

SATYRION DLXXIII

s

Atyrii primum genus caule leui, radice gemina hoc est duplici ordine a Plinio describitur.

ALTERVM SATYRIVM DLXXIIII

s

Atyrion hoc notum pastoribus, quoniā arietibus & hircis segnioribus ī potu datur. Et in Sarmatia equis ob assiduum laborem pigrioribus ī coitu quod uitium Prosedamū uocant. in totum quidem Græci concitationem hanc uolentes significari Satyrion & Satyrismon & Satyriasin appellant: ideo & aristolochiæ genus unum, quod polyrizon cognomināt, Satyrion ex facto uocari censeo. herbam quoq; illā Satyriō indam appellauerim Theophrasto allatā ex india: cuius cōtactu libidinē durare septuagesimo coitu meminerit, nec speciem eius aut nomē aliud reddiderit. habēt hodieq; syri herbam simili effectu, Bucheidenq; nomināt & indicam satyrion, fortasse cum ea cuius mentionem Theophrastum fecisse diximus: eandē radice candida & dura, cōmēdatiore quo crassior & rugosior: & albior podagris utili. Est & alia Satyrismi significatio Hippocrati pro tuberculis prælōgis qualia satyrorū pingunt sub ipsas aures, quæ a quibusdam & Theres & Pheres appellātur, ut inquit Galenus.

ORMINON DLXXV

o

Rminon amarū nigrūq; nec Cumino penitus absimile dodrantali Plinio altitudine: medicamentis annumerandum potius q̃ inter fruges, dictum ita quia uenerem extimulet

mulet, seritur cum Sesama & Irione omninoq; cum æstiuis hoc est cum iis quæ æstate ante uergiliarum exortum seruntur. Est & Orminium siue ormienon & ormenion sed illud Corruda intelligitur. Plinius huic folium porri tradidit. cæteri marrubio simile fecerũt: qui error fatalis fere Plinio est ut in Ballote & Stachye.

HEDYSARON DLXXVI

h Edysaron qm̃ pelecinon a Græcis dicatur, a nostris Securidaca nomen habuit fruticosa cauliculis semen siliquis ternis quaternisq;: quale Git nouimus amarum. nascitur in segetibus. hac Lentem necari Plinius & e græcis aliqui recentioribus existimant. Theophrastus Aphacen. Lentem uero ab Aparina quæ lappa sit strangulari complexu scribit, ita sæpe fallit uocabuli similitudo: nam Græci Lentem Phacon uocant nõ Aphacen. Sciebant & hoc discrimen illi quis dubitat? sed librariorum culpam, ut sæpe numero contingit: hallucinãdo suam fecere: quod quidem & nobis accidisse aliquibus locis hoc opere non dubitamus. hoc enim est hominem esse.

ONOSMA DLXXVII

o Nosma & Oenoma & Onoma & Onomis & Ononis & Phloitis & Phlomitis potius & Hyperbaton nocat̃ folia eius nõ ad quatuor sed ad tres digitos longa Plinius scribit. Strata in terram tria incisaq;. Quid sit Hippocrati Oxosma quo lichenes tolluntur, haud con periri: nisi quis acetariam compositionem in eo uocabulo contineri censeat. acetum sane cõtra lichenas pollere nemo dubitat.

NYMPHAEA DLXXVIII

n Ymphææ radix dulcis: quam & in sole siccant. nata fertur a nympha erga Herculem zelotypa. proptereaq; mortua: quare heracleon uocant aliqui. alii Rhopalon a radice clauæ simili laudatissima in Orchomeno & Marathone, sed & ĩ Creta quoq;, ut Theophrastus putat. Boetii manodion siue madon, ut idem Theophrastus indicat: appellãt edẽtes semen.

NYMPHAEA ALIA DLXXIX

n Ymphæa alia caput habet Rosæ magnitudine.

ANDROSACES DLXXX

ASPLENON DLXXXI

a Splenon foliis Trientalibus Radice limosa cauernosa sicut filicis: cãdida hirsuta gaudet humidis. laudatissima In creta ubi & repertã Victruuius affirmat circa Potereũ amnem qui duas urbes Gnoson & Cortynam interlabitur: parte quæ ad Cortynã spectat pecoribus sine liene inuentis: quia herbã eam roderent: ex altera parte quæ ad Gnosum est, lienẽ hñtibus: quia ibi herba illa nõ appareret. Theophrastus Hemionon hãc appellat. Theodorus mulam uertit folio scolopendrii, Radice multiplici mõtuosas petrosasq; planities amãtem, delectati cibo eius mulas, & ob id datum ei nomẽ. feminas sterilescere: quæ hãc herbam in cibo sumpserint. admixta mulæ ungula & corio aut semine prout aliqui nõ derma sed sperma in Theophrasto legunt. Quod aũt scolopẽdrii folio describit eam, uidet̃ aliud genus q̃ scolopendrion siue q; idẽ est Asplenon haberi uoluisse Theophrastus: nisi qs ab eo Scolopendrium & Scolopendra sumptum intelligat.

HEMIONITIS DLXXXII

h Emionitis uidet̃ esse quã Plinius Hermion & Teucrion ab inuẽtore Teucro uocatã phi bet uigesimo qnto historiæ naturalis uolumine natã ĩ asperis, austero gustu nec florem ferẽtem, neq; semẽ lienibus medẽtẽ, quæ oĩa & Hemionitidi a Dioscoride tributa sunt. Nã q Plinius iuncos tenues spargẽtem describit Dioscorides radice multiplici & exili demõstrauit: q ille foliis paruis, hic foliis Dracũtii lunæ mõ incuruis deliniat id est μηνοειδῆ. pindeq; non foliis paruis sed foliis curuis in Plinio scribẽdũ censeo locũ eũ. Inuẽtã sic affirmãt cum exta sup eam piecta eẽnt, adhæsissetq; lieni, eumq; exinanisset, pp̃terea & splenion uocatam, Sues quoq; qui radicem eius ederint, sine illo uiscere cõpertos.

ANTHYLLIS DLXXXIII

a Nthyllis & Anthyllion & Anthycellion uocatur. Genus eius primũ in sabulosis. Alterũ nascitur in saxosis. Est & in Aegypto fructus nõ quidem Anthyllion sed Anthalion uocatus a Theophrasto Malum Anthali. magnitudine & rotũditate mespili sine nucleo, sine cortice, foliis Cyperi: haud procul Nilo etiam si Plinius scribat longius a flumine. decoquũt ibi hæc in Bryto hordaceo uehementer iocunda & dulcia & quæ bellariorum uicem in secundis mensis impleant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ANTHEMIS DLXXXIIII

Nthemis q̃ & leucãthemis uocat̃ ꝓ ea:q̃ Chamæmilõ uulgo dicit̃ magnis ẽ ab Asclepia
a de celebrata laudibus. Theophrastus anthemõ & anthemon appellat quã Dioscorides
Anthemida & Hippocrates(ut arbitror) Euãthemon. duo genera constituens unũ eius
quæ ab radice dũtaxat foliata sit:alterũ quæ caule tm̃: Deflorere incipit utrũq; cacuminibus cum
cæteræ ab imo incipiãt. flore cãdido in orbem mediis herbaceo. semini colos qui flori. decidere
hoc sicut & spinosis cõceptaculo inani relicto, Theodorus Anthemon ꝓ Melanthio uidet̃ intelle
xisse, ut qui nigellam interpretatus sit. Reponũtur Anthemidis flores in coronamẽta sed collecti
uere. Est & saltatiõis apud Athenæũ cuiusdã popularis nomẽ anthema: cũ illo ioculari numero.
Vbi rosa ubi uiola ubi florens apium.
Vbi hæc rosa: ubi hæc uiola: ubi hoc florens apium:

PARTHENIVM DLXXXV

Arthenii flos odorẽ habet mali. nascit̃ i sepibus: Matricariã dici eam multi putãt. sunt
p qui Cotulã appellent. nã & ipse Dioscorides testatur ab etruscis uocari cautã uñ cautu-
la deducitur ac deinde cotula. sed & leucanthen & Tamnacũ Plinius hãc appellat: nisi
librar. orũ menda sit Tamnacũ ꝓ amaraco scribẽtium. Nam & Amaracus a Dioscoride uocatur:
nec aliter a Galeno atq; Paulo. Celsus apud nos Palleciũ & Muralium appellat. ut Plinius intelli
git. Ego Celsum de alia Parthenio Muralium dixisse autumo: quæ non in sepibus, sed in muris
parietibusq; nascit̃ ob id & parietaria uulgo noĩata, ut in helxine docuimus. Est & Parthenis pro
artemisia: quãq̃ sunt q Artemin legant. nõ parthenin castigãdo ꝓtinus errore medicorum: q Par
thenion de qua mõ loquimur, artemisiã esse uoluerunt: apud Hippocratẽ quæ sit herba Partheni
on cognomẽto microphyllon hoc est paruifolia: dubitat̃ a Galeno: qui Dioscoridem ꝓ helxine
aut etiam mercuriali capiendum existimasse scribit, sed quid si eam ꝓ artemisiæ secundo genere
Hippocrates intelligit: cuius minuta folia traduntur: aut etiam ꝓ matricaria de qua hic agitur: q̃
foliis coriandri describitur:

BVPHTHALMOS DLXXXVI

Vphthalmos, siue Buphthalmon, siue ut Hippocrates Buanthemõ fruticosa caulibus
b qui & mandunt̃ decocti. flores huius maiores multo acrioresq; sentiũt̃ q̃ anthemidis.
differt a Butomo frutice palustri, orchomenio lacu plurimo, caule inoffensissimo pecu
liari quodã leuore folio harũdinis angulari: fructu nigro: mali amplitudĩe: sexu duplici. mas fœ-
cũdus. femina uitiliũ ad nexus utili. pars ab radice tenera mandit̃. puerorũ cibo grata Buphthal-
mon uero eandẽ esse cũ Chrysanthemo uocata puto. de qua sequẽti libro Dioscorides hæc ipsa
repetit. Facitq; q Alcman poeta chalcan siue cachlan hoc est Buphthalmõ: ita noĩat, ut aureũ tor
quẽ ex huius cõstare floribus ostẽdat χρύσ-φον ὁρμόν ἔκων ῥάδιναν πετάλοισι κάχλαν. Nicolaus
Damascenus lacũ sub alpes esse scribit multorũ stadiorum circuitu: ubi toto fere anno flores sua-
uissimi odoris & coloris p̃stãtissimi p ambitũ uisantur similes Buphthalmo. nõ uidet̃ hæc Buph-
thalmos esse: quã rustici bouis oculũ & cottulã cognomẽto fœtidam ab odore appellãt: pratẽsem
herbã q eius candidi flores sunt: Buphthalmi uero lutei. ut Dioscorides & alii testantur: etiã si cæ-
tero satis cũ ea congruit. Est & alia Buphthalmos de qua ĩ cucumere syluestri diximus. Buphthal-
mõ Dioscorides & Hæluron dici meminit. Ego & Hælurion uocari quãdam stirpem lego apud
Photionẽ. diuersa nec ne sit: haud cõstat. Porro hæluros aĩal est: quod nos Fellẽ appellamus: uul-
go ut quidã interpretant̃: cattus: quod & Aegiluros quoq; dicitur a poetis. Inuenio & Chalcan
uocari purpurã & herbæ genus quo purpura tingit̃ apud Photionẽ grãmaticum.

PAEONIA DLXXXVII

Etustissima inuẽta pæonia est, auctorisq; nomẽ retinet. Theodorus apud nos Dulcisidã
u uocauit: quia glycysiden græci quoq; dicerẽt: Nascitur opacis syluosisq; mõtibus. Cau
le palmorũ duum. iuenio & digitorũ quatuor ab eodẽ Plinio descriptã cute lauri sub-
rutila: agnascẽtibus duobus aut tribus: ferẽte in cacumine uelut amygdalis quatuor aut quinq;.
folio nucis pinguiore rotũdioreq; ac minore. inhærent & radicibus maris glandulæ sed plures q̃
octo: qm̃ nõ una radice nitũtur: feminæ folia myrrhã redolent & densiora sunt. Radices fructũq;
legi noctibus p̃cipiũt: quia Picus Martius iterdiu facere dicatur ipetũ ĩ oculos, alioquin effodiẽ
tibus Radicem pæoniæ sedes ꝓcidit si Theophrasto credimus. Confictũ id ad ꝓuẽditationem rei
Plinius existimat: hãc & Ephialtion uocabãt antiqui utpote contra suppressiones ĩcuborum fau-
norumq; nocturnas ualentem. Seleucus glycysiden pomi genus specie fici tradit quod mulie-
res maxime deuitent. in fatuatiõis metu. ita. n. μασγάσμον interp̃tor. Glycysida proro dicta ẽ pæo
nia q acinos mali punici similes habere uideatur. Nam Sidan malum punicum a boetis uoca-
ri supra docuimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

LITHOSPERMON DLXXXVIII

l Ithospermon herba quincuncialis fere foliis duplo maioribus q̃ rutæ. gerit iuxta folia singulas ueluti barbulas: & in earum cacuminibus lapillos uelut artificiũ arte inter folia eius alternos: candore & rotunditate margaritarum, ipsi qua pediculis adhæreát: ca uernulas hñt: & intus semen, nascitur & in Italia, sed laudatissimum in Creta. Iacere atq; humi ser pere auctores tradunt. Plinius uulsam: non hætentem uidisse meminit. hãc a Theophrasto Diospiron quasi iouis triticum appellatam arbitror. ut in ceraso cõmonui. Liospermõ & Aetonychõ nõnulli dixerunt. Est & alia Lithospermon nihil a supradicta differens: nisi magnitudine: ut quæ non serpat: sed arbusti modo fruticet.

PHALARIS DLXXXIX

p Halaris caulem habet longum in summo flore: qui spicaceus a nobis uisus est, inclinatum. semen simile sesamæ.

ERYTHRODANVM DXC

a Rythrodanum & Ereuthodanum dicitur. folium hederæ sed rotũdius. serpit humi ut gramen locis umbrosis cõspiciẽda quinis per genicula caulium foliis. laudatissima italica & maxime suburbana & oẽs pene ꝓuinciæ scatent ea. Radice amara & anchusæ mõ rubicunda, uelleribus tingendis & pellibus perficiendis utili, ꝓsertim italica ut Democrito placuisse dicunt: ob id a quibusdã appellata Byssos. cæterum Byssos proprie lini genus est de quo Plinius. honor inquit proximus Byssino mulierũ maxime deliciis circa Elin in Achaia genito quaternis denariis stipula eius permutata quondã ut auri. Pausanias Byssus inquit non alia græciæ parte nascitur q̃ in Helide tanta tenuitate ut ne iudaicæ quidem bysso cedat: etiã si colore minus ruffet, q̃ iudaica. de bysso iudaica pleni sunt sacrarum literarum codices.

LONCHITIS DXCI

l Onchitis non ut pleriq; existimauerũt eadem est quæ Xiphion & Phasganion q̃q̃ semine cuspidaceo radicibus ꝓlongis.

LONCHITIS TRACHEA DXCII

ALTHAEA DXCIII

m Edici Althæam uocãdo, ut Theophrastus inquit, maluam syluestrem intelligunt ab excellentia effectus a quibusdam Aristalthæa dicitur. Anadendromalache a Galeno. Item Ebiscus siue Ibiscus: q̃q̃ Plinius Althæam ab Ibisco separauit in medicinæ usu. Ibiscus inquit a Pastinaca gracilitate tm̃ distat: damnatus in cibis & medicinæ dũtaxat utilis: quã Græci Molochen inquit agriam uocẽt, & aliqui Plistolochiam. althææ foliũ maluæ a Theophrasto redditur. sed grandius & pilosius: cauliculi molles, flos luteus, Radix alba: neruosaq;. Semen maluæ gustus quoq; caulium ut maluæ.

ALCEA DXCIIII

a Lcea caulibus foliosis. nascitur ĩ pingui solo nec sicco: quam & Peristereon cognominant a similitudine foliorum ut conijcio, ꝓsam quoq; leonis caudam: qua multũ pollet animal id Homero Catullo & Plinio testibus appellant Græci alcæam, differentia in eo ut quibusdam placet ꝙ herba diphthongum non habet in penultima. dicitur & Cercis cauda eius: q̃q̃ & herba quædam Cercis est e qua radii fiant textoribus unde & nomen.

CANNABIS SYLVATICA DXCV

CANNABIS SATIVA DXCVI

f Vnes cannabini præferuntur in sicco ferulacei generis, hæc herba optima ala bãdica plagarum usibus præcipue. Tria ibi eius discrimina improbatur cortici ꝓximũ aut medullæ, laudatissimum est e medio ꝙ & mesa uocant, secũda cõmẽdatio milaseæ: nã quoad ꝓceritatem attinet Rosea agri sabini arborum altitudinẽ æquat. seritur a fauonio ubiq;, quo densior eo semen eius cum est maturũ, ab æquinoctio autumni defringitur, & sole aut uento aut fumo siccatur. ipsa canabis post uindemiam carpitur & lucubrationibus decorticata purgatur. Varro Gellius & Palladius Cannabum non Cannabim appellãt. sane canabus Græce lignum illud gracile significat in quod pileum uitilibus aut centonibus intexitur ob id Samyrionem poetam Stratis canabbum uocabat propter macilentiam ut inquit Pollux.

ANAGYRIS DXCVII

a Nagyris odore tetro prouerbium peperit contra eos: qui offutura sibi commouẽt, dicitur & anagyros. hanc sunt qui a Plauto Nauteam uocari putent in Asinaria sed auctoré nõ hñt. nauteã porro herbam grauem esse scribit Festus qua coriarii utantur a naui di

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ctam quasi nauseam.

CEPAEA DXCVIII

Epæa quasi hortensianam uoces, radice nigriore q̃ Portulacæ inutili. nascitur in littori-
c bus arenosis. gustu amara, ut inquit Plinius etiam si deprauata in eo habetur lectio.

ALISMA DXCIX

Lismatis siue Damascenii huius folia magis laciniosa q̃ Plantaginis uidẽtur, alioqui
a similiter uenosa radicibus densis. alterũ genus eiusdem in syluis nigrius & maioribus foliis. Plinius hanc herbam uidetur quodam loco appellasse caucalin sed mendosam in eo lectionem monstrauimus.

ONOBRYCHIS DC

o Nobrychis radice gracili nascitur circa fontes.

HYPERICON DCI

Ypericon frutex est oleraceus & tenuis, acri odore, cubitali, nigro semine cũ ordeo ma-
h turescente, ut Plinius demonstrat. Caput hoc ad uerbũ in syluestri ruta superius a Dioscoride repetitur.

ASCYRON DCII

Scyron & Ascyroides similia inter se sunt, ut inquit Plinius. Sed Ascyrõ maiores habet
a ramos. Ascyroides uero ferulaceos omninoq; rubentes. semen utriq; in caliculis nigrũ pusillum. comæ Ascyri tritæ uelut cruentatæ apparent.

ANDROSAEMON DCIII

Ndrosæmon non absimile Hyperico est cauliculis maioribus: densioribusq; ac magis
a rubentibus. folia alba. gignitur in uineis fere medio autumno effoditur suspenditurq;. Galenus androsæmon duplex inquit est: Ascyron siue Ascyroides de quo supra uidelicet locuti sumus: alterũ Dionysias priuatim appellatũ ab aliquibus, utriq; par effectus.

CORIS DCIIII

Oris sub Tamarice nasci dicitur foliis minus rubẽtibus leniter aculeatum. Hippocrates
c Coren hanc uocauit ut Galenus inquit argumento seminis: q; pupulæ similitudinem præsentat: q̃q̃ sunt recentiores, qui pupulam siue pupillam dicendo herbam a Dioscoride Sium appellatam significent.

CHAMAEPITYS DCV

Hamæpitys & Aiuga siue Abiga dicitur a latinis propter abortus. Inuenio & Ibigã uo-
c cari: quod nomen fere seruant hodieq; Illyrici, nostrum uulgus iuam. est ubi appellet ut inqt Plinius etiam tus terræ. Tria eius discrimina reddendo unum sesquipedalibus furculis. flore pinus & odore, alterum breuius & incuruum. de tertio dicemus paulo post sua mẽtione. recentiores aliam chamæpityn nouerunt eiusdem (ut ipsi arbitrantur) effectus, folio saluiæ rimoso angustiore tñ & ad radicem maiore, flore subcandido ac luteo e folliculis scharææ idest cristæ gallinaceæ similibus, sapore pinus in maritimis montibusq; nascentem. nigro semine: q̃ non serpit. Chamæpityn Athenis alii Dionysiam alii Didoniam alii (q; uerius existimo) Ioniam uocari scribũt, ut Apollodorus & Athenæus. Item alii Holocyron ut Dioscorides & quibus modo nominauimus: alii holocleron ut Paulus credo librariorum culpa uariatum fuisse in uocabulo: sed res constat: satis est. Nicander Ionida quandam herbam nominat. fortasse chamæpityn significare uoluit pumilam & humilem eam dicendo.

CHAMAEPITYS SECVNDA DCVI

d E Chamæpitye secunda dictum est in prima.

CHAMAEPITYS TERTIA DCVII

c Hamæpitys tertia foliis scabris caule digitalis crassitudine aspicitur.

LIBRI TERTII FINIS

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI IN QVARTVM HERMOLAI BARBARI COROLLARII LIBRVM PRAEFATIO.

Vperest adhuc nobis maxima naturæ pars explicanda: plantarum.s. ac stirpiũ uis & potentia. In quibus accuratissime perscrutãdis cum antiqua olim græcia pluri
f mum laudis, ac gloriæ sibi uẽdicasset, nostri quoq; eiusdem industriæ æmuli contemni iure nõ possint. Atq; ut alios taceam, quis non Plinium toti græciæ tuto opponat? Aut quis hunc unum tantæ ingeniorum fœcunditati: Tantæ librorum copiæ: Tantæ industriæ nõ æquet? Atqui mea sentẽtia, uel hic unus dubiam illis studiorum hãc palmam facit, uel cedendum est illis in hoc genere. Nos uero nec cedimus, & tanto illos antestamus hac parte Plinio duce, quantum armorum gloria, ac militari disciplina, ne cum nostris quidem conferri possunt. Nã de moribus, atq; institutis, reiq; Domesticæ, ac publicæ ratiõe nec illi unq̃ contenderunt, & rerum euentus facile ostendit, quanto nos illa melius Tueremur ac lautius. De Mauritanis uero scriptoribus, quos uulgus Arabes appellat: sileri melius hac in parte puto, q̃ certe de græcis ueteribus multa male in suam linguam uertentes obfuisse uerius, uitæ q̃ profuisse uideri possunt. Tanto etiam nocentius, quãtum nostrates homines, dum uel græcos ueteres negligũt: uel Plinium auersantur: hosce duces nacti magno mortalitatis detrimẽto, ex eorum præscriptis morborum remedia professi sunt. Digni alioqui, qui pro ingeniorum felicitate, atq; animi sui propensione meliores præceptores adepti de nobis melius promereri potuissent. uerum hæc alias: nunc cœpta Deo iuuante prosequamur.

HERMOLAI BARBARI PATRITII VENETI, ET AQVILEIENSIS PATRIARCHAE COROLLARII LIBER QVARTVS.

BETONICA DCVIII

Estron a Vetonibus inuentam in Hispania Betonicam in Gallia nomĩari cœptã putant. alii Chironẽ, alii Comisten, ꝓphetæ Hieraca. Thuscia indicem alii Pedouiam syri periponion. alii sideritin, alii theriopauon, alii thian Rhizã hoc est radicem diuinã. In Italia Serratulã uocauere. caulem
c hẽt interi cubitorũ duũ a radice spargens folia fere lapathi, ut Plinius inquit serrata semine purpureo ut idem auctor est, seu stamine purpureo ut Dioscorides qui hoc dicat in altera mentione Betonicæ. Fit uinum ex ea & acetum medicis, multum differt specie non effectu alia Betonica, ut Paulo æginetæ placet unicaulis. Ramulos habens Pulegii tenuiores & gustu fatuos, in petrosis fere prouenient.

BRITANICA DCIX

Ritanica in insulis oceani aut in cõfini Britaniæ oceano reperta est folia habẽs oblonga
b nigra & radicẽ nigram, succusq; eius exprimitur & ex radice. Florem Vibones uocant: qui collectus anteq̃ tonitrua audiantur: & deuoratus securos in totum reddebat milites Cæsaris germanici a morbis quos medici stomacicen & Sceletirben dicebant. Siquidem in Germania trans Rhenum castris ab eo ꝓmotis maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus: qua pota dentes intra biennium deciderẽt: cõpagesq; in genibus soluerentur: qbus icõmodis in Arabia quoq; romanas legiones tẽtatas fuisse Augusti Cæsaris pricipatu, Helii Galli ductu Strabo refert. Sed quærunt nõnulli quãobrem uibones dicãtur huius herbæ flores, diuinare nõ ausim: cæterũ Strabo auctor est apud Vibonẽ in brutiis repertũ coronis flores nectere, in eũ quoq; locum ꝓpter flores e Sicilia migrasse Proserpinam. ꝓpinqua est & Viboni Petilia: quæ nomen Petilio flori dedit in lucanis: autumnali & circa uepres nascenti tm̃ colore cõmẽdatur qui est rosæ syluestris, mirumq; in eo flore inflecti cacumẽ, nec nisi in torto folia nasci paruo calice ac uersicolore luteum semen icludente. hunc dixi ab oppido lucaniæ uideri appellatum, nisi quis a Petilio Romæ luco: Itemq; Petilino altero existimet, alioquin petilus pro exili capitur lucillio. De hac itaq; Britanica Dioscorides in præsenti loquitur. Est & Cantabrica in Hispania per eiusdem Augusti tempora a Cantabris inuenta, nascens ubiq; caule iunceo pedali: in quo sunt flosculi oblongi uelut calathi & in iis semen per q̃ minutum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

BETONICAE MENTIO TERTIA DCX

Aput hoc non in oibus codicibus inuenias. Illud mirũ quibusdã q Plinius betonicæ
c folia Rumici scribit similia: hoc Britanicæ Dioscorides assignat cũ betõicæ querna po/
tius uisantur. nec illud minus licet mirari quãobrem mentiones duas betonica merue/
rit. nisi quis duo quoq; genera betonicæ demonstrata nobis a Dioscoride cõtẽderit. Duas & Pau
lus ægineta Betonicæ facies intelligit effectu parili ut prædiximus.

LYSIMACHION DCXI

Ysimachiõ & Lysimachios & Lysimachia uocatur. Inuenit hãc Lysimachus, folia eius
l uiridia. ramuli erecti odore graui: flos purpureus fruticosusq; ut Plinii uerbis utar. uis
huius herbæ tãta ut iumẽtis discordãtibus iugo ĩposita asperitatẽ cohibeat. Patauii demõstrata no
bis est.

POLIGONON MAS DCXII

Olygonon & Calligonõ appellatũ uidet̃ a multitudine seminis, ꝓpterea Seminalis in
p latino dicit̃: q̃q̃ & sanguinalis & sanguinaria uocat̃. alii a dẽsitate fruticis. alii a frequen
tia geniculorũ arbitrãtur. Quidã & halmada nõiant. Inueniunt̃ q feminã eẽ hanc cõten
dant, marem aũt maiorẽ minusq; nigrũ & geniculis densiorẽ. herbarii nullã magis aridã q̃ Poly
gonon seruãt. Dioscorides Polygonon q̃busdam locis uocari tradit Pedaliũ. Plautus quidẽ ita ĩ
Gurgulione appellat odoratæ genus herbæ.

Tu rosa, tu crocus & casia es tu pedalium.

Aut certe unguẽti nomen est in ea fabula pedalion. fortasse uero nõ pedalium sed bdelliũ in poe/
ta eo legeris. Polygonon Aetius & Heliubotanẽ hoc ẽ solis herbã dici mẽinit uulgo Cẽtinodia
& Corrigiola. ꝓserpinaciũ in Plinio sunt qui polygonon accipiãt dicente uulgarẽ herbã esse ꝓ/
serpinacã eximii aduersus scorpiones remedii & lassitudinẽ si linguæ subiiciat̃: si deuoret̃, uomi
tionẽ sequi salutarẽ, ut corrupte legat̃ in Dioscoride hoc loco stopinaca ꝓ scorpinaca siue ꝓserpi/
naca qũ utrũq; nomen polygono tributũ uideas in eo libro qui. l. Apuleii fuisse creditur a mul/
tis. illud mirari subit q Plinius eodem capite ꝓserpinacã & polygonon quasi diuersas herbas de
monstrat & utranq; ad anginas cõmendat. xxvii. uolumine.

POLYGONON FEMINA DCXIII

Olygoni quatuor genera Plinius existimat, marem & feminã. tertium Oreũ hoc est mõ
p tanum quod & describit eadẽ forma qua Dioscorides hic feminã. Quartũ genus poly
gonaton priuatim appellatur: de quo ꝓtinus indicãdum nobis est.

POLYGONATON DCXIIII

Olygonaton Dioscorides montanũ polygonon, syluestre Plinius ĩtelligit ẽt si descri/
p ptio fortasse dissonat in plerisq;. arbores inq̃t pene mõ fruticat radice lignosa, stirpe Ce
dri rubicũdo, ramis sparti, binum palmorum: nigris geniculorum ternis quaternisq; ar
ticulis, odore quodam siue gustu fastidiendo; qui ne explicari quidem recte possit ut Paulus ægi
neta scribit, & eo prior Galenus.

CLEMATIS DCXV

Lematis hæc siue Clematitis Aegyptia cognominatur, qm̃ ægyptus hãc maxime gi/
c gnat. prælonga tenuisq; in ꝓuerbium usq; cessit: ita nominando eos, qui procero & ni
gro sunt corpore, ut est apud Phalereum Demetrium.

CLEMATIS ALTERA DCXVI

Lematis secunda siue clematitis Smilaci hoc est hederæ ciliciæ similis effingit̃ genicu/
c culata & ipsa repẽsq; p arbores. hãc aut nõ dissimilẽ (ut puto) Plinius ẽ ubi Echiten & la
ginen uocarit & tenuẽ scamoneã, quia pedales foliosos nõ dissimiles scamoneæ ramos
hẽat, nisi q minora nigrioraq; sunt folia. inuenit̃ in uineis aruisq;, paratur cibis ut olus cũ oleo
& sale. Sit hic frutex qui Cõuoluolus a nostris dicit̃ cuius flos lilii rudioris figurã præbet ob id &
liliastri quoq; nomẽ hñs: & uulgo etiã ligustri (q̃q̃ ligustrũ ꝓprie cyprius ẽ): & æstimaturi ĩdicẽt.
nã & folium ei pinnatũ est ut scamoneæ, nec smilaci dissimile uolubilis maioris nomĩe: Semen ni
grum triãgulum in folliculis acinorũ specie: qui numero tres hñtur: in uinetis aruisq;. de hoc Pli/
nii uerba subiicimus. Est ĩquit flos nõ dissimilis lilio in herba quam cõuoluolum uocãt nascens
per fruteta nullo odore nec crocis intus candorem tãtum referens & ueluti rudimentum naturæ
lilia facere condiscentis. ĩuenio qui Periclymenon uocent conuoluolum atq; ita pictam in Græ/
cis codicibus uidi. sed uera Periclymenos alia est ut post liquebit. habetur & clematis tertia Cen//
tũculus a nostris appellata rostratis foliis ad similitudinem capitis penularum Iacens in aruis. Dio
scorides & Gnaphalion herbam, Cẽtumculum a latinis dici meminit: q̃q̃ nõ habeo compertum
eadem sit an diuersa gnaphalion a tertia clematide, quandoquidem & medicinæ congruunt: &
apud nos utraq; cẽtũculi nomẽ hẽbet. Sciendũ Galeno teste Dioscoridem hoc loco de prima tm̃

clematide locutum: quæ non simpliciter clematitis, sed clematitis daphnoides aut myrsinoides aut Polygonoides appellanda esse uideatur De secunda uero clematitide: quam & absolute clematitin uocari tradit in quarti huius libri fine scriptum esse: non hic existimat. Addidere tamen librarii utroq; loco eam quod & in aliis herbis fecere. Pamphilus duas clematides in unum confudit. a Galenoq; ob id incessitur iure. Idem uidetur & Plinius fecisse: medicinas aliquot prioris secundæ tribuendo.

POLEMONION DCXVII

Olemonium, siue Polemoniam, alii phileteriam a certamine regum inuentionis appel/
p lauerunt, Radice crassa nigro semine. In Plinio & Melemoniũ uocari herbã quandã inuenias uomituris utilẽ: tñ haud certus sum ecquid ĩcorrupta sit in ea uoce lectio.

SYMPHYTON PETRAEVM DCXVIII

Ymphytõ petræum nos Alum gallice uocamus foliis paruis ramis tribus, aut quatuor
f a radice. nascitur in petris, ideoq; petræum cognominant, symphyto autem græci nomen imposuere quoniam consolidet, hanc Veneti cotoneam appellant, ut inquit Plinius rosæ radicis, alibi albæ, alibi nigræ.

SYMPHYTON ALTERVM DCXIX

Oc Galenus Symphytõ mega idest magnum cognominat, nec gustu dulce, nec odo
h ratum ut superius. herbarii recentiores tria symphyti, seu consolidæ genera constituũt præter petræum: quod ne cognoscunt quidẽ magnum de quo hic agitur, minus, sed radice intus & foris alba fere bulbi effigie rotunda, minimum flore in spicã purpureo ac folio q dem origani ut petræum, sed in humidis genitum, Radice lignosa superuacua nec odorata nec dulci nec saliuam ciente: quæ sunt in petræo omnia.

HOLOSTEVM DCXX

Olosteum sine duritia est herba, etiam si ab osse nomen habuit, per antistrophen uideli
h cet, hoc est ex aduerso a Græcis appellata, sicut Fel dulce foliis angustis. Nascitur in collibus terrenis.

STOEBE DCXXI

Toeben Theophrastus & Plinius Phleon quoq; dici tradidere, Pollux Phlun cuius la/
f nugine mulieres ad lixiuium utantur. molle inquit Theophrastus & placentaceum est Phleon colore subrubido. meminit & Aristoteles sed a Theodoro Flaus uertitur. feminam in eo accipi quæ sit sterilis & ad nexus utilis, unde Phoinas uestes in Herodoto quis legat & Pausania: quibus aues in Arabia stymphalides ut uisco cæteræ capiantur, cum alia materia nõ resistat earum rostris. nam & in æthiopia arabiæ aduersa nasci Phleon testis est Strabo: flumine præsertim q̃ cinnamo semina disterminat. orchomenio lacu numerosum id haberi: a quo & nomẽ Phleos: &. n. Græci Phlyin pro eo q̃ est fœcũdum eẽ capiunt. hinc & bacchum ueteres Phleona cognominabant auctor Helianus. partem huius herbæ teneram ab radice pueris in cibo gratã eẽ. Radicem ipsam pecudum pabulo uelli copiosam: nec in profundum actã folio & caule aculea/tis. stipam a latinis dici auctor est Dioscorides. Illud notauerim si stoeba idem sit q̃ Phleos errare qui Stoebam pro ea herba capiunt: quæ uulgo scabiosa dicitur folio erucæ hirsuto: non tamẽ aculeis horrente cerulei floris ex qua & scopæ fiunt: sit aũt scabiosa quæ ab Aetio Psora dicitur cuius ustæ fumo arborum erucæ moriant: nõ habeo cõpertum. Photion lini genus tradit Stypion uo/catum, alioquin Stypos inqt piceæ caudex ẽ, itemq; prædurum & solidum lignum quodcũq;, interdum & humilis stipes ita dicit poetis. Est & stybion & stybe de qua diximus in Hyppophae. Nã stion calculus est marinus Hippocrati. Festus linũ impolitũ dorice stuppã dici meminit.

CLYMENOS DCXXII

Lymenos appellata a rege dicitur, describi aliter a nostris q̃ a Græcis Plinius affirmat
c hoc est hederæ foliis ramosam. Caule inani: articulis præcinctã odore graui & semine hederæ, syluestribus montosisq; nascẽtem. sterilescere pota ea etiam uiros sextario eius triginta dies diuiso Theophrastus auctor est, quod quidem Dioscorides periclymeno uocatæ tribuit. nã & descriptio nostrorũ de clymeno: quã prætexui periclymeno fere conuenit.

PERICLYMENOS DCXXIII

E periclymeno dictũ est in clymeno. nunc caprifoliũ & mater sylua dicitur uulgo; q̃q̃
d Dioscorides matrẽsyluam, p hedera capit cui periclymenon simile est.

TRIBVLVM DCXXIIII

Ribulus siue Tribulum in segetibus madidis & palustribus nascitur non excedẽte qui/
t na fere cubita gurgitum altitudine ut in Strymone amne. Capillamenta in eo quædã inter se contraria eo breuiora: quo propius ad radicem sunt: adeo ut in ea quasi desinãt:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ac procumbant:a lateribus terna & quaterna germina,ut ampliſſimum ſit quod minus ab radi/
ce diſtat,& reliqua pro ſuo cuiuſꝗ numero.Exit a parente ſoboles omnino ſimilis folio fructuꝗ,
ſed gracilior.ſemen nigrum,prædurum,quo cadente ipſum ſe propagat.folium habet ſecundũ
ſpinã.In ſemine quoꝗ gerit aculeus.Radicẽ eius:alii annuã,alii diuturniorẽ eẽ putãt.duo gene
ra eius.uni cicerculæ folium:alteri aculeatum.uere germinãt:ſerius tamen cui in folio aculei:ma
giſꝗ hoc ſepta uillarum obſidet.ſemen habens rotundius & nigrum in ſiliqua:quod alteri hoc ẽ
præcoci arenaceum & Seſamæ figura cernitur. Nihil cicere infeſtius tribulo eſt. naſcitur & in
hortis tribulus.dira res alibi,ſed iuxta Nilum & Strymonem amnes ĩ cibos recipitur. panis ex eo
fit prædulcis,& comprimẽs uẽtrem, Hippocrates genus tribuli parathalaſſion hoc eſt maritimũ
appellat idem cum terreſtri:quod & minus eſt aquatico.ex aquatico ſane panes fiunt;ob id & fer/
rarienſem caſtaneam Gallia padana tribulum uocat.

SAXIFRAGA DCXXV

Axifragum,& Saxifraga latine dicitur.item calcifraga,ſi modo hæc ẽ quam & Plinius
& Dioſcorides alio loco Empetron appellãt.Paulus Sarxiphages.Empetrum iquit Pli
nius fere in ſaxo naſcitur.recenti uires ſunt.uetuſtate perdit eas: lapillos qui ſufferueſi/
ant,una rumpi affirmant.habetur & ſaxifragi genus alterum in Adianto nobis explicandum.
Corroſi & ambuſti ſunt hac parte Græci codices:nec quale ſit huius herbæ foliũ animaduerti ul/
lo modo poteſt:& in ipſo uerborum textu ſpatiolum inane uacat. Porro ueterem in Dioſcoride
picturam huius herbæ uidi,non plus foliis ꝗ̃ cirris minutis per ramos ex ĩteruallo conditis, nec
frequentibus.in cacumine ſurculorum flocci ceu arentes potius ꝗ̃ floſculi·ſubrubida radice.non
ſine fibris.Romæ talis oſtenditur in maritimis,ac montoſis tantum non rubida radice,ſed cãdi
da:floſculis quoꝗ candidis.Recentioribus de hac herba parum conuenit.alii tritici foliorum fi/
guram.alii marinæ Bati ſimilem dixere.alii Tormentillæ uulgo dictæ.Eſt autem ut uolũt Tormẽ
tilla quinquefolio herbæ ſimilis niſi ꝙ ſeptem fere habet folia:non quiꝗ:quarti herbam:que flo
rem Caryophyllon uocatum ferat, de quo alibi dictum eſt.Quinti ſaxifragam eandem eẽ,aut
proximam ei,quæ pampinula,Pimpinella,& bipẽnula,& ſanguiſorba ruri dicitur:quoniã uul/
neribus iniecta ferrũ & ſpicula facile ac citra ſenſum doloris exigat.folio paruo orbiculato & ex/
tremitatibus ſerrato:quod & mãdi ſoleat paratum oleo,ſale, aceto,ſurculis ab eadẽ radice pluri
mis atꝗ denſis rubentibus cum radice,ut ferũt.quibuſdam locis uermiculus eruitur:qui curatus
ſericis præcipue tingendis purpuram facit incomparabilem:cæteros colores ſplẽdore quodam
& hilaritate ſuperans.Inuentus ut alia quoꝗ multa caſu,excrementis gallinaceorum ita colora/
tis.nam & uſus purpuræ ut eſt apud Iulium Pollucem ab Hercule uidetur inſtitutus conſpecto ca
nis roſtro:qui purpuram deuoraſſet,infecto.Igitur purpuriſſum ex hoc uermiculo carbaſinum a
præſtanti amphitheatralium uelorum(ut arbitror)colore dicitur.quidam Carmaſinum appellãt
colorem quoniam uermiculus is pũica lingua carmes appelletur.quemadmodum & coccus.po
teſt & ab urbe charmi,quæ Sardibus eſt,nomen accepiſſe coloris. quod lanas inficere Sardibus
cæptum ſit,ut inquit Plinius.Nam carbatinis in Ariſtotelis ſecundo de animalibus uolumine le
gendum nõ carbaſinis eſt. Sunt autem carbatinæ quas Catullus carpatinas crepidas uocauit,cal
ciamenti genus e Caria tranſlatum,quod hodieꝗ uulgo ſic uocatur detractis utiꝗ poſterioribus
ſyllabis &.ſ.littera principio adiecta,ut aſſolet.Nam & carpiſculus calciamẽti genus eſt ut Flauius
Vopiſcus ait in Aureliani Cæſaris uita.Quidam tamen carbaſa etiamnum uocant boum coria:
quæ Cæſar alutas appellauit.nã,ut Suidas ſcribit ubi defeciſſent calcei,carbatinis utebant̃ ex cru
dis boum tergoribus recens detractis ut illud Virgilianum.

Veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis,crudus tegit altera pero.

De hoc uermiculo nihil apud ueteres inuenias.nam Sandix indica de qua in Aureliani Cæſaris
uita legitur,pretioſas purpuras feciſſe aliud tincturæ genus puto.Hieronymus in ſacris literis uer/
miculum & uermiculatas ueſtes nominat.granum(ut opinor)aquifoliæ ſignificans:quod aucto/
re Plinio quibuſdam locis uermiculi ſimilitudine conſpicitur.hinc deriuatum arbitror ut cocci/
nea ueſtis ſcoletidata,hoc eſt uermiculata uulgo diceretur,ſiue quaſi quiſquiliata(.Et.n.granum
cocci etiam quiſquiliũ uocatur Plinio)a quiſquiliis(opinor).ſunt.n.quiſquiliæ,ut Feſtus ait,quic
qd ex arboribus minutũ cadit.De uermiculo purpureo Democritus quoꝗ mẽinit tincturis utili,
ſed e purpuris,ac murice,ut coniicio.Nam & de uermiculo galatiæ hoc eſt iligno meminit Pam
pinulæ ſimilis eſt,folio tãtum minore,ac magis ſerrato & lentiuſculo quam noſtri herbarii Eufra
giam appellãt,minus fruticoſa,flore luteolo præcipuæ claritatis ad omnia uitia oculorum:uete

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ribus incompertam existimant: quemadmodum & illam, quæ Cattosilago dicitur a uulnetariis. nos ceratophylacen uocandã putamus: quia partem oculorum ceratoiden hoc est corneam defendat, salutiq; percussam restituat. foliis Seriphii, uel potius roris marini, aut lini quoq; capitulis arentibus citris subluteis.

LIMONIVM DCXXVI

Limonium beta est syluestris densioribus foliis aqua e radice coctæ maculas uestium, &
l membranarum eluit. aliud genus est a Limonio Limonia, ut in Scolymo notauimus. Limonium Aetius etiam Cynoglosson, hoc est linguam canis uocari scribit.

LAGOPVS DCXXVII

Lagopus quasi pes leporis dicatur, sane & similis ei est aspectu. proinde haud probarim
l eorum sententiam, qui caryophyllatam uulgo dictam rentur in opacis montanis gigni solitam: non in segetibus, ut Lagopus. Hippocrates nominat & Lagopyron quasi leporis triticum intelligas furfuribus cum inaruit simillimam: folio paruo quasi oleagineo longiore tantum: cruentis uulneribus imponens. hanc Galenus leporariam inquit herbam esse.

MEDION DCXXVIII

Medion exemplaria sunt in quibus folia ei non Seridis, sed Iridis reddantur: Plinius
m quoq; iridis satiuæ scripsit: Sed cum satiuæ adiecerit: non de iride: quam nemo legit satiuam eẽ, quando, ut i quit Theophrastus, Iris cultum nullum desiderat: Sed de Seride uidetur intellexisse: cuius constat duo esse genera satiuum & syluestre.

EPIMEDION DCXXVIIII

XIPHION DCXXX

Xiphion a Theodoro dicitur Pugio. floret uere cum uiola nigra. falso pleriq; arbitrãtur
x Xiphion eandem esse, quæ & Lonchitis. Sed illa in siccaneis, hæc in humidis nascitur. Sunt & alia discrimina: quæ notari possint uolentibus. habet hæc & radicem ad nucis auellanæ similitudinem fimbriatã, quam effodi ante messes oportet & in umbra siccari. uidetur hæc & Phasganon, & Machæronion hoc ẽ Ensis uocari: radice, ut Theophrastus inquit dulci decocta: & cõmendata panificiis: si trita farinæ admisceatur. unde machæronii pastilli fortasse ortũ habuere quos tertio Kalẽdas octobres uulgus esitat. Item rotunda & sine cortice capillata fibris, ut gethyum. Scolopendræ i herbam eam frequentes conueniunt. Est & compositionis cuiusdam in medicina uiridis nomen machærion ad morbos articulares, & Ischiada. habetur & Xiphias piscis quem gladiolum interpretantur: duo, ut inquit Aristoteles habens rostra, sed dentibus carens.

SPARGANION DCXXXI

XYRIS DCXXXII

Xyris & xeris aut Xyrida Galeno teste dicitur. scelus herbariorum quorũdam aperit hoc
x loco Plinius partem eius seruantium & quarũdam aliarum herbarum, & Plantaginis & Iridis substituentium: si parum mercedis tulisse arbitrantur: rursusq;, ut plus operis acquirant: partem eam: quam seruauere: eodem loco infodiunt. credo inquit, ut uitia, quæ sana uerint, faciant rebellare.

ANCHVSA DCXXXIII

Anchusæ caulis non ut aculeatarum multiserpens, sed stans. funditur papyri modo. ra-
a dix inficiendo ligno, cerisq; apta. præparãs & lanas preciosis coloribus. laodicena maxime, ut Democrito placet liquari non potest in aqua ad medicinas. oleo resoluitur idq; sinceræ experimentum est. habetur & alia similis pseudanchusa ob id appellata a quibusdam Enchusa, aut Doris & multis aliis nominibus lanuginosior & minus pinguis tenuioribus foliis & languidioribus, radice oleum non fundente, sed rubentem succum & hoc ab Anchusa discernitur. anchusæ primum genus Onoclea cognomen habet, & Choerospelethos in Paulo secũdũ onochelos, siue alcibiadios. tertium pusilla fereq; innominata. quartũ lycopsos. Anchusam poetæ sunt qui & Enchusam uocarint: q̃q̃ enchusa pro pseudãchusa potius, q̃ pro anchusa capitur a nonnullis, ut prædixi. Hippocrates Anchusan uidetur itellexisse cum schelida nominauit, ut Galeno placet.

ANCHVSA ONOCHELOS DCXXXIIII

Anchusa onochelos alii rhexiam, & archeuion: multi Enchryson: paruo frutice radi-
a ce præterq̃ messibus nigra. Tunc enim sanguinea est: uiresq; habet. foliis tritis: odor cucumeris.

ANCHVSA TERTIA SINE NOMINE DCXXXV

LYCOPSOS VEL LYCOPSIS ANCHVSAE GENVS.IIII DCXXXVI

ECHION DCXXXVII

Chios etiam Dorias a Paulo uocatur. Plinius Echios inquit utriusq; generis pulegio si/
e milis est coronata foliis: altera lanugine distinguitur spinosa: cui & capitula sunt uipe//
ræ. quidam echiõ pro personatia ĩquit cœpere. Dioscorides hoc loco unum facit genus echii nõ geminum: Sed Nicãdrum uidetur sequutus esse Plinius in theriacis dicẽtem Echios duas esse cõtra bestiarum ictus utiles. alteram humilem folio Anchusæ spinis horrido, sed exili, alteram altiorem maiore folio: flore pauco per ambitum purpureo: capitulis uiperæ, cacumine aspero astrictoq; lanugine. Idem poeta paulo supra quasi tertiam eiusdem nominis reddẽdo. Echios ĩquit cognomine Alcibios herba est spinosa coma sustinẽte flores radice alta & exili quam ad serpẽtes & iniici uulneribus & cõmãducari quoq; præcipit. folia quoq; ipsa non multo post eiusdẽ Alcibii cõmẽdat q̃tum manu cõprehẽdi possit Plinius. xxvii. uolumine. Alcibios ĩquit herba qualis esset apud auctores non comperi: Sed radicem eius & folia trita ad serpẽtis morsus bibi & imponi iubẽt. folia quãtum manus capiat trita cum uini meri cyathis tribus radicem drachmarum trium põdere cum uini eadem mẽsura. ideo autem qualis esset Alcibios apud auctores compe//risse negat: quoniam præter Nicandri uerba illa & pauca & aliis cõmunia quæ prætexui: non legitur qui descripserit. Alteram uero esse alcibion Nicandro q̃ duas illas priores echios. s. ostẽditur: & ꝙ echis hæc nõ echios ab ipso dicitur. Et ꝙ eandem herbam uno loco bis depigi opus nõ erat.

OCIMOIDES DCXXXVIII

d E ocimoide nõnihil in ocimo dictum est.

ERINOS DCXXXVIIII

Rinos herba cognominis arbori caprifico est, ob id a Plinio ĩter ficos, caprificosq; red
e dita: nõ naturæ, sed gentilitatis respectu. lac eius dulce. Galenus hãc nõ Erinõ, sed Echi/
non uocare maluit. uetusti quoq; Dioscoridis sunt codices: in quibus non Erinos, sed echinos scriptum sit. Est & apud Hippocratem echini herbæ mentio.

GRAMEN DCXL

Ramini ab ĩternodiis Ramorum & cacuminibus radices nouæ pullulant. Sunt qui
g & aculeatum gramen inuehant trium generum dactyli cognomine: unum cuius ĩ ca/
cumine aculei sunt plurimum quini. alterum Aizoo simile: Dactylõ priuatim uocatũ quoniam digitis medeatur. tertium genus tenue, nascitur ĩ parietinis aut tegulis, nulla herba gratior iumentis gramine; siue uiridis, siue ĩ feno siccata. Tũditur aspersa aqua. Radix adhuc tenera mandẽdo est. gramẽ marti cõsecrauit antiquitas ꝙ ex humano cruore procreatum crediderit: q̃q̃ & omnis herba gramen abusione dicitur. Quidam Saturno dicant ꝙ ab eo satum primo perhi//bent. Glaucum uero ĩmortalitatem huius herbæ cibo consecutum Athenæus ex Aeschionis poe/tæ uersibus existimat.

CALAMAGROSTIS DCXLI

c Alamagrostis a Plinio gramen simpliciter uocatur. infestum camelis. quidam babylo//
nium gramen cognominant.

GRAMEN PARNASION DCXLII

Ramen parnaso monte folium habet hederæ densius q̃ usq̃ fruticans, cum ĩ reliquo or
g be folia in exilitatem fastigentur: Succum huius excipiunt propter ubertatem qui &
dulcis est.

GRAMEN CILICIVM DCXLIII

Ramen cilicium hoc est cinna. Sunt qui & medon uocẽt. nec amburi eius recẽtis pastu
g boues, sed pinguescere contẽdant, nato alterutris errore ꝙ alii πίμπρησιν legebant alii
πιμπλησιν.

SIDERITIS PRIMA DCXLIIII

Ideritin primam aliqui ueram Achilleum cognominant. alii sideriten odoris foedi
s cum teritur, tradunt. nostri sideritin eam, quæ est latissimo folio scopam regiam appel/
lant medentem anginis suum peculiariter.

SIDERITIS SECVNDA DCXLV

s Ideritis secunda ramulos habet triangulos.

SIDERITIS TERTIA DCXLVI

Ideritis tertia similis Achilleo est; mox prodendæ, sed candidioribus foliis & pinguio/
s ribus. tenuioribus cauliculis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

SIDERITIS QVARTA DCXLVII

s Ideritis achilleos dicitur quoniam íuenerit eam Achilles discipulus Chironis, qua uulneribus mederetur, & Telephum sanauerit: Alii primum æruginem íuenisse tradũt utilissimam emplastris: ideoq; pingitur ex cuspide decutiens eam gladio in uulnus Telepho. alii utroq; usum medicaméto uolũt. hãc nõnulli panaces heracleon appellauere. nostri proprie Millefoliam cubitali scapo ramosam: minutioribus q̃ feniculi foliis: uestitam ab imo. alii ueram achilleon esse dicũt scapo ceruleo pedali sine Ramis ex omni parte singulis foliis rotũdis elegãter circũdatam. alii primum genus sideritis achilleõ ueram, ut diximus acceperũt. Etruria Millefoliam uocat herbam in pratis tenuẽ a lateribus capillaméti modo foliosam eximii usus ad uulnera. boum neruos abscissos uomere solidari ea, rursusq; iungi addita axungia affirmãs. achillios, & achillion uocatur quarta sideritis, ut dictum est: & a latinis quibusdam Lũbus Veneris. Dioscorides supercilium Veneris nõ lumbum dici uoluit alterutro errore orto ꝙ Græci ὀσφυν lũbum. ophryn supercilium appellant.

RVBVS DCXLVIII

r Vbi multa genera, sed quæ magno separantur discrimine Chamæbaton uocant humilem rubum. qui protinus q̃ paulo accreuit: retro uergit in terram: atq; ita radicat & Humi rubus a Theodoro dicitur. At rubus inter arbores aquaticas statuitur. rubi unum genus fert mora, quæ & mãduntur: huius radicis spongiolæ duritia lapidis uisuntur. alterum rosas: de quo in cynosbato dictum est. flos mori cãdidus per messes colligitur. locus rubis cõsitus: quẽ nos Senticetum & Dumetum uocamus: Græci Batiam & Apobaton appellãt.

RVBVS IDAEVS DCXLVIIII

r Vbus Idæus in Ida nõ alias nascitur. sub arborum umbra rarioribus aculeis, & minus aduncis.

HELXINE DCL

h Elxine duplex Dioscoridi & oĩno auctoribus. altera Partheniõ, altera Cissanthemos ab hederæ foliis uocata. Plinio Itẽ duplex, sed aliter. altera de qua hic agitur Parthenii & perdicii, siue perdiciadis cognomine: qm̃ perdices hac præcipue uescantur. folia tamẽ ei nõ Mercurialis, ut Dioscorides, sed mixtæ similitudinis plãtagini & marrubio tribuit, cauliculis densis lanas infici. semina in capitibus lappaceis adhærescẽtia uestibus: a quo & Helxinẽ dictã uolũt. hãc æoliæ gẽtes, & Aegyptii edunt. Crassas plurimasq; habet radices, ut íquit Plinius. Altera idẽ auctor íquit uerior ẽ helxine: cui radix foliosa: ex qua similis malo Carduus seminis plenus extuberat. Seminalis acanus a Theophrasto dictus: cuius íciso summo uertice lachryma erũpit iocundi saporis acanthica Mastiche uocata, proptereaq; adulterium ex ea fit ut diximus, germinat, atq; floret æstate folio & caule: lanugines spiosas hñs. hæc Plinius. Nos hãc nõ Helxinem sed Ixinẽ uocari credimus, ut in chamæleõte cãdido dictum est, q̃q̃ porro prior Helxine perdicion & parthenion dicatur. aliud tñ ítelligo Plinium secutus Perdicion, quæ a nostris herba urceolaris uocatur. ab aliis astericum folio similis ocimo nigrior tm̃ nascẽs í tegulis parietinisq;, ob id & parietaria, & muralium, & muralis uulgo dicta & uineago, & parthenion qm̃ a minerua í somno cõtra præcipitia lapsusq; mõstrata ẽ Pericli Atheniẽsiũ pricipi: cũ uernula ei charus ex altitudine cecidisset Splachnoptes appellatus. Turtures, columbæ, gallinacei annuum fastidium deducere dicuntur Helxina pasti. auctor est Plinius. Triplex igitur inuenio parthenium: unum folio coriandri, quæ Amaracus a Galeno: Parthenium a Dioscoride nominatur uulgo matricaria. alterũ folio mercurialis, ut Dioscorides hoc loco, siue plantaginis & marrubii, ut Plinius, quæ dicitur helxine, ac de ipsa hic agitur. Tertiũ folio Ocimi quæ Parietaria, & Muralis uocetur: de qua mirũ est Dioscoridem nihil præcipere quod sciã, nisi quis eum dicat sub helxine hanc quoq; accepisse: quoniam hirsutula sit & adhærescat uestibus, nec a mercurialis herbæ foliis omnino multum distet præterq̃ ꝙ mercuriali serrata leuiter ea sunt: parietariæ non sunt. Sunt qui & mercurialem ipsam Parthenion quoq; dicant helxinem, ut Dioscorides in Myosotide scriptum reliquit: etiam Alsine dicta est, q̃q̃ corrupte in Theophrasto legitur Asine, ubi Theodorus Volucrum interpretatur arbores amplexu hederæ modo strangulantem.

ELATINE DCLI

e Latine folio casiæ a Plinio describitur: cætera cum Dioscoride cõueniũt. corruptã í Plinio lectionẽ eẽ haud sum dubius librariis casiã ꝓ helxina substituẽtibus: qñquidẽ Elatina modo uisitur helxinæ similis hoc est folio hederæ propinquo: non casiæ: cuius id oleaceum est: ut in chamælæa dicitur.

EVPATORIVM DCLII

e Vpatorium & Eupatoria quoq; dicitur. Regiam & hæc auctoritatē habet: foliis plumosis modo caulis flore candido, radice superuacua. Mauritani aliud Eupatorium demōstrant officinis penitus diuersum figura, sed effectu par scapo, exiguo fere cubitali folio Centauri minoris, frutice odorato, sed flore magis q̄ luteus ei ē, radice superuacua passim nascit̄.

PENTAPHYLLON DCLIII

p Entaphyllon & pentapteron in Theophrasto Theodorus quinq; foliam & quinq; pēnā conuertit. Aetius hanc Hermubotanem hoc est Mercurii herbā uocari tradit. Aegyptii etiam Dissyphi cognominăt. Daci drocila. Itali psillitum. Solotam & thebeotin: q̄q̄ corrupta puto nomina. nam & therūbros & theonestron quoq; dictam inuenio. radice cum recens ē rubente, nigra cum inarescit, quadrangula: folio uitis pusillo. augetur desinitq; cum uite: caulibus tenuibus: crebris geniculis nomen a numero foliorum. Quidam Græci chamæzeleon quasi fruticem terræ uocant. Cōmendari quiquefolium fraga terrestria gignendo, Plinius existimat: Ego id qui uerum esse possit non intelligo. Nam herba ea, quæ fraga gignit, trifolia est, non quinquefolia. flore candido nō luteo. in Rheticis & Vindelicis alpibus etiam num frequens secus uias. Hippocrates duo uidetur nouisse quiquefolia, candidum quod & herbaceum, & procerius ē a terra: nigrum quod humilius. Est & quæ Tormētilla uulgo dicitur quinquefolio simillima nisi q̄ septem, nō quinq; habet folia. potest a nobis heptaphyllon uocari, hoc est septēfolia: ex cuius radice pastillos theriacos (si diis placet) officinæ pro uiperarum carne subiiciunt: quoniam uiperæ modo ut ipsi putant, nunq̄ uisantur.

PHOENIX HERBA DCLIIII

p Hoenix a Plinio dicitur herba phœnicea iter fruges ab eo posita: quoniam a nostris Ordeum murinum uocetur.

IDAEA RADIX DCLV

i Dæa radix acerba gustu misceri solita luctantium in palestra pulueri ad ea, quæ repercutere tantum oporteat, ut Paulus ægineta scribit.

RADIX RHODIA DCLVI

h Abetur & radicis cynthiæ mentio Hippocrati fouendis feminarū locis. inuenio & rhodion uocari coloris genus Democrito italicum præferēte in uellerum tinctura: fortasse id quod nos uulgari nomine rosaceum uocamus. Galenus rhizā, hoc est radicē ab eo dici genus quoddā sati scribit sine caule, sine flore, sine semine tribus dūtaxat foliis: sed proceris & in terra stratis digitorum duorum magnitudine similibus Anchusæ. radicem ipsam prætenuē, purgandi uiribus sed exiliter. Alia uidetur herba quæ uocatur Oxysa Plinio etiam si folia æque terna habet: quippe quæ non purget, sed contra potius astringat, & ad stomachum dissolutū & Enterocelas in cibo detur. proinde sunt qui Oxyn putent esse: quam uulgus Tauram & Triada, hoc ē Trinitatem. & Sphragida, hoc est sigillum Solomonis appellauit. folio triplici aut uno potius in terna disposito radice capillamētis multiplici: flore cum maculis quibusdam candidis ceruleo. Est & Ophrys Plinio herba denticulato oleri similis foliis duobus, quæ capillum īquit denigrat. Est & mamiras herbulæ cuiusdam radicula, ut Paulus notat: geniculis frequentibus nodosis albugines, & cicatrices exterens, atq; cōminuens.

HIPPVRIS DCLVII

h Ippuris Equisetū, & Equiselis dicitur a latinis inuisa fenisecis: nascēs in pratis. Est autē pilus terræ Equinæ setæ similis, ut nostri tradūt. Græcorum aliqui pinū foliis nigricantē eodem nomine appellăt. hăc uero, quæ hic describitur, folia habere pauca, tenuia, exigua: iunceas comas, semē rotūdum simile Coriădro, nasci ī arbustis maxime auctor Plinius. hăc herbā Dioscorides a Romanis salicē uocari tradit: de qua fortasse Verrius homo doctus apud Festū ītellexerit, cū diceret uirgulti genus eē salicē: nō ridicule, ut idē Festus carpit: īterpretatus: q̄ ea celeritate crescat, ut salire uideat̄: qn̄ Græci quoq; hăc & Iteam dendron, & Anabasin a salicis quadā similitudine & a scādendi more uocităt. Alio loco Plinius uētoso tractu nascit̄, scăditq; arbores & propēdentē ex ramis folio nullo cirris numerosam qui sunt iūci geniculati: radice pallida. nec mirū sit alicui q̄ folia modo pauca, modo nulla tribuătur. facit hoc & auctorū quos secutus ē, & locorū, atq; tēporū diuersitas, hăc ipam Caucū, siue Daucū uocari legas ī aliquot codicibus. uetusta tn̄ exēplaria id uocabulū nō hn̄t.

HIPPVRIS ALTERA DCLVIII

s Ciēdū hippuri uocari & piscē quēdā, siue hippurea: quē aliq ēt coryphaenē cognominăt. differt ab hoc qui uocatur Hippus ab Epicharmo dictus Ispidion, siue ut leguntali qui Lispidion.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

COCCVS BAPHICA DCLVIIII

Iffert coccus baphica, hoc eſt granum tinctoriũ a cocco gnidio, ſiue grano gnidio, ut
d apertiſſime conſtabit Galenũ, & utriuſq; notas contemplantibus. magnitudo huic id
eſt gnidio grano piperis maior uis ardens, rotundum, rubenſq; eſt colore cocci. Fru-
tex qui hoc ferat Thymælea, ſiue Chamælea dicitur. at qui tictorium granũ gignit, aut priuatim
coccus dicitur, ut Dioſcoridi placere uideo: aut Ilex eſt aquifolia. granum inquit hoc Plinius ru-
bens eſt primumq; ceu ſpectes frutices paruos aquifoliæ ilicis: quiſquilium uocant. penſionem al
teram tributi pauperibus Hiſpaniæ donati. Eſt eni Ilex gemina, ut Columellæ placet. minor api-
bus quæſita & prolixior ab omnibus improbata mellificio. Omnes inquit Plinius roboris dotes
Ilex ſolo prouocat, Cocco granum hoc galatiæ, aut circa Emeritam Luſitaniæ i maxima laude i-
quit habebatur. gignitur & in Africa & Piſidia. peſſimum in Sardinia. Eſt autem genus ex eo in-
quit i Attica fere, & Aſia naſcẽs celerrime in uermiculum ſe mutans: quod ideo Scoletilon uoca
bant: improbabantq; limaci paruæ ſimilem: culici, ut Dioſcorides affirmat: & Pauſanias qui fru
ticem hunc in locride copioſum ad ambryſom Rhamni amplitudine præterea Lẽtiſco ſimilẽ ni-
griore tãtum & molliore folio deſcribit. fructu Solani quidẽ ſpecie, Sed Erui magnitudine, colli
gendum præcipiũt anteq̃ uermiculus is naſcatur. Galatæ qui ſupra phrygiam ſunt gẽtiliter Liyg
uocãt. eum fruticem Iones & græcia tota coccum. Anniculo itaq; grano ſuccus ad pigmẽta lan-
guidus. quadrimo euanidus. ita nec recenti uires: nec ſeneſcenti. colos inter principales Impera-
toriis tãtum paludamẽtis dicatus: qualis in roſa micat: & quo nihil aſpectu gratius & in purpuras
Tyrias, dibaphaſq;, aut laconicas: & enim tyrio primum tinctas, mox & cocco tingere mos erat,
aut cõtra ut fieret byſſinum. nam & tertio & quarto & quinto ſaturabãtur. unde nomina illa ue-
ſtiũ, monocoros, dicoros, tricoros, tetracoros, pentacoros in uitis principum. Sit autem granũ
tictorium, an phoenicobalanus, atq; palmula quod Hippocrates phoenicion coccon quaſi gra
num puniceum uocauit: æſtimaturis relinquo. Illud quoq; hoc loco referẽdum eſt Coicina quæ
dam legi apud Græcos texta, quæ noſtri ceu coccina legentes in Strabone rubra cõuerterũt. Cæ
terum coicina dicũtur a Coice frutice in ægypto textili: cuius mentio & apud Theophraſtum ẽ.
Coix inquit folio harũdinis angulari ad nexus utilis, a quo & fiſcellæ genus Coix attice, ut ĩquit
Pollux, quod dorice cois dicatur.

TRAGION DCLX

t Ragion alii ſimilem terebintho faciunt. alii iunipero per omnia: ſucco lacteo qui ſpiſſa
tur in gummi naſcẽtem non alibi q̃ in maritimis Cretæ. dicitur & Tragonis.

TRAGION ALTERA DCLXI

t Ragion hæc minor eſt priore. nec in Creta ſolum, ut illud, ſed multis locis naſcitur, ut
Galenus inquit.

TRAGOS DCLXII

Ragon Aſia fert ueprem ut Plinius dicit ſine foliis racemis rubẽtibus ad medicinæ dũ
t taxat uſum. hanc & in littoribus noſtris gigni modo perhibẽt herbarii iunco marino ſi
milem: a quo & iuncum marinum multi uocãt eam. Tragos alia eſt quam nos hirculũ
uocauimus inter nardos: item alia ſitodes hoc eſt cerealis cognominata inter frugeſq; dicta.

OXYSCHOENOS ET IVNCVS PALVSTRIS DCLXIII

Vnco paluſtri Græcos ad funes uſos nomini credamus quo herbam eam appellãt, un
i de funambuli ſchoenobatæ ab iis dicantur. Qui nauigauere in indos Alexandri mili
tes iuncos lapideos uidere per littora ſimillimos noſtratibus. iunci uterum turgentem
quodam cacuminis callo præferunt: mox cohærentia quædam uelut oua pariunt pediculis cir-
ca ſpicaceis: in quibus uaſcula rotunda, leuiterq; hiſcentia & in iis ſemen nigrum cuſpidis effi-
gie non diſſimile aſteriſco dũtaxat exilius radice longa: quæ craſſior multo ſit, q̃ maribus cogno
minatis, caput huic Çepis, & Gethyo ſimile integumentis modice rubentibus. Iuncus paluſtris
hoc eſt Schoenos Helios in multa genera conciditur. Oxyſchoenos proprie is eſt: quẽ marinũ iũ
cũ uocamus. ſterilẽ maſculum exiſtimãt: fœcundũ feminã. is qui ſemẽ nigrũ habet melãcranis ap
pellãt, quaſi iũcus atriceps: melãcræna dictus Straboni: unde funditoribus Balearicis ãmẽta qđ
& Phileta meminit. hic ſine aliis generibus naſcit̃ ex ſuo ſemine: ſicut is quẽ marẽ nominamus
ex ſemet ipſo cacumine in terram defixo, nam Oxyſchoenon & Holoſchoenon eodem ceſpite
contemplatum ſe Theophraſtus & admiratum ſcribit. omnium radices ſingulis annis inter
mori traduntur. Holoſchoenon mariſcum a magnitudine (ut puto) noſtri uocant, quemadmo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

dum & Mariscas ficus: auctore Festo, quæ Græci Busyca hoc est grandiores & fatuas ficos, ob id
& Sycomora esse quidam mariscas uolunt. hic & ad tegetes, ut Plinius inquit, & omnino uitilia
utilissimus, quoniã mollis carnosusq; sit. usus omniũ ad nassas marinas. nexus elegantiam. lucer/
narum lumina, præcipua medullæ amplitudine iuxta maritimas alpes tanta, ut inciso u tre im/
pleant pene unciarum latitudinem. in ægypto uero cribrorum lõgitudinem nõ alias utiliorem.
ob id cribrum significaturi iuncum effigiãt ut inquit Horus: idem auctor in ægypto scribi iũcis
nec aliter affirmat. uidetur autem palustris iuncus idem cum Scirpo esse, nec in fruticum ĩquit Pli
nius, nec in ueprium cauliumue neq; in herbarum alio ue ullo q̃ suo genere numerẽtur iur̃. Scir
pi fragiles palustresq; ad tegulum & tegetes, e quibus detracto cortice cãdelæ luminibus & fune
ribus seruiunt. firmior quibusdam in locis etiam rigor. nãq; iis uelificãt nõ in pado tãtum nautæ
uerum in mari piscator africo præpostero more uela ĩtra malos suspẽdẽs, & mapalia sua mauri te
gunt. proximeq; æstimãti hoc uideãtur esse quo papyri usu, ob id etiam sunt apud nos, qui scir/
pos ĩterpretẽtur quos Græci biblos, idest papyros uocãt. Sed fruticosi generis sunt papyri. eno//
des & sine fronde scirpi, leues proceriq;, ut Festus ait: unde prouerbium quoq; natum sit: nodũ ĩ
scirpo quæri. habent Græci & alterũ ex iunci nomine prouerbiũ σχοινφόν μεμιλτωμένον. hoc ẽ fu
niculum rubrica tinctum contra reos desidiæ. q Athenis qui nõ in tempore ad cõtionem uenis/
sent rubricato fune in foro comprehensi notabãtur, & mulctabãtur. huc uidetur allusisse in Penu
lo poeta Plautus cum de scortis uilibus diceret.

Vestras schoeno delibutas schoenicolas sordidas.

Quãq̃ & rubricatas, hoc est fuco litas intelligi uult eas. Est & ĩ uerbo Schoenicola Adagium & ut
sint quales Græci Schoenotroges uocãtur: hoc est spartum rodentes, quod item de inertibus &
nugatiis, ut Varroni placet & alienum laborem frustra cõsumẽtibus usurpari solet. notum est ar//
gumentum illius Ocni de quo multa in castigatione Pliniana diximus. Scio quosdam intellige
re, nõ Schoenum id est Spartum, sed Lentiscum, hoc est Schinum rodi ab segnibus, quia puer
bium id contra eos dici scribant auctores, qui nimio se comendi studio superfluunt, ac dentibus
exterendis & fricandis incubant: qualis in lentisco mastiche uis redditur. Sed schoenotroges ta/
mẽ in omnibus Græcis codicibus nõ schinotroges legas. Sunt qui schoenotroges a Scilla dictos
putent quam & Aristophanes & alii Schœnõ quoq; appellãt, & dentibus prodesse constat: unde
Schoenida uenerem cognominatam Lycophroni sunt qui credant, q cibo eius accendatur libi
do, ut schoenotroges & schoenicolas, hinc quoq; dici meretrices autumare liceat. Vel forte sceni
colas ἀπὸ τῆς σκηνῆς quasi tabernicolæ, nam & Alicarias & Prostibulas uocabãt, q circa pistrinu
las & stabula uersarẽtur, ut ait Festus scinicolas ab unguento ait pessimo uocatas, qđ Græci Schẽ
dicũt. habetur & iuncus euripice uocatus & triquetrus & odoratus in suas quiq; mẽtiões adeũdi.

EVRIPICE DCLXIIII

e Vripicem non desunt qui tropicem appellent inter recentiores: quorum pleriq; ut eru/
ditionis suæ periculum faciant multis partibus rei latinæ officiunt.

LICHEN IN SAXIS DCLXV

Ichen, siue lechen est muscus, de quo hic. itẽq; herba alia nascẽs ĩ petrosis nomine utri/
l q; inuento, quoniam cõtra lichenas remediis omnibus anteponuntur. Folium herbæ
unum ad radicem latum: caule uno paruo longis foliis dependentibus. utrãq; recẽtio/
res herbarii epaticam appellãt: appuli herbam cuius unum ad radicem folium haberi diximus
iecorariam siue Ficatellam cognominant folio succi pleno & crasso ita nominatam quia iocino/
ris fibræ similis aspicitur. Diuersa est eodem nomine apud nos in littore passim nascẽs, & olitorio
foro ieiuniorum tempore uenalis, hederaceo fere folio. flore purpureo, lilii pusilli effigie. conuo
luit herba se quibus appropinquat. Soluit Aluum cocta, & cruda oleris modo accepta. Sunt & li
chenes sui Equis calli, de quibus secundo libro dictum.

PARONYCHIA DCLXVI

Anc & neurada cognominari docent auctores. Quid autẽ sit Neuras muliebribus ma/
h lis quæsita Hippocrati non liquet plane πρὸς μύσιν ὑςέρων νεῦρην καὶ ἄλευρον καὶ
σμῦρναν. nisi quis (quod & fere affirmo) non neurin, sed nerin hoc est nardum monta
num legat.

CHRYSOCOME DCLXVII

c Hrysocome sine foliis, sine semine solo scapo: comas habet, fulgore auri, unde nomẽ.
uocatur & Diosgenia hoc est Iouis barba.

CHRYSOGONON DCLXVIII

HELICHRYSOS DCLXIX

h Elichrysos,& heliochrysos a Theodoro Aurelia uocatur ad solis repercussum,comantibus in orbem foliis fulgore auri,a quo nomē,alii a uirgine ephesia,quæ hoc flore prima coronauerit Dianam.Coronari eo & deos Ptolomæus rex ægypti diligentissime curauit,uestes odore cōmendat non ineleganti.existimationem & gloriam parere coronatis flore creditur si unguento se perfundant ex auro,quod Apyron hoc est ignem nō expertum uocatur.floret fere cum uiola nigra uere.flos auri modo fulget.radix summo terræ corio innixa folio candido, caule tenui & duro non ut Theodorus inquit semine,qui carpon,non caulon i Theophrasto legerit.Galenus hanc Amaranthi nomine significat,nec aliter uocauit ob id corymbos eius nūq̃ marcescere Plinius scriptum reliquit.philostratus ex Amarantho coronari sepulturas quoq; solitas affirmat,idq; Thessalos istituisse primos ad tumulum Achillis.

CHRYSANTHEMOS DCLXX

c Hrysanthemos nec forma,nec uiribus a Buphthalmo superius īdicata d.ffert:uerba tātum mutata sunt eodem manente sensu:ut ne Dioscoridis quidem caput suspicentur aliqui.Illud notauero a Dioscoride quidem uocari hanc etiam chalcitin,Sed an sit eadem,quæ Plinio chalceton in uineis nascens & iocinori trita imponi iussa:nescio.

PERISTEREON DCLXXI

p Eristereon a Græcis uocata,ꝙ columbæ in ea mansitent.Item peristerium.unde columbaris uocatur.Item Lucinia,& Lustrago,& Militaria.Sunt qui petonomō a uolucrum pastu nominent:& a colorum uarietate Panchromō a nostris Verbena,& Verbenaca, siue(ut arbitror)corrupte uerminaca dicitur.item ferraria non feria etiam si Dioscorides ita nominasse uideatur:quandoquidem secūdum huius herbæ genus ab ipsomet Dioscoride sideritis appellatur,hac & iouis mensa uerrebatur.uerbenam porro & sagmina Romani hoc est gramen ex loco sacro,præsertim ex arce Capitolii cum sua terra euulsum in publicis remediis & in sacris legationibus cum ad hostem clarigatumq; mitterētur:ferebant:coronatis ita fecialibus & patre patrato,uel fœdera facturis,uel bella indicturis.Sed omnes quoq; frōdes sacratas purasq; per abusionem uerbenas uocabant.Dioscorides duo facit genera rectum & supinum.Plinius marem & feminam,mari caules reddendo plures & tenues,itemq; cubitales & angulosos,demum quæcūq; Dioscorides supinæ,nisi ꝙ rariora mari folia q̃ feminæ adiicit.Quidam non distingūt.Sed unū omnino genus tradunt.utraq; sortiuntur galli & præcinunt responsa.hac perunctos Magi putāt impetrare quæ uelint:amicitias cōciliare.Colligi circa canis ortum debere:ita ut ne luna, aut sol conspiciatur.fauis ante & melle terræ ad piamentum datis,circūscriptam ferro effodi sinistra manu & in sublime tolli.Siccari i umbra separatim folia,caulem'et radicem.utrūq; genus in planis aquosis nascitur.diuisuræ foliorum utriusq; similes quidem omnino quernis,sed maiores.Rectum erui præcipitur sole arietis signum meante.Non quidem ad omnia,sed ad medicamentū illud,quod propterea Criogenes pastillus dicitur.

PERISTEREON SVPINA DCLXXIII

p Eristereon hyptios hoc est supina frequentior ē q̃ superior. latissimus est quorūdam error existimantium uerbenam & peristereon priorem esse:quam olitores Sclaream mo do uocant:de qua ueteres nihil dixisse(quod sciam)uehementer miror.Folium ei betæ lanuginosum,serratumq; i modū cristæ,flos spicaceus e ceruleo purpureus.odorata tota & uulgaris,nisi quis hanc alectorolophon id est cristam gallinaceam interpretetur.Alectorolophos inquit Plinius folia habet similia cristæ gallinaceæ plura caulem tenuē & semen nigrum in siliquis. mutat colorē,sed ex nigra albicare īcipit,& itumescit,ac exit.utilis tussientibus & oculorū caligini.Solidū semen cōiicitur in oculū nec turbat,sed in se caliginē cōtrahit hæc Plinius.hoc quidē ipsum facere uidetur semen eius quā uocant herbarii sclaream.folio cristæ simili ac nigro semine,uerum non in siliquis,sed in folliculis siue capitulis post florem,nisi quis siliquas in Plinio pro uasculis quibuscunq; accipiat.

ASTRAGALOS DCLXXIIII

a Stragalus aliter a Plinio describitur.folio longo incisuris multis obliquis circa radicē, caules terni:aut quaterni.foliorum pleni.flores hyacinthi,radices uillosæ:implicatæ, rubentes,prædura.Nascitur ī petrosis & Arcadiæ Peneo siue ut Galenus & Paulus Pheneo.colligitur exitu autumni cum folia amiserit.Siccatur in umbra.

HYACINTHVS DCLXXV

h Yacinthi cum uiola nigra erumpunt uere.Sed ante rosam ut fere omnia:quæ in coronas a montibus petuntur.exeunt & cum gladiolo,sed eximie in Gallia ubi & Hysginum eo tingitur.nam colos in ueste Hyacinthinus non ex hoc tantum hyacintho

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ut fere creditur,sed e uiola,quæ syluestris hyacinthus quoq; dicitur,traxisse nomen uidetur Plinio utiq; nisi quis in eo ianthinum malit q̃ hyacinthũ legere ut Martialis Coccina famosæ donas & ianthina moechæ.

De quo in castigatione pliniana diximus.hyacinthi & albi & ferruginei,hoc est cerulei uisuntur. nam & lapis frutici cognominis ceruleo nitore fulget,ut Solinus inquit,ut qui colorem cœli dixerunt hyacinthinum de ceruleo uideantur accepisse.porro tam syluestres q̃ urbani plurimum durant.Comitatur florẽ hunc duplex fabula,luctum præferens eius quem Apollo dilexerit, aut ex Aiacis cruore editum ita discurrentibus uenis,ut græcarum literarum figura ea legatur inscripta.Pausanias florem qui natus sit extincto Aiace apud Salamina credi refert editum primo,nec hyacinthum,sed literis Hyacintho similem uideri ex candido rubentem ac lilio minorem. Idẽ auctor Cosmosandalon dici florem apud Hermionenses Troezeniis confines,quem ipse Hyacĩthum uidetur interpraetari.Eo flore coronatos festa,quæ Chthonia uocant,agere.de Cosmosandalis & Cratinus & Clearchus.Palladius Hyacinthum & Irim & Gladiolum a similitudine foliorum uocari dicit.Qui Seruium grãmaticum accusant ꝙ hyacinthum esse dixerit:quem Virgilius Vacinium in carmine uocarit,Dioscoridem accusant affirmantem hyacinthum a Romanis uacinium appellari.Plinius quoq; uacinia inquit aucupiis italiæ seruntur,galliæ uero etiam purpurea tingendis seruorum uestibus:item alibi Transalpina gallia herbis tyrium atq; conchyliũ tingit omnesq; alios colores.Item alibi mire inquit hyacinthus in gallia prouenit:quo ibi ꝓ cocco Hysginum tingitur.Est autem Hysginus color,a quo Græci uestes hysginobaphes appellant hoc tinctas colore.Quo fit ut recte senserit grãmaticus hac parte.uacinium Maroni pro hyacitho acceptum fuisse.nec obstat ꝙ nigra dicat poeta:quando purpuream quoq; uiolam est, ubi auctores nigram uocare soleant.

PAPAVER RHOEAS DCLXXVI

Papauer Rhoeas hoc est erraticum capite,ut Theophrastus inquit,unguis pollicaris amplitudine.legitur uiridiusculum ante messem ordei.hoc & satiuis ascribitur,q̃q̃ iter syluestria & satiua melius fortasse quasi medium cõstituas, quoniam sponte quidem,sed in aruis nascatur.admonendi tamen sumus.Rhoeadis cognomento non hoc tantum papaueris genus uenire solitum. Sed & alia duo syluestria,ut mox liquebit,hoc quoniã flores eius breui decidant:illa quoniam fluat ex ipsis conuulnerato scapo succus lacteus Opion appellatus.

PAPAVER SATIVVM DCLXXVII

Satiuum omne magis rotundat capita:id syluestri longum,ac pusillum ad effectus omnes ualentius.optimum in siccis & ubi raro pluit.papaueris satiui tria fecere genera:cãdidum,cuius semen tostum in secunda mẽsa cum melle tragematis loco edebatur.hoc & panis rustici crustas ouo affuso cõmendabat.alterum nigrum, cuius scapo ĩciso lac exprimit. Tertium Rhoeas:de quo diximus, q̃q̃ nisi maturuisset,edomitũ existimari nullo modo posset. Galenus & Dioscorides papaueris genera sex enumerant.Rhoeada,Ceratitin. Aphrodes satiuũ siue thylacitin:& duo alia syluestria,capite sessili unum:oblongo alterum:quæ & Rhoedas uocant aliqui:propterea ꝙ e duobus iis quæsitum lac scapo inciso fluat.

DE OPIO ET MECONIO DCLXXVIII

Differt Meconium ab Opio,si proprie loquaris,sicut apud nos succus a lacte quod & sapor & lachryma quoq; dicitur.succus!& meconiõ uocatur,qui decocto uel crudo papauere ut in cæteris exprimitur.lac uero & Opion:quod caule inciso manat,e papauere nigro,ut Diagoras suadet cum turgescit,ut Iollas cum deflorescit: incidi iubent sub capite & calice:nec in alio genere ipsum ĩciditur caput.humor hic & herbæ cuiusq; lana excipitur:aut si exiguus est,ungue pollicis aut lactucis,& postero die magis quod in aruit pastilli siccantur ĩ umbra. accenditur sincerum difficilius & crebro extinguitur.in aqua innatat nebula.æstiuo sole sudat & se diluit,donec simile recenti succo fiat. Confictum in posca coit.Mnesides optime seruari putat Hyoscyami semine adiecto.Alii in faba.adulteratur hoc Alexãdriæ.Thebanum opium celebrari ad multa uideo:præsertim in collyriis duobus,quæ Lynceus & Proteus ab ægineta Paulo cognominantur.Sicut Hermolaus & Antoninus ab Aetio in quæ non Opiũ modo,sed acacia quoq; poscitur ad repercussum.Achaicum quoq; asianumq; Opium auctores græci nominant.

PAPAVER CERATITIS DCLXXIX

Papauer ceratitis,siue ceraticon hoc est cornicularium,syluestre est,cubitali altitudine, folio uerbasci nigri,minus atro.Radice breui & corticosa.Tempestiuum messibus.folia huic minora & tenuiora q̃ cæteris syluestribus.Nascitur & nitroso loco & Glaucion a quibusdam appellatur haud proprie.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PAPAVER APHRODES DCLXXX

p Apauer hoc Heracleon, siue Aphrodes: hoc est Herculeum, & Spumosum dicitur: cuius folia herbæ radiculæ, quã Græci Struthion uocant, similia sunt Dioscoridi, Theophrastoq;, ut multi censent. Et qm̃ Struthion etiam passerem significat, Plinius hac parte foliis inquit si procul intuearis, spẽm passerum representãtibus. uerba porro Theophrasti hæc sunt. Papauer, inquit Heracleon φῦλλον ἔχει οἷον στρουθὸς ᾧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσιν. hoc est folium habet quale struthos: quo lina candefaciunt. Plinius hæc nõ de radicula, ut dixi quæ lanis demum lauandis aptissima est curans eas, & conferens candore mollitiaq;, ut tradit ipse Plinius. xix. libro. Sed de passeribus intelligit. Ex ipso autem papauere lina inquit splendorem trahunt: quia tñ Plinio contradicere non prius audeo, q̃ si possum, contempler oculis, passerũ, an radiculæ speciem Papauer illud præbeat. Verbum Græcum posuimus in latino, ut liberum esset exquisituris arbitrium. Semen huic spumeum. Aestate tunditur in pila. utilissimum hoc, medicamento nobili: quod Diacodiõ, & Asteriacen uocant. Et. n. capita papaueris, & Codias, & Asteriscos Græci appellant. Quin & humanum caput Poetæ interim Codian uocant, ut inquit Pollux. fit autem huius papaueris, aut cuiuscunq; syluestris capitibus. cxx. In aquæ cælestis sextariis tribus: biduo maceratis in eademq; decoctis. Deinde siccatis iterumq; cum melle coctis. ad dimidias partes uaporetẽui: addidere postea drachmas senas croci: hypocistidis. turis. acaciæ & passi cretici sextarium. Aetius Papauer hoc (ut arbitror) Intelligit: cum Mecaphroditon commendat herbam cõtra uiperas in potu præbens. fortasse quia uomitionibus probetur.

HYPECOON DCLXXXI

HYOSCYAMOS DCLXXXII

a Lter Dioscorides (ut Galenus inquit) Hyoscyamon apud Hippocratem uidetur interp̃tatus id quod ille κυάμου καρπὸν hoc ẽ fabæ semẽ appellauit. Hyoscyamon uero Græci uidẽtur appellasse, hoc est fabam suillam. propterea q, ut Hælianus ait, pastu eius herbæ resoluantur & conuellantur apri: Sed remedium nouere. aquas. n. statim adeũt: & cancros uenãntur, atq; ita protinus saluti restituuntur.

PSYLLIVM DCLXXXIII

p Syllium radice tenui superuacua sarmentosum fabæ granis in cacuminibus flores canino capiti, ut Plinius nõ dissimiles ob id Cynocephalion uocat, & Cynoides. Corrigendum. n. locum in Plinio putamus, ubi non floribus: sed foliis canino capiti similibus describitur alioquin in exemplaribus manu scriptis floribus non foliis. Semen in baccis effigie pulicis unde nomen. prouenit in uitiariis. mendosum & illa quoq; parte Plinium existimo, cum dicit psyllibus lacteum succum esse: qui densatus in gummi & sumptus cum melle uomitiones faciat: præsertimq; bilem trahat. Quid. n. sint psylles non comperi.

STRYCHNON DCLXXXIIII

f Trychnõ, siue ut Galenus Trychnon, satiuum, quod & melan hoc est nigrum, cognominant, a nostris Solanum dicitur. familiare cibis in Aegypto maxime. nihil mali corporibus esse prædicat Xenocrates, cui hoc salutare non sit. flos huic est candidus, acini siue poma potius herbacea, & quadam tenus aculeata, in quibus semen. hoc Romæ uidimus in orto oratoris Galli.

STRYCHNON ALIACCABVM DCLXXXV

f Trychnon Alicacabon foliis Ocimi describitur a Plinio commendatum quidem, & hoc cibis ab aliquibus licet hortense præferatur. Radicem Alicacabi bibũt: qui sunt uaticinandi callentes: qui furere ad confirmandam superstitionem aspici se uolunt, aspidum naturæ in tm̃ aduersa hæc herba est, ut radice propius admota soporentur.

STRYCHNON SOPORIFERVM DCLXXXVI

f Trychnon Hypnoticon, id est soporiferum ab aliis Morion, ab aliis Moly appellatũ, Coronariis in Aegypto expetitur inuitãte similitudine florum hederæ. uelocius hoc ad mortem: q̃ Opium. Inuenio & Strychnen, & Eubepaton, & Callion uocatam: nostri Vesicariam a folliculis, uel quia uesicæ prosit & calculis. Theodorus omnes strychnos Vesicarias appellat. Radix huius sanguinis modo rubra Theophrasto. candida, cum inarescit. Semen coccineum. folia mali cotonei. lactucæue Caprinæ: sed hirsuta. magno cespite in rupibus, sepulcretisq; nascitur. genus hoc Dioscorides libro primo Alicacabum uocauit. Eademq; ad uerbum fere scripsit: quæ nunc in soporifero leguntur. Sed Alicacabus tñ uera est: quæ proximo capite superius descripta est, ut Galenus inquit. laudant hoc a locro ad fruendum: & tamaristo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

STRYCHNON MANICON DCLXXXVII

Trychnon Manicon ĩsaniosa herba: quã & Doryon, siue potius Dorycnion uocabãt:
f quia cuspides in p̃liis eo tingerentur passim nascẽte. alii Perisson appellabãt. foliũ eru/
cæ maiusculũ, capite gethyi maiore pilosioreq́;, ut Theophrastus scribit, qui hoc edant
uideri sibi pulcherrimos affirmans. hoc & coronariis placebat. Erythron dicebant & neurita qui
nequiter occultabãt, ut inquit Plinius. Frutex est surculosus uerius q̃ herba, ut Plinius tradit. fol/
liculis magnis latisq́; ac turbinatis, grandi intus acino: qui maturescit Nouembri mense.

DORYCNION DCLXXXVIII

Orycnion, siue Dorycnidion tam per. c. q̃ per. ch. ẽt pro strychno manico acceptum a
d quibusdam ueteribus inuenio. Dioscorides & Galenus uidẽtur aliud ab eo genus exi/
stimasse. dictum fortasse ita ꝙ cuspides telorum inficere mos esset illo, ut in manico
strychno diximus. dorycnio gustus lactis est: & confracto emanat.

MANDRAGORAS DCLXXXIX

Andragoræ fructus niger sapore quodam uini. effigie oui: non ut Theodorus putat Ra
m cemi βοτρυχοειδῆ aut βοτρυώδη pro eo quod erat ᾠοειδῆ in Theophrasto legens. fe/
minæ folia hirsuta. Radices carnosæ, teneræ, cubitales fere. mala hæc fert auellanarũ nu
cum magnitudine. mas arsen, & Hypoplomon quoq́; dictus. folio latiore ut Lapathi satiuæ. ca/
uent effosuri contrarium uentum tribus circulis ante gladio circũscribentes ad occasumq́; spectã
tes. succus non ubiq́; inuenitur, sed ubi potest circa uindemias quæritur. odor grauis eius, sed ra/
dicis & mali grauior. Succũ excipiunt decisо caulis cacumine. adeo caulem habere non dubitãt
ẽt si Dioscorides id negat. hic & hirsutus feminæ tribuitur. foliorum succus Roscidorum pestis ẽ,
ut inquit Plinius. mandragoram conclamati frigoris uenenum esse nemo non scit. Inuenio her
bæ nomen Andraclon a similitudine uirili dictæ. an eadem hæc sit cum Mandragora non legi:
sed est cur esse sentiam: quippe cum & Anthropomorphon dicatur, nisi quis Andraclon quia frã
gat: & occidat hoĩem dictam putarit, cuiusmodi. uim multæ habent herbæ. nam & annus uitæ
lxiii. ut ẽ apud maternum Andracles uidetur appellatus, quia duplici rõne climatericus sit, & ma
xime frangat hoĩes. alioquin ab hoĩs effigie Andricelon potius q̃ andraclon dici potuisset: ĩ quo
& illud notandum Andricelon apud Græcos, ut Aristoteles, & Iulius pollux testãtur coloris ge/
nus est: quẽ nos purpurissum dicimus, atq́; ita placuisset Theodoro quoq́; nostro liquet.

MOLION IDEST ALTER MANDRAGORAS DCLXXXX

E morio Mandragora nihil habeo: quod addi possit iis quæ a Dioscoride notãtur: sed
d qm̃ mala terrestria & canina Mandragoræ fructus appellantur: in mentẽ subeunt, quæ
uulgo melenzana uocitamus, hoc est ut ipse puto mala insana: de q̃bus nihil ueteribus
scriptum fuisse iam desino mirari ꝙ multa hmõi reperio. sicut hercle multa quõdã fuere quæ mõ
uel ignorantur, uel certe non habentur. Mala ergo insana e frutice uulgari sunt passim nascente,
ut melones: & cucurbitæ. pari quoq́; cultu, foliis ꝓpe ficulneis. flore oblongo, specioso: cãdido.
manditur uulgo pomum: ex oleo: sale: pipere: fungorum modo coctum.

ACONITVM DCXCI

Coniti primũ genus pardalianches, & Thelyphonõ, siue potius Theriphonõ cogno
a minatur, Cæterum Theophrastus simpliciter, & sine aconiti mentione Thelyphonon,
& scorpion a radicis similitudine uocauit geniculatũ tradens graminis mõ locis um
brosis, & cætera, quæ hic a Dioscoride tradũtur. hoc solũ genus a Plinio demõstratũ est hirsuta le
uiter eius folia prodẽdo. uocatur & myoctonos: qm̃ e longinquo mures odore necat. Inuenio &
Myephonon uocari genus herbæ quã & Sciada quidã noĩant: nec quæ sit ea docẽt, ꝓterq̃ ꝙ Pha
nias in libro de stirpibus hæc habet uerba. pileari forma sunt Semen, Anisi, Feniculi, Coriãdri,
Caucalidis, Cicutæ, Pastinacæ, Sciadis, quam & Myephonon uocant. Plinius & Theophrastus
Myophonon cui neruosus est cauliculus. Aconitum porro Theophrastus in Creta & Zacyntho
nasci maxime putãt. de Lycoctono (ut arbitror) locutus: sed optimũ in Ponto circa Heracleã ubi
mõstratur Herculis ad inferos aditus quasi ex spumis cerberi canis ortum. hoc a Thelyphono,
ut testatus modo sum, differre arbitror. constat. n. folio syluestris intubi: q̃q̃ Aetius non Seridis
(id. n. significat intubum) Sed Iridis syluestris accipit. Radice non nucis, ut Theodorus transtu/
lit, Sed gammari marini specie quoniam Caryas pro Caridas, uel Carabidas legisset. In quo no
tandum Carabos: qui & Grapsæi sunt interim pro locustis: interim pro Gammaris a ueteribus ac
ceptos: ut Athenæus auctor ẽ. Carides uero Squillæ sunt quas, & Curidas, & Coridas, & Colyb
denas quidam uocant. etiam si marinum genitale Nicander Colybdenam putauit. aconito sane
breuis herba, nec superfluens, sed ut frumento. Semen ei tñ in spica nõ est. nascitur ubiq́;, nec tm̃
in cautibus nudis, quas Aconas uocant, unde Aconitum nonnulli uolunt appellatum. Alii quia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

in petrosis parte plurima nascēti: nullus iuxta puluis esset. alii a pago, siue oppidulo, siue portu periād ynorum ad Heracleam ita nominato. alii quoniam uis eadem in mortem esset: quæ cotibus ad aciem ferri decutiendam statimq; admota uelocitas sentiretur. fructum eius & folium nihil nocere prædicant. uim mortiferam in radice haberi. ad erodendam uti ea medicos: præparari uero posse ut tollat biennio: anno: mēsibus sex: tribus: duobus: uno: ratione etiam peritioribus occulta, miserius perire, qui poto eo diutius uitam extrahant. differri, celerariq; sumentibus exitium, p ut sero aut ocius collectum fuerit: debellari pestem eam non alia radice, ut quidam expromisere, sed aut uino: aut melle successu raro. alioquin reperto in uisceribus ueneno: ceu pari inuento nō perimit, Sed colluctatur cum eo tantum. Ita duo uenena commoriuntur, ut animal supersit. omnium porro uenenorum ocyssimum esse Aconitiem, ut tactis quoq; genitalibus feminini sexus animalium eodem die mortem inferat, quo modo interemptas a Calphurnio Bestia dormientes uxores. M. Cælius obiecit. Fugitiuos eo in uinculis uti solitos despōso animo Aconitum seruantibus instituta capitis pœna. Quod autem sit herbæ genus Acontias uocatum: nō reperi. Et. n. ut Athenæus inquit: grammaticorum Mos ē poetas: & auctores alios enarrātium, Cum quid huiusmodi occurrerit, quasi conniuendo præterire nihil aliud testantes q̄ aut lapidis, aut animalis, aut floris genus esse. Quo fit ut parum fidei grammaticis in hac eruditionis parte semper habuerim. Aconitum inuenisse primā dicitur Hecate uenenorum insigni crudelitate femina, quæ Persam patrem Solis filium perinde crudelissimum ueneno sustulit, auctor Diodorus. proptereaq; Ouidius in metamorphosi cum herbam dixit Hecateida uidetur aconitum accepisse.

ACONITVM CYNOCTONON — DCXCII

Vius aconiti neq; formam, neq; medicinas Dioscorides exequitur. librariorum (ut ar-
h bitror) culpa fuit: tria capita scribentium, cum duo tantum aconiti summa genera dicā-
tur Galeno teste Pardalianches, & Lycoctonon.

ACONITVM LYCOCTONON — DCXCIII

E Lycoctono: cuius speties treis haberi cōstat i primo aconiti genere disserui Theophra-
d stum & Plinium secutus. Lycoctonos dicta est: quia lupos enecet. habent & nostri rusti-
ci ad eundem usum: Lupariam uocatam folio uitis multas habente diuisuras, & maculas candidas flore oblongo luteo. Aetius Aconitum inquit sunt: qui Aconistomō, & Irin syluestrem, & Pharmaciaden uocent, Radicula fere graminis.

CICVTA — DCXCIIII

Icuta Græce Conion inuisa & hæc publica, Atheniēsium pæna. Semen habet noxium.
c caulis eius uiridis: & urit plerunq;, ut in platanis. leuis hic est & geniculatus, ut harun-
do: nigricans altior sæpe binis cubitis. hinc & spatium, quod est inter cannarum, ut Seruius existimat: genicula Cicutam uocari a Marone. Folia Coriandri tenuiora. Semen Aniso crassius. Radice nullius usus, ut Plinio uidetur. semini & foliis refrigeratoria uis. Quæ si enecat, incipiunt extrema corporis algere. In uino pota irremediabilis existimatur. Succus exprimitur foliis, floribusq;. Tunc. n. maxime tempestiuus est, & melior. Semine trito expressus, & sole densatus nocentior q̄ semen ipsum ut in Thapsia: cum in reliquis contra sit, necat enim sanguinem expissando. hæc altera uis est, & ideo sic necatorum maculæ in corporibus apparent. ad dissoluenda medicamenta utuntur illo pro aqua. fuerit autem cicuta herba: cuius gustatu exercitus. M. Antonii cum fame laboraret: pene sit extinctus in Parthia nō traditur: alioquin remedium, ut Plutarchus ait in uino tantum erat. Plinius quoq; Maxima inquit cicutæ uis terræ parthorum. Mox Laconicæ, Creticæ, Asiaticæ. In Græcia uero megaricæ. Deinde atticæ. Thrasyas & discipulus eius Alexias & hanc, & cætera uenena temperabant, ita ut sine aliqua offensione aut tabe tollerent in quantum uis tempus dilata morte in cicuta præcipiebant, ut e Susis aut pregelidis opacisq; locis ad hunc usum Reponeretur. Chii ut Theophrastus scribit, non terebant eam, ut cæteri cum tegmine, sed hoc detracto tusam & tenui cribro emissam ex aqua propinabant. in Ceo insula mos fuit, ut sexagenarii senes conuocatis necessariis solenni sacrificio Cicutā epulati, & coronati biberent. Strabo auctor, ut fere in Theophrasto non Chios, sed Cios legendum putem. Cui consuetudini se Valerius quoq; maximus secundo libro interfuisse tradit in eius insulæ oppido Iulide. cicutam sunt qui etiam Ephemerō a celeritate interitus uocarint, ut Photion auctor est. Recentiores cicutæ duo faciunt summa genera. aquaticæ frigentis naturæ. terrestis Calidæ. terrestris duo item genera. maius & minus: sed quoniam auctorem nullum præferunt idoneum, uereor ne (ut fere solent) hallucinati fuerint. alioquin cicutæ similem diximus esse Myrrin herbam ob id cicutariam a nostris appellatam calentis ingenii, Nam uerba illa Plinii Caulis īquit cicutæ uiridis, & urit

plerumq; ut in Platanis quia sensum nullum commodiorem habent, correximus ex Theophrasto ad hunc modum. Caulis cicutæ uiridis e susis plerunq; Athenas perlatus, q̃q̃ cicutæ uis est & illa (si Celso credimus) libro quinto exedendi corpora ut forte seminibus & foliis frigida sit potestas, cauli feruida. Illud uero minus tolerabile, ꝙ mauritani uel eorum ĩterpretes illud rutæ genus: syluestris quod Dioscorides & Plinius Armala uocari scribunt: ipsi pro Cicuta capiunt. Sũt qui, (ꝙ Galenus ait tertio libro κρασεωμ) cicutam Sturno cibum, homini uenenum esse, conuerterint, Hyoscyamũ esse Turdo cibum, homini uenenum: quo nihil esse potest fœdius, imperitius, absurdius.

SMILAX DCLXXXXV

Milax siue Taxus est ubi a Theophrasto & Dioscoride Milos appellata sit folio æterno, extremitatibus & lateribus sinuato, ut quercus & Paliuri & omnino ilicis molliore tantum profundioreq;. differt & materia ab Ilice, ꝙ soluta & tenera in operibus est taxo p̃sertim in Arcadia: ubi & nigra ẽ ac punicea. flauet in Ida tã similis Cedro ut imponatur mercantibus præsertim medulla. germen ei maxime serotinum. floret paulo ante solstitium. Fructificat a uergiliarum obitu. facillime augescit procera. similis abieti. minus excelsa. Sed aliis crebrioribus, folium quoq; ut scribit Plinius, Abietis sed pinguius ac minus uirens. Strigosa, tristis et dira: nullo succo. baccifera. Radices ei graciles per summa cespitum breues. circa Idam rara. In Macedonia & Arcadia frequentior. Rotundo fructu & paulo ampliore q̃ faba. colore ruffo. tactu molli. ueterinis lætifero non item ruminantibus. Sunt qui eum quoq; mandant suaui cibo, & innocẽtem prædicent. umbrosissimis locis prouenit. fumus ex eo mures perimit. Mari fructus, ut Plinio uidetur, noxius. lætale quippe baccis In Hispania præcipue uenenum inest. uasa etiam uiatoria ex ea uinis in gallia facta compertum est mortifera fuisse. Sunt qui taxica hinc appellata putent: quæ nunc toxica uocantur: quibus sagittæ tinguntur In Arcadia ueneni uel p̃sentissimi. Repertũ innoxiam fieri si in ipsam arborem clauus æreus adigatur. conglutinamenta siue subscudes ex ea scriniis & subselliis parantur. nunc & arcus & scorpiones. nec taxus uulgo sed literæ prioris immutatione Naxus & Naxius quoq; dicitur: quod nomen & Dioscoridi fuisse cognitum uideo: ubi uenena libro sexto numerat, eodem loco nõ taxum sed toxum a romanis dici credidit. nec thymalõ ut hic sed Thymilon scribendum, quod & Aetius quoq; sequitur. Paulus Thymion. Galenus taxum etiam dici cacton inquit. Paulus cacton spinæ genus esse: quam Dioscorides libro sexto uocauit A xõ cuius pappi recentes in cibo sumpti strangulant, In quibusdam exemplaribus ixiæ nominati. uerisimile est hanc esse Cacton de qua Theoprastus & Plinius loquuntur. Cactos inquit siciliæ tm̃ nascitur suæ proprietatis. cuius in terra serpũt caules e radice lato folio, & spinoso quos uocant cactos. nec cibo desquammatos fastidiunt, gustu amariusculo. Sed & seruati sale uescendo sunt. unum caulem rectum habent: qui Pternix dicitur eiusdem suauitatis sed uetustatis impatientem. Semen ei lanuginis quam pappon uocant, quo detracto & cortice teneritas cerebro palmæ similis relinquitur. uocant Scaliam. siue ut Plinius ascaliam. aliubi Plinius. Sunt inquit & ceduæ palmarum quoq; syluæ, q̃ minantes rursus ab radice succisæ dulcis medulla earum in cacumine quod acrum appellant exemptaq; uiuunt quod non aliæ, uocãtur aũt chameriphes etiam a Theophrastro folio latiore ac molli ad uitilia utilissimo copiosæ in Creta sed magis in Sicilia. Nunc uulgus siculum romanumq; Ciphilionem mercatu eius frequenti nominat. aliqui palmidium ab quadam palma spadicum similitudine, ut ex quibus scopæ fiant: Margyllion hispaniæ modo appellant credo, quia bacculas rubentes margaritis similes ferant dumulos uocatas. quibus filo immissis feminæ supplicationes precesq; suas numerant. Plinius quodam loco: Margarides inquit palmæ breues candidæ rotũdæ acinis q̃ balanis similiores, quare & nomina inquit a margaritis accepere. diuersum tñ genus hoc ab hispano illo fecerim ꝙ in meridiano tantũ orbe Margarides nascuntur & quidẽ una tm̃ eius arbore in Chora ut idẽ Plinius affirmat. Iam hoc ꝙ dixi palmidium uocari non Siciliæ modo peculiare, sed Aegxpto & Hispaniæ. In Italia quoq; nasci perhibent non procul Terracina. mirum quod traditur in Aegypto ipsis etiam palmarũ quarundam innasci truncis, Sed minoris operis ad mandendum. in orbe Reliquo duorum generũ, Sed eodem cespite proueniunt mas & femina. Sexum distingui semine quod pappon ut diximus appellant. Fallit hoc imprudentes opertum cortice multiplici: tunicis ferrugineis interuestientibus. cortex folii modo in latum ex angusto panditur & armatur aculeis. Ideoq; latum & spinosum a Theophrast o dictũ est. ex huius crassitudine in Aegypto carta modo tingi ut uilis ad contegendas inuoluendasq; segestrium usumerces. Ex tunicis quas intercursare dix imus in eadem prouincia, funes rudentesq; nectuntur. caulis ipse ceduus quotannis, alioquin adolescit crassitudine in tantum ut arboris iustæ truncum æquet ambitu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

APOCYNON DCLXXXXVI

P Ocynon semine acuto diuiso lanuginoso, graui odore, uirgis minus lōgis q̄ hedera. Quadrupedes necat, si uescantur, omnes, est & uenenum hominibus. dicitur & Cynocrambe a Galeno ab aliquibus Hippomanes, q̄q̄ & uirus defluēs ab equarum inguinibus quo tempore amoris insania feruntur, Hippomanes appellant, apud Hesiodum certe Hippomanes herba est, quam edentes equi aguntur in furorem. dicitur & capparis Hippomanes. Est & saltationis genus apud Comicos Apocinon, sed scriptura distinguitur.

NERION SIVE RHODODENDRON, DCLXXXXVII

N Erion sabina quoq; herba dicitur. Sempiternum fronde, caulibus fruticosum. Mel insanum e' Ponto contrahitur. Rhododendri flore: quo scatent syluæ. hoc ne nomē quidem apud nos inuenit latinum, ut Plinius tradit. Galenus hanc intelligit quotiens Rododaphnen nominat aut nerion duobus eam locis prodens. Photion Rhodoniam quoq; dici meminit. quosdam tamen Rhodoniam interpretatos inquit fuisse uitem flauas uuas ferentem. Dioscorides Rhododaphnen a quibusdam uocari Spongon scribit, Aetius spongitin herbam dicendo procidentiæ sedis utilem, quid intelligat haud scio.

FVNGI DCLXXXXVIII

F Vngi cortice medulla, neruo, uena carent, pediculo admodum æquali, q̄q̄ qui ex iis Pezicæ a græcis uocantur, nec pediculum nec radicem habent. Fungos græci Mycetas uocant: nec distinguunt: q̄q̄ Paulus etiam Boletos cognouit bolitas appellando, quibus & principatum inter fungos dedit, sicut secundum locum iis qui Amanitæ nominantur. Sunt & Egiritæ sed industriæ fermento in ipsis populi nigræ truncis diluto aqua Protinus coalescentes. Quorundam facile noscuntur uenena diluto rubore, rancido aspectu, liuido intus colore: Rimosa stria, pallido per ambitū labro. non sunt hæc in quibusdam sicciq; & nitri similes ueluti guttas in uertice albas ex tunica sua gerunt. uoluam. n. terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in uolua, ceu in ouo est luteum, nec tunicæ minor gratia in cibo infantis Boleti. Rumpitur hæc primo nascente, mox crescente in pediculo corpus absumitur, Raroq; unq̄ gemini ex uno pede. Origo prima e limo & acescente succo madentis terræ aut radicis ferme glandiferæ. Initio spuma lentior, dein corpus membranæ simile: mox partus ut diximus. deprehendisse perniciales, nisi agrestes possūt, atq; qui colligunt. Caligaris clauus & rubigo ferri aut calybs uenenatos faciunt. boletis ortus, occasusq; includitur septem diebus. Fungorum lentior natura & numerosa genera nec, nisi ex arborum fere pituita: tutissimi qui rubent, callo, minus diluto q̄ boletis rubore, mox candidi uelut apice flaminis insignibus pediculis. tertium genus suillis accomodatū uenenis. Quidam discreuere arborum generibus, fico, ferula & gummiferis. non item fago aut robore, aut cupresso. omnium colos liuidus. Sed iis aberit argumentum ueneni quo similiores arbori fico fuerint. noxii erunt fungi: qui in coquēdo duriores fiunt. Innocentiores qui nitro addito coquentur si utiq; percoquantur. Imbribus prouenīunt omnia hæc. Siccantur pendentes suilli iunco transfixi, quales a bithynia ueniunt. Succineis nouaculis & argenteo apparatu fungos ipsæ suis manibus deliciæ coquebant: uñ Græci hos Deorū cibo nasci dictitant, ut Trāquillus in Nerone meminit. Porphyrius non cibum sed filios deorum fungos & tubera uocabāt, quia pro uenire uiderētur sine semine. Nata forte diuersitas qd' uerbū θεότροφος et eum qui alit et eum qui alitur significat accentu modo commeante. porro Deorum & cibus & alumni ideo uideri possūt quoniam & eos quorum pater ignotus est filios terræ dicimus, quod quidem & Cicero in quadam ad Atticum epistola confirmat de Lica. Recentiores alia quoq; nomina uel genera dedere ouatos ab oui similitudine, spongiolos a spongia, digitellos a digitis, porriginosos a porrigine pezicas quasi sessiles & pediculis carētes. Laciniæ priuatim dicuntur e castanea magnitudine spectabiles ut singuli sufficiāt. Innocētissimi sunt e rubis & carduis uere nati rotunditate clusili quos inde prunulos, & spinulos appellant: & cardeolos. oritur & e saxo id est lapide lyncurio, siue lyncæo uulgari uoce dicto fungus admirabili natura. præciditur hic in esum, & alius subnascitur anno toto. pediculi pars relicta duratur in silicem: atq; ita semper crescit lapis restibili fœcunditate, nec credidimus anteq̄ domi natos, ita manducaremus. Nouum & hoc uita sibi comperit inuicemq; multa perdit: q̄q̄ est ubi Plinius hoc innuat ut in castigatione pliniana. xx. secundi libri diximus. Sunt & igniarii quidam fungi & quibus strigilium uice tostrina utitur.

COLCHICON DCLXXXXVIIII

C Olchicon & ephemeron de quo mox prodetur hermodactyli genera a neotericis uocātur. Galenus & Paulus: ephemeron duplex faciunt Dioscoridem sequuti, unum delibutorii ueneni ui de quo hic. alterum quod Irin syluestrem cognominat, de quo pro

ximedicemus.colchicon sane haberi modo passim prædicant.ephem eronnesciri.Hermodacty li poro exquibus pilulæ ad podagras tantopere cõmendantur ab Aetio & Paulo, Quinq; foliũ sit an ephemeron:parũ mihi cõstat.alioquin recẽtiores pro ephemero accipiũt.Dioscorides Quĩ q; folium Hermodactylon quoq; dici & morbis articularibus & coxẽdici cõuenire ꝓdit.ephemer õ tumoribus.

EPHEMERON DCC

e Phemeron foliis liliiminoribus,semine su peruacuo dictũ ita qđ intra di em iugulet ut Theophrastus putat.Sed illud alterũ genus est & colchicõ proprie credideri,folio Ellebori.Radicula omnibus nota.Seruorũ in desperatione cõfugiũ.hoc ipsum colchicõ & Plinius Ephemeri appellatione intelligit:quotiens medicinas cõtra Ephemerũ impactũ commemorat.Ephemero radix longa non ut colchico rotunda.Quidam Ephemeri uocabulo delibutorii ueneni comp ositionem quadam capiunt ut Aetius testatur.

LENS PALVSTRIS DCCI

l Ens palustris Phacos Epitelmatõ a Grecis uocatur,sine radice,sine foliis etiam si id qđ in ea fructificat simile folio conspicitur,minus habili humore q̃ ut in eo folium consta ri possit.Quidam genus aliud non quidem in aqua nascens sed in uliginosis dilutisq; maius eo tradunt,carens folio Agriam Phaceam hoc est syluaticam lenté uocantes.

AIZOON MAIVS DCCII

a Izoon maius aliqui Iouis caulem,siue oculum,alii digitellum,alii spegeton, siue hypogeson quod in subgrundis fere nascitur.aliqui Amerimnon a solicitudinis depulsu.Sunt qui Trithalles a terno flore.Sunt qui Aeithalles ab æternitate.Sunt qui Erothales & erogenneton a uerno tempore,aut quoniam amatoriis conueniat.Latini et Sedum maius. Alii Sadum. Opilius Aurelius sesuuium.nõnulli Semperuiuam.uulgus Auricularem. huic crassitudo caulis plusq̃ pollicaris:folia carnosa,larga succo,leuia,oblonga. Sedum herbam fuisse putant eam:quæ Glauco immortalitatem dederit Marino deo. Fuit & alter Glaucus in fabulis, qui Dracone medico mõstrãte contactu herbæ,cuius non redditur nomẽ,reuixerit sub Minoe.

AIZOON MINVS DCCIII

a Izoon minus Herideis & Herisithales & Chrysothales uocatur,a quibusdam Treles siue Trithales quia ter floreat.hoc in muris parietinisq; nascitur & tegulis. Fructicosum a radice & sursum usq; ad cacumen.foliis angustis:succosis:Radice inutili:Vermicularis uulgo dicitur. Sunt qui Iessitin ut Plinius,aut Hyssitin aut Isoteos,tribus.n. modis scriptum inuenitur forteq; gessitin melius ἀπό τοῦ γέσσου appellas hoc est a grũdis. Quando & maius quoq; aizoon hypogessum dici ostendimus hoc est subgrundiariũ.

AIZOON LEPTOPHYLLON SIVE PORTVLACA SYLVESTRIS DCCIIII

t Ertium genus aizoi Andrachne agria hoc est syluestris portulaca dicitur:de qua etiam superius iisdem uerbis a Dioscoride scriptum est.

COTYLEDON DCCV

c Otyledon paruula herba,cauliculo tenero foliis pinguibus.Nascitur in maritimis petrosisq; uiridis:non est hæc:ut quidam rentur ea quæ uulgo cimbalaris appellatur.etiã si Cymbalion a Dioscoride uocetur.Est autem Cimbalaris herba folio tenus angulo so hederaceo flore paruo purpureo in muris terræ nascens,quam quidem nõnulli genus alterũ Capni dictæ faciunt ut in Capno testati sumus.

COTYLEDON SECVNDA DCCVI

c Otyledon secunda,caule longiore sed pergracili gustus asperrimi.huius usu Hippocrates in cibo femininum sexum concipi:sicut priore masculinum prodidit.

VRTICA SIVE ACALYPHA DCCVII

u Rtica ex omnibus aculeatis generibus notissima est.acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus. Sæpe altior binis cubitis. Mitior Femina est. inter syluestres. quæ dicitur Cania acrior,caule quoq; mordaci,fimbriatis foliis. quæ uero etiam odorem mittit herculanea uocatur. Semen omnibus copiosum:nigrum:mirum sine uillis spinarum aculeis lanuginem ipsam noxiam & tactu tantum leui, pruritum pustulasq; adusto similes existere.Notum est Remedium olei. Sed mordacitas non ꝓtinus cum ipsa herba gignitur,nec nisi solibus roborata.Incipiens quidem ipsa nasci uere:non ingrato,multis etiam religioso in cibo est ad pellendos totius anni morbos. Syluestrium quoq; Radix omnem carnem teneriorem fa

cit simul cocta. Quæ uero ex iis mitissima & foliis non mordētibus Lamium: siue Aononium uocatur a quibusdam urtica iners & mortua. album hæc habet in medio folio sacris ignibus utile. Quidam e nostris discreuere genera temporibus autumnale appellando, & reliquas ad eādem rōne, celebrat & marinā cognomine Plinius ad uesicæ uitia. cōdit laudes Vrticæ Phanias Physicus utilissimā cibis coctā, inueteratāq; pfessus. Si Quadrupedes Fætum non admittant urtica naturalia earum fricanda monstrant. In Oeta mōte sterilium nec iniri se patientium caprarum ubera terentes ea lac eliciunt. Ex urtica in Aegypto fit oleum. Semen colligi messibus oportet. Alexādrinum maxime laudatur ad omnia. Vrticam Hippocrates nidam uidetur appellasse cū alii Cnidam uocent. Est ubi Clidam legas corrupte ut cēseo: nisi aliud genus sit. grana inquit Clidæ sexaginta clystere uuluis iniiciātur: quas bilis infestauerit.

GALIOPSIS DCCVIII

g Aliopsis & galion uocatam inuenio hanc.

GALION DCCVIIII

HERIGERON DCCX

Erigeron a nostris fere Trissaginis spetie describitur et cum mollicia nasci fertur in tegu-
h lis murisq;, cauliculis subrubentibus: lanugine qualis est spinæ inter diuisuras capitis exeunte. ob id Galli Xuseam. Callimachus Acanthiden. alii Pappum uocāt. nec deinde Græcis de ea constare Plinius affirmat. alios erucæ foliis. alios roboris, Sed minoribus multo dixisse. Item radice alios superuacua, alios neruis utili, alios potu strangulante. Nec defuere qui alterum genus facerent, nec quale esset demonstrarēt, dantes contra serpentes bibendam: edendam uero comitialibus. Aggredimut medicinas quia notæ desunt. Nicāder uī aut hāc intellexisse, cū Geraon pogona dixit, nam & nos senetionem uocamus, aut Tragopogoni similem herbulā, quæ uulgo barba senis dicitur, aut Chrysocomen quam & Iouis barbam appellamus, q̄q̄ & arbor quædam est quæ Iouis barba dicitur, in opere topiario tonsilis, & in rotūditatem spissa argēteo folio, aquas odit ut Plinius describit. nec adiicit plura.

THALIETRON DCCXI

Halietron cauliculum habet crassitudine Papaueris: ut īquit Plinius. Rutæ ut Galenus:
t cubiti ut Dioscorides librariis similitudine uocabulorum deceptis. Nos Rutæ Galenum secuti uertimus.

BRYON THALASSION DCCXII

Ryon thalassion cognominatur, ut a Bryo differat in arboribus nascente: marina her-
b ba hæc, sed in terra tantum nascitur & scopulis: folio herbido ac lato, nec Lactucæ dissimili, rugosiore tantum uelut contracta sine caule. Sed ab ima radice principio alio atq; alio plusculis exeuntibus foliis.

PHYCOS DCCXIII

Hycos non babet alia lingua nomen: ut Plinio uidetur etiam si Fucus inde apud nos
p dictus esse uideatur: quoniam alga inquit herba sit potius. hic autem frutex: q̄q̄ est ubi Maris algam uocet & fucum marinum lactucæ similem: qui conchiliis substernitur. genus ei triplex. unum folio lato uiridi, ob id prasson uocatum ab aliquibus Zoster: radice foris pilosa: intus squamatim compacta: prælōga & crassa, ut Cepis: & gethyo. Alterum simile feniculo: nec uiride, Sed pallidum sine caule: Rigens tantum, atq; stans & eo Copten a duricia uocatum in testis fractis, saxisq; nascitur terra, ut mari tamen allatur. Nam superius inuadit haud procul littore, extra Herculis columnas magnitudine mirabili. latitudo quæ manu comprehendi nequeat. Fertur hoc fluctu extrinsecus in nostrum Mare Prasson ut diximus uocatum: quia pari fronde sit: annuum esse traditur. utrunq; præcipiti uerno enasci. per æstatem uigere, Autumno flacescere: Emori hyeme. Tertium gramini simile ē, radice longa, obliqua, geniculata: caule harundinis longe minus q̄ cætera. alii breuius. Tria genera folio distinguūt. primum lato, secūdum longo: quod & rubens sit: ultimum crispo: quod & pelagion: & cretēse nominatur: quia spongiarii urinatores ex alto id petant circa Cretam in petris copiosissimum & præstantissimum: quo & tænias & lanas, & uestes inficiant, prouocante purpuras q̄diu recens tinctura est, ita colorem alligans ut elui postea non possit, ob id & Pseudoconchylion a Democrito uocatur, & flos siue cocus marinus, & a Strabone in arabico sinu Miniū hoc est ut Nicāder utitur bryon muscūq;. laudatissimū a parte aquilonis, quēadmodum & spongia. Phycos autem marinum siue thalassion cognominatur ut a phyco idest fuco metallico distet. Refrigerantis apud Galenum est naturæ metallicum & cerussæ proximū uiribus, etiam tenuitate penetrandi uincens de quo nihil Dioscorides. In Ari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ſtotele de animalibus, littoralem herbam hoc eſt quæ littus oleat. uidetur intellexiſſe Theodorus cum uertit Littuum id quod ille ϑῖνα uocat. fieri tamé poteſt ut littus ipſum: & odor eius in eo uocabulo accipiendus ſit

POTAMOGETON DCCXIIII

p Otamogeton, Caſtor hãc aliter nouerat, tenui folio, uelut equinis ſetis thyrſo leui & longo in aquoſis naſcentem: cuius radix ſtrumas tollebat. Potamogeton aduerſatur crocodilis. Itaq; ſecum habent eam, qui uenantur eos.

STRATIOTES DCCXV

s Tratiotes gemina é: aquaticus: de quo hic agitur: & terreſtris millefolii cognomine: de quo ſtatim poſt dicetur. Eſt autem Stratiotes aquaticus herba militaris: In Aegypto tãtum nata in undatione Nili: diuerſam ab hac militarem aliam exiſtimo, quam alii eãdem, quæ & Lactoris, aliqui ſimilem dicunt. Eſt autem Lactoris nota uulgo: ut inquit Plinius plena lactis: quod deguſtatum uomitiones concitat. hæc & lactaria, & anabula nunc dicitur Oleæ folio ſed minore: flore luteo. Sed an una aliqua ſit hæc ex iis, quæ Tithymali nominantur, conſiderãdum relinquo.

STRATIOTES TERRESTRIS VEL MILLEFOLIA DCCXVI

PHLOMOS DCCXVII

u Erbaſcũ, ſiue phlomos, ſiue ut Galenus Plomos etiam in niue naſci poſſe creditur. in albo aliqui Marem. In nigro feminam uolunt intelligi. caulis uerbaſco erectus, Semé inutile. Tertium porro genus non niſi in ſyluis inuenitur: cui herba quæ Romæ blattaria dicitur tam é ſimilis: ut ſæpe fallat pro ea capta. eſt autem blattaria foliis minus cãdidis: cauliculis pluribus: flore luteo: hinc forte natum: ut Dioſcorides uerbaſco ſylueſtri blattas contrahi prodiderit, medicinæ huius capitis ſequenti mentione collocantur.

PHLOMIDES DCCXVIII

p Hlomides. diſtingui genera hæc pene ſuperuacuum eſt, cum ſint eiuſdem effectus omnia. Thryallida uero & Lychnitin ex argumento appellant: quoniam ad lucernas conueniunt: proinde ipſa luminum ellychnia Græci & Phlomos, & Thryallidas quoq; uocant: ut inquit Pollux.

AETHIOPIS DCCXVIIII

a Ethiopis caulem habet concauum. Semen candidum: radices plenas, molles, quæ ex Aethiopia uenit: eximia eſt: illico proficiens. colliguntur radices autumno, ſiccantur in Sole aliquot diebus, ne ſitum ſentiat.

ARCTION DCCXX

a Rction naſcitur in petroſis: ab Vrſo nomen obtinet: aliud omnino q̃ quæ uulgo branchia urſina dicitur: ueteribus omiſſa etiam ſi Ebiſci modo ſuppuratoriam uim habet, foliis tam diuerſis: ut ſingula eorũ multa eſſe uideãtur radice glutinoſa, multiplici, ſub albida.

ARCION DCCXXI

a Rcion: ſiue proſopites Perſonatiam quidem in latino ſonat. Sed pro petaſite tamen capit a Plinio dicéte folio Pſonatiæ nullũ eſt latius grandes lappas ferentis: quas non in arcio: ſed in petaſite cernimus. Petaſiten interpretor. quam uulgo bardanam, & lappam maiorem uocant: arcion: quæ ungula caballina dicitur. Plinius differentiam in nomine tenuem cõſtituit. Petaſiten Perſonatam, Arcion, Perſollatam appellãdo: Perſollatam inquit quã nemo ignorat Græci Arcion uocant: folia habet maiora etiam cucurbitis: & hirſutiora. nigrioraq; & craſſiora: radicem albam et grandem: quæ omnia fere cum Dioſcoridis arcio cõueniunt. Nominatur & Perſoluta, ſiue Perſolyton a Plinio herbæ genus Aegyptiæ. in ortis ſeri coronamentis ſolitum duobus generibus, Mas, & femina: in hiberi ſubdita ea Venerem uirorum maxime prodendo: illud commonuerim maiora eſſe Perſonatæ: hoc eſt petaſitæ ac bardanæ: q̃ perſolatæ, hoc eſt arcii & ungulæ caballinæ folia: radicem Perſonatæ candidam digitali craſſitudine faſtidiendi odoris, Perſolatæ brachiali & odoratam, flore in ſpica purpureo. Galenus & hanc & ſuperiorem eodem Arctii nomine appellat. Q͞d autem perſonatia ſit quam Lucius Columella Perſonam uocari ſcribit, ne dubitem facit q͞d utilem pecori: quod Vipera momorderit: ſacrificationi ſuperpoſitam commemorat: quod & Plinius probat, & propterea a nonnullis Echion quaſi uiperariam tradit appellari.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PETASITES DCCXXII

p Etasites dicta uidetur a Petaso pileum significante apud Græcos: unde petasati hoc est pileati. apud catullum .n. ita Castor & Pollux dicuntur. nec aliud in Mercurio Petasus est q̃ galerus: q̃q̃ Lactantius grammaticus & alas & Talaria contineri credidit in ea uoce quasi petasum pro pinna capiant, cum legendum sit non petasum, sed petalon quocũq; loco pinna significatur. ita .n. Græci etiam frondem uocant, ut est apud Iulium Pollucem. Multos decepit corruptus in Plinio locus. Alcamenes inquit Phidiæ discipulus æreum petasum fecit: qui uocatur encrinomenos aliis petalon: aliis petasum legentibus: cum legendum sit pentathlõ: quem nostri Quinquertionem uocãt, ut est apud Festum, quod & codices manu scripti: & primis impressi formis habent. Quod genus & Myronis & aliorum operibus ascribitur. ut eodem capite Plinius indicauit. Petasones porro dicimus: quas Græci Pternas, & nostri Pernas uocãt, ut Athenæus inquit. De petasite multa proxime diximus credentes hanc latine personatiam uocari, & Græce a quibusdam echion, ut ait Plinius: nisi quis non echion, sed arcion scribẽdum propter similitudinem cum arcio contenderit: cui non contradico ipse.

EPIPACTIS DCCXXIII

e Pipactis, siue quod idem ẽ Elleborina inter frutices Asiæ, Græciæq; a Plinio reponitur.

CAPNOS DCCXXIIII

c Apnos siue Capnion, hoc est fumus duplex. alia hic descripta nascens in ortis, & segetibus ordeaceis. alia & nomine & affectu similis: quas pedes Gallinaceos uocanr. In parietibus & sepibus genitam ramis tenuissimis sparsisq; flore purpureo, ut inquit Plinius, quam nonnulli modo cimbalarem uulgo dictam nescio q̃ recte interpretantur, folio hederæ prætenui: ut in cotyledone commonuimus. hanc autem Capnon: quæ nascitur in sæpibus chelidoniam Phragmitem uocare moris est Aetio ad exinanitiões partium in iocinore curuarum utilem dictam, ut puto quoniam succo discutit caliginem: ut chelidonia: & ob id in medicamenta oculorum additur: ut in collyrium Mareiani eam chelidoniam capnitida cognominantis. Qđ si eadem probetur esse cum cymbalari, ut quidam coniiciunt, etiam illa similitudo cõfluet quod folium hederæ habuerit quale chelidonio minori contigit. propterea considerari cupio nũquid nõ similis, sed eadem omnino sit capnos hæc cum chelidonio minore. multa certe paria comperio. cæterum ex eo ꝙ capnon Plinius a nostris pedes gallinaceos uocari scribit. magnus plerosq; inuasit error, existimantes Capnon a Dioscoride monstratum non aliud genus esse: q̃ quæ uulgo sanguinaria & galli crus dicitur. pudenda & pœnitenda in scitia: nisi frons attrita multis esset: Quandoquidem ea, quæ galli crus uocatur, gramini est tam similis ut ab eo forte non admodum seiungi possit, nisi quod folio minore cernitur, & fibris potius q̃ radice nititur. Id autem ꝙ in utroq; summo frutice trifarin gallinacei pedis imitationem habet candidius in hac q̃ in gramine conspicitur.

LOTVS SATIVA DCCXXV

l Otus satiua nõ nisi post annum ex semine suo nascitur. est & Lotus siluestris Itemq; Lotus ægyptia herbæ omnes: de quibus paulo post agendum nobis erit. Nam de Loto arbore iam diximus. Quæ sint in Columellæ horto Lotæ phrygiæ luminibus gẽmãtibus haud scio reddere. apud hesperios Aethiopas nasci tradit herbam lotum uocatam Artemidorus quauescentes q̃libet siticuloso: & squalenti, tractu sitim arceãt: ob id & Lotophagi æthiopes, ut inquit Strabo, nominati sunt.

LOTVS SYLVESTRIS DCCXXVI

l Otus syluestris inter aculeatas (ut puto) cõstituitur, caule foliato, ut Crepis ab radice: quæ sit Crepis nõdũ comperi. Crepulam certe dici q̃ sit acãthos topiaria Dioscorides affirmat.

CYTISVS DCCXXVII

c Ytisus siue Cytisũ hederæ modo uincit & strangulat sata. Contra cytiso pestis Alimon. Densa Cytiso medulla ebenumq; prouocans. nõ ex alio pabulo lactis maior copia aut meliori incommodum tamen tantisperdum floret, ut inquit Aristoteles: quoniam sit urentius. perq̃ modica eius herba quadrupedes pinguescunt, Ita ut iumenta etiam ordeum spernant, nec aliud minoris impendi est: uel mediocri solo prouenit. Seritur semine & caule perficitur triennio. Florere desinit uerno æquinoctio cum & metitur aspectu, si quis breuiter exprimere uelit similitudinem, angustioris trifolii. Frutex hic in Cytno insula inuentus inde trãslatus est in omnes Cycladas, mox in Vrbes Græcas magno casei prouentu, ut mirum sit rarum esse in Italia, æstus, algoris, grandinum, niuisq;, omnis demum iniuriæ sine noxa patiens. Intactum quoq; hostibus propter nullam gratiam ligni, ab Antinomacho Athe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

niensi magnis laudibus, extollitur. Apium examina Cytiso eliciuntur: q̃q̃ Democritus & Aristomachus eas prædicent nunq̃ de flore Cytisi pabulum contingere. Columella Cytisum, & Zeas & Carnicin, & trifatin uocari scribit & esse geminam: hoc est satiuã & alterã suæ spontis.

LOTUS AEGYPTIA DCCXXVIII

[l] Otus herba Aegypto uernacula est, Caule fabaceo & petasato foliis densa congerie stipatis breuioribus tãtum gracilioribusq́; flores ei similes: ut Theophrastus inquit Lilio, ut Dioscorides ordeo. librariorum in alterutro culpa Crinon pro Crithe contra ue scribentium. copiosi ii & in se farcti, comprimentes se ad occasum solis, aperiẽtesq́; ad ortum per uices donec perficiantur capita & flos ipse decidat. Fructus in capite papaueris incisuris, omniq́; alio modo nisi quod crebriora intus grana. Radicem Corsion uocant opertam nigro cortice qualis & castaneas tegit interius candidum corpus: quod decoctum cibo gratius est q̃ crudũ, siue aqua siue pruna. nec aliunde magis q̃ purgamentis eius sues crassescunt. Illud sciendum auctore Theophrasto genera huius plura inueniri distincta flore, fructu, caule, folio ut nomẽ fere tantum commune habeant Ratio naturæ tota dissentiat. Loton qui arborem putant tantum esse de qua uolumine primo diximus, uel Homero coarguuntur, qui inter herbas subnascentes: deorum uoluptati Loton primam nominauerit. Est & Lotometra quæ fit ex loto sata: ex cuius semĩe simillimo porri atq́; milio, panibus in Aegypto pastoralibus maxima aqua lacteue subactis negatur quicq̃ esse salubrius aut leuius dum caleant. Refrigeratus maiore negocio concoquitur, fitq́; ponderosus: eos qui uiuant pane illo nec Dysenteria nec Tenasmo nec aliis in uentre morbis infestari prædicant. Incolæ & capita ipsa Loti aceruata putrefaciunt: mox separant a putaminibus lauando & siccata tundunt: eoq́; pane utuntur. In Euphrate scapus & flos usq́; in medias noctes a uespera mergitur: ut ne dimissa quidem manu comprehendi possit. uertitur deinde paulatimq́; subrigitur, dehiscente flore ad solis ortum: ut plane a terra absit alte. hanc Loton in coronas uenire diximus in myrto: propterea Cratinus eam Stephanonia uocauit: & si attici omnia foliacea stephanomata solent appellare. Antinoias uero dicta ab Antinoo: qui e bithynnia fuisse dicitur per Diui Adriani fere tempora qui & memoriam uiri coluit In Aegypto ab eius nomine uocata delubris etiam in honorem eius dicatis apud maritimos in arcadia, quod crimen inde bithynniam habuisse crederentur: ut illud tamen quod diximus aliubi sciamus Lotum non quæ ceruleum: sed quæ similem rosæ florem edat inuentu rarum Antinoium proprie uocatum in assentationem Adriani principis poeta Alexandrino: qui finxisset e leonis cruore: quem Adrianus crassantem in Libya necasset editum & Antinoion dicendum alimentis annuis ex musæo constitutis, huius rei partim Athenæum, partim Pausaniam auctores habeo. Diminutiua in Paulo forma lotarium rubens legi ad psoras utile, nisi quis non de loto ægyptia, Sed de syluestri potius accipiat. pastillus est siue orbiculus apud eundem Paulum Dialotarion uocatus ad genitalium, sedisq́; uitia.

MYRIOPHYLLON DCCXXIX

[m] Yriophyllon q̃q̃ fere millefoliam significat, alia tamen uidetur esse ab ea: quæ iter siderites Achilleon & millefolia cognominatur: Itemq́; ab ea quam in Ethruria Millefoliam uocari diximus: & ab ea quæ militaris, alioqui Græci hanc myriophyllon, illas uero Chiliophyllon appellare consueuerunt.

MYRRIS DCCXXX

[m] Yrris, & Myrrha: siue Murra, ut ego arbitror a nostris appellata nonnulli smyrin. florẽ habet cicutæ: cui & cætero simillima est. minor tantum & exilior. hanc sunt qui Chærephyllon siue chærefolium modo nominatã & in ortis passim nascentem intelligant. Plinius chærefolium aliud uidetur genus accepisse: cum inquit: seri æquinoctio autumni chærefolium: quod pæderota Græci uocant, acerrimum sapore igneiq́; affectus ac saluberrimum corpori: q̃q̃ uerba hæc postrema de sinapi dicta uideri possunt: de quo statim auctor idem loquitur. Columella orto suo breue Chærephyllon appellat. myrris proprie cicutaria latine dicitur, ut in geranio testati sumus. Inuenio & Mylam genus herbæ cuius radix paruo bulbo similis dicatur. cõtrahendi effectu uuluis apposita cum farina lolii. miror hanc in Dioscoride nusq̃ legi, cum tamẽ & Hippocrates id prodat, & Galenus medicinas eius a Dioscoride accepisse fateatur. Aetius radicem syluestris Lapathi Mylen appellatam prodit utilem decocto ĩmobilitate, & dolore dentiũ.

MYAGROS DCCXXXI

[m] Yagros siue melampyros herba ferulacea, ex cuius semine oleum etiam fit Paulus ægineta præter hanc genus aliud facit herbæ: quam Myaron appellat, & melampycnon:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

eiusdem per omnia cum Myagro naturæ, ut librariorum fortasse culpa euenerit Myaron pro Myagro, & melampycnon pro Melampyro scribentium.

ONAGRA DCCXXXII

Nagran, & Onagron, & Onotheram, & Oenotheram, & Onuthurida & Oenotheridē
o uocamus. aliqui Onear. Sit hæc & quæ dicitur Oenutta: qua corui & canes inebriantur ut Hælianus inquit: non affirmarim.

CIRSION DCCXXXIII

Irsion potius, q̄ ut quidam legunt Crision a uaricibus dicta est quibus utilis existimat.
c ita. n. Varices ab Hippocrate dicuntur, quas Aristoteles Ixias uocauit. huic herbæ similis est quæ hircina lingua uulgo dicitur. Sed caule tamen rotundo non anguloso ut Cirsion, nec dissimilis huic uidetur quam Porraginem siue borraginem olitores nostri uocant. flore interim purpureo, Cirsion interim ceruleo. quæ si Cirsion non est: mirum quamobrem sit indicta ueteribus quæ sit & uulgatissima & cibo gratissima: nisi quis Buglossæ generibus contribuat.

ASTER ATTICVS DCCXXXIIII

Ster Atticus, siue inguinaria foliis oblongis duobus aut tribus passim in uepribus na
a scens, ut Plinius scribit. Argemonion a quibusdam uocari dicens. De hac Galenus bis uidetur scripsisse medicinas uno loco Astera Atticon uocans, altero Bubonion. Qualis autem Pausaniæ sit herba quæ in mycenensi agro ad Iunonis fanum Asterion uocatur, a flumine terram illam rigante quia in ripis nascitur, cuius folia Iunoni sacra in coronas sibi nectunt accolæ, non comperi. Est & alius Aster nunc uulgo stella dictus folio fere uitis seu maluæ potius erraticæ ad radicem maiore pluribus sed minoribus diuisuris florem fert in modum stellæ ī luteo uiridem pusillum & herbæ suæ similem, ad herniam puerorum & uulnera commendāt hanc: eius decoctum quæ uirgines uideri uolunt, insident, ueteribus dicta indicta sit haud scio.

ISOPYRON DCCXXXV

Sopyron, & phasiolos, & phasilon quoq; dicitur. alia uidetur herba esse quam Theo
i phrastus Ison uocat. Theodorus more suo Aequum: duplici fastigio nigrum & candidum. flos fructusq; illis pro ratione discriminis: niger aut candidus. q̄q̄ & medio in quit colore fructus quandoq; cernuntur & flores in purpuram inclinantes uirgis & folio tenuioribus atq; leuioribus. In Aetio Ision dici herbam quādam uideo cuius cibo pituita detrahitur, nec satis animaduerto an eadem sit cum Iso. Alexander quoq; in problematis: si locus memoria non excidit, Ision herbam inter olera dinumerat.

VIOLA PVRPVREA DCCXXXVI

Iolam Græci Ion pro flore. Violarium Ioniam pro frutice appellant. Nicander in ge
u orgicis Ion uocatam credit uiolam quia nymphæ quædam Ioniæ florem eū Ioni primum dedere muneri. Nascitur uitis modo e supernis: quasi e puppi dicas non prora. ut Ruta Sisymbriū serpillum: eoq; omnes phrygana hoc est surculi siue cremia uiolæ dicuntur, excepta nigra: quæ hoc capite describitur: uiret hæc perpetuo, & ut quidam ferunt si certo genere colatur, anno toto. seritur plantis ut olus uere floret post Leucoion & ante flameam. Cum Ion Græci dicunt: nigram siue purpuream fere intelligunt. humilis hæc & latiore folio statī ab radice multa carnoso exeunte sine ramis: ob id uulgo loripedem uiolam uocamus. hæ nomine a cæteris distinguntur solæ Ia appellatæ Græcis, ut ab iis Ianthina uestis & uiolacea diceretur. alia uiolarum genera in Leucoio reddidimus. uiolas sarranas a colore cum purpureis easdem esse apud Columellā arbitror: purpureas uacinia & hyacinthum dici Seruius grammaticus existimat. Dioscorides quoq; hyacinthum latine uacinium appellari scribit. Admonendi sunt qui hæc legunt. purpureas uiolas, duorum generum haberi alias inter loripedes siue sessiles de quibus hic agitur: alias inter leucoia, odoratasq; omnes esse. Sed & candidarum quoq; gemina hæc discrimina cernūtur. Aliæ loripedes. aliæ leucoia. leucoia intelligo, quas Mauritania Cheiri appellat: loripedes: q̄ uulgo claudæ nominantur: & maurice senephigi.

CACALIA DCCXXXVII

Acaliam putant esse, cuius semen a Plinio margaritis minutis simile reddatur: depen
c dens inter folia grandia in montibus fere nascentem. Hanc Galenus Cancanon uocauit. differt ab hac acacalis. Item Caucalis: de quibus ante dictū est. Paulus cacaliam: nō cancanum sed cancano similem esse tradit.

PSEVDOBVNION DCCXXXVIII

CHAMAECISSOS DCCXXXIX

Hamæcisson uocant hederam non attollentem se a terra, spicata est tritici modo hæc, &
c Cissos Epigeos id est hedera terrestris appellatur.

CHAMAEPEVCE DCCXL

Hamæpeuce non Chamæleuce, ut fere habent codices legendum arbitror: quoniam
c chamæleuce populago sit & bechion. chamepeuce uero laricis folio similis ostenditur:
unde nomen quasi larix pumila.

BVGLOSSON DCCXLI

Vglosson, & Buglossos, & Buglossa dicitur. Cato linguam bubulam appellat, utilẽ in/
b sitionibus obtegendo cortice ne imber in librum permanet.

CYNOGLOSSON DCXLII

Ynoglosson topiariis operibus gratissima est dicta quia caninas imitetur linguas folio.
c Est ei similis alia & quæ ferat lappas minutas.

PHYTHEVMA DCCXLIII

p Hyteuma negat se descripturum Plinius quasi superuacuam & ad amatoria tm̃ utilem.

LEONTOPODION DCCXLIIII

Eontopodion si amatoriis tantum nascitur. diuersum uidetur a leontopodio de quo
l Plinius ita scribit ut ab eo aluum sisti, bilem purgari prædicet. semine lymphatica fieri
somnia. Campestri & gracili solo nasci Litheoron & Coripetron ab aliquibus uocari:
nisi de hac loquutus intelligatur, cum dixit. Silebitur a nobis & Cemos, cum sit usus eius ĩquit ad
amatoria dumtaxat: quandoquidem Leontopodion & Cemos uocari Dioscorides hoc loco te/
stis. Cemos autem uidetur appellata ex floris siue calicis figura: quoniã pyxidecula Athenis ita
nominabatur, per quam suffragia in subiectum uasculum quod caddiscum uocabant, demitti
consueuerant: quod & Venetiis hodieq; seruatur: Pollux auctor. Leontopodion hanc, & in uetu
stissimo Dioscoride appictam uidimus: simillimam herbæ: quam uulgus ex nostra consuetudi/
ne Calendulam appellat. ut eadem omnino esse uideatur, leonis habere nomen uerisimile est &
illam quam ita carmini suo Columella inseruit.

Et hiantis sæua Leonis.
Ora feri.

Et alibi.

Oscitat & Leo.

Nec præterea quid de ipsa prodam, habeo.

HYPOGLOSSON DCCXLV

Ypoglosson & Hypoglossa. dicitur. acinos fert rubentes Rusci modo. uidimus & hãc.
h corollæ genus Hypoglottidas uocari diximus in Myrto, aut ex hac herba, aut e lauro
alexandrina quam & Hippoglottida appellabant. Hippoglossis dicitur & morbus lin/
guæ Hippocrati: quoties tumore obduruit, ita ut saliua deuorari nequeat.

ANTIRRINON DCCXLVI

Ntirrhinon & Anarrhinon & Antirrhizon, siue Anarrhizon similem Lappæ tradunt:
a Quidam lino ut arbitror corrupta lectione pro Aparina. Radice nulla siue minima. flo
re Hyacinthi Plinio. Galenus hanc & Bucranion hoc est bubulum aut uitulinum ca/
put dici meminit.

CATANANCE DCCXLVII

c Atanance thessala est herba. huius secũda spẽ ab herbariis nostris inueniť bistorta noïe.

TRIPOLIVM DCCXLVIII

Ripolium ab aliquibus eadem existimatur quæ Polium errore manifesto ut ex earum
t descriptionibus apertissime cognosci potest. Radix crassa tripolio.

ADIANTON DCCXLIX

Diantõ capillus ueneris a Theodoro dicitur frutex topiarius æstate uiret bruma nõ mar
a cescit. nomẽ ei ab euẽtu q̄ foliũ eius perfusum mersumq; aqua, simile tñ sicco uideatur.
Radice tam parua ut possit nulla existimari. locis opacis prouenit. perdices in bellũ ar/
mantur huius herbæ cibo Callitrichon & Polytrichon a capillo dicitur quem tingit crispum dẽ
sumq; faciens. Dicitur & Saxifragũ: nõ tã quia nascitur in saxis, q̃ q̄ calculos mire frangit: sed ni/
grum magis: quod & breuius est: & trichomanes priuatim appellatur: de quo statim indicabitur.
Adianton cãdidum est & maius nigro & polytrichon proprie cognominatur, & ab Hippocra/
te Calliphyton. ẽt si est ubi Calliphylon scribatur. Folia utriusq; filicis ĩferiora aspera ac fusca sunt
contrario inter se positu frequẽtia: umbrosas petras specus & manãtia saxa diligit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

TRICHOMANES DCCL

Richomanes Adianti genus alterũ Calytrichi cognomine, breuius & nigrius tenuissi
t mis iuncis. Radice minima: gustatu feruens. primum uero genus adiantum polytri//
chon uocatum iuncos albos habet, & folia plura maioraq;: frutice quoq; maior est, ut
prædiximus.

XANTHION DCCLII

Anthion, & Phasganion uocatur a Galeno & Paulo. Phasganion a Dioscoride. Phi//
x lanthropos ab Aetio, nũc lappa inuersa & minor a nostris. nõ uidetur quibusdam Xan
thion ab Aparina superius descripta differre. Sed cur obsecro Dioscorides et Galenus et
cæteri diuersas habuere duobus locis seorsum de iis prodentes? Quid q in omnibus græcis exẽ
plaribus Aparina ex interuallo stellata pingitur quasi Rubia? Xanthium multo aliter ostenditur:
folio atriplicis, uel ut quidãm scribunt etiam solani?

AEGILOPS DCCLII

Egilops necat ordeum. In quo maxime nasci amat. Festucago a Gaza dicitur. Plinius
a auenam græcam uocauit. hæc non nisi post annũ ex semine suo gignitur. uere pilosum
ei folium ut lolio, non tamẽ ut illi pingue. Immitis aspectu solum emaciat. Radice cul
moq; multiplici, melius in culto erumpit. Remedium ut arua biennium quiescant: tum plane lu/
xuriantem eam admissum pecus obterat & cõsumat.

BROMOS DCCLIII

Romos & hæc auena est syluestri fere habitu ut Aegilops. nascitur inter uitia segetis spi
b cam ferens. Radice copiosa & multiplici culmo sparsa. de hac & inter fruges, legumina
q; secundo libro diximus.

GLAVX DCCLIIII

Laux olim Eugalacton ex facto uocabatur. Rami serpunt in terram. est a quibus nõ gla/
g ux sed Glax & Gallax, ut a lacte nominata pronuntietur: hac descriptiõe inuenitur her/
ba in nostris littoribus ad Medoacum omnino similis: nisi quod florem habet aureũ,
nou purpureum.

POLIGALON DCCLV

p Olygalon & Polygala dicit. In caule sũmo folia, ut diximus lenticulæ. gustu astricto.

OSIRIS DCCLVI

Siris & Osirias Ramulos habet nigros & folia item nigra Plinio. Semen quoq; Primo
o nigrum. post rubescens, cognita mulieribus Smegmate quod a Galeno, & Paulo, &
Aetio cacorema, siue a pupulis Corema dici putant.

SMILAX TRACHEA DCCLVII

Milax trachea hoc est aspera, Milax a Galeno dicitur, ut a Smilace pro taxo differat. Er/
f go Smilax hederæ genus est cilicia cognomine, importata. n. ex ea terra est in græciam.
folio in acumen pinnato quidem, sed & in angulum depresso, nec tamen anguloso,
hederaceo paruo & ubi pediculo adalligatur fere madido. medium callum spinæ modo tenuẽ
habente staminaq; non porrecta ex eo ut in cæteris foliis: sed circa eum coacta in orbem, ab anne
xu pediculi ex quo & Iulus quidam gracilis, & conuolutus pampini modo emittitur. flore can/
dido lilium olente fructu, Solani aut Melothri, aut etiamnum labruscæ. Racemis ut hederæ pen/
dentibus aut uuæ potius, quoniam ab eodem limite pediculi acinorũ exeant. acinis colos ruber
complexis nucleos binos, maioribus ternos, minimis singulos. Nigri sunt nuclei atq; duri. pẽcu
liare habent Racemi q latera caulium sepiunt, qq; unus omnium grandissimus propendet sum
mo caule: ut in Rhamno atq; Rubo. flore huius coronarii utũtur quãquam syluestri, ut & spi//
næ acutæ. Hactenus Theophrasti de Smilace sententia. Plinius folia inquit Smilacis & Hede//
tæ in coronamentum se dedere. Smilacem hanc, & Autophoron & asperam cognominari ui//
deo penes eum. coronam ex ea factam impari foliorum numero capitis doloribus mederi. Qui
dam inquit duo genera Smilacis dixere. alterum immortalitati proximum in conuallibus opa/
cis scandentem arbores comantibus acinorum corymbis: contra uenenata omnia efficacissimis.
huius lignum ad aures leuem sonum reddere. Alterum genus culta amare & in iis gigni nullius
effectus ut mox dicetur. Infausta Smilax oibus sacris & coronis qm̃ sit lugubris: uirgine eius no/
minis propter amorem iuuenis Croci mutata in hunc fruticem. Id uulgus ignorans plerunq; festa
sua polluit hederã existimãdo, sicut in poetis, aut Libero patre, aut Sileno, qui oino nescit qui//
bus coronetur e Smilace. Codicilli quoq; fiunt. plurima hæc in ipsis Tempe uiret saxa operiens

conspicuo nitore oculos tenens, ut Helianus inquit. q̃q̃ de smilace, quæ dolichos sit: uideri potest Helianus dixisse. Est autem Dolichos, quam Plinius siliquam syluestrem uocauit: id quod tribus Auctoris eius locis inter se collatis autumo. unus est libro eius. xviii. siliqua iquit omnis Dira adhærendo. alius. xvii. & circa inquit Tēpe thessalica, quæ Polypodiō uocatur, & quæ dolichos. Tertius libro. xxxi. Circa thessalica inquit Tempe mirum siliqua syluestris amplecti radicibus fontem eum dicitur: semper florens purpura. Vitruuius tamen hanc quæ circa thessalica Tempe nascitur, non herbam, sed arborem intelligit. In thessalia inquit fons est profluens, ex quo nec pecus ullum gustat, nec bæluarum genus ullum propius accedit: ad quem fontem proxime ē arbor florens purpureo colore.

SMILAX LIA. DCCLVIII

s Milax siue milax lia, hoc est leuis diuersa est ab ea: ut præmonui, quæ smilax cepea hoc est hortensiana dicitur: de qua & alio loco demōstratum est. leuem Plinius amare culta & in iis gigni scribit. Sed nullius effectus esse. Galenus similes eam uires habere prædicat: quas aspera.

MYRTUS SYLUESTRIS. DCCLIX

m Yrtus syluestris differt a satiua baccis rubentibus breuitateq;. ideo & Chamæmyrsine uocatur. Eadē: & oxymyrsine, atq; ruscus, siue bruscus uulgo: sed corrupte. Inter herbas sponte nascētes idoneas cibo numerat, & ex qua fiunt ruri scopæ. Ruscum inquit Verrius apud Festum amplius paulo herba est exilius uirgulto, fructibus nō dissimile Iunco. huius colore mulieres uti solitas Cato meminit. hanc & Acoron idē Plinius, sed Dioscorides Acæron uocari scribit. Scio fructum huius cubebas Maurice uocatas credi: quod q̃ uerum sit: diligenter animaduerti cupio præsertim ab iis dissentiens: qui hoc affirmant. Galenus certe id quod Cubebas medici appellant, ipse carpesium uocauit: duorum generum. ponticum, & laertium, a montibus Pamphyliæ: ubi frequens est: ita dictum: inueniri hoc, & in Sida copiosum tradit: oppidū id est Pamphyliæ. naturam, & effectum ei reddit, quales ipsi phu: gustum quoq; similem tenuioris etiamnū hoc est subtilioris substantiæ: propterea & plus uirium in eo esse purgandis, & exterendis intestinis, quæ sint occlusa. non tamen par uirtute penetrandi Casiæ ne dum Cinnamomo, etiam si Quinto inquit ita uidebatur. urinam cit, & renes calculis laborantes liberat: quo argumento Mauri syluestris Myrti baccas Carpesium, & cubebas esse putauerunt: præcipue cum nec Dioscorides Carpesium, nec Galenus Myrtum syluestrem usquam nominent. Est autē odoratum semen Carpesium hoc est cubeba. fœtent syluestris myrti baccæ: dum recentes sunt: ossea in iis duritia. In Carpesio nihil tale, superuacuum existimo in re confessa quidē, sed a nobis primum comperta longiorem moram ducere. Illud in transcursu dixerim, Carpesium si ore contineatur, claram uocem facere pronuntiātibus: ob id Bernardus Iustinianus homo In primis doctus, & Eloquens nunq̃ sine hoc semine contionabatur, sed & illam dotem prædicāt: maiorem in coitu uoluptatem sentiri ab iis, qui habeant id in ore: quasi non satis sit in ea titillatione mens cōmota: nisi doceamur quemadmodum nos Venus adminiculatior, & uiolentior trāsuersos auferat. Paulus, & Carpesiam uocauit quandoq;. Nam Opocarpasum hoc ē lac e Carpaso, siue Carpatho, ut Dioscorides appellat, siue Carpasia, interim, & Carpesia, ut Paulus: ex eodem sit genere an diuersum non constat. illud certum est inter delibutoria uenena poni eum succum libro huius operis supremo. Est & Carpasium lini genus: quod ut Pausanias ait, solū ex omnibus igni non corripitur.

LAURUS ALEXANDRINA DCCLX

l Aurus Alexandrina Carpophyllos quoq; dicitur quoniam super dorsum folii fructificat. propria nascitur circa Idam unde cognomen Ideæ. plurima & circa Heracleam Pōti. Frutex topiarii, & coronarii est operis.

DAPHNOIDES DCCLXI

d Aphnoides & ipsa laurus est syluestris baccis e nigro ruffis, sed alii eam pelasgon. alii Cephalon, siue stephanon Alexandri uocant. herbarii nostri Laureolam, & hanc & sequentem. Folia huius crassiora Plinio q̃ Laurus, graciliora Dioscoridi. nec illud prætereo Dioscoridis mihi uerba non uideri: quibus dicitur alypo similem hanc herbam esse floribus nymphææ. Inuenio & qui alypoides hanc uocent.

CHAMAEDAPHNE DCCLXII

c Hamædaphne folio tēui. eadē qbusdā & Vicapuinca ē. herba Topiaria: semp uirēs ī modū lineæ foliis geniculatim circūdata, ueteribus iopiā florū supplere solita. cuius & come

d ũtur asparagi.porro mihi alia uidetur esse Vincaperuinca,q̃ Chamædaphne, ꝙ Vincaperuĩca
non attollitur:sed serpit:ac se in modum lineæ:ut prædixi,porrigit.flore in purpuram ceruleo.
Chamædaphne assurgit ĩ cubitalem altitudinem ut Dioscorides, & Plinius cõfirmãt. potest tñ
ẽt Chamædaphne dici Vincaperuinca id quod,& Plinio placet.Sed ut testatum sit tñ aliud,nõ
idẽ omnino genus esse. Alioquin & medicinæ quoq; nõnihil uariãt.Hydropicis,& auribus, &
aluinis prodesse Vincaperuinca dicitur.Chamædaphne capitis doloribus: urinæ mensibus cien
dis:ardoribus stomachi,Torminibus.

ELLEBORVS CANDIDVS DCCLXIII

Lleborũ cãdidum .hoc est Veratrum,frigidis gaudet.in Anticyra cõmodissime purga
e ri fructu eius,quod sesamæ habet similitudinem Theophrastus tradidit.Sed hoc Sesa/
moides uocatur,coturnicibus semen Ellebori gratissimũ scribit Aristoteles: quam ob
causam antiqui eas damnauere mensis.nunc quærũtur.Nigrum a candido radice tantũ differre
arbitrantur pleriq;.alii ẽt foliis quæ candidũ cõtinuo radici annexa,& humi sparsa habeat,caule
ferulaceo breuioreq; q̃ Albuci.plurimũ nascitur in Oeta mõte,& optimũ uno eius loco circa py/
ram.Secundus locus pontico.Tertius heleatico:quod in uitibus gigni ferunt.Quartus Parnasio
quod adulterãt Etolico ex uicino.Sunt qui & Masseleoticũ inter hæc laudent:albũ cũ succiditur,
caput aggrauat.Ideoq; celeriter effodi præcipitur,& alliũ præsumi,& uinum sorberi: quod Dio
scorides & in nigro seruat.leguntur autẽ tenuissimæ radices,breuesq;:ac uelut decurtatæ etiã hæ.
Nam summa:quæ est crassissima cepis similis canibus tãtum purgandis idonea ẽ .ueteres radicẽ,
corticẽq; carnosissimum eligebant:quo tenuior eximeretur medulla.hãc humidis spongiis oper
tam,turgescentẽq; in longitudinẽ fundebant.deinde fila in umbra siccabant iis utentes. nunc ra
mulos a radice sua grauissimi corticis ita dantes.Inciditur forficulis elleborum,& cribratur.Cor
tex remanet.hoc summoto medulla cadit.Album optimũ,& quod celerrime mouet sternutamẽ
ta.Sed multo terribilius q̃ nigrum.durare uim utriusq; triginta annis putant.Necãtur albo mu/
scæ trito,& cum lacte sparso.Galli sagittas in uenatu tingunt Elleboro,circũcisisq; uulneribus te/
neriorem sentiri carnem prædicãt. Herophilus Elleborum fortissimo duci æquabat. Concitatis
n.intus omnibus ipsum imprimis exire.Ideo errauisse antiquos parcius id præbendo,cum cele
rius erumperet,quod largius daretur.Reddi post quatuor fere horas ĩcipit totum opus. septenis
absoluitur.Nigrum Equi,boues,suesq; cauent ,cum impune candido uescantur.

ELLEBORVM NIGRVM. DCCLXIIII

Lleborum nigrum sunt qui Ectomon Melãpodion uocent.Hippocrates certe haud ali
e ter fere q̃ Ectomon appellat Veratrum ipsum præcipueq; nigrum.porro Melãpodion
iccirco dicitur,quia Melãpodem ĩuentorem habeat:quem alii diuinationis peritũ.Alii
pastorem fuisse tradunt:& furentes Proeti filias Elegẽ,& Celænen dato caprarum lacte,quas Elle/
boro purgatas animaduertisset,sanasse in Arcadia prope fontem Clitorium.Caulis ei similis cã
dido.Folia,ut Theophrastus quodam loco tradit:etiam laurinis similia,ubiq; ꝓuenit.Religio
se hoc colligitur.Nam & gladio circũscribit,& ad ortum spectat,qui eruit.precatur:ut id liceat si
bi concedentibus diis facere.Veratrum & nigrum,& candidum ex Anticyra cõmẽdant scripto
res,& poetæ.anticyra uero hæc in Locride siue Phocide sita est,ut scribunt Pausanias,& Strabo.
Nam & aliubi legitur Anticyra hoc est sinu Maliaco & prope montem Oetam : ubi elleborum
quidem præstantissimum:sed in Phocidis Anticyra melius paratur admistione ut inquit Stra//
bo Sesamoidis,de quo statim dicemus.propterea in Phocidis Anticyram non in oetæam Helle
borum poturi secedebant.

SESAMOIDES MAIVS DCCLXV

s Esamoides maius a similitudine nomen accipit.hoc nascitur in Anticyra.nec alibi
quod inuenerim.hoc & Elleborum a Theophrasto dicitur:ut in candido notauimus.

SESAMOIDES MINVS DCCLXVI

s Esamoides minus folio minore q̃ Sesami nascitur in glareosis:hoc & sesamoides can/
didũ a Galeno dicitur.

CVCVMIS SYLVESTRIS SIVE ANGVINVS DCCLXVII

De cucumere syluestri,siue anguino,& erratico dictum in satiuo est.illud hoc loco me/
d minerimus:Balidem a quibusdam uocari ut inquit Dioscorides,anguinum cucume/
rẽ.ego Balin,& balidem lego dici florẽ quendam,& alio nomine ballithum: qui mor
tuos uitæ restituat:ut & de Arione fabulantur. Photionem habeo grãmaticum ,qui hoc affirmet
post Plinium demonstratam a dracone,qui ea herba catulum sibi occisũ reddidit saluti. cucu/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

merē ſylueſtrē Bubalion quoq; dici Auctores ſunt Dioſcorides, & Hippocrates. Eſt ubi caprificū
ita dici legas: errore nato ꝙ caprificus Agria hyce appellet. Syiueſtris uero cucumis Agrioſicys.
alius quoq; flos habetur Bellis nōīe pratēſis, & candidus, & quadātenus rubens, aduerſus ſtru//
mas efficax: ut Plinio uidetur. ſit aūt Bellis idē qui, & Bellius: ſiue Bellio, & ipſe flos pratenſis quē
Plinius quinquagenis quinis Barbulis paſtillicātibus Coronatū ſcribit: animaduertendū puto:
q̄q̄.n. luteus uidetur a Plinio deſcribi Bellio uolumine primo, & uigeſimo. Bellis uero cādidus
ſexto: & uigeſimo: nō tñ ita in omnibus plinianis codicibus luteū eū eſſe legimus. Quidā luteū
ei ſemen, nō ipſum florē audiunt: & paralyſin uulgo dictā interpretātur: qui & primus ueris flos:
& Margarita cognominatur: & hyeme quoq; tota naſcitur ex occidēte: ut quidā exiſtimāt: in ita/
liā cōuectus. Quinquagenas tñ ei ternas nō quinas barbulas iuenio. Laudat ad paralyſin a quo
& nomē: itēq; ad podagras, & Iſchiada. paralyſi uocatæ florē habet ſimilē paucioribus tātū bar/
bulis, flos qui qm̄ a longinquo cōſpicuus eſt Paradelos uulgo dicitur: folio.n. nō admodum di
uerſo: niſi ꝙ ſerratū eſt huic nō paralyſi. Sunt qui buphthalmō: & bouis oculū appellēt. nam qui
Antipatrē uulgo dictū rentur eū eſſe, liquido falluntur: cū ſit Antipater ſurculoſus: & flore luteo
quaſi cunilaginis minore. folia roris marini latiora, minuſq; lōga: Chriſtophorianā, & Oculum
Cōſulis nōnulli uocāt. huius illa proprietas ꝙ flores poſt naſcētes altius tollūtur, q̄ prius nati. De
cuius rei argumēto uideri poſſet aliquibus hanc herbā eſſe: quā Plinius Impiā uocari tradit. her/
ba inquit Impia uocatur in cana roris marini aſpectu thyrſi mō ueſtita: & capitata. Inde alii ra//
muli aſſurgunt ſua capitula gerētes ob id Impiā appellauere: qm̄ liberi ſupra parētem extollant.
alii potius ita appellatā ꝙ nullū animal eā attingat, exiſtimauere. hæc inquit inter duos lapides
trita feruet præcipuo aduerſus anginas ſucco. Nec tentari unq̄ eo morbo: qui guſtauerint: itaq; &
ſuibus dari: quæq; medicamētum id noluerint haurire: eo morbo interire. Sunt qui & in auiū ni
dis inſeri aliquid ex ea putēt: atq; ita nō ſtrangulari pullos auidius deuorantes. hæc Plinius. Cæte
rū q̄q̄ ſimilitudo in ea proprietate ſit. multa ſunt inter utrāq; diſcrimina. Primum ꝙ Impia: inca
na eſt herba: Antipater nō eſt, alterū ꝙ trita nō feruet. Tertium ꝙ nec capitula, nec thyrſos gerit:
ſed flores dūtaxat.

ELATERIVM DCCLXVIII

Laterium Theodorus agitatorium cōuertit, nullū medicamētum longiore æuo durat.
e Ducentū.n. Annos uim eius pollere Theophraſtus aſſerit. melius, quo uetuſtius uſq; ad
quinquageſimū lucernas adhibitū extinguit. hoc.n. ueri probatio eſt: Si prius q̄ reſtin/
guat ſcintillare ſurſum, ac deorſum cogat. pallidum præſtātius ac leuiter amarū. huius cā maturi
us ſecatur. alioquin ſemē exilit oculorum etiā periculo, harūdine ueteres incidebant. Tradūt hoc
ſucco tactis Radicibus uitium non attingi uuas ab auibus. ad hunc ſuccum cucumis Anguinus
autumno carpitur.

STAPHIS AGRIA DCCLXVIIII

Taphis, ſiue aſtaphis agria hæc eſt, quæ pituitaria quoq; dicitur, Cornelius Celſus uuā
s Taminiā intelligit falſo. Matureſcit.n. ſemen huius cum Vindemia, nigreſcitq; cū Ta/
miniæ acini rubeſcant, & ī apricis naſcatur: & Ampelos Agria ſit nō Staphis agria. hæc
nō niſi in opacis. Paulus Galenū ſecutus duplex genus facit ſtaphidis ſatiuū: & ſylueſtre: ut ſati//
uum ſit: quā nos Vuam paſſam uocamus, quinto uolumine reddendam. Aſtaphin qui attice lo/
cūtur, Oſtaphin uocabant: ſicut Ominthām pro Mintha, ſiue menta: & Oſtacum pro Aſtaco. ē au
tem aſtacus is: quem nos Gāmarum quoq; dicimus. porro eſt locus in Aetio ubi legas Stephani/
da agriam mēdoſe: ut ſuſpicor pro Staphide agria: qm̄ ad uitia, pſoraſq; capitis cōmendat eam.
Niſi quis Stephanida putet eſſe: quam a noſtris Coroneolam uocari diximus, hoc eſt cynoſbatō
utiq; ſi & hæc, ut rubi manantibus in capite præſidio eſſe poteſt.

THAPSIA DCCLXX

Hapſiæ liquor expreſſus efficacior q̄ ſemē. In africa uehemētiſſima hæc eſt. Semen feru/
t læ Thapſiam aliqui uolebant eſſe falſo. Suum.n. gēus eſt inani caule: nec excedēte ba/
culi longitudinē: Thapſia ob humoris abūdantiam opus ſuum, ut Galenus auctor eſt,
ſero perficit. facile corrūpitur. In Theocrito poeta thapſos legitur genus herbæ tingēdis lanis uti/
le: qua & capillus flaueſcat. hanc & Xylon Scythicon: hoc eſt lignum ſcythicum a Sappho dici
putāt uulgo chryſoxylon. diuerſum porro an idē ſit thapſos quod thapſia: iudicandū relinquo.
In Ariſtotelis tertio Rhetorico. Hypopion ſunt e Græcis qui pro thapſia: uel alia herba capiāt Ru
bente. nos pro ſugillatione uertimus.

SPARTVM DCCLXXI

s Partum, ſiue ſpartiō Geniſtam noſtri uocāt: fortaſſe quia genu modo flexilis ad nexus
ſit, uel quia genibus medeatur dolētibus, multiplici tunicarū Cortice, ſponte naſcens:
& quæ

& quæ ſeri nequeat:proprieq; aridi ſoli iũcus.& terræ uicium:quia nihil ibi ſeri,aut naſci poſſit,
noxium animalibus,præterq̃ cacuminum teneritate.In Hiſpania Spartum,& pro fune ipſo capi
tur:ut Merinthus merinduſq; a poetis.Sint duo ſparti genera:unum quod Geniſtam uocamus.
Alterum quod in Hiſpania,& Africa funibus naſcatur leucea,ſiue lygea potius dictum ab Athe//
næo,dubitauit ante nos & Plinius.Dioſcorides certe cum ſparton dixit,Geniſtam uidetur intel/
ligere:cuius fiorem in coronas addebant,Apibus gratiſſimum.Semẽ quoq; ipſum Græci Spar
ton eodem nomine appellant.Aſia e Geniſta facit lina piſcatoria egregie durantia.Frutice made
facto decem diebus.hac & uites alligat,ut Galenus ĩquit.Sparti quidem uſus multis poſt Home/
rum ſeculis ĩſtitutus uidetur:quoniam cũ ſparta diſſoluta dixit,ſignificauerit potius ſata In agro
thebano copioſa:ut Varroni,Plinio,& Gellio quoq; placet.nec ante pænorũ arma ,quæ primũ
hiſpaniæ intulerunt,& cum ſutiles fierent naues uel loro:ut in Liburnia,uel Canabo,& Stuppa:
ut in Græcia,non ſparto ſutas eſſe conſtat.Serilla certe nauigium ẽ hiſtricum ac liburnicum a cõ
ſerendo nomen habens:quia lino ſpartoq; ſtipatur,ut Pacuuius cum dixit.
Sparteis ſuta ſerilibus.
Funiculos intellexerit,qui ſparto conſerantur:auctor Pompeius Feſtus.idem napuras funiculos
ex ſtramentis uocari tradit.In africa exiguum,& inutile gignitur.Carthaginẽſis Hiſpaniæ citerio
ris portio nõ tota.Sed quatenus parit,montes quoq; ſparto operit.hinc ſtrata ruſticis eorũ,hinc
ignes faceſq;.hinc calceamina , & paſtorum ueſtis.ad reliquos uſus laborioſe uellitur in hyemẽ
uix.facillime tamen ab idibus maiis in iunias.hoc maturitatis tempus:ager unde colligitur mi/
nus triginta paſſuum in latitudinem patet a litore Carthaginis nouæ,minuſq; in lõgitudinem.
longius.n.uehi prohibent impendia.ideo ſpartum aliter etiam diuulſum natura interpolaẽ rur/
ſuſq; q̃libeat uetuſtum nouo miſcetur.ſparto nihil fere utilius nauiũ armamentis,machinis ædi/
ficationum,aliiſq; deſideriis uitæ:inuictum in aquis,& mari:ſicut in ſicco funis e Canabe.

SILYBON. DCCLXXII

Ilybon aut ſilybos ſpinoſa perinde:ut albus chamæleon:cui ẽ ſimilis ne in Cilicia qui/
s dem,aut Syria,aut Phænice ubi naſcitur,coquere tanti eſt:ita operoſa eius culina tradi
tur.In medicina nullum Plinio uſum habet.

BALANVS MYREPSICA DCCLXXIII

Alanus myrepſica ſiue:ut Plinius,& Aetius appellat myrobalanos:hoc ẽ glans unguẽ
b taria ex arbore fit cui folium,ut inquit Plinius Heliotropii:ut Theophraſtus(niſi librari
us corrupit):Myrti:ut Dioſcorides,Myricæ:dũtaxat oblongius.arbor grandis in cor/
ruptaq;.Sed cõtorta.unguẽtarii corticẽ glandis eius premunt odoris gratia.medici nucleos tun/
dunt affuſa paulatim calida aqua etiam ſi Theophraſtus inutiles eſſe dixit.Galenus unguentari//
os uti ſcribit expreſſæ carnis ſucco.medicis quoq; utilem eſſe carnem eius pro uomitorio ſumen/
tibus affirmãs.Glans ea magnitudine,& aſpectu Cappari,aut nuci potius auellanæ ſimilis.lignũ
robuſtum uſu præcipue nauali in Arabia naſcens.Syriaca dicitur,& eſt candida.Contra in The//
baide,nigra.præfertur illa bonitate olei quod exprimiẽ.Sed copia thebaica.Inter hæc troglody/
tica uiliſſima eſt.Sunt qui æthiopicam his præponant.glandem nigram nec pinguem nucleo/
q; gracili ,Sed liquore,qui exprimitur,odoratiore:naſcentem in campeſtribus:ægyptiam cuius
& Hippocrates ipſe meminit pinguiorem eſſe:& craſſiori cortice rubentem,& q̃uis in paluſtribus
naſcatur,breuiorem ſicciĩoremq;.E diuerſo arabicam uiridem ac tenuiorem,& quoniam ſit mon
tana,denſiorem.longe autem optimam petræam ex oppido quod uocant Petram Plinius,& alii
nigro cortice,nucleo candido.differt a glande unguentaria:quæ nux odorata,ſiue muſcata uul
go dicitur incognita ueteribus(ut exiſtimo)de qua in macher.

NARCISSVS DCCLXXIIII

Arciſſo folium Albuci terræ proximum,ſed latius:ut Lilio pingue,frequeus , anguſtũ
n caule ſine foliis herbaceo.flos in cacumine poſt Arcturũ ,& circa æquinoctium ,ac ue
re,item poſt Lilium,& uiolam flammeam uocatam mẽbrana incluſus ceu uaſculo am/
pliuſculus.nigricans oblongus:qui defluens ſponte germinet.præſertimq; defixus in terrã ma//
nu.Seritur:& radice ampla rotunda,carnoſa. Caulis,& cum eo flos erumpit, ut in croco anteq̃
folium:quod nõ anteq̃ Refloreſcat cernitur.caulis cum flore ſuo emoritur.Radix bulbo aſſimi
lis,niſi q; non eſt ſquãmata.Narciſſus ter florendo tria ſationum tempora demonſtrat.In corona
menta flore ueniens,a Narce hoc eſt torpore dictus quoniam caput grauet,nõ ut fabulæ a pue/
ro.Plinius duo genera cõſtituit,unum flore candido,calice purpureo,alteri cætera eadem tribu/
it,ſed calicem herbaceum.omnes inquit ſerotini.poſt arcturum.n.florent,ac per æquinoctium
autumni.duo hæc inquit genera medici præcipiunt , quaſi & alia ſint,quæ nõ recipiant,hoc ẽ(ut
arbitror)genus illud quod uere aut æſtate naſcitur:ut ex Theophraſti ſententia prædiximus. Sciẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

dum porro est cum florem eius nigrum a Theophrasto dici legimus, non de flore ipso quem cã
didum esse conuenit: intelligi sed de semine: quod & membrana cõtegi: & nigrum ac prælongũ
esse constat, quo in terram cadente propagat se atq; serit narcissum. Eumachus cyrenæus in Rhi/
zotomico etiam Crotalon & Acacalida Narcissum uocari tradidit. Nã Crotos in Hippocrate ad
ulcera uetera & uulnera recentia probante, quid aliud sit q̃ Narcissus: non uideo. nisi quis Crotũ
pro Crotone hoc est Cici capiat in eo. Iulius Pollux auctor est Theophrasti morem fuisse Lirium
pro Narcisso dicere. Homerum uero Lirii appellatiõe complecti florum omne genus. Narcissum
ab adolescente suimet amore capto & in eum florem conuerso natum in Boetia Thespienses gar
riunt fontem Donaca monstrantes, ubi se specularetur puer stultissimus: qui umbram suam a se
nesciret distinguere. Coarguit hãc fabulam uetustissimus poeta Pamphilus qui Proserpinã mul/
tis annis anteq̃ Narcissus esset captam a Plutone cecinit carpentem Narcissos.

HIPPOPHAES DCCLXXVII

Ippophaes siue Hippophyes & Hippopheon Hippocrati. Galenus hanc, & Gnaphon
h & Stybon & Styben quoq; dici putat nomẽ uidetur accepisse, quoniã forte accommo
data sit equorum naturæ: quemadmodum & ea quæ Hippophæston uocatur post hãc
dicenda. Sunt. n. unius fere generis in binas diuisi speties. utrunq; nostri Lappaginẽ (ut arbitror)
appellauere. Similis inquit Plinius anagallidi Lappago uideretur nisi esset ramosior. pluribus fo/
liis: graui odore: quæ talis est Mollugo dicitur. quæ uero asperioribus foliis, Asperugo. Neruorũ
quidem causis utilem Hippophæston Dioscorides affirmat. Plinius Lappaginem quæ dicatur
mollugo: unde colligunt nõnulli eandem eẽ Hippophæston, & molluginem.

HIPPOPHAESTON DCCLXXVI

Ippophæston hæc uidetur quam Plinius Hippophyes Theophrastum sequutus appel
h pellauit tributam ei ꝓprietatem scribendo ꝙ fructum spinosum habeat. nascitur in spi/
nis ex quibus fiunt æneæ ut idem inquit fulloniæ. capitulis inanibus foliis multis herba
cei coloris. Radiculis candidis quarum succus exprimitur æstate. Idem Plinius sextodecimo uo/
lumine hanc non Hippophyes sed plane, ut Dioscorides Hippophæston nominat inter herbas
quæ fructicibus aliis circũuoluunt sese: quod notatur inquit, & in spina fullonia Hippophæ/
sto caliculis inanibus, foliis paruis, radice alba, cuius succus ad detractiões ĩ comitiali morbo uti
lissimus haberur. qui locus in Plinio deprauate legebatur ante nos ita ut ne ĩtelligi quidẽ posset
a peritis. Paulus non Hippopheston per. i. sed Hypopheston per. y. scribendum putauit.

CICI DCCLXXVII

Ici ab ea differt quæ Cuci a Plinio & Cuciphoron a Theophrasto dicitur. Cuci folio &
c caudice in Aegypto palmæ similis quando & eius foliis utunẽ ad textilia. differt ꝙ pal/
ma induidua est. At hæc cum adolescit in brachia ramorum spargitur: quæ pari modo
& ipsa finduntur, uirgis breuibus neq; multis. pomo rotunditas quæ manum impleat, Colos ful
uus. commendabili succo ex austero & dulci, nec cõgesto ut palmulæ sed discreto. lignum intus
grandis firmæq; duritiæ, ex quo stragulares annulos detornant ut Theophrastus inquit: aut uela
res, ut Plinius. In eo nucleus dulcis dum recens est. Siccatus durescit ad infinitum, ut mandi non
possit, nisi pluribus diebus aqua. maceratus materies non ut palmæ rara, neruosa, uirens: sed spis/
sa, carnosa, grauis dura, crispioris elegãtiæ. Et ob id ĩ magno honore Persis usuq; ad lectipedes.
hanc a Theophrasto & Persicam textilem uocari thebaica præfectura copiosam si qui arbitrantur.
coniecturam potius q̃ rationem sequuntur. At Cici arbor quam Herodotus Sillocyprium uoca/
uit Ricinus a nostris dicitur, ut ipsum quoq; animal canibus præcipue infestum quod & Cyno/
raista Græce dicitur & Croton: q̃q̃ Theodorus Crotonas rediuos conuertit, non ricinos. Fertini
etiamnum hodie ut ex Didymo zenotele accepimus qui nobis a secretis est & anagnostes, uerna
culo uocabulo Rhaistas canum uocant. Dicuntur & Cynomyæ a quibusdam. Sed & ouibus mo
lestos esse Ricinos testis est Cato. uulgus ipsum eos græco nomine appellat cica. Galenus Cica di
ci uult etiam bestiolas: quæ frumentum corrodunt, quarum coetus Cion dicatur. his uermis etiã
Cis uocatur: ut infra quoq; diximus. Hippocrates hanc arborem uidetur intellexisse cum crotoii
deos radicem in medicinas quasdam adhiberi commonet. aliqui non solum Cici, sed Ciceam
quoq; nominant. ab hac arbore conficta iurium uocabula Cicilendrum & Cecimãdrum ĩ Plau/
tina fabula si dixerim diuinare potiusq̃ docere uidear.

TITHYMALI SEPTEM DCCLXXVIII

Ithymalum & Tithymalus penultima producta Meconion a quibusdam uocatur. no
t stri Lactucam appellãt caprinam marinamq;. aliqui lactariam quia & Græci galactida nũ
cupare soleant. lacte Tithymali ĩscripto corpore cum inarruerit, si cinis ĩspergatur, nar
rant apparere literas & ita quidam adulteras alloqui maluere, q̃ codicillis. usus iam & in castra &

obsessas urbes transit.

CHARACIAS PRIMVM GENVS TITHYMALI DCCLXXIX

c Haracias ramos habet digitali crassitudine quinq; aut sex. semen legitur autumno cum coma. succus incipiẽte pomorum lanugine: tam feruentis hoc naturæ ut per se extra cor pori impositum pustulas igniũ modo faciat: & pro caustico in usu sit. Nascitur & in ma ritimis. alia omnino ẽ Characias: quam uulgaris sermo charanciam appellat: quoniam septi mo do in hortis fenestrisq; per cancellos opere topiario digeritur. de qua ne uerbũ quidem apud ue teres habitum ĩuenio. balsaminam Ligures padani uocãt. hierosolymitanum pomum Aetruria. folio uitis minore. Pampinis item uitium. turbinato utrinq; fructu. uisenda cute: carnosa uerruco saq; per uersus: cucumeris pusilli, & bucini marini quadam similitudine. malo uerius ac tubere q̃ grandi bacca, aut folliculo. pũiceus maturo colore. sanguineo quoq; succo. Inanitas confracto. se mina intus aliquot lenticulæ figura continet rubentia, ex quibus oleum exprimitur ad uulnera præcipuum.

TITHYMALVS MYRSINITES DCCLXXX

t Ithymalus myrsinites a Theodoro myrtaria conuertitur, molliotibus foliis q̃ myrti. Colliguntur comæ huius ordeo crassescente. Fructus demetitur cum messium maturita te. hic non pariter maturescit. Sed pars sequenti anno & nux uocat. Inde cognomen de dere Græci Caryitin. Est ubi Theophrastus Clematiam: hoc est sarmentulam uocarit. foliis humi sparsam palmi longitudine, nisi quis corruptum locum putet. legendumq; non Clematiam sed Carytiam censeat.

TITHYMALVS PARALIOS DCCLXXXI

t Ithymalus paralios a Theophrasto Coccos appellatur. folio rotundo. semine candido. quo uua incipiente stringitur.

TITHYMALVS HELIOSCOPIOS DCCLXXXII

t Ithymalum helioscopium semine albo: columbis gratissimo: quod colligitur nigresc ẽ te uua. nomen accepit: qm̃ capita cum sole circumagit.

TITHYMALVS CYPARISSIAS DCCLXXXIII

t Ithymalus ciparissias caule gemino aut triplici. nascitur in campestribus.

TITHYMALVS DENDROIDES DCCLXXXIIII

t Ithymalus dendroides aliqui Leptophyllon cognominant, maxime cauliculis ruben tibus, & semine copiosissimum.

TITHYMALVS PLATYPHYLLOS DCCLXXXV

t Ithymalum platyphyllon alii Corymbiten, alii Amygdaliten a similitudine appel lant: nec ullius longiora sunt folia.

PITYVSA DCCLXXXVI

LATHYRIS DCCLXXXVII

l Athyris folia habet multa lactucæ similia, tẽuiora, ut Plinius tradit germinibus crebris. semina piperis magnitudine. facilia purgatu.

PEPLOS DCCLXXXVIII

p Eplos ex una tenui radice fruticat. hanc & Meconion, & Meconitin ab Hippocrate uo cari Galenus auctor.

PEPLIS DCCXXXIX

p Ortulacas syluestres uocari herbas tris inuenio. unam quæ sit Aizoi species. Alteram co gnomine Telephion. Tertiam Peplin siue Peplion: de qua præsens mentio. Quid autẽ sit Diplion Aetio qui ad auctorem id refert Aretæum haud scio. terendum cum aqua in quit in anginæ morbo Diplium & subiecto linamẽto imponendum pectori quoties præfocatio timetur. Sunt apud Græcos inter quos Isacius qui Paplium pro Senna modo appellata itelligãt. Ego diuersum puto genus, cum Senna siliquas & in iis semẽ ferat. Peplis non ferat. Alia est & sen nicula siue Sanicula uocata transalpina herba folio uitis aut apii rubẽtibus in fine sectionum ma culis quibusdam. surculis quoq; rubris ad radicem: quæ multis ei fibris subest capitulis, ĩ summo frutice pusillis subnigrisq;. huius succum uulneratis in potum cõmendant.

CHAMAESYCE DCCXC

c Hamæsyce pumila ficus est, quasi terræ ficum significans.

SCAMONION DCCXCI

s Camonia siue ut Cicero, & Plinius qñq; appellãt Scamonion: q̃q̃ Scamoniũ ꝓ succo eius quoq; capitur. frigida amat loca pingui tñ & arido solo nascens. Lachrymam e ra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

dice sua fundit. foliis albis pinguibus, radice nauseosa, circa canis ortum succus excipitur. adulterat Tithymali marini succo maxime in Iudæa: quod etiam strāgulat sumptum. uis bimo nec ante nec postea. laudatur natione colophonium. Mysium priennense. specie autem nitidum, cito liquescens, uitus redolens, somniosum, linguæ tactu lactescens & cum diluitur albescens.

CHAMAELEA DCCXCII

Hamælea frutex est petrosus. sunt ei (ut quidam habent codices) mora odorata Plinio.
c Quidam folia ei amara & odorata scribūt. simillimum huic oleum inest ut Oleastro: cuius & baccas quoq; similes habet, ob id a quibusdam Oleastellum & Olea cilibraca uocatur auctore Columella: Sirapam inde condi solitam scribēte. Sunt qui succum in Gallia aut Italia nascentis eundem esse cum euphorbio putauerint. Sed hic multum infra illum ē. Ex hac & granum cocci plerique falso nasci existimauere. nostri & hanc, & Thymæleam præcipue casiam uidentur appellasse. Theophrastus Cneoron: Igino id apud nos Casiam interpretante, cuius duo genera feruntur, candidæ, cui folium cutis modo quadamtenus olineagineum: nigræ carnosum, Tamarici similius siue ut in Theophrasto quidam quos probo, legūt myrto. candida magis humi se spargit & odorata est. nigra sine odore. Radix ambabus alta prægrandis. rami copiosi crassi surculosi, ab terra protinus aut paulo supra emicant admodum lenti ut quibus ad uinciendum pro iunco utantur. Venere in coronamenta folio. post Aequinoctium autumni germinant, atq; florem mittunt qui diutinus eis est. hæc tota de Cneoro siue Casia Theophrasti sententia est. Dioscorides Cestron & Cneoron uocari Thymeleam prodit. At ego non Cestron, sed Cnestron legendum arbitror, Hippocratis & Galeni, & codicum uetustorum fretus auctoritate hoc ipso nomine Cultellus appellatur: quo casei scabūtur: q̄q̄ & Tyrognestis & Cobelis quoq; is dicitur Polluci. Liparonis herbæ meminit Aetius & Alexandria sic uocante: quam aliqui Cnestrō inquit nominant ad ulcera capitis manantia uehementer utilis. Nec indicat is auctor: qualis ea sit: utrum ue a Thymelea siue Cneoro diuersam an eandem putarit. Recentiores ut pleraq; omnia chamælea, & timeleam cum daphnoide turpiter confundunt.

THYMELEA DCCXCIII

E Thymelea granum siue coccum Gnidium enasci constat. myrti magnitudine colore
d & specie foris, auctore Dioscoride, non farris ut in plinianis codicibus deprauate legit. De thymelea non nihil & superiore protinus mentione diximus.

SABVCVS DCCXCIIII

Abucum medulla carere aiunt nonnulli. Theophrastus Carnosam ei adiungit. Frutico
f sa uirgis arbor: quæ anniculæ donec folia deciderint in longitudinem crescant In senamaxime cubita. post id tempus In crassitudinem fundātur. lignum fungosum: & cum inaruit, leuissimum medulla molli: quæ tota uirgulis eximitur baculorum usu. Siccatum durat ī offensumq; aquis redditur etiam decorticatum quod ei sponte arido contingit. Caudici crassitudo galeæ. Cortex læuis, tenuis spissus: quem uocāt Canopum, cuius a Græcis in Iuliani Oxymelite fit mentio. Radices tellure summa nec multas, nec grandes agit. Folium minus quod quidē pars est maioris, molle oblongumq; habet ut laurus latifolia, maiusculum tamen latiusculumq; subtus & situ medio rotūdius. exacutum, serratumq;. folium uero maius: quod ex illis minoribus quasi coalescit, pediculo uno crasso & neruoso geritur, ceu ramulus foliis utrinq; geniculatim & ordine iugatis uno in uerticibus relicto singulari. Subtruffa hæc & fungosa & de singulis petiolis uniuersa collabuntur. Sunt & in ramis nouellis internodia sed quasi rudia, Inarticulataq;. flos cādidus. ex flosculis minutis faui spetie cōgestus e pediculi fissura graui odore, q̄q̄ lilii. Fructus quoq; racematim pediculo unico dependet Action uocatus, qui cum ematuruit, nigrescat. Immaturo color uuæ acidæ, paulo maior q̄ Eruum. humore lento: manus capillumq; inficit grana intus sesamacea, non ingrata turdis sturnisq;. locis potissimum opacis & iuxta aquas gignitur. differt a ferulaceo genere q; plus ligni ac succi habet q̄ Ferula. E Sabuco magis canoram buccinam tubāq; credit pastor ibi cæsa: ubi gallorum cantum frutex ille nō exaudiat. dictam puto arborem a Sambuca musico instrumento quod alii Pectida uocant, alii Magadin: ut in arundine notauimus. Sambuca porro ab auctore uidetur appellata: cui nomen Sambyx fuerit. usam tamen ea primam omnium Sibyllā perhibent. Arbor utiq; ipsa non Sambucus, sed Sabucus dicenda est: si Serenio Quinto credimus.

EBVLVS DCCXCV

Buli siue chamæactes hoc est Sabuci pumilæ foliorum decocto muscæ necantur, nam
e & colibuli macerantur aqua ut ea sparsa culices abigātur. baccas flores ue Ebuli aut Sabuci uidetur intellexisse Plautius cum dixit in Captiuis.
Laridum: Atq; Ebebulas foueri foculis feruētibus,

nisi quis herbulas in eo uersu lectitare malit: aut q̃ ppius est uero, epulas. Ouidius. Epulisq; foci miscere calentes.

Aut hanc aut ualde similem eé puto: quam Plinius Actean uocauit uigesimoseptimo uolumine. Actea inquit graui foliorũ odore, caulibus Anisi gẽiculatis. semine nigro ut hederæ baccis mollibus. nascitur in opacis & asperis & aquosis datur acetabulo pleno interioribus feminarum morbis pro eo quod Dioscorides in caulibus umbellas & capitula Chamæacten habere scribit. Plinius caules Anisi reddit ei: q̃q̃ non caulibus anisi sed asperis in plerisq; legitur codicibus. Sed exemplaria quædam uetusta legunt anisi non asperis.

PYCNOCOMON DCCXCVI

p Ycnocomon caule tenui modico.

APIOS DCCXCVII

E Apio herba cognométo Ischas: quæ rhaphani syluestris genus est uolumine secũdo d locuti sumus. Vbi omnia hæc ad uerbum fere uidentur esse repetita. Plinius, oposcillã uocauit (ut arbitror) corrupte pro Apios Ischas.

COLOCYNTHIS DCCXCVIII

Olocynthis Cucurbita est syluestris plena ipsa nec inanis: ut Somphos minor q̃ satiua, c primo herbacea: mox pallida, quæ & utilior est, quando eius sunt medicinæ. Hippocrates syluestrem Cucurbitam Sicyoné & quæ fundo careat: & spetie globosa & uniformi sit. Sicyan at meton hoc est Insectilem appellat: Interiorem uero partem eius spongiam.

EPITHYMVM DCCXCIX

Pithymum flos est thymi, sed non omnis. differentia q̃ hic herbaceus, alterius thymi e candidus. aliqui eum Hippopheon uocãt. Quidam aliter Epithymum tradunt sine radice nasci tenui similitudine pallioli rubens.

ALYPON DCCC

Lypõ & Alypea: & ut Paulo placet Alypias cauliculus est molli capite nõ absimilis Be a tæ: ut inquit Plinius acre gustatu ac lentum mordensq; uehementer & accendens. caput id est radicem eius betæ similem intelligo: non folia quippe quæ minuta ei sint: ut Dioscorides affirmat. deprauate in Plinii uigesimo septimo libro Aliphon pro Alypo legebatur ante q̃ ipsi locum indicaremus.

EMPETRON DCCCI

Mpetron hoc Phacoides a Dioscoride. Prasoides a Galeno & Paulo cognominatur. e fere in saxo nascitur. recenti uires sunt. uetustate perdit eas: lapillos qui sufferuefiant una rumpi affirmant: quod & in Saxifraga quoq; diximus ex Plinii sentẽtia, ut qui nihil differre ab ea iudicarit: quandoquidem medicinas: quas seorsum in utraq; mentione Dioscorides enumerat: ipse uniuersas Empetro huic assignat. aut igitur ita sentiendum est: aut Pliniũ errasse confitendum. Paulus certe Dioscoridem secutus mentiones duas habet, quasi duorũ generum. Galenus unicam. Empetron Aetius etiam Epipetron uocari solitum affirmat.

AMPELOS AGRIA DCCCII

Mpelos agria hoc est uitis syluestris cæditur horis omnibus, Sed præcipue autũno. Ra a dice acri ut Theophrastus scribit. folio spisso cãdicante geniculata: rimoso cortice, uuis rubentibus Cocci modo, ut Plinius. xxiii. uolumine hæc & pro amuleto, cuius sit proprie uua Taminia. Radix & acini coria perficiũt. gelidissimaq; eorum é natura: ut errauerit Theodorus: qui uerba illa in Theophrasto φιλοῦσι τῷ καρπῷ τὰ δέρματα iterptatus ita sit, fructu desoliant arbores, cum legere debuerit uon dendra hoc é arbores: sed derma: hoc est corium. Nec defoliãt, sed depsant & subigunt. pars acinorum æstu moritur priusq̃ reliqua: qui & solstitiales dicũtur. uniuersi nunq̃ maturescunt. & si prius q̃ tota uua maturescat detur cibo, generi gallinaceo, fastidium gignit uuas appetendi. flos huius in racemis candidus dependet Solani per initia: post diuiditur in uitis fere imaginem sed oblongum. Est ei similis sed in salictis nascens ad eosdé usus quæ Salicastrum uocatur, contra hominum & quadrupedum scabiem. Plinius. xxvii. ita describit folio duro cineracei coloris, uiticulis callosis, rubentibus qualiter flos, quem Iouis flammã appellamus in uiolis, ferens semen punici mali simile in acinis ad eosdem effectus. Propterea e recentioribus fuere qui hanc & flammulam & Iouis quoq; flammam uocarunt. Est & Labrusca uitis syluestris una species, oenanthen ferens duorum generum albi & nigri, ut Dioscorides post docebit: Neu quéq̃ decipiat Pliniana lectio, Labrusca inquit oenanthen fert satis dictã quæ a Græcis ampelos agria appellatur spissis & candicantibus foliis geniculata rimoso cortice, fert uuas rubentes cocci modo & reliqua: his uerbis Plinius. xxiii. uolumine duos frutices non unũ designat Labruscam & quæ ampelos agria uocatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

AMPELOS LEVCE DCCCIII

Mpelos Leuce,hocé uitis alba:quæ et Bryonia & Bryonias a Columella:& Madon ab
a aliquibus uocatur.Echetlosis ab Hippocrate.Melothró(ut putant) a Theophrasto in,co
ronas folio admissa.Quidam Psilothrum dicunt:quia pelles confici huius acinis quem
admodum & labruscæ possint.huius sarmenta lõgis & exilibus internodiis geniculatæ scandũt.
Folia pampinosa ad magnitudinem hederæ diuiduntur ut uitium,Radix alba grãdis Rhapha/
no similis:Semen in uua raris acinis dependet succo rubente postea crocino.Succus radicis col/
ligi debet ante maturitatem seminis.

AMPELOS MELAAENA DCCCIIII

Mpelos Melæna id est uitis nigra:quam proprie Bryoniam uocãt.alii Gynecanthen,
a aut Aproniam similem priori præterq̃ colore,ut Plinius existimat.sunt & in folio discri
mina ut Dioscorides,& ipsa quoq; res demonstrat.huius semen nigrum asparago simi/
le.In frutetis,& arundinetis maxime nascitur.Aiunt si quis ĩ uilla eã extruxerit fugere accipitres,
tutasq; fieri aues uillaticas.hanc etiam Tannum siue Tamum quidam uocari putant:& uulgo Ta
marum.Q.Columella.
Lubrica iam Lapatos iam Tami sponte uirescunt.
Sunt qui Thamnum quoq; scribant,non Tamũ aut Tanum.

PTERIS DCCCV

Teris hoc est filix.marcescit fimo iniecto:& ob id pecoris ĩcubitu:quod & ĩ medica her
p ba nonnulli tradũt.nullus Filici incisæ succus.Radici gustus e dulci astringẽs.una hæc
est & ex ea filices exeunt bina etiam cubita excedentes longitudine hanc marẽ existimãt.
a Filicibus Filecta,ut a Caricibus Carecta dicimus.Est autẽ Carex e qua mollissimæ texunť cathe/
dræ,Folio fere arũdinis uliginoso,& palustri solo plurima.Seruius Caricem describit acutam,&
durissimam sparto similem.a Filice Felicones dictos existimant:quos ueteres pro malis & inuti/
libus accipiebant.Dicebanť & Felicati calices a Filice.

THELYPTERIS DCCCVI

Helypterin alterum Filicis genus feminam appellãt.Foliis hæc breuior.mollior,den/
t sior,canaliculata.utriusq; radicibus sues pinguescũt:quæ sunt eis lõgæ,obliquæ,nigræ
præcipue cum inaruere.Siccant eas sole.Virgiliis occidentibus effosas.Nascuntur ubi
q;.Sed maxime frigido solo.utriusq; lateribus pinnata.unde Græci nomen imposuere.his cimi/
ces necantur.Serpentem non recipiunt.usus radicis in trimatu tantum nec ultra,nec citra.laudãt
in utroq; sexu Macedonicam:deinde Cassiopicam.

POLYPODION DCCCVII

Olypodion nostri,ut Theodorus putat,fidiculam appellant in Plinio ita legens.Ego
p filiculam dicendum arbitror cum ex Dioscoride,tum ex filicis similitudine:tum ex Ca
tone:qui Feliculam uocauit.ad deiiciendam aluum præberi iubẽs eam.eodem modo
& Columella nominauit:unde uinum polypodites quoq; ad eundem usum fit præcipuum in
in Phœnice oppido eius Byblo:ut inquit Aetius.post imbres semper emicat hæc herba.floret,&
semen non fert.

DRYOPTERIS DCCCVIII

Ryopteris folio subdulci diuersa huic sed similis est Dryophonõ a Plinio uocata cau/
d liculis tenuibus cubitalibus circundatis utrinq; foliis Pollicari amplitudine:qualibus
oxymyrsinæ sed candidioribus:mollioribusq;.flore cãdido Sabuci.Edunt cauliculos
eius decoctos:semine uero pro pipere utuntur.

CNECOS DCCCIX

Necos a Theodoro Cartamum sermone uulgi dicitur.multis caulibus,ramisq; se spar/
c git.de syluestri diximus in Atractylide.in Cneco peculiare illud a Theophrasto reddi/
tur:q; syluestre tenerius,leuius,& semine copiosius habeť.Satiuũ durius spinosius.Cni
con Italiæ ignotam ut Plinius scribit.Aegyptus maxime celebrat,oleo non cibo gratam.hoc fa/
ciunt ex semine eius:quo & psitaci nunc aluntur.Cnecos melius q̃ Cnicos dicitur.Nam & cnacõ
a seminis colore Theocritus pro candido,siue flauo usurpat.Democritus & omnino chymici flo
rem Cnici Echumenion appellant.iidem Elydrion herbam nominant:nec quæ sit ea docẽt.præ/
terq̃ q; lutei sit coloris.Inuenio tamẽ in Opisthographis medicinalibus quibusdam pro chelido
nio minore acceptam Elydrion.

LINOZOSTRIS DCCCX

l Inozostris,siue Parthenion a Mercurio inuentus est.Ideo apud Græcos Hermupoan,&
Hermubotanen multi uocant.Caule utriusq; generis cubitali interdum.Sed ramoso in

cacumine, geniculis densis. Semen in geniculis dependens. Feminæ solutum & candidum. ma-
ri iuxta genicula stans: breue rarius, contortum. folia ocimo angustiora: sed maribus nigriora. fe-
minis uero candidiora. Radix superuacua prætenuis. Nascuntur in campestribus cultis.

CYNIA DCCCXI

c Ynia non est ea: quam Theodorus Canariam interpretatus est ut in culice docuimus.

HELIOTROPIVM MAIVS DCCCXII

h Eliotropium a Cornelio celso solaris herba dicitur æterno folio particulatim ut ocimū floret. Ideoq; per q̄ diu. Incipiens ab imo per solstitium circumagit se cum sole: ut no-
men indicat, ut ortum eius mane spectet & eius iter ad occasum usq; persequatur. Sed
& nubilo die. noctu uelut sideris desiderio contrahit ceruleū: ut Plinius ait florē. albū subruffūq;
ut Dioscorides. Genera eius duo. maius Heliostrophon cognominatum, & minus: q̄q̄ utrunq;
semipedalem altitudinem non excedit. Semen in folliculis messibus colligitur. nascitur non nisi
in pingui solo cultoq; maxime. Colos heliotropii unus est e tribus fastigiis in quæ conchilium di
uisere ueteres: nostri uerrucariam appellauere: ut ualentem contra uerucas. Si terram surculo hu-
ius circumscribat aliquis negant scorpionem egredi. Imposita uero herba aut in de omnino re-
spersum protinus mori. Formicas certe agri efficacissime necari heliotropio monstratum est, oppi
latis herba earum foraminibus. Succū huius excipiunt æstate hora sexta miscentq; cum uino ut
sit firmior. Multa Magi de ea. sicut de cognomine quoq; gemma pollicentur. Sed hæc propositi
nostri haud sunt.

HELIOTROPIVM MINVS DCCCXIII

h Eliotropium minus tricoccum priuatim appellatur. ubiq; prouenit foliis non solū mi-
noribus, Sed etiam in terram uergentibus. Semen & huic effigie scorpionis caudæ: de
quo & scorpiuron ei nomen est.

SCORPIOIDES DCCCXIIII

s Corpioides a Plino Scorpios uocatur ex argumēto nomine accepto. Est & alia eiusdē
nominis effectusq; asparagi cognomine: Sed in totum spina. nullum. n. folium habet,
caule asparagi cacumine aculeato.

LIBRI QVARTI FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI IN QVINTVM HERMOLAI BARBARI COROLLARII LIBRVM PRAEFATIO.

u

Ites iam, & ex his Vinum uel præcipuũ homini bonum, ſi temperamentum adſit, exequimur, In quo tamen ſi diligentius æſtimare uolumus: uita ſine cauſa maxime operoſa fuerit. ceu naturæ prouidentia nobis defuiſſet, tanta aquarum profluentium copia, Tot fontibus, Tot lacubus ac fluminibus: & ne accuſare eã poſſes, cæleſtibus etiam aquis irrigata ſæpe terra. Nec uero quicq̃ eſt (præterq̃ quod & opere maximo, & impendio paratur.) Vnde plus flagitiorum ac ſcelerum ſit. Nam ꝙ pedes, ꝙ lingua nutẽt: ꝙ fu rimus, ꝙ mente mouemur: ꝙ deniq; unus omnium aminantium homo libidini, ac rei uenereæ ſemper indulgeat: Vino acceptum ferre par eſt. Iam aſſiduos morbos, repentinas mortes, & uenena epota cui uerius adſcribas: ut arcana per hoc prodita, & animi ſecreta prolata, & teſtamenta nuncupata, tunc maxime taceam. illa uero monſtuoſa eorum ſitis, qui in oſtẽtationem uirium nudi cados hauriant uomituq; repetito ſitim etiam per gladios prouocent. quaſi uina perdi melius non poſſint: quã per humanum corpus. Quanto melius uitæ cõſulturi, ſi omnino abſtinerent. Nunc uero, (ſi Diis placet) & irritamenta temulentiæ quæſita. Nec noſtratia iam placent. ipſæ alpes ac maria penetrantur. Deſtinatis qui ſolertiſſime omnes etiam terrarum angulos indagent. Quin immo propoſita his præmia, qui ſcitiſſima deferant. Nec hactenus reſtincta ſitis. ipſis etiam poculis magnitudo eſt ſua. Formaq; qua maxime tenuitas uitri bibendo blandiatur, aſſignata. leges inſuper ac dictata bibendi præſcripta: & cum certis cancellis incluſa reliqua ſint: nullum non tempus inuitandi ſe largius placet. ebrietaſq; præmiis uel pœnis inuitatur. huc accedunt uaſa adulteriis cælata, formæq; obſcenæ his redditæ, Tanq̃ temulentia ipſa ad inflãmandas libidines non ſufficiat. Innocentius certe maomotheæ ſectæ homines hac in parte agunt. Qui uino penitus ex lege abſtineant. Næc uero noſtris olim heroibus uini uſus tam probatus: q̃ non interdictus. Frequentia in eo nimia, ac temulentia maxime prohibita. pleriſq; tanta conſtantia penitus abſtinentibus, ut ſalutem uini pocillo ꝓmiſſam neglexerint. Romani ueteres id in ſacris modice primũ uſurparunt: quod & nos retineamus ſacratiore myſterio. ut interim ſciamus feminis eorũ oĩno ĩterdictum. Cæſamq; ab eo coniugem: quia uini loculos reſignaſſet. & tamen nulli tunc ſubſeſſores alieni lecti timebantur oculi: Gentes certe multæ uini uſum conſenſu reiecerunt. multis etiã ad malorum remedia uites ademptæ. Nũc certatim paſſimq; in id oĩs ruunt. Coacta etiã pſummã iniuriã tellure illa ferre q̃ nolit, & acerbius ĩcuſata, ꝙ p̃cipuũ uitiorũ fomitẽ nõ generet. Quid ꝙ lautities aut uictus elegãtia nulla iam exiſtimet ubi uinũ deſit: cuius ſimilitudinẽ p ipſas fruges: & aquam multi ad ſeptentrionem populi appetant. adeo uero nulla iam pars mundi ebrietate uacat: ſiquidem ipſum aquæ ſaluberrimum alioqui liquorem noxium fecerimus. Quod ſi ignorãt homines, quantum nobis uini hauſtus obſit: id ſaltem ex morbis ingruentibus aduertant. medicis nihil prius aut acrius interminantibus q̃ eius uſum. pollicẽtibuſq; nos eo citius conualituros, quo fortius abſtinebimus. & poſtea naturæ maieſtatem cotidie ream facimus, probraq; illi ingerimus tanq̃ noxia parienti. Illa uero ſtatim animantibus omnibus aquam dederat. & noſtrũ hoc ſcelus unum ẽ, uini inuẽtio. meritis iterim ſuppliciis affecto: qui primus excogitaſſet. Ex quo apparet q̃ pernicioſa res futura eſſet: quæ ab ipſo initio in auctoris calamitatem redundarit. Cæterum q̃ in hoc iure hoĩem accuſes, tam in metallicis, ac lapidibus perquirendis ad uitæ utilitatẽ, ſolertiam atq; induſtriam probes. quæ pars coronidem labori noſtro attulit. Quare ut ſartum (ꝙ aiunt) opus etiam ad perpendiculum redderem: ruta ipſa & cæſa euoluiſſe faſtidium nullum fuerit: nec rerũ humilitas obſtitit, dum mõ prodeſſem. uitæ. n. hominum ac uſui omnem operã, induſtriam uigiliaſq; meas iampridẽ dicaui. Deus faxit. Vt quo animi candore: ac propenſione hæc ꝓdidimus, eodem ab aliis æſtimentur. Sed quicunq; genius ſorſq; operis futura ſit: conſciẽtia certe noſtra plurimum uoluptatis ẽt defuncto allatura eſt: quando omnia a nobis ea mente ac ſtudio laborata ſunt: ut iuuarem. ut tamen inſuper uacuis diligentiam meam non obſtrinxerim. quam præſtare conſilii noſtri nunq̃ fuerit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

HERMOLAI BARBARI PATRICII VENETI COROLLARII LIBER QVINTVS.

VITIS SATIVA DCCCXV

Itẽ satiuam Græci ampelon Hemerõ,& oenoen:& Oenophoron id est urba
nã,& uinũ ferentẽ uocāt: Itẽ clematida:& clemacẽ interim & Oenanthen:ut
placet Iulio polluci. Superuacuũ genera eius persequi.quia totidẽ uitiũ affir/
a mātur esse quot soli. Nascitur passim:& in alto uitis,& propinqua littori. Du/
rare uitẽ ad ĩfinitũ restibili fœcũditate perhibēt culturæ quodã genere Theo/
phrasto auctore ad Elephantinẽ:ut idẽ scribit:& Varro mutuat. Nõ decidũt
uiti folia,neq; circa Memphin.ad Deltã quoq; Nili fere tota uiret semp, qđ &
aliis quoq; satis accidit. Capnia uocatur unum uitis genus, quæ uuam nigram ex candida:&
candidam ex nigra sine prodigio ullo ferat. Insanæ uites appellantur, quæ ad florem usq; per//
ducunt. Quin etiam est ubi Plinius In sanas uites Triferas appellet:quoniam in his alia mature/
scũt:alia Turgescũt:alia florẽt. Smyrnæ Triferam a se uisam. M. Varrone etiam prodẽte. Vitis can/
dida melius reddit, quo lætius fuit germen:quod quidem & huic:& fico proprium. Vitibus Ca
preoli tribuuntur:& Vitiæ quos & clauiculas:& pampinos uocamus Græci Helicas.is est colicu/
lus:ut Varro inquit uiteus intortus ut Cincinnus a capiendo dictus,quoniam ad locum capi//
endum sursum uersus serpat:sicut uitis dicta primo quoniam inuitatur ad uuas pariendas:& a
pariendo Parilema.deinde Palma literis immutatis. Est autem palma maior flagellus, unde
nascũtur uuæ Dalma unius inuersione literæ a uenti flatu dicta:ut idẽ Varro inquit. Eadẽ uitis Ca/
prea nõiatur:quia Capreolũ pareret. Vitia & pabuli genus ẽ a uinciendo appellata q̃ itẽ Capreo/
los habet:ut uitis:& ad scapũ lupini,aliũ ue calamũ ad quẽ hæreat,id solet uincire:unde Vitialia
pro pabularibus e Vitia dicunt. Vitia tñ duplex seminaris:& pabularis uocata. Recẽtiores Græci
Biciã appellant a nostris(ut puto)mutuati. Consistit in uitibus lachryma largior incisis.paulo an
te germinatum. Parcior autũno:& hyemis initio:minus fœcundæ crebrioribus oculis gẽmant
solidioresq; feruntur. Ipes appellamus Vermes in uitibus nascẽtes austrinis flatibus.peculiaris ui/
ti morbus Tragos,hoc est Hirculus importuno uento germinibus abscissis:uel imperitia colen//
tium oblæsis. Theodorus articulationẽ uocauit.hircescere porro uites dicunt cũ infœcũdæ fiunt:
qm̃ & Hircus aĩal:ut inquit Aristoteles sterilescit pinguedine. Vuæ ipsæ, & pampini laborãt Crã
bo qui similis rubigini est sole post humores longos insequuto uehemẽti. Est & Niuatio siue Ro/
ratio quoties uua deflorente ninxerit.prætetea Exacinatio quã Theodorus exuperantiam appel//
lat. Græci cittosin quoties acinæ Racemis defluunt. Sine granis ĩterioribus uuas arte nasci aucto
res Græci posse docuerunt Agigartõ id genus uocantes. Vites arbustiuæ sunt,& simplices, arbu
stiuas Græci anadendritidas:& dendritidas appellant.arbusta uero ipsa siue ignobiliori uoce ar/
boreta iidem Græci.anadẽdradas:& aminyxidas:& Amamaxidas Epicharmus:& Sappho: nã
& arbusculæ testudinum(Instrumenti nomen id bellici est)Amaxapodes uocantur:in quibus ro/
tarũ uersantur Axiculi:ut Vitruuio Pollioni placet. Quãq̃ nõ desunt qui genus uitis ãmyxidas &
amamaxidas accipiant.alii uuã bumastõ,alii hesperion uocatã ĩterpretant. Auroschas Parthenio
uitem significat Eratostheni ramus eius cum racemo dicitur:Apollodoro uitis Elinos quo nomĩ
ne Philetas:& Nicander ramum eius non uitem ipsam capiunt. In hircania feracissimam eẽ uitẽ
mirati sunt scriptores,cum sit Aquilonibus exposita,nam in Carmanis:& Margianis, Arianisq;
crassitudo tanta caudicis est:ut bini homines plerũq; amplecti nequeant bicubitalibus Racemis.
Vitem boetii thebis primum natam putant:quia & liber pater.

VITIS SYLVESTRIS DCCCXVI

d Euite Syluestri superiore libro diximus.

VVAE DCCCXVII

Vam Græci Staphylen a Staphylo liberi Patris filio:ut Ptolomæus uoluit appellant:
a Lenida etiam poetæ,nam & Lenæus dicitur is Deus. alia porro uua eliquescit in po//
tum, alia eligitur ad uescendum.hæc aut in corbulam secernitur: ut inde addatur in
ollulas: quæ in dolia plena uinaceorum trudantur. alia in piscinam picatis ampho//
ris demittitur: alia in haram Carnario suspenditur. uuam amineam minusculam: & maio//
rem: & apiciam commodissime in ollis Condi putauit Cato. Eiusdem generis in sapa:
& mulso rectissime seruantur. duracinas: & Amineas, Scancianas affirmant opportu//
nissimas esse, quæ pendeant: quod genus omnes Conditaneas: & Conditiuas appella//
mus. Vuæ in palea seruatæ pensilibus proximæ dicuntur. Vuæ uehementiores nigræ. Ideoq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

uinũ ex iis minus iocũdũ. Suauiores albæ, qm̃ aere trãslucido facilius accipiŕ. Est & Vua Theriace uocata: ꝙ cõtra morsum oĩum bestiarũ ꝓficiat: cuius rõné serendæ Palladius ĩstituit. Floré Vuæ in cibis dari gallinaceis ꝑcipiunt, ut ꝑterera nõ attingant uuas, quod & in Labrusca diximus.

VINACEI DCCCXVIII

Inaceus Græce Stéphylõ uocaŕ. dicimus & uinacea neutro genere: Palladius ét femini no Vinaceã. hæc & floces appellanŕ sicut in Oliua Flaces, atq; Fraces. Vinaceos poetæ sunt qui brycia, & brytea quoq; appellét q̃q̃ & pro fracibus Oliuarũ sumunŕ. Stéphylaĩ Aristotelis Rhetorico secũdo Gellius fecé ipsam e Vinaceis: & oliuis expressam floces, & fraces dici scribit.

NVCLEI ACINORVM DCCCXIX

Vclei acinorũ Vuæ a Græcis Gigarta dicunŕ. Palladius excrementa: & semina, & grana uuæ interiora noĩauit. ab acinis acinaticũ dici uinum existimo Veronẽsis agri: ut scribit Cassiodorus alũnũ, odoris, saporisq; suauissimi, colore purpureo, ineffabili dulcedine, tactu quoq; dẽsum, atq; pingue: ut carneus liquor, aut potio esculẽta uideri possit. Laudãtur ex eo dẽ agro & Rhetica ueteribus in montanis Rhætorum: qui supra Veronam sunt nascentia: ut inquit Strabo. ipsos acinos Cato acina. Catullus acinas pronunciant.

VVA PASSA DCCCXX

Va passa Græce Staphis: & astaphis Hemeros hoc est satiua dicitur. Cæterum Apameas inuenio celebrari passulas.

VVA OENANTHE DCCCXXI

Va oenanthe quã uites syluestres hoc é Labruscæ ferũt, laudatissima é in Syria maxime circa Anthiochiæ, & Laodiceæ montes. Ité ex alba Labrusca. Sunt qui principatũ in unguẽtis dent in parapotamia nascenti: deĩde in Antiochia: & Laodicea Syriæ. tertiũ locũ ex mõtibus Medicis, quæ & utilior medicinæ. Quidã oĩbus iis ꝑferũt e Cypro. Vitis ea, quæ massaris in Africa uocaŕ nũc medicis. nũc odoribus tm̃ gigni Plinius affirmat. Nasciŕ in Africa: & uitis quã Vbolima uocãt accolæ oliuaĩ uites insita, utriusq; fructũ arboris ferenté: hãc Græci & Eleostaphylon appellãt. Vinũ oenanthinũ fit duabus libris fiorũ in musti Cado maceratis, qui post triginta dies mutanŕ. oenanthen & a uitibus dulce uinũ ferẽtibus arbustiuis maxime colligi quidã præcipiũt nõ syluestri tantũ. Labruscã dici putãt ꝙ in marginibus terræ ceu labris quibusdam fere nascaŕ. Vinũ Anthosmias ab odore floris diciŕ, nec idé cũ oenãthino uino est. pro ꝑcioso sane capitur a Græcis. eius mentio est apud Aristophané, & Hippocraté: & alios uel ꝓmiscua. Hippocrates certe hoc ét Anthiné uocauit. aliqui Anthiné pro anethino capiũt: ut Galenus ĩquit. Nã uinũ cognomẽto Hippocraticũ galliis maxime trãsalpinis gratissimũ ficticii generis é facili rõne Cinamomũ, Saccarũ: & carpesiũ teruntur in fiscũ: ex eo uinũ liquaŕ: ut trãseundo qualitates eas cõbibat. Datur hoc epulis pricipalibus cum Escharite pane bellariorum uice. qui mos, sed ĩ alio uino peculiaris Atheniensibus fuisse legitur.

OMPHACIVM VITIS DCCCXXII

mphaciũ siue omphax, idé acor, siue acremẽtũ uuæ ab ĩmatura uite diciŕ: q̃ omphax a Græcis uocaŕ. est & oleũ omphaciũ: de quo ĩter unguẽta diximus, e Thasia ut Dioscoridi uideŕ uua, e Psytia ut Plinio, probaŕ acor. Cũ sunt acini ciceris magnitudine, ante canis ortũ ĩcipiente pubertate. ꝑciũ in libras sex. Solet & aliter fieri uuã ĩmaturam. terẽdo in mortariis: Siccataq; in sole postea digeritur ĩ pastillos.

VINVM DCCCXXIII

Inũ Oenos Græce diciŕ. Cratinus Maroné uocaŕ. Philalethen ꝓuerbia: quale illud é uinũ & ueritas. Ité illud nõ habere uinũ temones. Pittacus ut æs frontis, ita uinũ mentis eé speculũ. Aristophanes uinũ loco Veneris appellat: poetæ uinũ ét πηλὸν dicunt quasi uibrare mẽté faciat. unde crapula ĩquit Photiõ dicitur κρέπάλη. folia uitis priuatim Oenaria uocãtur a poetis, & Sarmenta oenaridos. ipsa porro uitis ab Hippocrate noĩatur Oenarion. Tenuissimũ é id qđ celerrime ĩueteratur. nã cui fumi amaritudine acescit ætas insaluberrimũ putatur. Quo generosius uinũ é, hoc magis uetustate crassescit, & ĩ amaritudiné corpori minime utilem coit. Saluberrimũ Cãpaniæ quodcũq; tenuissimũ, utilissimũ cuiq; uiribus edomitis Sacco. Vinũ alit uires, Sanguiné, coloré sicut lactis potus ossa. frugũ neruos. aquæ carnes. Simias et quadrupedes digitatas negãt crescere assuetas uini potu. Vnũ de dando uino uolumen Asclepiades condidit ab eo cognominatum: in quo utilitatem eius uix deorum potentia æquari posse pronunciauit. Vinum succus est: qui feruendo uires e musto sibi fecerit. Mustum Græci gleucos, & gleucinem uocant aliquando. uinũ omne aut Mustum est, aut uetus, ut in prouerbio sit uinum medium pro aqua: quod & prandiũ caninũ diciŕ apud Vatroné: & Gelliũ. In Plauti Cassina men-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

dosus est senarius,
Adibo caninam scæuam spero meliorem fore.
Scribédũ é ñ scæuã. Sed Cœnã caninã hoc é abstemiã. In latino agro, & cãpano ad mõté Vesuuiũ:
q Sũmani dicit: uites mõ habent Græcæ appellatæ, uino ide presso qđ græcũ ñ ante dicit: q̃ anno
post calcatas uuas acto. Vilius q̃ diu ãniculũ é: pindeq; Viãnũ quasi uinũ ãni eius hoc é Ornũ uul
go Tabernæ p̃dicãt uédétiũ.

VINI QVALITAS DCCCXXIIII

d E qualitate, & ætate uini dictũ mox é. Vinũ porro Tenerũ Græci Apalon, Cato lene uo
cat: cui cõtrariũ sit asperũ: ut idé au∫tor appellat: hoc é Sclerõ siue durũ: nã & Muria quæ
aspera eét, dura cognominabat Columellæ, Celsoq;. nisi quis durã Muriã sicut durã pi
cé nõ pro aspera, sed ꝑ densa spissaq; accipiat: & utiq; ꝑ garo. qñ quidé Celsus eã dysentericis cõ
mendat: sicut garũ Dioscorides. De uino téperãdo: quod lymphatũ: & dilutũ dicitur: alii alia p̃ci
piunt. Hesiodus tres partes aquæ in unam uini miscet. Cæteri meracius fecere: hoc est ut quinq; in
duas adderent: unde natum prouerbium.
ἢ πέντε πίνειν ἢ τρεῖς ἢ μὴ τέτταρα.
Quod Plautus poeta festiuissimus significat cũ de cantione græca loquitur in Sticho.
Vide iquit quot cyathos hos Bibimus Tum ille quot digiti sunt tibi.
In manu.
Cantio est græca καὶ πέντε πίνε ἢ τρεῖς πίνε ἢ μὴ τέτταρα.
Est aũt sensus: ut aut duas uini partes ad quinq; laticis, aut unã ad tres bibere oporteat: ad quatu
or nõ oporteat: ceu futurũ sit dilutius: q̃ sanitatis usus exigat. Anacreon ut Vinarius poeta unã ui
ni duabus aquæ téperat. alii aliter pro suo quisque ingenio. Vinũ modice incoctum: ut Aristoteli
placet minus officit ebrietaté uitãtibus. Temulétæ fiunt & animãtes aliquot p̃ter hoiem. Sues ui
naceis. Corui, & Canes herba quã oenuttã Græci uocãt. Simia, & elephãti uino. uinũ cui nomé
Samagonio: quod traddit Aristoteles tribus heminis, & quidé lymphatis quadraginta uiros in
ebriare dicit. Ebrietaté Plato nũq̃ nisi semel anno Liberalibus permisit in legibus. ante decimũ &
octauũ porro ætatis annũ uino téperãdũ penitus existimat: ut ne gustet quidé. Mnesitheus Athe
niésis Medicus inebriari nũq̃, Sed statis tñ diebus hilarescere pmisit: quod genus Cothonismõ a
calicis noíe uocauit, ut dilutũ nihilominus: & sine bellariorũ comitatu biberet. Ac prima quidé
potio in cõuiuiis quia meraca erat, cum præfatione ἀγαθοῦ δαίμονος in honorem uidelicet Li
beri patris, nec tñ tota, sed quasi prægustãda p̃bebatur. postrema uero qm̃ diluta esset: & salutaris
cũ p̃fatione Iouis liberatoris hauriebat. Vinũ aqua misceri Staphylus Siteni filius instituit: ob id
græcũ uulgus nõ aliter uinũ modo nominat q̃ Crasin hoc é mixtum.

PASSVM, ET VINVM PROTROPON, SIVE CRETICVM, SIVE PRAMNON. DCCCXXV

p Assum hoc é Glycy genera habet laudata psythiũ, & a colore appellatũ nigro melam
psythium: quæ suũ saporé nõ uini præferãt. nã in quod additũ é defrutũ Glyxis appel
latur Athenæo. Sapa quã Nonius scribit uulgo dictã suo tépore mellaciũ: fit musto ad
tertiã parté mésuræ decocto. Sicut Epsema siue ut Hippocrates Epseton, hoc é Defrutũ ad dimidi
am, & calenũ ad partes e tribus duas redacto. passum probãt ciliciũ, & africũ: & in Italia, ut quod
Neapolitanũ uocat a Columella redditũ prouinciisq; finitimis. oĩaq; hæc, ut Plinii uerbis utar
post græcũ. fieri certũ é ex uua quã Græci Sticã uocãt, nos Apianã ꝙ Apes eã impopulari gaude
ant. hanc sunt qui Muscatulã uulgo dictã interpretétur. Ité Venicula, siue ut cãpani dicũt: sircula:
quæ & Stacula: & Numisiana appellat passis: & diutius in uite sole adustis uuis Staphidion (ut ar
bitror) uocatũ ab Hippocrate aut feruéte oleo. Quidã e quacũq; dulci dũ præcocta. ꝙ si quantum
uuis expressere, adiiciant Vinaceis aquæ puteanæ, secũdariũ passum faciét. Protropos accipitur
etiam pro musto: quod sponte defluit anteq̃ calcentur Vuæ, ut est apud Iulium Pollucem. hoc
protinus diffusum lagenis suis deferuere patiuntur: postea in sole quadraginta diebus torrent
æstatis secutæ ipso canis ortu. habetur & Protropum inter transmarina uinum: quod Athenæus
in Lesbo nasci dulce scribit etiam Prodromon uocatum ab aliquibus. At Pramnon, siue Pram
nion Hippocrates: & prior Homerus celebrauit. premebat hoc Smyrnæ regio, ut Alciphron
Mæandrius scriptum reliquit montano uico Latonæ prius dicato, postea Latoriæ, nomen id
Amazonis. Extabatq; id etiam num Plinio prodéte iuxta delubrum matris Deum. Nigrum Ga
lenus fuisse uoluit. Athenæus quoq; nõ crassum aut dulce, sed durum austerumq;: ob id eo Athe
niéses minime delectari scribit Aristophanes: hoc tamen non Smyrnæ, sed in insula primum
Icaro natum putat Seuius in petra quo nomen Pramno, Sed & Pharmacitin dici hoc ipsum

qñq; tradit. pro ueneno est sapa si quis ieiunus a balneis bibat eam: Polybius auctor ē Romanas mulieres nō uinū: sed passum bibere solitas ad restinguēdā sitim. passum uero dictū: quia ex uuis passis, siue quas ī uite passi sunt aduri sole, p̄mitur simile cretico: & Aegostheni uocatis. Plautus. Murrinam inquit passum defrutum mellinam.

Nonius Murinulū, siue Murinulā uocat: quā alii Murrinā nisi uitiū ī exēplari sit. Varro mulieres ī quit natu grādiores aut Lorā, aut Garū, aut Defcutū, aut Passum bibebāt, quā murrinā Plauto appellari putat. Est & murrina idē qđ & myratū uocāt aliq. Nō utiq; a Myrrha. Sed a myro quod ē odoramētū: ut post docebimus. Gellius mulieres īquit Romanas laureā passum murrinā potasse laureā, p lora capiēs. Meminit Varro & potionis genus fuisse miriclā. Nonius duas facit Loras alterā, quæ sit deuteria. alterā, quæ lota cōstat. Lota uinū dulce. potionis inquit erat cōfectæ mulieribus grādæuis aptū: quod in quibusdā codicibus lotā, nō lorā scriptū īuenio distictiōis forte gratia. laudat a Græcis inter uina dulcia Scybelites: & natū in Arcadia Thyræū. De cilicio uino mentionē hoc capite habuimus. forte aūt hoc sit, quod e Pisidia medicinæ usu cōmendabatur ambladeū cognomine ab oppido: ut Strabōi placet. uino āt Aegostheni, de quo supra diximus, nomē datū quidē uidet ab oppido Aegosthene quod in attica terra est. Cæterū affirmare nō ausim, quādoquidē carystiū ex Euboea quoq; posset existimari: carysto ibi celebrata scriptoribus. e laconia tm̄ uēit Carysto uilla id ferēte, quod & Alcman poeta celebrauit. laconicū uidetur fuisse initio: & quod Monobasites dicit ēt si creticū hoc noie ītelligimus corrūpente uulgo id uocabulū: & uocāte maluasiū. Moueor q locus ubi Tænarū ī Laconia mōstrat Monobasia dicit hoc tēpore ditiōis Venetæ id oppidū ē, unde in cretā directo fere cursu nauigat. Forteq; Monobasites uino datum nomē fuerit nō q ibi nasceret. Sed q illud primū e Creta cōportaret. Aetate nostra celeberrimū ē quod Achaicū uulgo quoq; dicit fortasse id quod ex Phliūte oppido quondā Achaiæ Phliasiū ab Antiphane prædicatum est: etiam si nunc aliubi quoq; seritur.

VINVM GYPSATVM DCCCXXVI

u Inū Gypsatū a Gypso dicit sicut a Calce calcatū, a marmore marmoratum.

VINVM PICATVM SIVE RESINATVM DCCCXXXVII

Vino resinato dicta inquit Plinius est crapula: siue quia caput tētet quasi lucta eius, siue a q ipsa quoq; resina: & flos eius crudus: qui uinis ad excitādā lenitatē addit crapula quoq; nominari solet. pugnacibus īquit Plinius mustis plus crapulæ inditur, lenibus parcius, a quo & uehemētia uini, atq; feritas crapulæ significatur uocabulo. Photionis de Crapula interpretationem aliam superius explicui.

VINVM PARACHYTON DCCCXXVIII

Inū parachyton siue ut Plinius uocat diachyton: si modo idē est, fit uuis in sole siccatis u loco cluso per dies septē in cratibus totidē pedibus a terra alte noctibus a rore defensis, octauo die calcatis optimi odoris saporisq; īter dulcia. Et. n. parachyma Græci defrutū qñq; appellant. unde uinū originale, hoc ē sine fuco: & sine dulci Aparachyton: & Autiten uocāt q̄q̄ & alia significatio Autitæ uini est: ut alibi monuimus. Timachidas rhodius uini genus passi dulce Hypochyton ī Rhodo uocari tradit. Nam uinum Autoceras hoc dicitur, quod ita ē exile: ut dilui nō debeat, ut īquit Pollux. porro nostri dulcia uina Liberi patris bellaria uocabant.

PHALERNVM DCCCXXIX

Halernū quod Græci phalerinon uocāt, nec in nouitate nec in nimia uetustate corpo- p ri salubre. prima eius ætas a decimo, media a quintodecimo anno īcipit, a uigesimo capiti: & neruis est noxiū. duo eius genera. austerū cui ruffus color, & dulce quod tunc demū accidit: cū sub ipsam uindemiā austri flauerint: quo & nigrius efficit. Athenæus: & Galenus auctores. phalerno statinum simile est tantum leuius. Simile & uenaphranum.

ALBANVM DCCCXXX

Lbani quoq; duo sunt discrimina, subacerbum, & dulce. usus æque a quītodecimo æta a tis anno. Inter albanum, phalernumq; Labicano gloria: quod ē dulce, ac pingue gustu sentitur. a decimo placere incipiente. buxentinū albano simile est utiq; acerbo.

CECVBVM DCCCXXVI

Ecubum iam non gignitur frequens olim in Terracina Fundisq;. Sicut & Setina parū a c superioribus Statana non longo fuerunt interuallo. nam Signini nomen celebre aluo sistendæ in sexennium uetustate melius.

SVRENTINVM DCCCXXXII

s Vrētinū ueteres maxime p̄bauerūt. Sequēs ætas albanū aut phalernū. Deīde alia alii. Viriū plus Surētino. austeritatis Albano. uehemētiæ minus Phalerno surētinū a. xxv. āno poculētū faciūt: qm̄ macilentū, & aridū cū sit, ægre cōcoquit, nec nisi uetustate castigatū utētibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

prodest, quod & Tripholino accidit. Simile ē & Aequanū. Celebrātur a medicis: & Rheginū Surentino pinguius, eoq; celerius ad bibendū utile. Itē Priuernū Rhegino tenuius, & Phormianū Priuerno simile dūtaxat crassius. Tiburtino tenuitas redditur: idq; a decimo anno bibit̃. Prænestinū Tiburtino pinguius. Gaurano ꝑstantiā paucitas quoq; ipsa facit. Validum hoc: & ꝑcrassum. Marsicū Austerū. Austerū & Barbinū Athenæo, quod Balbinū dicit̃ Balbiæ proueniēs Plinio. E cāpania prope Cumas Vluanū cōmēdant: Quinto demū anno poculentū leue. Iam Calenū qđ & phalerno præferūt ad utilitates stomachi. Fundanū plus iusto alit: ideo parcius erat cōuiuiis, ꝙ & caput: & stomachū tētabat. Sabinū leuitate ꝓponebatur oībus. Vsum eius a septimo ad quintūdecimū ætatis annū probabāt. Nomētanū a quinto anno incipit: nec leue, nec admodū suaue. Spoletinū suaue Coloris aurei. Caulinū prope capuam fortasse id quod eo loco tradit Polybius Anadēdritin uocari, prælatū oībus Circa Neapolim Trebellicū: Herbulo color niger: non multos post annos cādidus. delicatū hoc, & per q̃ leue. Tarētina, & quæcūq; illo tractu habent̃: tenera sunt, & dulcia: & amica stomacho, cuiusmodi lagaria nō ꝓcul Grumēto nascētia, Messalæ potu, & salute: ut Plinius retulit, insignia. Beneuēti fiebat infumatū, quod Græce Capnias dicitur a Platone comico quēadmodū & uuæ fabrorum ferrariorū maxime fornacibus ex Africa præcipua Tiberii Cæsaris cura.

ADRIANVM DCCCXXXIII

a Driana optima ex intimo sinu Adriatici maris: quæ pucina a loco ibi sito dicta sunt: & a Græcis pyctana, medicamētis aptissima: quibus Liuia augusti octuaginta duos quibus uixit annos retulit acceptos nō aquosis. haud procul a Timaui fonte saxeo colle: maritimo afflatu, paucas coquēte amphoras Britanorū regi adeo gratū: ut quot annis deferēdū sibi curaret. Mamertinū uero a colonis eius loci nō messeniū: ut inquit Strabo dicit̃. ēt si circa Messanā in Sicilia proueniat. hoc & italicū quoq; dicit̃ ēt si extra Italiā: ut Athenæus inquit nascit̃. Siculū ē: & Potulanum ab auctore dictum, qua proxima est Italiæ Sicilia. In eadem prouincia & taurominitanis honor lagenis pro mamertino plerūq; subiectis.

PRAETVCIVM DCCCXXXIIII

p Rætucia ex supero mari, sicut & Ancone nascentia, & quæ a palma uua forte enata Palmesia appellātur: ut Plinio placet. Cassiodorus Vinū quoddā inquit brutiū appellauit palmatianū laudare cupiēs antiquitas. Nos Stypsin: asperū, sed gratū suauitate. nā licet inquit inter uina brutia uideat̃ extremū factū tñ ē bene, generali opinione ꝑcipuū. Est. n. suaui pīguedine molliter crassum, uiuacitate firmum. Nari uiolentū, candore perspicuū, qđ ita redolet ore tractatū: ut merito illi a palma uideat̃ nomē impositū. uiscere defecta cōstringit: uulnera madida desiccat: lassum pectus reficit. Prætuciū mulso præcipue cōuenire dicit̃ sicut Apamenū syriæ īter externa. Syriacū ē & quod reges persarū bibebāt Chalyboniū uocatū: ut Straboni placet. hoc Possidonius in Damasco syriæ nasci tradit eorumdem regum cura satum.

HISTRIANVM DCCCXXXV

h Istriano proximū natione liburnicum fuit ex Issa insula qđ Agatharchides ꝑfert oībus.

CHIVM DGCGXXXVI

c Hium. & chiotes dicit̃ hoc, & Thasiū e uinis trans maria ueteribus fuere in sūma gloria. Theophrastus Thasiū qđ magistratus bibebāt, antepōit oībus. tertio loco habebat̃ Clazomeniū postq̃ parcius mari cōdere cœperūt utiq; post homerica illa, Prānion: & Maronites siue qđ idē est maronæū in Thraciæ maritima parte genitū uities tantū addito aquæ miscendū Homerus cēsuit. uim eius ad Pliniū durasse legimus, prodentē sextarios singulos octogenis aquæ dilui. nigrū colore: & odoratū: & uetustate pinguescēs. hinc (ut arbitror) Cratinus uinū ipsum appellabat Maronē. nā Monarites aliud uini genus est cappadociæ melitena eius parte nascens nō post ferendū nostratibus præstātia. Maronæū a Marone filio Euanthis satū publicatūq; Philostratus in heroicis suis testat̃. Pramniō a uite primna dictū uolūt. aliqui a māsuetudine, quidā a caudicis crassitudine, quasi distiguat̃ a Crucio uocato. Est aūt cruciū e uitibus altissimis, quales Aricinæ sūt acerbiusculū, & asperū. porro thracia putant̃: & Ismaricū a polluce: Biblinū ab Homero noīatū, siue ꝙ biblina ea terra diceret̃, quæ nūc Tisara: & Oesyma noīatur. Siue ut Epicharmo placet a biblinis thraciæ mōtibus uocatis. Seruius Naxiū id existimat qđ Archilochus nectari cōparatū scribit a bimblino, siue biblo amne. hoc in Sicilia Poliū siue polæū appellari qm̃ a Polide sicyonio siue rhegino q syracusis regnauit trāslatū eo sit. Quidā a uite biblia q̃ i italia φλεόσ dicat̃. Nā Byblos p. y. oppidū ē i Phœnice uetutissimū: ut qđ a Saturno ꝯditū putet̃. ubi uinū quoq; medicamētosū ex herba fidicula ꝯficit̃: ut diximus. Differt a Maronæo Mareoticū i Aegypto a Maria lacu dictū, ubi nascit̃, ad uetustatē quoq; diffūdi solitū. nā uicinū ei libycū appellatū, ꝑsertimq; ad Antiphras notū, Improbat̃ uel adagio qm̃ minus uini q̃ maris habeat. Alexādriæ id uul

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

go bibunt præcrude ac Zythum: ut Strabo inquit: ēt si nō Zython: sed Zygon interpres in eo legerit. & ad pondera uti uino eo Alexandrinos ineptissime conuerterit: in quē errorē & Domitius Veronēsis pronus corruit in Propemptico Papinii, quod incipit.
Si quibus audaces amor est seruare carinas.
Omnia porro transmarina septem in sex annis ad uetustatem mediam peruenire existimant. Vino Chio ueteres in oculorum uitiis uti solitos, nomen ipsum indicat. Collyriorum quorūdam quæ Græci Chiaca cognominant. hoc uinum: & Ariusia a loco: & optimum quod esset Aristæū uocabant Iulius Pollux auctor. Nigrū uinū i Chio primū fuisse Theopōpus auctor ē. nā & uitē serere ī eadē insula repertum putant ab Oenopione liberi patris filio: qui & urbem in ea condidit.

Et hermius qui forte fuit Chius vinu[m] [illegible] nigrum laudat.

LESBIVM DCCCXXXVII

l Esbium sponte naturæ suæ mare sapit. hoc & Protropum dicitur quotiens dulce est, itemq; Prodromon Athenæus auctor. Quærat aliquis in Victruuio quis sit uerborū sensus, cū dicit. Sed animaduertimus īsulam Lesbon uinum protirum malon iam catacecaumenen. item lydiam molliton. Corrupta lectio: quæ sic restituenda est. Sed animaduertimus insulam Lesbon Protropon. Mœoniā, Catacecaumeniten. Lydiā Tmolitē dare. de Protropo dictum est superius. de Tmolite statim fiet mentio. de catacecaumenite Strabo. Catacecaumene inquit regio est, quam alii Mysiam: alii mœoniam appellant. Dictam uero ita ꝙ nihil in ea præter uinum gignatur: idq; nobilissimum ambusta uelut igni terra.

EPHESIVM DCCCXXXVIII

e Phesium defruto: & mari conditur: ideo insalubre. Phygelites appellatum ab oppido propinquo: quod Phygelam Plinius: Pygellam pleriq; nominauere. In nomine sunt & transmarina, & leucadium: & Sapia: & Thasium: quibus principatum dat Hermippus in oppido Opunte: quod & Plautus in Penulo demōstrat sumptū ab Eubulo. itē ex Euboea Sciatho: & e Peparetho insulis. q̄q̄ postremū hoc multi sunt qui dānant. Iam e Syria phœniciū uocatū q̄nq; Cycliū: cuius & Xenophon in ascensu meminit. laudatur & Magneticū, & ut alibi Diximus Mendæū. præterea ex Acātho urbe. nā Cirimphium asperum cōtemnitur. Troezenii: ut ait Aristoteles Anthedon idiū, & Hyperiādiū cōmendāt auctorū suorū nominibus Hypero: & Anthe: quēadmodū & Althepiadiū ab Altephio: q ex Alphei nepotibus fuit. Apyrū quoq; uinū ab Alcmane poeta memoratur. est aūt Apyron quodcūq; nō est coctū. laconica sunt Pentalophiū a quinq; collibus: ubi nascitur uocatū: item Dēthiadiū, siue Denthis: & Oenuntiū: & Onoglis: & Stathiniū a locis omnia quæ iuxta Pytanē sunt oppidū eius terræ. Theophrastus Erythæū molle salsumq;: idē Heracleoticū tradit odoratum, atq; durum.

MESSOGITES DCCCXXXIX

m Essogites: & Tmolium aut quod idem ē Tmolites duo sunt uini genera nomine a mōtibus lydiæ imposito: qui Tmolus, & messogis appellantur. Messogites uero nobilissimū a loco Aromeū nomine correpta Secūda syllaba: ut Straboni placet. Tmolio Per se gratia ut uino nō est. Sed cuius dulci admixto reliquorū duritia suauitatē accipiat simul, & ætatē. ex eadem Lydia & Metropolitē uinum cōmendant ab oppido eius uno Metropoli uocato.

VINVM INCOMMVNE DCCCXL

d E uino incōmune nōnihil & in mētione annosi diximus. Nunc illud adiicio. uinū omne in infantia dulce est. Tum uidelicet cum mustum dicitur. ubi aūt pubescit suauius efficitur q̄ dulcius. Dulcedo. n. feruēdo adimitur Vinis. uinū porro aut uetus, aut nouū ē. media ætas a medicis introducta est. uulgo nescitur: unde notum prouerbium Varroni medium uinum prandium caninum esse: hoc est quia nullum tale uinum habeatur. Vt uellus asininum Aristophani pro eo: quod nusq̄ sit.

VINVM OMPHACITES DCCCXLI

u Inum omphacites, siue omphacinum uidetur idem esse quod & Biæon Græci appellauere: q̄q̄ marinam ei aquam largiorem misceri adiiciunt. Cætero conueniūt. medicinæ item congruunt, ut errare uideantur qui nō Biæon: sed Bion quasi a uita deriuatū nomen scripsere: cum Plinius a festinatione quasi uiolenter fiat, uocari prodiderit.

VINVM DEVTERIA DCCCXLII

d Euterias nostri Loras, siue Loreas: ut Cato: & secūdaria: & operaria uilla nominant. lora ꝙ lota acina fiat uocatur: inter deuterias, & fecatum Cato appellat fecibus uini expressū quod a Columella Fecinum dici puto, a Polluce trygephanion. Plinius Tortiuum inquit nouissime expressum intelligo: quod Cato mustis tingendi gratia: ut pigmētū aliquod adiiciendum pcipit. Græci hoc uulgo Thamnam uocant apud quos Autites uinū pro deuteria sunt qui capiāt, alii pro sincero, alii pro nostrate: hoc est non alienigena. Sed patrio Galeno. Galenus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

in Hippocrate autiten interpretatur quasi autoetitem: hoc est anniculum, siue ornũ. Est & Tornii uini mētio apud Hippocratem ad pulmonum præsidia. Vitiosum uinum Græci Tropian, & Ectropian: & Oxynō dicũt. Genus uini est & quod grapinam uocant subasperum. Nulli ex iis plus q̃ anno usus. Erant & quæ spurca dicebãtur uina: sed apud Pōtifices, hoc est quæ sacris adhiberi uetabãtur: ut defrutum, & dilutum: & igni tactum. Sed & mustum quoq; anteq̃ deferuesceret. Vinum porro malum Amphis græce dicitur a Sosicrate: quasi dubiũ: ita. n. uocauimus & nos auctore Plinio fugacia. præliganea uocãtur, & quæ ad operarios ut Cato inquit: ex misellis uuis p̃muntur. Circũcidanea uero: siue ut Varro circũcisita Vina dicimus cum calcatis uuis scopi earũ siue scopia: ut Cato, cum folliculis prælo subiiciũtur iterum: hoc est ubi desiit fluere circũcisis extremis: nō dissimile Tortino, quod Græci bostrichitin (ut puto) uocãt. Tortinũ. n. Columella dicit esse mustum, quod post primam pressuram uinaceorum circũciso pede exprimitur.

VINVM ADYNAMON. DCCCXLIII

a Dynamon ratio faciẽdi uaria, Sed omnibus fere cognita.

VINVM NIGRVM E LABRVSCA DCCCXLIIII

VINVM MELITITES DCCCXLV

Vlci e genere est melitites, Sed austerum seculis. iam fieri desiisse Plinius existimat. Sit d autem melitites id quod in Pseudulo uocat Plautus mellinam illo uersu.

Murrinam, passum defrutum mellinam.

In medio Relinquimus.

OENOMELI DCCCXLVI

Enomeli hoc est uinum mulsum: q̃ q̃ nostri sine uini mentione hoc intelligũt mulsum o dicentes. uinum hoc facillime cum melle cōcorporatur, quod in dulci nunq̃ euenit. Mulsum in Thracia primus Aristeus comperit. multi senectam longam intinctu mulsi tolerauere, neq; alio ullo cibo. Regium morbum Varro cognominatum aquatorium tradit, quoniam curetur mulso. Cisibilites genus uini ẽ ĩ Galatia nascens. & Balincium in Sicilia, quæ saporem mulsi non uini præbeant. ex musto, quod fit mulsum, Græci nectar uocant.

MELICRATON DCCCXLVII

Elicraton: & mixtum mel, & aqua mulsa dicitur interim: & dulcis aqua. rationes aquæ m mulsæ conficiendæ plures sunt apud rei rusticæ scriptores. alia res est Metaceras apud Hippocratem, quæ uox egelidum, siue quod idem ẽ tepidum mixtum significat, hoc ẽ Galactodes Syncrama. Iulius Pollux nescio q̃ recte Melicratum inquit est quod nunc oenomeli uocamus. Cæteri magno hæc discrimine separauerũt. In æthiopia Troglodytæ melicratum e cuiusdam herbæ floribus cōficiunt proceribus bibẽdum uini loco, sicut dilutũ paliuri populo.

HYDROMELI DCCCXLVIII

Ydromeli secundum aquæ mulsæ genus ẽ saporem uini uetustate assequitur nusq̃ ma h gis laudatus, q̃ ĩ phrygia ex imbre quidem puro, & melle damnatum multis annis iisdẽ uitiis, quibus uinum: nec iisdem utilitatibus.

AQVAE IN COMMVNE DCCCXLIX

Qua profluens utilior existimatur stagnante ac pigra, tum putealis quærẽda. Cisterna a rum ab aliis laudatur argumẽto subtilitatis: ut quæ subire in cœlum, ac pendere potuerint. ab aliis damnatur: ut quibus sordium, & limi: & animalium quoq; plurimum inesse sentiat citissimumq; ideo calefiat aqua pluuia computrescatq; minime durans in nauigatione. grandinis quidem potus in confesso pestilentissimus. De niue, & glacie diffident sentẽtiæ: aliis subtilissimas eius elemẽti partes arbitrantibus, quia pẽdeant in sublimi: aliis crassissimus: atq; iccirco insaluberrimus inde haustus qm̃ exinanitũ sit quicquid tenuissimũ in iis erat. liquor oĩs cōgelatione minuitur: & rore nimio scabies fit. pruina, uredines. Aqua septies putrefacta purgataq; non putrescit amplius. amnica nō statim utilissima sicut nec torrentium. Palustres pluribus locis salubres. Parthorum reges e Choaspe: & Euleo amnibus tantũ bibunt. eæ quãuis in longinqua comitantur illos. salubritatis argumentum est anguillis scatere amnes sicut uitii limum, & frigoris in fontibus tineas: ut quæ uulgo nominantur Lampredæ quasi lampyrides aut lampetræ a lambendis petris in cibos admissæ lautioris uitæ interim anguillatum amplitudine parte plurima digiti minimi crassitudine, palmi longitudine. Cætero anguillis pusillis: & murenulis simillimæ: nisi q̃ septẽ hñt a capite in collũ foramina. aquæ ante oĩa improbãtur amaræ: & quæ scrobẽ statim impleant. fontes Græci nymphas: & altrices liberi patris cognominant in sacris uinalibus quæ ipsi Lænea dicunt: quia uinũ addẽti modũ eius augeãt: siue quia ut Theophrastus inquit uites p̃cisæaq̃ reddũt: & illachrymãt. Est & cœlestis aqua: siue potius diuina chrymistarũ: q̃ & Democritus: & Mercurius Trimegistus nouere mō θ̃ειον ὕδωρ mō scythicũ laticẽ appellãtes, mō Pneuma

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

hoc est spiritum ex ætheris natura & essentia rerum quinta: unde aurum poculentũ, & lactatus il le nec dum inuentus philosophorum lapis, & sabulum constet. hinc & arti datum Nomẽ Psam murgicen & mysticen & hammophysiã & sacram & maximam uocando, ceu literas quasdam seclusas habeat & a quibus psanum uulgus arceri conueniat. hoc genus laticis (ut arbitror) signifi cat epigramma nuperrime in agro patauino iuxta oppidulum Ateste inuẽtum opere lateritio ac proinde fragili per imprudentiamq; manus rusticæ proscindentis ibi terram corrupto: cuius me moria ne pereat uerba prætexuimus.

Plutoni sacrum munus ne attingite fures.
 Ignotum est uobis hoc quod in orbe latet.
Namq; elementa graui claudit digesta labore
 Vase sub hoc modico maximus Olybius.
Adsit fœcundo custos sibi copia cornu,
 Ne precium tanti depereat laticis.

ABITE HINC PESSVMI FVRES. VOS QVID VOLTIS CVM VOSTRIS OCVLIS EMISSICIIS? ABITE HINC VOSTRO CVM MERCVRIO PE TASATO CADVCEATOQVE. MAXVMVS MAXVMVM DONVM PLV TONI HOC SACRVM FACIT.

APOMELI DCCCL

t Ertium discrimen aquæ mulsæ apomeli dicitur.

AQVA MARIS DCCCLI

a Quam maris hoc est hydor thalassion probant ex alto haustam: nullaq; dulcium mix/ tura. hæc rubiginem ferro exterit celerrime. dulcescit. n. argilla percollata. In mari expan sa circa nauim uellera madescunt halitu maris: qui postea dulcis exprimitur. demissæ ræ ticulis in mari concauæ e cera pilæ aut uasa inania obturata dulcem intra se colligunt humorem. uetustate uirus deponit. conduntur aquæ rosis & Rosaceæ uocantur hydrorhodina & hydroro/ sata Græci appellant.

THALASSOMELI DCCCLII

ACETVM DCCCLIII

a Cetum id est oxos uini quidem uitium est. Sed ad luxuriã cessit hominibus: tot ad usus expetitum sine quibus uita, ut inquit ille, mitior exigi nõ posset. Est & Vappa uitium ui ni. Sed nulla ex commendatione. quin probrosa quoq; res uel hominum conuitio quo rum degenerauit animus. Fit autem Vappa cum iterum sponte musta feruent. infusum terræ ace/ tum spumat. Saxa rumpit. quæ non ruperit ignis ante cedens. cibos quidem & sapores non alius magis succus commendat & excitat. compescitur eius asperitas tosto pane aut uino aut sale. con/ tra iners accenditur pipere aut lasere. Acetum fit etiam non ex uino commẽtitium multis modis: sicut uinum & oleum sine uuis & oliuis. Acetum aliud non esse q̃ culpatum uinum quis nesciat? mixtum oleo Græci Oxelæon: sicut aqua oxycratum nos Poscam Puscamue dicimus. Ipsi quoq; Græci phuscam, ut Paulus & Aetius. isubres & ligures padani uinum fecatũ siue loram uulgo se re poscam nominant. nam acetum rosaceum oxyrhodinon Græce dicitur. Acetum natura frigi/ dum comprobat Galenus. calidissimum Theophrastus existimauit.

OXYMELI DCCLIIII

o Xymeli a Themisone & Asclepiade medicis damnatum prædicant acetum mulsum la tine dici potest. nã mixtum cũ saccaro pro melle. Oxysachar appellatur.

OXALME DCCCLV

o Xalme dicta quod ex aceto & sale fiat quasi acetum salsum efficaciter si sit recẽs acetum.

THYMOSALME DCCCLVI

t Hymosalme quasi thymata salsilago dicitur.

ACETVM SCILLITICVM DCCCLVII

a Cetum scilliticum & Scillinum & Scillatum quoq; dicitur, & scillites Græce.

VINVM SCILLITICVM DCCCLVIII

VINVM TETHALASSOMENON DCCCLIX

u Inum Tethalassomenon hoc est marina aqua. factum duo fere habet genera. biæon de quo dictũ est: alterum leucoenon aut etiam leucochran, marina in album mustum con fusa. In aliis autem gentibus tethalassomenon id est mari conditum uocatur a serui fur to origine accepta, sic mensuram explentis. habetur & Thalassites uasis musti deiectis in mare. quo

modo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Cato pcipit. quadriennio Secundus. Rhodium Coo simile est. Phorineum salsius Coo Medici nas aliquot ex uino marina aqua facto legas & ubi Dioscorides de qualitate uini loquitur. In hūc usum quidam ex alto peti mare iubent seruariq; ab æquinoctio uerno, aut certe nocte solstitio aq lone flante, hauriri autem circa uindemiam. Si hauriatur decoqui.

VINVM FACTITIVM IN COMMVNE DCCCLX

Vllum uinum factitium præterq̃ quæ specierum uetustate fiant plus anno durare putat: & plura ne tricenis quidem diebus. uinum ex siliqua ceratites hoc est siliquatum appel

n latur. pstantissimum ex syriaca. factitium uinum Græci Oenon Sceuaston appellant. qui dam Propomata: quæ quidem ut sua quoq sponte nascantur ex uitibus, Ratio a Græcis inuen ta traditur. Condebant & nitro uina. Item marmore, Item sulphure ac cinere: quod miremur. ue teres e uitis maxime sarmentis aut quercu.

VINVM CIDONITES DCCCLXI

VINVM MELOMELI DCCCLXII

VINVM HYDROMELON DCCCLXIII

Ydromelon aliud est q̃ hydromeli ut constat. alioquin & sine melle fingitur quando

h q;, ut Paulus existimat. laudabatur in Græcia quod e Cibyra fictilibus pusillis austerum uinosumq; solebat inuehi.

OMPHACOMELI DCCCLXIIII

o Mphacomeli hoc est mel acerbum, siue acidum.

VINVM APITES, OITES, MESPILITES, CERATITES DCCCLXV

u Inum e Piro: Sorbo: Mespilo: Siliqua ceraunia. differt porro Apites ab eo quod Apia tos etiam Græce dicitur: q illud e Piro fit, hoc ex Apio.

VINVM OENANTHINVM DCCCLXVI

u Inum Oenanthinum quasi labruscatum conuertas. de hoc in Oenanthe dictum.

VINVM RHOITES DCCCLXVII

r Hoites & uinum dicitur: & mel quo punica mala condiuntur.

VINVM RHODITES DCCCLXVIII

u Inum hoc est Rosaceum siue ut palladius rosatum.

RHODOMELI DCCCLXIX

r Hodomeli hoc est mel rosaceum aut rosatum a Paulo et Rhodostacton dicitur. Nā Rho domelon ex rosis & cotoneis malis conficitur.

VINVM MYRTITES DCCCLXX

Inum myrtites hoc est myrtatum Cato docuit fieri e nigra: postea compertum ex alba.

u genus uini Plinio est & Myrtidanum ab ipso nominatū e syluestris myrti baccis: quo & manus tingūt. Myrtidanum Dioscoridi frutex est non uinum ut diximus. aliud ge nus uini est myrtatum: unde myrtata potio nō a myrrha: sed a myrto id est odoramento: quod & Iulius Pollux myrinen uinum appellauit: nostri murinam: q̃q̃ inquit sunt: qui myrinem etiam pro dulci capiunt: quod & Plinio placet ex Lelii Senilæ Capitonisq; snīa. In comœdia certe noua myrines hoc est odoratum uinum Trimma dicebatur. de hoc & in lota diximus. Nā myrrha cō ditum amarissimum sit oportet, quippe quod in cruce domino sit pbitum, non oblectamēti sed cruciatus proposito: idq; non tam myrtatum q̃ myrrhatum scribere oportet. Est & myrtites p mel le myrtato acceptum quandoq;.

VINVM MYRSINITES DCCCLXXI

VINVM SCHININVM DCCCLXXII

Inum schininum hoc est Lentiscinum, siue lentiscatum dicit. Si mastichen uero capi

u at: Mastichites uocabitur. utuntur in hoc cum pice diligentiores. ut inquit Plinius nigra mastiche quā in ponto similem bitumini puenire tradunt. radice iridis oleoq; additis.

VINVM TEREBINTHINVM DCCCLXXII

VINVM PHOENICITES SIVE PALMEVM DCCCLXXIIII

Ino palmeo Parthi & indi utuntur & oriens totus. Phoenicites appellatur quod ex tri

u uiali palma constat; Id autem quod ex abiete palma fit, Spathites & Elatites quoq; di ci potest.

N

VINVM CHATORCHITES AVT SYCITES DCCCLXXV

Inum sycites aliqui Palmiprunum siue Palmiprimum uocãt, nam eius quod sycinum
u appellauere sicut & Ithacomeliæ & lectispagitæ obliterata iam ratio est.

VINVM SYCOMORITES DCCCLXXVI

u Inum e fico Aegyptia siue alexandrina, Item ex cypria, cuius acetum Alexandrino melius est Sycomoriten Græci uocant.

VINVM RHETINITES DCCCLXXVII

u Inũ Rhetinites hoc est resinatum de quo & in Pissite id est picato dictum.

VINVM STROBILITES DCCCLXXVIII

h Ocuinum Hippocrates coniam uidetur dixisse, ꝙ arbor e qua nuces pineæ fundũtur, Conos & Strobilos uocetur, ut alio loco docui. Galenus Coniam pro Pissite cepit.

VINVM E CEDRO CVPRESSO: LAVRO: PICEA: IVNIPERO ABIETE DCCCLXXIX

VINVM CEDRITES DCCCLXXX

Inum Cedrites, a Cedrino differt: ꝙ Cedrites e Cedria fit. Cedrinum ex assulis Cedri
u aut fructu.

VINVM PISSITES DCCCLXXXI

d Iximus de pissite id est Picino aut picato etiam superius.

VINVM ABSINTHITES DCCCLXXXII

u Inum Absinthites fit & alio modo circa radices uitium consito sicut elleborites.

VINVM HYSOPITES DCCCLXXXIII

u Inum hysopites potest & iuxta Radices sato uinum fieri ut absinthites.

VINVM CHAMAEDRITES DCCCLXXXIIII

VINVM STOECHADITES DCCCLXXXV

ACETVM STOECHADITES DCCCLXXXVI

VINVM CESTRITES DCCCLXXXVII

VINVM TRAGORIGANITES DCCCLXXXVIII

VINVM BVNIONITES DCCCLXXXVIIII

VINVM DICTAMNITES DCCCLXXXX

VINVM PRASIITES DCCCLXXXXI

VINVM THYMITES DCCCLXXXXII

VINVM THYMBRITES DCCCLXXXXIII

VINVM ORIGANITES DCCCLXXXXIIII

VINVM CALAMINTHITES GLECONITES ABROTONITES DCCCLXXXXV

VINVM CONYZITES DCCCLXXXXVI

VINVM AROMATITES DCCCLXXXXVII

Inum Aromatites: hoc est odoratum parabilius; & simplicius: Catoni e serta: Iunco:
u Palma.

AROMATITES ALIVD DCCCLXXXXVIII

Thæneus auctor est ut in Myrtite diximus: potionis genus ex aromatis cõfectum: quo
• ueteres uterentur: appellari Trimma: Diximus & de alio aromatite: quod Hippocraticum Recentiores uocant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

VINVM NECTARITES DCCCLXXXXVIIII

VINVM NARDITES DCCCC

h Vic Vino piperi & melle addito fiunt: quæ alii condita, alii piperata appellant. Acetū quoq; piperatum fieri solebat.

VINVM ASARITES DCCCCI

VINVM EX SYLVESTRI NARDO DCCCCII

VINVM DAVCITES DCCCCIII

VINVM HELELISPHACITES DCCCCIIII

s Aluiatum uinum a saluia dici nouimus. Saluiatum uero quo ueterinarii utuntur potionis genus est. Poton græci uocant ex ordeacea, aut triticea farina & sale, a quo forta se saluiatum. Quidam in Columella saluiatum, aut salinatum legere malunt: ab eo salinare uerbum deducitur.

VINVM PANACITES DCCCCV

VINVM ACORITES ET GYGYRHITITES DCCCCVI

VINVM SELENITES SIVE APIATVM DCCCCVII

VINVM MARATHRITES ANETHITES PETROSELENITES DCCCCVIII

VINVM HALOSANTHITES DCCCCVIIII

u Inum e salis flore, halosanthiten græci appellant.

VINVM PHTHORION DCCCCX

n Inum phthorion: aliqui ectromaticon appellant ex elleboro in Thaso fit ibi & uinum condi perhibent, alterum ad soporem, alterum ad uigilias: Cato Ellebori radices in pila contundi præcipit circum uitem dandas. utile id uinum fore ad mouendā aluum sine periculo. Theophrastus in Arcadiæ oppido Heræa uinum tradit esse, cuius potu feminæ pariant: uiri mente cōmoueantur. In Achaia saltu cerynien si uinum & uitem nasci: quæ feminis gustata faciant abortum. In Troezene steriles: Idem auctor uina quædam scribit ethica uocari: Theodorus uertit moralia: etiā si mendose scriptum est molaria quāq; laudant q celeriter purgāt se ac consistunt: quoniam tenuia sunt, & mixturæ immunia ob id ethica dici potuere quasi castigata.

VINVM CHAMELAITES DCCCCXI

VINVM CHAMAEPITYITES DCCCCXII

VINVM MANDRAGORITES DCCCCXIII

VINVM ELLEBORITES DCCCCXIIII

d E altero ellebori te dictum est in pthorio.

VINVM SCAMONITES DCCCCXV

d E altero scamonite legitur in phthorio.

CADMIA DCCCCXVI

c Admiā uocant & lapidem quēdam erosum, ex quo fit æs fusutis necessarium, medicinæ inutile: q̄q̄ Galenus lapidosam cadmiam circa Solos in Cypro insula nascentē fornacariæ prælatam ætate sua meminit inuentu raram. Possidonius quoq; lapidem Cadmiam ex cyprio tantum ære fieri commemorat. Fit autem Cadmia de qua hic loquimur etiā in argenti fornacibus candidior ac minus grauis, sed minime comparāda ærariæ. Plinius captitin hoc est Fumariam appellat eam: quæ fit tenuissima in ipso fornacium ore inuenta: qua flammæ eluctantur exusta & nimia leuitate similis fauillæ. Secunda botryitin hoc est Racemariā: quia interior sit & cameris dependeat: cui prima dignatio tribuitur, grauior priore: leuior sequētibus. Duo huius colores cinereus, & puniceus, qui & melior. Friabilis hæc oculorumq; medicamentis

utillissima. Tertiū genus Placitis aut Placodes, & ipsa ex argumēto qm̄ crusta sit uerius q̄ pumex ponderosissima hæc & intus uaria e lateribus fornacis, fluunt ex ea duo genera Onychitis extra pene cerulea. Intus onychite modo maculosa, Ostracitis tota nigra, & cæterarū durissima: unde nomen.

POMPHOLYX ET SPODION DCCCCXVII

d Epōpholyge, ac spodio cōmuni usu hic agitur, differētia, ut aliqui existimāt q̄ Pōpholyx paratur lotura: Spodiō, siue Spodos illota est. Quidā id qđ cādidū sit, leuissimūq; pōpholygen dixere, & esse æris & cadmiæ fauillā, & ut nomē indicat ampullā qualis ē bullantiū aquarū. Spodiō uero nigriorē pōderosioreq; mixtis scintillis aliqñ & carbonibus. optimā e cypro: ppea Hippocrati melācypriō: quasi atramētū cypriū uocatā interp̄tātur aliq: nā Posidonius e cyprio tātū ære fieri spodiō existimauit, ut Straboni placet: fieriq; liquescētibus Cadmiā ærario lapide leuissimā. hæc euolans e fornacibus, & tectis adhærescēs a fuligine distat candore: qđ minus candidū ex ea fuerit imaturæ fornacis argumentū ē, hoc quidā Pōpholygē uocant. Qđ uero rubicūdius ex iis inuenitur, acriorē uim habet: exulceratq;: adeo ut cū lauatur, si atrigat oculos, excæcet. Est & mellei coloris Spodos in qua plurimū æris intelligitur: sed quodcūq; genus lauando fit utilius. habet & in argēti fornacibus Spodos quā uocant Laurioti, fortasse quā Illyriotin Hippocrates nescio an corrupte. Lauriō certe locus erat iu attica ubi Argētifodinæ quō-
d fuere ut inquit Pausanias. utilissima hæc oculis: quæ fiat in aurariis: Spodiō & ex plūbo fit eodē modo, quo ex ære cyprio mōstrauimus. Fit Pōpholyx & ex sola quoq; cadmia ut Galenus testatur. Aetius inuētu inquit rara est Pōpholyx & adulterati facilis. laudatur uero nō candida, sed quæ subliuet, quæq; carbonibus inspersa, flammam ignis auream uideri faciat.

ANTISPODION DCCCCXVIII

a Ntispodion est, & cinis fici caprificiq;, ac lentisci, e buxi quoq; coma est: pseudo cyperi & Terebinthi, & oenanthes.

AES VSTVM DCCCCXVIIII

a Es ustum, græci calchō cecaumenon uocant. Celsus uero cū cinerē cypriū uocat, aut cyprium æs crematū, aut spodiō cypriam intelligit. Aegyptus collyrii modo terit in coticulis. fuligo æris, siue ut Aetius appellat, ærariorū fabrorū, ephestia græce dicitur.

SCORIA AERIS DCCCCXX

s Coriam metallorum græci, & scoriam, & cibdelin uocant: ut Photioni placet.

FLOS AERIS DCCCCXXI

f Los æris, hoc ē chalcu anthos: differt a chalcantho, qđ atramētū est sutorium. differt et a squāma, quæ ui atq; ictibus clauis & panibus æreis excutit. Flos uero ex iisdē cadit spōte. Fit aūt in ærariis officinis iā fuso ære atq; percocto, additis etiānū carbonibus paulatimq; accēsis: Tū repēte uehemētiori flatu expuit æris Pala quædā (ut Plinii uerbis utar) qđ psegma floreq; uocāt. Est autē Pala ,pprie, ut inquit Strabo purgatioris auri gleba semilibralis, a quo translatū id nomē ē & ad alia. Plinius alio loco Palacas In Hispania dici massas auri scribit ī puteis repertas decussis pōdere: quas & palacranas uocāt; sicut minutū qđ ē balancē. Democritii chymistæ aphrodites sperma hoc est ueneris semē. Nā & ipsū æs nō alio q̄ ueneris uocabulo ,pnuntiant, iidē asciō chalcō ,p æris flore accipiūt: hoc ē quasi exūbratū æs interp̄ter. Sūt q florē diuersum intelligant a psegmate, sed ratio faciendi eadem in utroq; solum quo psegma excipiatur: stratū esse iubent.

SQAMA AERIS DCCCCXXII

s Quama, hoc est lepis, etiam e ferro in usu est ex acie aut mucrōibus maxime simili, sed acriore ui q̄ rubigo. cyprios clauos, de quibus hic habetur mentio: Palladius cuprinos clauos: & cuprinum æs pro cyprio ære appellat: æris inquit Celsus duæ species sunt alia tm̄ æris: alia rubri æris. ueteres ip̄m æs rude impolitūq; dicebāt raudū siue rodū uñ porta Romæ q̄ ærata esset raudera, & raudusculа siue rauduscularia uocaret. Quid si pomi genus inter citrea: qđ rantium uulgo dicitur, ab æris colore quasi raudium uocaris: hoc est fuluum: Est.n. fuluum æs: ut inquit Ennius. q̄q̄ & a Neratio fortassis inuentore Neratium dici potuit: nisi quis non rantium, sed Aranium quasi arianum id est persicum a gente uelit appellatum: Est enim Aria ut inquit Hellanicus. & si recte memini, etiam Herodotus, & Plinius, & cæteri persica quædam regio. Quid item si malum arantium ab Arantia oppido achaiæ dictum coniicias: qđ & pomis fertile scribunt fuisse: a quo effectu posteri phliunta nominauere, ut inquit Stephanus: proinde lacedæmonii mensem in quo terra fructibus abundat Phliasion appellant. Accedit qđ Herculem mala Hesperidum Arantiam primū tulisse credunt, auctore Pausania. Sed uereor ne quis me alias inuidiæ ob noxium: etiam ni mio iuuandi rem latinam studio lapsum prædicet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

SQVAMA ALTERA HOC EST STOMOMA DCCCCXXIII

s Tomoma genus est squamæ subtilius ex summa uidelicet lanugine decussum,

AERVGO RASILIS DCCCCXXIIII

Erugo rasilis quam Græci uocant Ion xyston minus probatur e squamis, ocyssime cõ
a trahit æruginem coronarium æs. Aeruginem maxime Rhodiam adulterãt Marmore.
deprehenditur papyro Galla prius macerato. nigrescit enim statim ærugine illita. de//
prenditur & uisu maligne uirens. Aetugo æris a Columella est ubi ænea rubigo dicta sit a Vi//
ctruuio eruca noiatur eadé quæ rasilis a specie uermiculi eius, ut coniicio, qualis Rhodo fingeba
tur. ob id & genus alterum æruginis ut mox liquebit, Scolex appellabatur. Nam & morbus qui/
dam arborum nunc Rubigo ut Plinius, nunc ærugo appellatus est, ut Hieronymus, quem
Græci Erysiben, Rhodii Erethiben uocant, a colore ut nos Rubiginem a quo & Robur dictum
sit, quia plurimas huius coloris quasi uenas habeant.

AERVGO SCOLECIA DCCCCXXV

Colecia ærugo fit & p se rasa, ex ærario lapide: quem chalcitin uocãt, nominatnr autem
s Scolecia, siue Scolex, uel quia se cõtrahat in uermiculos sponte, uel quia fingatur in
eos arte. Aristoteles in Cypro inquit insula ærariis fornacibus ubi chalcites lapis pluri/
bus diebus uritur: uermiculi medio igne quadrupedes, & pennati nascuntur paulo muscis gran
dibus maiores, qui per Ignem ambulent, & saliant quamdiu ibi sunt, uiuentes. cum euasere lon
gius paulo: moriuntur. Pyralides, siue Pyroti nominantur, uel ut in quibusdam Plinianis co//
dicibus, Pyraustæ.

AERVGO AVRIFICVM DCCCCXXVI

Erugo aurificum, hoc est santerna, quæ a Græcis Ios chrysochoon & chrysocolla dici//
a tur, gluten est & ferrumen auri eius quod argentosum uocant: Signumq; est si addita
ea nitescit. E diuerso ærosum contrahit se, hebetaturq; & difficile annectitur. Fit auté id
glutinum præter ea: quæ a Dioscoride scribuntur etiam auro & spuma argenti additis unaq; con
tritis, utrum uero Santerna hæc an alterum genus intelligatur a Theophrasto chytos argyros hoc
est argentum fusile quom dicat, & mortario, & pistillo æris terendo confici & aceto: nondum li//
quet. In Santerna certe sola quod quidé sciã, mortarium & pistillum ex ære cyprio desiderãt. Sed
cum urina impuberis non aceto. Inuenio & argentum mentitum, hoc est pseudargyron uocari,
quod ex lapide quoddam usto fiat Anderis in Troade: itemq; in Lydia prope Tmolum: huic æs
addendo mixtura prouenit Orichalcum a quibusdam appellata ut Straboni placet. cæterũ chry/
socolla dicitur & panificii quoddam genus, ut in Tritico docuimus. Santernã fortasse dictã pu//
tem quasi Xanthernam: quippe cum legamus æruginem hanc a Græcis quandoq; dici Xanthe//
sin a colore flauo: qualis aureus est. ob id & Latex diuinus ille tingendo auro chymistis tantope/
re quæsitus plerunq; Ios Xystos, & ærugo nominatur.

AERVGO VSTA : : DCCCCXXVII

AERVGO FERRI DCCCCXXVIII

Erugo ferri hoc est rubigo deraditur humido ferro clauis ueteribus. hac Telephum
a Achilles sanasse proditur: q̃q̃ id quidam ex ærea cuspide factum interpretantur.

FERRVM DCCCCXXVIIII

Errum Græce sideros appellatur, candens hoc nisi duretur Ignibus, corrumpitur. Ru/
f bens inhabile est tundendo, neq; anteq̃ albescere incipiat aceto, & alumine illitum fit
æri simile, a Rubigine uindicatur Cerusa, & Gypso, & Pice liquida. hæc est temperatu/
ra a Græcis Antipathia dicta. Ferunt quidam & Religione quadam id fieri.

SCORIA FERRI : DCCCCXXX

PLVMBVM ELVTVM : DCCCCXXXI

PLVMBVM SINCERVM DCCCCXXXII

Lumbi halitus combusti canes ocyssime interficit, sicut omniũ metallorum muscas, &
p culices: q̃ obrem non sunt ea tedia in mettallis. Plumbum crematum cui Cerusa sit ad
mixta pari portione, aut Hordeum, Spodio cyprio a medicis præfertur. Retostum plũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

bum est quando uocetur a chymistis helcysma. laminis plumbi ad lumborum renumq; partes adalligatis somnia ueneris inhiberi prædicãt: quod & Caluus orator, & Frãciscus Barbarus auus meus fecere. athletas Galenus eo remedio uti solitos affirmat. plumbum græci Molibdon uocãt. multum aeris in plumbo esse argumentum est, qđ in statuis aspicitur. plumbum. n. quod pedes earum lapidibus ferruminat, & annectit: ita plerunq; intumescit: ut ex iis lapidibus crystalli modo pendeant uerrucæ. Multa plumbi genera connumerant chymistæ græci. Marinum sordet, & asperum est. Sabyesium, & Dalmatense nitet, ac molle dicitur. in Sardiano teneritas: & ærositas aspicitur.

SCORIA PLVMBI DCCCCXXXIII

LAPIS PLVMBARIVS DCCCCXXXIIII

l

Apis plumbarius, hoc est molibdoides differt a molibdæna, hoc est plumbagine, ut statim constabit.

STIMMI DCCCCXXXV

s

Timmi, nos stibiũ, & stibi dicimus in argenti metallis inuenitur Spumæ lapis candidæ nitentisq; non tamen translucentis. aliqui alabastrum uocant, alabãdum, & alabãdicum Aetius. Duo eius genera Mas horridior, scabriorq;, & minus ponderosus, minusq; radians, & arenosior femina: quam magis probant: nitet friabilis scisurisq; nõ globis dehiscens: Platyophthalmon uocatur, quia dilatet oculos. Gyneceon quia mulieribus obseruiat cilia tingentibus, semiorbesq; pingentibus: unde scitũ illud gæometriam exercere feminas in cilio præsertim in Hispania, Hippocrates certe stibium significat, ut Galeno placet: aut crustas in eo inuentas, quoties Tetragonum in medicina nominat. Democritus Stibium nisi locis distinguit, Italicum, & chalcidonium prodendo. Quidam non adipe utuntur coquentes, sed fimo bubulo. habetur & Stimmi cognomento Regis Alexandri, sed compositio medicamenti ea est ad oculos. Rhyadas hoc est qui delachrymationem arcere non possunt quin per maxillas defluat.

MOLIBDAENA DCCCCXXXVI

m

Olibdæna hoc est plumbago, quam & Galenam uocamus: communis est plumbi, & argenti uena. commendantur friabiles, & modice ponderosæ. quæ sint fossiles, metallicas appellant. Laudatissimæ quæ in zephyrio fiant. Sunt qui molibdænam inter spumas argenti collocent. Fossilis Molibdæna est & ad uicum ergasteriam uocatum. inter Cyzicum & Pergamum octo & quinquaginta millibus a Pergamo distantem. Nominatur, & Molibdæna id est Plumbago herba Plinio contra serpentes etiam in aruo folio lapathi, crassa radice hispida quæ commanducata si oculis subinde religetur, Plumbum, quod est genus uitii, ex oculis tollit.

SCORIA ARGENTI DCCCCXXXVII

SPVMA ARGENTI DCCCCXXXVIII

s

Puma argenti, hoc est lithargyros distat a scoria quo a fece spuma. lithargyros purgantis se matericæ uitium est, Scoria purgatæ. tria spumæ huius genera nostri habent. chrysitin: quæ fit ex ipsa uena, & est optima: secundam argyritin ex argento. tertiam molibditin, plumbi ipsius tusura quæ fit Puteolis, & plerunq; omnes hi colores in eisdem tubulis inueniuntur. Quidam duo genera eius nouere, quæ uocant stelerythida, & peumenen, tertium molibdænam: de qua diximus. omnis autem spuma fit ex cocta sua materia, ex superiore catino defluens in inferiorem. eo sublata uerruculis ferreis in ipsa flamma conuoluitur uerruculo ut sit modici ponderis. Est autem ut ex ipso nomine intelligi potest feruescentis, & futuræ materiæ spuma: differt argyrolithos a lithargyro, ut in lapide selenite diximus.

CERVSSA DCCCCXXXIX

c

Erussa hoc est psymithion colos est e candidis. Fuit & terra per se in Theodoti fundo Smyrnæ ad nauium picturas ueteribus: de qua tamen in terra melina differendum nobis est, nũc omnis cerussa ex plumbo & aceto fit. Sãdyx uero ex cerussa si torreatur æqua portione rubrica admixta. q̃q̃ Virgilius herbam uidetur intellexisse uersu illo.

Sponte sua Sandix pascentes uestiet agnos.

Si Plinio, & Seruio grammatico credamus, qui herbam dicit esse Sãdicem, ex qua sandycinus color fiat. Quidam pro colore ipso acceptam a poeta Sandycem existimant. precium Sandycis in libras asses bini, & semis hoc est dimidium eius, quod Sandaracæ. Paulus Sandycem, & Siricon, & Sericon uocari scribit. Syricon Aetius, & Plinius: hinc hodie ꝑ Mauritani Sarcon eam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nominant. Syricum inquit Plinius facticius eſt colos ex Sinopide ac ſandyce mixtis quo mini/
um ſublinitur adulteraturq;. nam Scyricum aliud genus eſt ut in ceruleo nominauimus.

CHRYSOCOLLA DCCCCXL

Hryſocolla humor eſt in puteorum ſcrobibus per uenam auri canalienſis deflues, craſ/
c ſeſcente limo rigoribus hibernis uſq; in duritiam pumicis. laudatiorem eãdem in æra
riis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt. inuenitur & in plumbari/
is, utilior etiam auraria. Macedonicam Democritus æris ſimilem ærugini deſcribit. In omnibus
autem iis metallis fit & cura multum infra naturalem illam immiſſis in uenam aquis leuiter hye
me tota, uſq; in Iunium mẽſem. dein ſiccatis Iunio, & Iulio: ut plane intelligaẽ nihil aliud chry/
ſocolla q̃ uena putris. natiuam duritia maxime diſtinguit, uuam uocant. & tamen illa quoq; her/
ba quam Luteam appellant: tingitur. Natiua eſt quæ lino lanæ ue ad ſuccum bibendum tundi//
tur in pila, deinde tenui cribro cernitur, poſtea molitur. Demum tẽuius ſic cribratum, quicquid
nõ tranſmeat, repetitur in pila, & iterum molitur, puluis ſemper in catinos digeritur ex aceto ma
cerandus, ut oĩs duritia ſoluatur, ac rurſus tũdiẽ, dein lauaẽ in concis ſiccaturq;. Tum tingitur.
alumine fiſſili & herba ſupradicta pingiturq; anteq̃ pingat, niſi rapiat colorem. Adduntur & Scy
tanum, & Turbyſtum. Ita uocautur medicamenta ſorbere cogentia. Cum tinxere pictores tureſo
bitin uocãt. medici aceſſin, quæ non ſit tincta. duo eius genera pictoribus luteæ quæ ſeruatur in
lomenta, & liquidæ globulis ſudore reſolutis, utrunq; in Cypro fit. alii tribus eam generibus di
ſtinguunt: aſperam quæ taxatur in libras ſeptem: mediam: quæ denariis quinq;: attritam, quam
& Herbaceam uocant, quæ tredecim. luteã porro dictam putant ab herba cognomine a qua etiã
adulteratur. &. n. ceruleo uiridiue ſublitam, & pro chryſocolla inducunt uiliſſimi generis fallaciſ
ſimiq;. creta æſtimatur ſeſtertiis in libras. nouitius eſt & anularius ſed candidus, quo muliebres pi
cturæ illuminãtur ex creta, & ipſe admixtis uitreis gemmis ex uulgi annulis, unde & nomẽ. Chry
ſocollam in Hiſpania copioſiſſimam haberi narrant. Sublinunt autem arenoſam priuſq̃ inducãt
atramento, & paretonio. hæc ſunt tenacia eius & colore blanda. paretonium quoniam eſt natu//
ra pinguiſſimum & propter leuorem tenaciſſimum atramento inſpergitur, ne paretoni cãdor pal
lorem chryſocollæ afferat. Strauit chryſocolla ſpectaculis circi arenam princeps Nero.

ARMENIVM DCCCCXLI

Rmeniũ ſiue lapis armenius & armẽiacus ĩter colores floridos uocatos deponiẽ. ſũt au
a tem colores floridi quos dominus fingẽti præſtat. Minium: cinabaris Chryſocolla: in/
dicũ, Purpuriſſum. Ideo. n. q; precioſi ſunt, legibus excipitur, ut a dño nõ a Redẽptore
repñt[illegible]ur. cæteri auſteri nominantur. Armenia hunc mittit. lapis eſt chryſocollæ modo infectus
optimumq; eſt quod maxime uiret communicato colore cum ceruleo in libras tricenis quondã
nummis. nunc inuenta per Hiſpaniam arena quæ ſimilem curam recipiat ad denarios ſenos uili
tas rediit. diſtat a ceruleo candore modico qui teneriorem armenio colorẽ efficit. differt ſine du/
bio ab armenio ea gleba quam bolon armeniam uocamus dicendam inter cretas.

CERVLEVM DCCCCXLII

Eruleum ſiue lapis ceruleus, hoc eſt Cyaneus a Theophraſto Galenoq; Cyanos maſcu
c lino & feminino genere pronuntiatur. In argenti & auri metallis fit: ſicut & Sil. de quo
prius ut agatur, commodius eſt. color Sili ut Ochræ luteus: qui tamen cremato Sile mar
moroſo acetoq; reſtincto abit in purpureum, quod nos experti ſumus, & teſtantur Victruuius at
q; Plinius. optimum Sil quod atticum uocatur. precium in pondo libræ. xxii. proximum Mar/
moroſum quo tantum utuntur ad abiacos. quoniam marmor in eo reſiſtit amaritudini calcis
hoc ſubdimidio attici precio ẽ. tertium genus ẽ preſſum: quod alii Scyricum uocãt ex inſula ſcy/
ro. Iam quidem & ex Achaia, quo utuntur ad picturæ umbras. cuius preciũ ſextertii bini uel octo/
ni. At quod uocatur Lucidum uenit e Gallia precio Scyrici dupõdiis detractis quo & attico utũ
tur ad lumina. effoditur. & ad uigeſimum ab urbe lapidem in mõtibus: quod quidẽ crematum
adulterium eſt preſſi. Deprenditur amaritudine, & quoniam reſolutum eſt in puluerem. at ce/
ruleum non limus, ſed lapis, & arena eſt. huius genera tria ueteribus fuerunt ægyptium, quod
ad ſincera meracaq; lomenta maxime probaretur. Scythicum ad dilutiora: & enim hoc di//
lui facile. Cumq; teritur in quatuor colores mutatur, Candidiorem, nigriorem, craſſiorem,
tenuiorem. q̃q̃ hoc ceruleo in commune Theophraſtus non Scythico ſolum tribuit, tertium

quod & præferebatar ſcythico cyprium.adulteratur autem Aegyptium,ut idem Theophraſtus
ait quodam genere idq; in gloria Regis Aegyptii aſcribitur:qui primus tinxit.alio loco Plinius
hæc tria cerulei ſiue cyanei faſtigia ægyptium,ſcythicum,& cyprium inter gemmas neſcio q̃ re
ƈte collocauit,ut in caſtigatione Pliniana indicauimus.Et enim ſcire oportet Cyanon etiam gē
mam eſſe proximam & germanam iaſpidi.Ea uero de qua hic agitur,metallicam & arroſam eſſe.
ea res peperit errorem ſcribentibus:ut utrunq; genus pro uno ceu obliti confunderent. Acceſſit
his puteolanum & Hiſpanienſe Arena ſimiliter ibi cœpta cōfici.Victruuius Ceruleum ait fieri are
na cum nitri flore in farinam contrita & æris cyprii ſcobe admixta factis orbiculis:qui ſiccati ur/
ceo fictili conduntur in fornace ut conſudent,atq; ita ceruleum colorem præferunt. Tingitur au/
tem omne ceruleum & in ſua coquitur herba,bibitq; ſuccum.Reliqua curatio eadē quæ chryſo//
collæ.ex ceruleo fit quod uocatur Lomentum.perficitur id lauando terēdoue.Et hoc eſt ceruleo
candidius.precia eius.xxiii.in libra.Cerulei.xviii.uſusin creta calcis impatiens.nouiſſime ſuperue
nit Neſtorianum ab auctore puteolis id curante.Fit ex Aegyptii leuiſſima parte. præcium.xl. in li
bras.Idem & puteolani uſus,præterq; ad feneſtras.uocant Cyllon.Eſt & ſubtiliſſimum gēus Lo/
menti quinis aſſibus taxatum:qđ atticū uocant hoc eſt ut puto λειωμα q̈q̃ lomentū ipſum a Theo
phraſto λέιωμα dici uideo.Cerulei ſinceri experimētum in carbone ut flagret.Fraudatur uiola ari
da decocta in aqua ſuccoq; per linteum expreſſo in cretam erethrian.Sile primi inſtituere pinge/
re Polygnotus & Mycon attico dumtaxat.hoc ſecuta ætas ad lumina eſt uſa. ad umbras autem
Scyrico & Lydio.Lydium Sardis emebatur:quod nunc ut ait Plinius obmutuit.difficillime te
ritur Sil.ab hoc ut arbitrantur aliqui ſilatum uinum:quod & Sil uocatur & ſilaceus color. Sil &
Auſonius poeta nominat,latiaris an peregrina ſit uox addubitans. De uino ſil Cornelius men/
tionem habet.Silatum porro & lentaculum & prandiculum dicebant: quoniam ieiunis & ante
prandium uinum bibere meracum moris eſſet.auctor Feſtus.ob id Græci Dianeſtiſmon & Acra
tiſma id appellabant.Sunt qui a Seſeli quod Tordilon & Sile dicitur:ſilatum uinū deriuent.Sed
auctorem nec ii ullum habent.Erat autem lētaculum,ut Athenæus tradit,buccea ex uino:quod
genus barbari a uino & pane uippam uocant.

INDICVM DCCCCXLIII

Ndicum ceruleo proximum eſt ex India non pridem,ut Plinius inquit apportari cœp
i tum:cuius precium in libras.xvii. alibi denarios uiginti reddit Inexploratæ ſibi hoc
inuentionis fuiſſe tradens:& inter cerulei genera conſtituens.Ratio in pictura ad inciſu
ras,hoc eſt umbras diuidendas ab lumine.quod ex India inquit uehitur harundinum ſpuma ē
adhæreſcēte limo, cum teritur nigrum.At in diluendo mixturam purpuræ,ceruleiq; mirabilem
præſentat.Alterum ſpuma eſt purpuræ.Adulterant uero indicum ſtercora columbina uel cretam
ſelinuſiam uel anulariam uitro inficientes ut Victruuius ac Plinius teſtantur. probatur carbone.
Reddit.n.ſincerum flammam excellentis purpuræ,& dum fumat,ſapit mare. ob id quidam ex
ſcopulis id colligi putant.

OCHRA DCCCCXLIIII

Chram Iuba tradit in inſula rubri maris Topazono gigni.ſed inde non peruehitur ad
o nos inquit Plinius.Ochram ſi quis interpretari cupiat luteam aptiſſime conuerterit.Ni/
ſi lutea ut herbæ & chryſocollæ genus eſſet.Exoleuit inquit attica ochra Victruuius.Inue
niebatur autem tum multis locis etiam in Italia.

CINNABARI DCCCCXLV

Innabari ueteres uſi ſunt ad monochromata hoc eſt ad ea quæ coloribus ſingulis pin
c gebantur.adulteratur ſorbis tritis,aut caprino ſanguine.precium ſinceræ nummi quin
quaginta.Eſt autem Cinnabari ſiue Cinnabaris uera ſanies draconis eliſi, elephanto//
rum in pugna commorientium pondere permixto utriuſq; animalis cruore.Neq; alius eſt color
qui in picturis proprie ſanguinem referre poſſit.pinxerunt & epheſio minio: ubi primum id re/
pertum eſt auctore Theophraſto.ac Victruuio utrūq; omiſſum eſt inquit Plinius:quia nimis acre
exiſtimabatur.Tum quia curatio magni operis erat,Ideoq; trāſiere ad Rubricam & Sinopidem.
Minium ſane inter pigmenta magnæ auctoritatis fuit:quando & Iouis ipſius ſimulachri faciem
feſtis diebus miniandam cenſores locabant.Triumphantium quoq; corpora minio lini ſolita le
guntur.Ideo & in unguenta triumphalis cœnæ addebatur.In Aethiopia & totos tingi proceres,
& deos hoc colore moris fuit.Inuentū Theophraſtus tradit hāc multo añ ſe a Callia atheniēſe ini
tio ſperāte aurū poſſe excoqui arena rubēte in metallis argēti.Reperiebaẗ tñ inqt iā tū in Hiberia.
malo enim ita q̃ in Hiſpania conuertere,ut in caſtigatione Pliniana diximus. Sed durum & are/
noſum.Item apud Colchos in rupe inacceſſa decutiendū ſagittis.Sed id eſſe adulterū. optimum

autem supra Ephesum Clibianis agris Iliba Miniũ scripsit nasci & in Carmania & Aethiopia. Arenam illam Ephesi quam diximus Cocci colorem habuisse prædicant, hanc teri solitam: dein lauari, & quod subsidat, iterum lauari. Differentiam artis esse, ꝙ alii minium faciũt prima lotura, apud alios dilutius id esse, proptereaq; plysina dici: sequentis autem loturæ optimum. Minii uenæ Romam ex Hispania signatæ perferebantur ad dena milia fere pondo annua. Romæq; lauabantur, statuto lege p̄cio septuaginta in libras officinis eius iter ædem Floræ & Quirini positis. Atq; hoc uerum erat minium. Quod uero Dioscorides commemorat adulterinum ac deterius, nãq; ē alterum genus in omnibus fere argentariis & plumbariis metallis quod fit exusto lapide uenis p̄mixto, non ex illo cuius uomicam liquoris æterni argentum uiuum nominant: sed aliis simul repertis, qui steriles etiam sunt plumbi, ne dum argenti. Tales cremati tunduntur in farinam, & hoc est secundarium minium perꝙ paucis notum, multum infra naturale illud sabulum. hoc ergo adulteratur minium in officinis: unde præda societati. Item syrico. Sublini autem syrico miniũ compendii ratio monstrauit, & alio modo furtis opportunum erat: pictoribus plenos subinde penicillos abluentibus. Sidit enim in aqua minium constatq; furantibus. Sincero Cocci nitor. Secundarii autem splendor in parietibus sentire debet imaginem: quanquam hoc rubigo quædam metalli est. Sisaponensibus autem miniariis in Betica: unde ad nos nec aliud fere inuehebatur, suæ uenæ. Arena excoquitur, sine argentoq; eæ contra quam aliis regionibus. Idq; celerrimum auri modo probatur ferro & melius auro candente, fucatum quod est, nigrescit. Sincerum retinet mini aceum colorem. inuenio & calce adulterari. Solis atq; Lunæ contactus inimicus. uindicatur ab hac iniuria, si parieti siccato cera punica cum oleo liquefacta candens setis inducatur. Iterumq; ad motis gallæ carbonibus aduratur ad carbonem usq;. postea candelis subigatur: ac deinde linteis puris: quo modo & signa nuda marmorea nitescunt: quæ Loricatio græce appellatur Coniasis auctor Victruuius. Minium in uoluminum quoq; scriptura usurpatur, clarioresq; literas, uel in auro uel in marmore etiam in sepulchris facit. inter uenena esse minium nemo dubitat.

HYDRARGYROS DCCCCXLVI

h

Ydrargyros siue Hydrargyron ex minio fit tantum secundario. Apospermatismum Draconis non desunt: qui uocent in arte chymica Hydrargyrum: ut fel Draconis Hydrargyrum quod e stagno fit, & quod ex auro Discum solis. Fit & ex marmore, ut Victruuius refert argentumq; id uiuum nominat. Sudor calici detersus in confectura hydrargyri liquorem aquæ habet argenteo colore: unde nomen Hydrargyro. Idem guttis facile diuiditur, & lubrico humore confluit. Hydrargyro quemadmodum & argento uiuo argentum inauratur solum, nunc prope. Cum & in æra simili modo aurum duci legitimum quondam fuerit. Sed alia ratio inuenta est e uiliori materia, ut paulo post dicemus. Quæ autem hic de noxa Hydrargyri a Dioscoride scribuntur: Plinius argento uiuo tribuit. Credo Hydrargyri genus haberi duplex. Factitium quod proprie hydrargyron dicatur, & metallicum, cui sit argenti uiui nuncupatio dicata. Est autem Argentum uiuum argentei liquoris uomica: qui in lapide in uenis Argenti reperto inuenitur: qui & ipse in argentum excoquitur & Achrosyalon priuatim uocatur a chymistis. ꝙq; & pro scitherite lapide aphrosyalos ab iis accipitur. Venenum rebus omnibus est argentum uiuum, omnia ei innatant præter aurum. Id unum ad se trahit mere, ideo & optime purgat cæteras eius sosdes expuens crebro iactatu fictilibus in uasis. Ita uitiis eius abiectis, ut & ipsum ab auro discedat, in pelles subactas effunditur, perq; eas sudoris uice defluens purum relinquit aurum. Ergo & hoc cum æra inaurantur, sublitum brateis pertinacissime retinet, uerum pallore detegit simplices earum aut prætenues: qua propter id furtum quærentes, oui liquore candido usum eum adulterant: mox & hydrargyro. Inaurandum uero æs cruciatur ignibus accensumq; restinguitur sale aceto alumine, postea exarenatur an satis recoctum sit splẽdore deprendente, Iterumq; exhalatur igni ut edomitum mixtis pumice, alumine, argento uiuo inductas brateas accipiat. Argentum uiuum non large inueniri solitum affirmant. Candidum id & fugaci corpore: nec usꝙ consistens, omne tamen corpus fusile recipiens atq; in se contrahẽs: qui metallicas species adulterant, & Chymistæ a fundendo appellantur, siue a succis quos herbarum maxime conquirunt, Immutant rebus nomina, siue ut aliis maligne occultent, in quibus ipsi allucinantur, siue ut præstigias suas uelut quædam mysteria uenerabiliores faciant. Argentum uiuum hermem hoc est Mercurium appellant, Sed aliter quam Græci Aurum Solem: Argentum Lunam, & alia fere ad hunc modum omnia. multos huc Auaricia sola compulit frustra, nundum inuento, qui non oleũ & impẽsam perdiderit, ut de iis iure dici possit, quod

Demetrius Phalereus in eos cauillatus est qui aurum per cauernas scrũtantur, & in eam spem patrimonia sua conferunt & absumunt. ἃ μὲν ἔμελλον οὐκ ἔλαβον ἃ δ᾽εἶχον ἀπέβαλον. hoc est q̃ capere debuerant non cœperunt: quæ possidebant, amiserũt, ut Athenæus, et ante ipsum Strabo meminit. Argentum eos uiuum præcipue torquet indignãtes tam proximã argenti probi spem elabi manibus, nec spissari aut inhiberi motum eius ullo fere modo posse. Argẽtum quidem iam tingit᷑ tam simili colore auri: ut nec Marculo, nec Coticula, nec Pondere, nec alio q̃ lateris & ignium argumẽto dep̃hendatur. Quæ probatio cõmentitia & cupellaria uocari solet, quoniã cõmẽtum illud hoc est laterculis in cuppa uratur. Malum hoc iam late patet: nec Auaritia solum aut Luxuria censenda, sed puerilis quædam uanitas & ostentatio diuitiarum ludicra totis abacis ex hoc adulterio uel principum epulas ornantibus. hinc passim moneta falsa cuditur præsertim ueneta maiore furto, quia nullum sit aurum uel argẽtum Veneto sincerius. præfertur omnibus nummis orbe toto uenetus. huic crimini decemuiralis potestas non aliter q̃ aut lesæ maiestatis: aut uiolatæ Religionis obiecta est. Nihil fere tamen aut graues pænæ sontibus constitutæ, aut imensa præmia deferentibus proposita iuuere. Non erat prius cautum ne cui liceret metalla cruciare. monetarios tantum leges oderant: chymistas esse patiebantur. hoc ipso anno quo hæc prodimus, chymistas quoq; ipsos capitales fecere: simul ut occasionem sceleris adimerẽt. simul ne quis ætatem suam tereret in follibus & ustrinis & capunculis futilibus: quæ iam cõuicio desidiæ Choridiola, siue Scoridiola Græce nominantur.

RVBRICA SINOPIS DCCCCXLVII

Vbrica Sinopis quam Celsus minium Sinopicum appellat Inuenta primum in Ponto dicitur. Nascitur rubrica & in Aegypto & Balearibus & Africa: Sed optima in Lemno & Cappadocia, ut in mẽtionibus duabus proximis indicabitur. speties sinopidis aut sinopicæ tres rubra & minus rubens & inter has media quæ præfertur omnibus: quia minus adulteretur, ob id & Autarcen uocari Theophrastus eam prodidit. pretium optimæ in libras. xii. denarii. usus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat, quæ plus rubet, utilior est abacis. Idem pretium eius, quæ pressior uocatur, & ẽ maxime fusca. usus eius ad bases abacorum. In medicina quoq; blandus emplastris & malagmatis quæ dicũtur phæa. Troianis etiam temporibus rubrica hoc est Miltos in honore fuit Homero teste: qui naues Miltoparias commendãdi gratia uocauit. alioqui ratus in picturis. Rubrica & in ferrariis metallis nascitur picturis apta. Fit & ex Ochra ut dicemus. Quid sit apud Columellam in apum cura lutum punicum, nisi sit rubrica: non satis uideo. Legitur sane rubricam ex Africa uenire quam Cicerculum uocabant cuius precium octoni asses. legitur & lutum uenetum abluendis maculis quæsitum: de quo & Martialis poeta meminit, nisi quis hãc intelligat, quam dixi pressiorem uocari & maxime fuscam esse.

RVBRICA FABRILIS DCCCCXLVIII

Vbrica fabrilis hoc est Miltos tectonice utilissima fabris est: quæ in Aegypto nascitur & Africana: quoniam maxime sorbentur. hæc & in Lemno fit diuerso genere ab ea quæ Sphragis appellatur. Sicut & qua lintearii fullonesq; utuntur in lauando extergendoq; uiribus præcipua. Galenus auctor. Ochra excoquitur In rubricam ollis nouis luto circumlitis. cõmentus hoc esse dicitur Cydius quidam incensis casu officinis, quo magis arsit in caminis, hoc melior, quia nigrior & carboni similis efficitur. utcũq; talis rubrica deterior q̃ natiua semp ut Theophrastus inquit.

RVBRICA LEMNIA DCCCCXLIX

Vbrica siue terrra Lemnia quam Celsus minii Glebam uocat. palmam huic dedere minio proximam. hæc est antiquis multum celebrata cum insula sua: in qua nascitur. hac minium sublinunt adulterantq;, qualis & in Cappadocia effoditur speluncis: quæ saxis adhæsit excellere existimatur. Glebis suus color. extra maculosus, hac usi sunt ueteres ad splendorem. at Sphragis uocatur inquit Galenus quoniam Dianæ signum habeat a Sacerdote imp̃ssum, nec animalium sanguinem misceri: Sed triticum & hordeũ piamenti gratia illi terræ dari. Rubet ambusti modo tumulus in Lemno: ubi hæc legitur prope oppidum Ephestiada cognominatum quod in eum locum Vulcanus ceciderit: quo orientem spectat insula. Ibi nihil iuxta nasci aut uirere. siccari lemniam, nec remollescere sub digito protinus tactã ut Rubrica. Philoctetem sanatum ea ex Hydri morsu Philostratus scribit, ob eamq; rem nouum insulæ nomen inditum, ut pro Lemno diceretur Acesa. huius insulæ uectigalia senatus popu. q; Roma. concessit Atheniensibus fouendo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

CHALCANTHON DCCCCL

Halcãthũ, aut Chalcãthos, aut chalcãthes, ut Strabo appellat, a Cornelio Celso atramẽ
c tum sutorium fere semper cõuertitur, cognationem æris græci nomine fecerunt. Fit in
Hispania e puteis stagnisq; id genus aquæ habentibus. decoquitur ea admixta dulci pa
ri mensura, & in ligneas cortinas funditur. Immobilibus super has transtris dependent restes la/
pillis extentæ. quibus adhærescens limus uitreis acinis imaginem quandam uuæ reddit. exem/
ptum ita siccatur diebus .xxx. hoc ephthon uocant, quod fit & salis modo flagrantissimo sole
admissas dulces aquas cogente. color est ferrugineus, siue ceruleus perq̃ spectabili nitore, uitrũq;
esse creditur. diluendo fit atramentum tingendis coriis. fit & pluribus modis genere eo terræ in
scrobibus cauato: ut Dioscorides tradit. purissimum est quod stalactida, siue stalagmiam: hoc est
stillaticium uocant. Sed ex eo candidum colore uiolam sentiente Leucoion nominant. cætera
uiolacea. Fit autem quod Pecton uocatur: & in saxorum catinis pluuia aqua corriuato limo gela/
scente: a quo & nomen habet. Factitium pallidius est q̃ fossile, quantum colore, tantum & boni/
tate uincitur. maxime probant Cyprium in medicinæ usu quod & solum Possidonius esse cre/
didit. Chalcanthum Galenus in Chalcitin lapidem mutari tempore incipiẽs a superficie testatus
est. In Arena Vrsorũ & Leonum ora Chalcantho aspergi solita dicuntur. tantaq; erat uis in astrin
gendo ut mordere non possent. Differt chalcu anthos id est æris flos a chalcantho latius q̃
ut monendum sit: etiam si Democritus in chymicis florem æris dicendo chalcanthum intellexis
se uideatur: ut chalcantum nominando luteum oui significare uoluit. Atramentum est & quod
melanteriam Græci dicunt, explicandum suo loco: Itemq; melan. Differt Calacanthum a Chal/
cantho, qđ illud herbæ genus est muscas, muresq; necans, nec aliud de ea proditum inuenio: q̃q̃
Græci uulgo calacanthum accipiunt pro chalcantho.

CHALCITIS LAPIS DCCCCLI

Halcitis hoc est lapis ærarius ita dicitur, quoniam ex ipso æs coquitur. Distat a Cadmia
c fossili qđ illa ex subdialibus petris ceditur: hic ex obrutis. Item qđ Chalcitis friat se stati
natura mollis ut uideatur lanugo concreta. Est & alia distinctio, qđ Chalcitis tria præter
se genera complectitur: Aes: Misy: & Sori. habet autem æris uenas oblongas: probatur mellei co/
loris: gracili uenarum discursu. putant & recentem meliorem esse, quoniam uetustate Sori fiat.
Maceratur autem in fictilibus ex aceto circumlitis fimo: diebus .xl. & colorem Croci trahit. Chal/
citis inueterata ut Galenus inquit etiam in Misy transit a summa cute incipiens.

MISY DCCCCLII

Isy quidam putauere fieri exusto lapide, in scrobibus: flore eius luteo miscente se ligni
m pinea fauilla. Re uera autem ex chalciti fit lapide concretum natura: discretumq;: opti/
mo cum teritur, arenosa qualitas siue terrea, similis Chalcitidi. hoc miscent aurum pur/
gant lapidiosius est q̃ Sori.

MELANTERIA DCCCCLIII

Elanteria ex nomine quidem ipso atramentum significat: quemadmodum & Melã: de
m quo post dicemus. differt qđ melan factitium & librarium siue scriptorium atramen/
tum est. Melanteria uero terra.

SORI DCCCCLIIII

Ori cyprium oculis utilius. cætero superatur ab Aegyptio: alterius nationis Sori q̃
s Aegyptium si teratur, splendescit. Sori crassius est q̃ Misy: Chalcitis mediam inter ea
qualitatem habet. Galenus auctor. describitur Sori a Democrito ceruleum scabrum sem
per inueniri solitum in ipso Misye, uocatum ab aliquibus calchanthum uiride.

DIPHRYGES DCCCCLV

Vatuor habent qui æs perficiunt. Aes: Scoriam: Florem: Diphryga: æs ipsum in catino
q defluit: Scoria extra fornaces: Flos supernatat: Diphryges remanet, auctor Plinius:
Quidam perhibent in fornacibus globos lapidis qui coquantur: feruminari, circa hũc
æs feruere: ipsum uero non percoqui nisi translatum in alias fornaces: & esse nodum quendã ma
teriæ, id quod relinquitur ex cocto Diphryga uocari.

ARSENICVM DCCCCLVI

Rsenicum, siue Arrenici tria genera coloris in auro excellentis: alterum pallidius & san
a daracæ similius: quod sit deterius. Tertiũ quo miscetur aureus color Sandaracæ quasi
ex prioribus duobus iunctum. utraq; hæc squamosa: illud uero siccum, purumq; graci
li uenarum discursu fissile. Arsenicum nos & Auri pigmentum uocamus: ut Paulo, & Victruuio,
& Plinio, & Celso placet. Democritii chymistæ Androdamanta quãdoq; hoc appellãt in carma
nia, duos haberi montes Onesicritus tradit: Alterum Arsenici, alterum Salis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

SANDARACA DCCCCLVII

Andaraca inuenitur & in insula rubri maris Topazono:ut Ochra. Sed inde ad nos im
s portari negant. Inuenitur autem & in aurariis:& argentariis metallis:ut in Paphlago//
nia Pimoliseno tractu urbe Pompeiopoli. Sed & i Scythia proxime flumen Hypanin
optima. fit & adulterina ex psimythio in Fornace cocto idq; incendio facto ex casu repertum é. co
los esse debet flãmeus precium i libras asses quin. Victruuius multo meliorem usum præstari ex
fictitia q̃ ex fossili Sandaraca pictoribus existimat.

ALVMEN DCCCCLVIII

Lumen Græcis ab a tringendo Stypteri a dicitur. Qui uolunt hoc exprimere, salsuginé
a terræ finiunt. In cypro candidum:& nigrum exigua coloris differentia cum sit usus ma
gna, quoniam inficiendis claro colore lanis pellibusq; candidum liquidũq; utilissimũ
est contra fuscis, atq; obscuris nigrum ob id Byrsodepsicon utrũq; cognominatur. Et aurum ni/
gro purgatur. Fit autem omne ex aqua limoq; :hoc é terræ exũdantis natura corriuatum hyeme.
solibus æstiuis maturatur. quod fuerit ex eo præcox candidum efficitur. Laudatissimum in Aegy
pto alumen. proximum in Melo. q̃q̃ in medicina ægyptio prælatum. Nascitur & in Hispania:&
ponto, & Strongyle insula. Phorimon uocatur liquidum, cui notæ optimi respõdeant. Quod
an sit adulteratum deprenditur succo punici mali. Sincerũ enim mixtura eius nigrescit. Est & ge/
nus alterum, quod Paraphoron uocant pallidæ:& scabræ naturæ, & quod inficitur galla. Cõcre
ti uero aluminis genus id quod trichitin appellauere, fieri arbitrãtur ex lapide, propterea & chal/
citin uocant. quem Hippocrates meliada: quia sit e Melo nominat: ut sit sudor quidam eius lapi//
dis in spumam coagulati. Strongyle duas habet species fungosum: atq; omnium ore dilui faci
le: quod in totum reiicitur. melius pumicosum:& foraminum fistulis simile spongiæ: nec infici/
ens nigritia. optimum ex omnibus rotundis Melinon. Aluminis, ut breui compræhẽdam, Sex
habentur Galeno summa genera. Scissum, siue scissile, Rotundum, astragaliotes hoc é talare. Hy
gron id est liquidum, placitis:& plinthitis hoc est crustarium:& Laterculariũm. Alumine præ'ita
non incenduntur: id quod & obsidione athenarum sub. L. Sylla Quadrigarius cõpertũ scribit.

SVLPHVR DCCCCLIX

Vlphur Græce Thion nascitur in insulis æoliis iter Siciliam:& Italiam, quas ardere cer/
s nimus. nobilissimum in melo. Sed & Neapolitano campanoq; agro collibus: qui uo/
cantur Leucogæi. libyæ cuniculis effossum curatur igni. genera quatuor uiuum hoc est
Apyron. siue ignes non expertum gignitur solidum id est glebosum, eoq; uno ex omnibus ge//
neribus Medici utuntur, cætera liquore constant:& perficiuntur oleo in cocta. uiuum effoditur,
transluceťq; ac uiret. alterum genus appellant Bolon: quidam pro Sulfure tantum crudo Bolõ ca
piunt. Tertiũ uocaẽ Egula. cui unus dũtaxat usus ad suffiẽdas lanas fullonum officinis qm̃ cando
ré tm̃ mollitiéq; cõfert. Quarto utuntur ad Ellychnia maxime conficienda, ex eo Cauton uocãt.
Cæterum tanta uis est: ut morbum sonticum deprehendat nidore. lusit & Anaxilaus eo condés
in calice nouo, prunaq; subdita circũferés exardescentis Repercussu pallorem dirũ uelut defun/
ctorum effundente conuiuiis. Harpacticon siue harpax appellatur in medicamẽtis a celeritate uel
lendi. habet & in Religionibus locum ad expiandas suffitu domos. Sentitur uis eius & i aquis
feruentibus. neq; alia res facilius accenditur. Fulmina quidem:& fulgura sulfuris odorem habẽt.
ac lux ipsa eorum sulfurea est. porro sulfur in uenis terræ ceu decoctus quidam adeps est tam Vali
da, & firma confusione partium: ut oleum eius arte nulla separari possit in rebus cæteris. ꝓpterea
cum oleacea:& ignea non salsuginea sit eius natura: haud facile diluitur. i spiritum siue nebulam
facile attollitur ac sublime fit. crematum cum ære uiolaceum colorem: cum hydrargyro ceruleũ
facit. Sunt hæc chymistis notissima. non aliud magis in conficiendo auro cõmendantibus q̃ sul
fur. quippe quod splendorem:& colorem metallis afferat: ut corpus:& materiam hydrargyros.
proinde ꝗ sit maris uice sulfur. hydrargyros uero id est Argentum uiuum feminæ: ut Democri//
tus propterea omnis generis metallici spumam esse Argẽtũ uiuum prodiderit. Duobus iis phar/
macum illud fumigeratum potius q̃ compertum etiam Philosophici lapidis nomenclatura no/
bile. Cõficit̃ ab Osthane, Mercurio, Chane, Zosimo, Agathodæmõe, Democriio, q̃q̃ & alii scri
pserunt de miris ne dicã figmentis huius peritiæ. Orus chrysorychites, Pebichius, Comerius, Ioã
nes, Apuleius, Petasius, Pelagius, Africanus, Theophilus, Synesius Olympiodorus Alexãdri
nus, Recẽtiores iis Stephanus ad heracleũ Cæsaré, Heliodorus ad Theodosium. Iã feminæ tres.
Cleopatra Virgo Taphnutia, quæ minus probatur. & Iudeæ gentis Maria quam plurimi secun/
tur. auctores ii occulẽdæ rei gratia nihil fere suis noibus appellant: ut ipam sulfuris:& Hydrargyri
fuliginé Argyrion nama hoc est Argenteum fontem dicant. Asemon uero fuliginis eius ferru//
ginem.

Pumex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

PVMEX DCCCCLX

PVmicis farinam potores in certamine bibendi præsumere, sed nisi uniuerso potu im/
pleant periclitari Theophrastus auctor est: qui & Eudemum pharmacopolam in uige/
simas secundas uices durasse scribat, Ingressumq; balneas nihil omnino reiecisse: sed
quasi nõ bibisset ita cœnitasse pumice uidelicet ab septia staim potione hausto, primum ex ace/
to aspero, mox ex uino, ut errauerint qui locum eum in Theophrasto de uiginti duabus ellebori
potionibus acceperunt cum ex Plinio id facile deprehendi possit. pumice in musti cados addi/
to non ad præsens modo, Sed in totum feruere uina desinunt ui siccifica: pumicis duo significa/
tus. alter notus omnibus altero dicuntur ita & cætera saxa erosa annis qualia in ædificiis ut Pli/
nius inquit musæa uocant dependentia ad imaginem specus natiui arte reddendam. nunc inde
musaica uulgo nominãtur preciosissimis dicata tẽplis. inuẽtum id Agrippæ quidam referunt ac/
ceptum. huiusmodi operis artifices musearios Cassiodorus, & Iustiniani leges uocãt etiam si mu
scarios corrupte multi lectitent. Ammianus Marcellinus musicium opus nominat. In uitis cæsarũ
quas ab Adriano Iulius Capitolinus & alii complures scripsere, pictura de museo nominatur, eti
am si mendose legebatur de musco. laudatissimi pumices sunt in Melo: scyro Aeoliisq; insulis.
probãtur teri faciles, poliendis libris accomodantur: unde repumicatos appellamus. pumex græ
ce cisseris uocatur. q nomen aliud nihil significat q̃ erosum. Etenim uermiculus triticarius: & or
dearius Cis dicitur ut Ips cornicularius. Trips lignarius. Sis uestiarius. Ix uitiarius si Photioni grã
matico fides habenda est. pumicem ueteres etiam spongiam uocabãt. nam & e maris quoq; spu
ma coalescunt aliquando: temq; ex arena littorali: ut in insula Cyclade nisyro. Victruuius quæ
nunc inquit sub Vesuuio monte spongia siue pumex Pompeianus uocatur ex cocto alio genere
lapidis in hanc redactus uidetur generis qualitatem. talis autem pumex inquit: & circum Etnam
gignitur, & collibus Mysiæ qui catacecaumenos a græcis hoc est deustus appellatur. Talis & lipa/
reus est ut inquit Theophrastus: alioquin anteq̃ uratur, niger leuis, atq; farctus. In Melo quoq; in
sula Idem auctor est pumices quandoq; in altero gigni lapide, ponderosum, & nigrum esse sicu
lum: qui & cæteris præfertur,

SAL DCCCCLXI

SAl omnis. græci halas uocãt panaceam Lucretius a remediorũ multitudine. aut fit, ut
palustris, & maritimus: aut gignit ut fossitius. utrũq; pluribus modis. Sed causa gemi/
na. coacto humore: aut siccato: siccatur in lacu Tarentino, Item lacu Cocanico in Si
cilia. & alio iuxta Gelan: & Pachynum tanti splẽdoris ut sentiat imaginem. Item in Phrygia cap
padocia Aspẽdi ubi tantum noctu subuenit, quantum interdiu auferas. omnis est alius sal minu/
tus atq; non gleba. lacus duo in bactris sale æstuant. in Cypro cittieum, ab oppido id nomẽ extra
unt, & memphi e stagno. dein sole siccãt apud caspias portas, quæ salis flumina appellantur. su/
perficie dẽsantur in salem, amne reliquo fluẽte, uelut sub gelu. Item circa mardos. & armenios, &
in bactris amnes Ochus, & Oxus, ex appositis mõtibus deferũr salis ramẽta. lacus in Africa. & qui
dẽ turbidi salem ferũt. calidi quoq; fõtes sicut Pegase. Oromenus salis mons natiui ẽ apud Indos
in quo ceditur renascens. magno uectigali Regũ. Carris Arabiæ oppido muros, domosq; mas/
sis salis faciũt aqua feruminãtes. Inuẽtus & iuxta Pelusium inter Aegyptũ quoq; & Arabiam eti
am per africæ squalẽtia detractis harenis usq; ad Hammonis oraculũ, qualis crescere affirmatur
cũ luna noctibus hammoniacus tractu cyrenaico celeberrimus, sub harenis unde nomẽ, similis
est colore alumini fissili longis glebis, neq; perlucidis ingratus sapore, Sed medicinæ utilis leuis
simus intra specus suos in lucem uniuersam prolatus uix credibili pondere ingrauescens. adultera
tur cocanico & cyprio mire simili. In Hispania citeriore egelestæ ceditur glebis pene translucenti
bus, cui iampridẽ palma a plerisq; medicis tributa. In medis atropatena regiõe stagno cui Spau/
ta est nomen, sal coit pruritum & dolorem tactu ciens. remedium oleo inungere. omnis locus in
quo reperit sal, sterilis est. uulgaris plurimus in salinis mari affuso non sine aqua dulci, sed imbre
maxime iuuante, ac super omnia sole multo. Africa circa Vticam cõstruit aceruos salis ad colliũ
spetiem & in agro Rauennati ceruia ob id, ita ut puto nominata quasi aceruia: qui sole & luna in
duruere, nullo humore diluuntur. uix ut ferro cedi possint. Fit tamen & in creta sine riguis aquæ
dulcis, & in Aegypto. Fit & puteis in salinas in gestis. prima densatio Babyloniæ in bitumẽ liqui
dum cogitur oleo simile, quo & in lucernis utuntur. detracto subest sal. Et in Cappadociæ puteis
ac fonte quem in salinas ingerunt, ubi & specularium modo lapidum effoditur, magno glebarũ
pondere: quas uulgus Micas uocat. In chaonia excoquunt aquam ex fonte refrigerandoq; salem
faciunt inertem, nec candidum. Galliæ Germaniæq; aquam salsam lignis ardentibus infundũt.
Hispaniæ quadam sui parte puteis hauriunt salsuginem muriam appellantes. quercus ad id opti/
ma, alibi Corylus laudatur. Carbo ẽt in salem uertitur, quicũq; ligno cõficitur sal, niger ẽ. umbri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

harundinum,& iuncorum cinerem excoquunt aqua donec exiguum ſuperſit humoris. Quin &
muria ſalſamentorum recoquitur ad naturã ſuam conſumpto rediens liquore uulgo e menis io
cundiſſimis: e ſtagnis maxime laudatur phrygius tattæi cognométo, & Tarentinus qué antiqui
ad medicinæ uſum uehementer probant. Tattæus e Cappadocia magna Phrygiæ parte ſtagno,
Tatta Morimenorum gente naſcit. Nam qui foſſilis in Cappadocia ſal eſt, in laterculis affertur
colopeno,& camiſeno tractu multus, ut Straboni placet: feminis gratiſſimus, quia cutis nitorem
faciat, magis tamen extendit cittieus. Salſiſſimum ſalem putãt qui ſit ſicciſſimus. Suauiſſimũ eſſe
Tarentinum, eũdemq; Candidiſſimú. Fragilis quicunq; candidus: pluuia dulceſcit oís. Suauio
rem rores faciũt, copioſum aquilones. In Igni nec exilit nec crepitat acanthius ab oppido ubi na
ſcit uocatus. nec tragaſeus, ꝓpe ſmynthiũ i troade ab aquis, q̃ tragaſa dicũtur, appellatus, ſiue ut
Iulius Pollux a tragæo, cui Neptunus agros i ſalé uerterit. licebat hũc oíbus gratuito colligere. Ve
ctigalé fecit Lyſimachus. obaruit: uectigalibus remiſſis denuo erupit. Sed nec ullius ſpũ crepitat
in igne, nec ramentũ, aut tenuis ſal. agrigentinus ignis patiés. ex aqua crepitu exilit. rubés mẽphi,
croceus in cappadocia, idemq; odoratiſſimus. i Bactris ruffus circa Oxũ. centurupis, & i ætna pur/
pureus, & in Luſitania utiquit Strabo purpureus albet. Iumẽtorum, & boum oculis tragaſeus &
Beticus præfertur: ad obſonium, & cibũ utilior quiſquis facile liqueſcit. Item humidior. minus. n.
amari ſunt ut atticus, & Euboicus. Seruandis carnibus aptior megaricus qm̃ acer, & ſiccus eſt. con
ditur ſal odoribus, quo & pulmentarii uice uſi ueteres. adeoq; neceſſariũ elementũ eſt: ut tranſierit
Intellectus ad uoluptates animi quoq;. nam ita ut iquit Plinius ſales appellãtur: hinc dicta ſalſa &
uia ſalaria. qm̃ ea ſal ad populos portari conſueuiſſet, Ancus Martius ſalinas primus inſtituit, &
populo congiarium e ſale dedit. ſine ſale hoc eſt mola ſalſa nullũ ſacrũ fiebat. caunites efficax in
collyria. Tebaicus ad pruritum. laudatur & a ſodomis Galeno. Sal uitrũ atq; nitrũ. ſulfuri conco/
ctum in lapidé uertitur. cornea piſcatorũ corpora dicũtur, quia ſole, & ſale obdoruerũt. De agrico/
ſale mentioné in Columella inuenias, niſi pro genere nitri capiat, quod Agrion uocari docebi/
mus haud ſcio præterea qualis ſit.

HALOSACHNE DCCCCLXII

h Aloſachne ſalis genus, & hoc ſpõte natũ, ſpuma ex aquis maris in extremis littoribus
ac ſcopulis relicta. hæc. n. oís rore dẽſat, & é acrior quæ in ſcopulis inuenit. in igni nec
crepitat nec exilit. ad oía i quæ ſales, probatur. ſpuma iocundior & utilior haloſachnen
uocant, & unũ e quinq; alcyonii generibus.

SALSVGO DCCCCLXIII

s Alſugo id é halme: itéq; muria uocari poteſt q̃q̃ & aliud genus muriæ iter ſales diximus
a garo differt halme ét ſi utrũq; ad piſces Galeno teſte pertinet. Garus é ſanies inteſtino/
rum ipſa ut diximus ſecũdo libro. halme uero muries & ſalſilago piſciũ inueteratorum
hoc é ius ſalſum in quo ſeruantur. quã mulieres nr̃æ uulgo ſalimuriã appellãt. hæc a ueteribus &
ſalſugo thaſia uocari ſolita eſt: ita cõdebantur inueterabãturq; piſces ii quicũq; in pruna & craticu
la cõmode coqui poſſent. ob id eos Ariſtophanes Anthracidas hoc é prunarios & carbõarios uo/
cauit. Nos ut arbitror aleculas. huiuſmodi ſunt ſmarides & menæ. Item chalcides quas & chalcidi
cas & ſardas & ſardinos quoq; appellãt. Nã chalceus id é faber alius piſcis é orbiculari ſpecie Cy/
zici frequẽs. carbonarii ſunt & trichides quas & trichias uocãt. nam trichiades ab Ariſtotele dicũt
quæ thynnides ſint, quas tñ ipſas ut Athenæus, quĩto de partibus animaliũ uolumine trichidas
nominat. eiuſdé ſortis arbitror epſetos a coquẽdo noíatos, quos Artemidorus ét pleſtos uocauit.
Sed in Ariſtotele Theodorus naricas interpretatus eſt neſcio q̃ uere. piſcis certe minutus é narica
ut Feſtus iquit. Plautus muriaticã naricã in uaſis ſtagneis apportat in comædia. illud in trãſcurſu
dixerim Sardinos ab Ariſtotele intelligi nõnũq̃ eos qui a nõnullis Eritimi uocãtur. differũt por/
ro Eritimi ab erythinis. nam Eritimos ut dixi ſarda eſt uel ſardæ ſimilis. Erythinus auté is eſt qui a
noſtris uocatur Rubellio. his generibus proximæ ſunt & thryſſæ quas Gaza noſter & ante Gazam
Georgius tiphernas i Strabõe aloſas cõi piſciũ cũ mugili & delphinis Nilo. ſed ita cur uocét, nõdũ
comperi. a quibus diſtãt qui thrattæ ſiue thraſſæ noíantur, & a quibuſdam thettæ. piſciculus & hic
puſillus ac uerſicolor. De aloſis eſt quod dubité ſint hæ quas Romanũ uulgus latias appellat, alo/
ſas Gallia & Germania: culpeas Venetia: in immenſũ prælatis quæ tiberino amne capiantur. an
genus aliud. Athenæus quidem Laton piſcé cõmemorat, qué Archeſtratus poeta præſtãtiſſimum
in Italia naſci cecinit præſertimq; freto ſiculo. hũc in Nilo grandiſſimũ euadere ducentas excedé
tem q̃nq; libras. eſſe autem candidiſſimum & ſuauiſſimũ oíbus modis paratum ſimilé glandi uo/
cato qui amne Iſtro capiatur. Ex aceto & muria fit quod oxalme dicit. ſicut apud Cratinũ ex allio
& muria ſcorodalme. Qui iocularem quæſtionem ſiue gryphum in conuiuio propoſitũ nõ ſol/
uiſſent multabantur hauſtu muriæ, ſed ita ut in uino paulatim & cũm interſpiratione biberetur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

apud alios uictis meracum, uictoribus osculum dabatur.

FLOS SALIS DCCCCLXIIII

Los salis id est halosanthos, siue halysanthon & halasanthion nõ fit nisi aquilonibus. est
f autem fauilla salis, quæ leuissima: ex eo est & candidissima. in totumq; diuersa res a sale
humidiorisq; naturæ et crocei coloris aut ruffi, Si feces imæ concutiantur in uasis uelut
rubigo salis adulteratur & testa trita. Florem salis Cato uocat qui e populari sale candidus arte fa/
ctus sit, propterea & alabaster a Democrito quandoq; dicitur.

NITRVM DCCCCLXV

Itrum græci & litron uocant attice. ueteres hoc ignorauere medici. nõ multum a sale di/
n stat, nec quisq̃ Theophrasto diligentius de eo prodidit. Exiguũ fuit apud medos cane/
scentibus siccitate cõuallibus, uocabãt halmirhaga, minus etiam in Thracia iuxta phi/
lippos. Sordidũ terra, quod appellãt agrion. omissum est e quercu cremata fieri propter impẽdia.
nitrosæ uero aquæ multis locis repertæ, sicut & sulphurosæ: aluminosæq;. Sed sine uiribus dẽsan
di, optimũ copiosumq; ĩ Clitis Macedoniæ quod uocãt chalæstricũ, quo in pane utunt̃ pro Sale
cui & proximũ est natura, purũ & candidum, nitroso ibi lacu exiliẽte e medio dulcis aquæ fonte:
quo semper emicãte, nec auget̃ tñ: nec effluit. ibi fit nitrũ Canis ortu nouenis diebus. Si fuere im/
bres salsius. per aquilones deterius: totidemq; cessat: ac rursus innatat ac deinde cessat. In ægypto
nõ nascitur, Sed cõficitur fuscum lapidosumq; nitrariis nilo infuso. siccantur exc edẽte eo. dece//
dente madẽt. Succo nitri quadraginta diebus continuiis nõ ut in Macedonia statis protinusq; ut
densari est ceptũ, rapitur ne liquescat. conditũ in aceruis durat in lacu Asanio & quibusdam circa
chalcidem fontibus. Sũmas aquas dulces & poculentas tradũt: inferiores nitrosas. in nitro opti//
mum quod tenuissimũ & ideo spuma melior, Aphronitrũ uocata. Sordidũ tñ probant ad infici
endas purpuras, tincturasq; omnes. nitrariæ circa memphim peiores ubi & circa Naucratin dũta/
xat solebãt esse in ægypto, nunc multis in eadem prouincia locis egregie uisuntur. lapidescit cir//
ca Memphim: multis ibi tumulis ex eo saxeis. Faciunt ex iis uasa. liquatum cũ sulfure coquẽtes car
bonibus ferruminant in lapidẽ. Ruffum ibi exit a colore terræ. adulteratur calce, quod & pungit
gustu, odoréq; reddit uehemẽtẽ. Sincerum uero facile resoluitur. Inueterãt ibi nitro res pro Sale.
igni non exilit nitrum nisi e testa, nihilq; gignit aut alit. cum in salinis herbæ, in mari tñ algæ tot
animalia nascãtur. nitrariæ calciamenta protinus cõsummunt, ulcera allata eo celerrime sanãtur.
ibi facta tarde. in nitrariis nõ lippiunt. ægyptiũ teneriores facit Rhaphanos: Sed obsonia alba &
olera uiridiora, Salnitrũ uocabulo uulgi dicitur pulueri conficiẽdo necessariũ: quo ad bellica tor/
mẽta utunt̃. Nouitia pænitendaq; ac pessimo publico inuenta. diuersum a nitri gñribus existimo.
indictũq; ueteribus ẽt si locus in Plinio est ubi de hoc genere loqui uideatur. Sed eum nos men//
dosum credimus.

APHRONITRVM DCCCCLXVI

Phronitrum siue aphrolitrõ maxime laudatur quia sit nitri pars tenuissima. hoc ueteres
a negabant fieri, nisi cũ ros cecidisset prægnãtibus nitrariis, sed nundũ parientibus: itaq;
nõ fieri incitatis: ẽt si caderet, alii operimentorũ aceruorũq; fermẽto gigni existimauere.
proxima ætas in Asia colligi tradit in speluncis distillans molibus, specusq; eos colycas uocant.
dein siccant Sole. Lydiũ in pastillis affert̃. ægyptiũ in uasis picatis ne liquescat. uasa quoq; ea sole
inarescẽtia perficiuntur. differt aphronitrũ ab aphonitro id quod spuma sit, tritũ esse in pollinem
affirmant. cãdidũ & triticeæ farinæ simile. aphonitrum uero siue apholitrũ congelati spetie coit,
eoq; in balneis quotidie ut Galenus inquit ad exterẽdas sordes utimur.

FEX VINI DCCCCLXVII

Ini fex græce tryx uocatur utiq; nõ usta. sicut usta sphecle quasi fecula. interim Spheclem
u pro fece cruda quoq; græci capiunt ut Paulus. Feci tanta uis est ut descẽdentes in cupas,
enecet. experimentum dimissa præbet lucerna q̃ diu extinguatur descẽsionis periculũ de
nuncians. Siccata recipit ignes ac sine alimẽto perflagrat, cuius uis & natura quæ nitro. Fex cũ ex//
pirauerit, lauãdis corporibus & uestibus ẽ utilis, Fex aceti pro materia acrior sit oportet. utriq; mul/
tum adiicit uitium crematio. habet & suã sapa fecẽ: Cratinus poeta comicus hoc est tryga pro ui//
no quoq; accipit aliquãdo. apud nos quoq; feculam qui dixerit pro uino meminisse uideor.

CALX VIVA DCCCCLXVIII

Alx uiua idest Asbestos. differt ab ea calce: quã græci titanon appellãt, ut species a gene/
c re. item a maltha, quæ fit ex calce recenti. uino restinguitur, mox tunditur cũ adipe suil//
lo & ficu duplici linamãto: quæ res omnium tenacissima & duritiam lapidis antecedẽs
quod malthatur oleo preficitur ante. Galenus in Hippocrate maltham pro cera capit.

GYPSVM DCCCCLXIX

g

Ypſum ſiue gypſus ſiue ſpygos ut Theophraſtus quoqꝫ nominat, plura habet gña, nã & coquit̃ e lapide ut in Syria, & Phœnice, ac Thuriis, & terra foditur et quidem ſumma eius cute ut in Cypro. copioſa item Aetolia circa Peroebiã atqꝫ Tymphē, a quo & tymphaciũ ſiue tympheticum uocatur. Qui coquit̃ lapis nõ diſſimilis Alabaſtritæ eſſe debet, aut marmori aeroſo. in Syria duriſſimos ad id eligunt, coquuntqꝫ fimo bubulo ut celerius urantur. optimum fieri compertum eſt ex ſpeculari lapide: qui & Diaphanes uocatur, ſquamam uitalem habente. Gypſo madido utendum eſt quoniam celerrime coit. inepta fit operi durities, tamen rurſus tundi & in farinam reſolui patitur. Natura Gypſi caloris in terẽdo tanti ut rudiculis non manibus tractari poſſit. tenaciſſimus ob id uſus eius in albariis ſigillis ædificiorũ & coronis gratiſſimus, & ad uaporaria conclauiũ apud nos quæ mappas ex noſtra conſuetudine uocamus. Græci pro cymolia ueſtibus poliendis tymphaico utebãtur Gypſo Theophraſti ætate. hinc Gypſati uenalitiorum pedes ut in Cymolia dicetur. Eſt & in Gypſo quod flos appellatur. ueteres chymiſtæ argentum uiuum gelu aſtrictum hoc eſt ſpiſſatum, iam addenſatumqꝫ Gypſon uocabant.

CINIS VITIVM DCCCCLXX

c

Inis Græce Conis & Spodion & Tehpra dicitur & Coloſcertos poetice. Sed lixiuium Conia. Apud nos Lix unũ Lixiuiũ & Lixiua & ut Columella uocat Lixiuia. cinis foci uocatur: dictus forte quia luxatis in potu proſit. unde Gladiatores cũ deluſiſſent, hac iuuari potione uidebantur. cineri omni uim aſtrictoriam ineſſe Dioſcorides uoluit. Negat id Galenus: utiqꝫ ficulneo. ipſum quoqꝫ uinũ, quod anteꝗ prælo preſſum ſit, aut nimium calcatæ uuæ in lacũ muſti fluxerit lixiuũ, aut lixiuiũ muſtum appellat̃. a Græcis uero prochyma. Nam & protoſtactum inuenio apud Paulum. Sed pro cinere Lixiuo qui primus diſtillauerit ut coniectura capio. calidum cinerem Hippocrates Marilem appellauit.

ALCYONIVM DCCCCLXXI

f

It in mari Alcyonium ex nidis ut aliqui exiſtimant Cæicum & Alcyonum: quas noſtri Alcedonas uocãt quaſi algedonas ab algore. ut alii e ſordibus ſpumarũ craſſeſcẽtibus, alii e limo, uel quadã maris lanugine, quo candidius hoc minus probabile. Dioſcorides quinqꝫ genera dinumerat. Plinius quatuor. primum quale Dioſcorides. Secundum molle, lenius, odore fere algæ. tertium candidioris uermiculi. quartum pumici & ſpongiæ putri ſimile pene purpureum: quod optimum, hoc & mileſium uocatur.

ADARCHA DCCCCLXXII

a

Darcha & Adarchiõ & Adarches & Adarchos dicit̃. Itẽ chalamochnus id ẽ calami lanugo. Plinius latinũ adarchæ nomẽ, putauit in Italia naſcẽtis circa tenues harundines hoc eſt in cortice calamorũ ſub ipſa coma e ſpuma aquæ dulcis ac marinæ ubi ſe miſcent.

SPONGIAE DCCCCLXXIII

s

Pongia græce ſpongos appellatur, itemqꝫ ſpongia ut dicunt Attice. inter Zoophyta hoc eſt quæ nec animalium nec fruticum naturam ſed tertiam ex utroqꝫ ſortiantur. Naſcuntur omnes in petris. aluntur cõchis: piſce: limo: ubi auulſorem ſenſere, contrahunt ſe ac multo difficilius uellũtur, exprimẽtes abũdãtiã humoris. abſciſſæ uero ſaniẽ emittẽtes circa Toronem ut inquit Ariſtoteles. ueſci cõchis minutis intra eas reptis conſtitit. auulſaſqꝫ aiunt & ex relictis radicibus recreſcere. in petris cruoris quoqꝫ inhæret color africis præcipue, quæ generãtur in ſyrtibus. maximæ fiunt maucæ. sed molliſſimi circa Lyciam pẽnicilli. in profundo autem nec uentoſo molliores. unde ablatæ ſint ſpongiæ in Helieſponto. circa maleam uero aſperæ ac denſæ putreſcunt in apricis. ideo optimæ in gurgitibus. uiuentes madenteſqꝫ ac illotæ nigricant. adhærent nec parte nec toto. interſunt enim fiſtulæ quædam inanes quaternæ fere aut quinæ per quas paſci exiſtimantur. item aliæ ſed ſuperne concretæ, & ſubeſſe membrana quædam radicibus earũ intelligitur: uiuunt lõgo tempore. peſſimæ ſunt Aplyſiæ quia erui nõ poſſũt, in quibus maximæ ſunt fiſtulæ, & reliqua denſitas ſpiſſa. cæterum aliter diſcreuere genera: earum quidam tria faciendo ſpiſſum ac ꝓdurum & aſperum quod tragos ideſt hirculus uocetur. alterum ſpiſſum & mollius. quod Imauos. tertium tenue denſumqꝫ achilleum inuentu rarum. hoc galeis & ocreis inſeritur, ne ſtrepitũ geſtatu cieant. ex eo penniculi fiunt. medici inſcitia ad duo eas genera redegere. Africanas quarum firmius ſit robur. Rhodiacas quæ ad fouendum molliores. nunc autem molliſſimæ circa Lyciæ urbis Aniphelli muros inueniuntur. mares quæ dicuntur perſorbent tinguntur qꝫ in deliciis aliquando & purpura. Feminis fiſtulæ maiores ac perpetuæ: Tragis tenuiſſimæ ac denſiſſimæ. ab aquilone genitas cæteris præferunt. Nec uſꝗ diutius durare ſpiritum medici, ꝗ in ſpongiis affirmant. Sic & prodeſſe corporibus quia noſtro ſuum miſceãt. hoc genus remedii apoſpongiſmon Archigenes & ſecuti eum medici appellant. Quia uero de penniculis diximus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

ſcire oportet non ſpongias modo ſed,& e codis quoq; ſetas pēnicillos a ueteribus eſſe nomina
tos,quibus calciamenta tergebantur:ob id & tergenteas uocabant eas aliqui.nos uulgo ſetulas.
Eſt enim penis idem quod cauda.uñ penita oſſa obſegmen carnis porcinæ cum coda ſignificat.

CORALLIVM DCCCCLXXIIII

Vantum apud nos indicis margaritis precium,tantum apud indos Corallio. gignitur
q & in rubro mari.Sed nigrius.item in Perſico uocatur Iace.laudatiſſimum in Gallico ſi/
nu circa Orchadas:& in ſiculo circa heliam, & drepãum.Naſcitur & apud Grauiſcas in
Italia,& ante Corniculum, & Neapolin Cãpaniæ maximeq; rubens:ſed molle :& ideo uiliſſi//
mum Erythris.color ſub aqua uiridis .baccæ eius candidæ ac molles.extra rubeſcunt,induran//
turq; ceu corna ſatiua magnitudine ac ſpecie:aiũt tactu protinus lapideſcere ſi uiuat. itaq; occupa
ri,euelliq; retibus,aut acri ferramẽto ꝑcidi,a quo & corallio quaſi curallio ἀπὸ τῆς κουρᾶς nomẽ
idituin,nec aliter ſane Theophraſtus q̃ curallium appellat.a rãdẽdo.s.ob id & Gorgonia quoq;
dictum putatur.itemq; Dendritin hoc eſt arboreum. probant q̃ maxime rubens,& q̃ ramoſiſſi/,
mum.damnant inane aut concauum. auctoritas Baccarum Indis utroq; ſexu precioſa.Religio/i
ſum etiam id geſtamen aruſpices eorum uateſq; inprimis habent,priuſq̃ hæc noteſcerent. Gall
gladios,ſcuta, galeas adornabant corallio : poſtea Indis uniones ſuas pro corallio muttãibus in
penuria eſſe cœpit.ſurculi eius infantiæ adalligati tutellam habere creduntur. ignibus diu repu/
gnant.Eſt & lapis Corallius,uel ut quidam ſcribũt colaris,multum a corallio diuerſus. Pyrites a
quibuſdam appellatus,quoniam ſit plurimus ignis illi.Sed eſt alius etiamnum Pyrites in men/
tionem ſuam ſeruandus.Qualis porro lapis erythros hoc eſt rubens ab Hippocrate ſignificetur,
quo mulieres inquit explorantur an ſint prægnantes,niſi aut corallium ſit,aut Pyrites, aut etiam
Hæmatites,affirmare nihil habeo.

ANTIPATHES DCCCCLXXV

Ntipathes pro genere corallii quale ſit in Plinio haud facile docuerim,niſi quis intel//
a ligat fruticem circa Troglodytarum inſulas naſcẽtem in alto quem Iſidos Plocamon:
uocari tradit Corallio ſimilem,ſine foliis ſentiri eum ſe capi durariq; colore in nigrum
cum cadat frangi.Theophraſtus corallii duo uidetur ſtatuere faſtigia:unum quod rubens rotun/
dumq; eſt,ut radicula in mari naſcens:alterum huic nõ multum diſſimile:quod Calamus inquit
uocatur indicus:qui duratur in ſilicem.Plinius inter gemmas enumerat corallida minio ſimilẽ:
quæ in India, Syeneq; gignaƭ.fortaſſe per Theophraſti tẽpora minus erat corallii uulgatus uſus

LAPIS PHRYGIVS DCCCCLXXVI

l Apis phrygius gleba eſt pumicoſa.Plinius medicinæ utilem negauit.

LAPIS ASIVS DCCCCLXXVII

Sius & aſia petra diciƭ.Eſt & aſſius per duplex.s.ab Aſſo Troadis,ut inquit Plinus.Sed
a ab aſio diuerſus. ille ſarcophagos quoq; nominatur ab effectu:qualis & in Lycia & in
Oriente habetur.& in Myſia quoq; inueniri eum Stephanus affirmat:At noſter hic per
ſimplex.s.fere ſcribitur ab auctoribus guſtu ſalſus. corpora defunctorum condita Sarcophago
conſumi intra.xl.diem.Sed illata quoq; mortuis lapidea fieri traduntur.in Oriente adalligata ui
uentibus eroduntea.

PYRITES DCCCCLXXVIII

Yriten ſunt qui & Sideriten uocitent & Androdamanta & Boſtrychiten. in Cypro re//
p periri uolunt & in metallis,quæ ſunt circa Acamaniam:unum argenteo colore : qui
& argyritis a Democrito cognominatus uidetur. alterum aureo.aliqui tertium genus
faciunt,quod plurimum ignis habeat ponderoſiſſimumq; ſit: quos & uiuos appellamus. hi ex/
ploratoribus caſtrorum maxime neceſſarii:quia clauo altero ue lapide percuſſis excutiuntur ſin//
tillæ.quæ ſulſure exceptæ,aut fungis aridis,aut foliis celerrime ignem trahunt.Pyrites & gemma
eſt. nec ſcio an diuerſa ab hac,nigram eſſe inuenio & attritu digitos urentem.pro Pyrite in me
dicinas uenit mylios ſiue mylitis cochlax appellatus hoc eſt molarius inſula Niſyro plurimus,ab
Hippocrate lapis niger, ut Galeno placet.Mylias ab Theophraſto & Heliano ex Aethna mõte flu
ens luti nigri modo in Sicilia poſt dureſcens colore cuſtodito.fluunt & Pyromachi dicti, ut idẽ
Theophraſtus ait.

LAPIS HAEMATITES DCCCCLXXVIIII

Aematites reperitur in metallis.uſtus minii colorem imitatur.adulterãt Schiſto : ſed diſti
h gunt uenæ rubentes. Eſt & Magnetis genus unum hæmatites appellatum : præter hoc
quinq; genera Hematitarum traduntur.Aethiopicum,cui & principatus datur.alterum
Androdamanta uocãt,colore nigro,pondere ac duritia inſignem:& inde nomen præcipueq; in
Africa.trahere autem in ſe argentum,æs,ferrum:experimentum eius eſſe in Cote ex lapide baſani

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

te .reddere enim succum sanguineum. Tertium genus arabici uix reddẽtis succũ ad cotem aquariam aliquando croco similem pari duritia cum secũdo. Quarti generis Helatites uocatˀ q̃diu crudus sit. Coctus uero Milites aut etiam Miltites ad omnia utiliorˀ q̃ Rubrica. Quartũ iis adiicitur Schistos, de quo protinus mox agitur.

LAPIS SCHISTOS DCCCCLXXX

Apis Schistos cognationem cum Hæmatite Habet. sed peculiare in Schisto ꝙ Splẽdet.
l Est & Schistos alterius omnino generis q̃ hæmatites, quem cognominãt Anthracitin nasci tradẽtes in Africa: nigrũ qui attritus reddat aquatiis cotibus ab ea parte, quæ fuerit ab radice nigrum colorem. ab altera parte croci. Sunt & gemmæ plures hoc nomine carbunculi, quarum aliæ preciosæ sunt: aliæ uiliores, ut quæ nascuntur in Græcia: Theophrastus auctor ac Plinius.

LAPIS GAGATES DCCCCLXXXI

Agatem aiunt & in leuco pamphyliæ (ut arbitror) promontorio, aut lyciæ prope Cy
g prũ insula, expelli mari atq; ibi intra duodecim stadia colligi. Solinus, & in Britania Gagatem gigni tradidit. planus est pumicosusq; non multum a ligno differens, fragilis odore, si teratur grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. accenditur aqua: oleo restinguitur. deprehendere dicitur uirgines suffitu. hoc & magi utuntur in ea: quam a securis argumẽto uocant Axinomantiam peruri eum negantes, si euenturum sit quod quisq̃ optet. dictum a fluuio in Lycia cognomine Dioscorides affirmat. nullum se Galenus in Lycia comperisse tradit amnem, qui Gages aut Gagates uocetur. Photion grammaticus oppidum in lycia fuisse Gagas a Rhodis cõditum scribit. Plinius rhodiopolin a Gagis diuersam facit. Stephanus gagas oppidum in lycia fuisse, quod Palæontichos ante diceretur. Crustaceos uero lapides atq; nigros. & qui in ignem additi exilem flãmam ederent, bituminis odore in Syria coele inuentos sibi meminit in collibus mari mortuo circundatis ad orientem solem spectantibus: ubi & bitumẽ quoq; nascitur: utilissimos tumoribus in genu diuturnis.

LAPIS THRACIAS DCCCCLXXXI

It lapis thracias, qui exemplaribus Plinii quibusdã Meiulla dicitur, trium generum,
f uiridis pallidæ sanguineis guttis. non habeo certum proferre. nomẽ gentis suæ habet, ut cecinit Nicander, quemadmodum & Cappadoces in Argæo cappadociæ nascẽtes simili cum prioribus natura, qui & in lacteum cremorem soluantur. ut Galenus & Paulus ægineta scribunt: qui & Ageraton lapidem commemorãt astrictoriam & discussoriam uim habẽtem, & gutturis inflammationibus auxiliarem, quo sutores uti soleãt ad dãdum calceis nitorem. præterea & hieracitin: ut Diogenes scriptum reliquit, subuiridẽ ex atro coloribus item aliis respersum, quem qui gestet, muscæ nõ infestent. hũc literis quibusdam inscriptis contra sanguinis eruptiones ualere perhibent. Addiderũt iis & indicum subruffum colore, attrituq; succo purpureo manãtem: nec ualido nec denso corpore. Inuenio & perdicitin siue perdiciatin, & alium a sorbi similitudine, ut uitrum cognomento scythicum ad omnes duritias pollẽtes. in compositionem illam quæsitas quæ Pamplethes, & Diacinnabareos uocatur ab ægineta Paulo. uitem ad oculorũ quoq; suffusiones cõmendant cum felle aspidis acontiæ uocatæ mirabili effectu post quintum diem repũtata curatiõe. id fel in serpẽtis eius dorso iocinori ãnectitur ut Aetio placet.

LAPIS MAGNES DCCCCLXXXIII

Apis magnes, quẽ & Magnitin Græci dicũt. Item Sideritin & Heracliõ idest herculeũ.
l magnes ab inuẽtore uidetur appellatus. in India nũc & passim ĩuenitur in Hispãia quoq;. Repertus autem scribitur clauis crepidarum, & baculi cuspide ferrata hærẽtibus cum armẽta pasceret. Quinq; genera eius ferũtur. Aethiopico prĩcipatum dãt. argẽtoq; repẽditur. Inuenitur ĩ Aethiopia Zmiri. Ita uocatur regio harenosa: Ibi & sanguinei coloris, sanguinemq; reddẽs, si teratur: Sed & crocum: Hæmatites cognomine in trahẽdo ferrum nõ eadem natura qua cæteri magnetes. æthiopici argumẽtum est, ꝙ magnetem quoq; alium ad se trahit. Secũdum genus magnesiacum e Magnesia & cõtermina ei Macedonia a Bebonea locatum petẽtibus dextra. Tales ruffi nigriq; sunt: Tertium in echio Boetiæ ruffi coloris plus habẽs quam nigri. Quartũ circa Alexãdriam Troadem nigrum, & feminei sexus: Ideoq; sine uiribus. Quitum in Magnesia Asiæ deterrimum. nam & cãdidus est, neq; attrahit ferrum similis pumici. In eadem Aethiopia mons haud procul gignit lapidem Theamedem, cui cõtraria magneti natura, ferrum omne abigens respu[i]nsq;. trahitur ad Magnetem ferrum, quia sola fere materia ea uires ab eo lapide concept[u]s diu retinet. Aliud apprehendẽs ferrum, ut ãnulorum catena uideatur: quod quidem imperitum uulgus appellat ferrum uiuum, uulneraq; ex tali asperiora fiunt. lapis hic & in Cantabria erui[t]ur. Non ille magnes uerus caute continua, sed sparsa Bubbatione ita appellãt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

nescio an uitro fundendo perinde utilis: nondum.n.expertus est quisq̃.auctor Plinius.ferri,utiq;
inficit aciem ut Magnes.Dinocrates architectus Alexandriæ templum Arsinoes concamerare cœ
perat magnete lapide.itercessit mors & ipsius,& Ptolomæi Regis,qui id sorori suæ fieri cupierat,
ut simulacrum eius e ferro pẽdere in aere uideretur: quod genus præstigiæ ad superstitionem su
am Arabes commenti dicuntur in eo feretro,ubi auctor eius sectæ conditus existimatur. Dioge/
nianus magnetem uerum argento scribit esse tam similem,ut decipiat.Nec hunc lapidem,qui fer
rum ad se trahat: magnetem: sed heracleoten appellandum esse.

LAPIS ARABIVS DCCCCLXXXIIII

LAPIS GALACTITES DCCCCLXXXV

Alactites ait Plinius ex uno colore lactis est succo quoq; eius & sapore,a quo nomẽ: de
g hac intelligat an diuersa dubium quando cineris colore traditur a Dioscoride non la/
ctis.Est & Galaxia,quam aliqui Galactitem uocant intercurrentibus sanguineis aut can
didis uenis.Nam chalaxia grandinum & colorem,& figuram habet,unde appellata est,adamã/
tinæq; duritiæ narrant etiam in ignem additæ manere suum frigus.Ergo pliniana Galactites,quã
aliqui & Leucogageam,& Sinephyten,& Leucographin appellant, uidetur ei proprior quæ &
Morochthos,& Leucographis,& Galaxia Dioscoridi & Galeno dicitur,ut paulo post liquebit,
utcunq; infantium adalligata collo saliuam facere dicitur: In ore autem liquescere: memoriam
adimere uel iniuriarum.Mittit eam Nilus,& Achelous quoq; amnis. Sũt qui & Smaragdum al
bis uenis circumligatum Galactiten inquit uocent.Est & gemma galaicos distans ab hac argyro
damanti similis,paulo sordidior.Inueniuntur autem binæ aut senæ.

LAPIS MELITITES DCCCCLXXXVI

Elitites lapis dictus,quia succum tonsus melleum emittat.differt ab hoc Melichrus: cu/
m ius plura sunt genera.Melleus colore. differt & Melitis a malo,cuius imitatur colorem
appellatus.

LAPIS MOLOCHTHVS DCCCCLXXXVII

Apis molochthus aut morochthus,siue ut Galenus & Paulus uocauit moroxus & Gra
l phis haud uideo eundẽ cũ eo esse,qui molochitis a colore maluæ dicitur spissius uirẽs:
nec translucida.reddendis laudata signis,& infantium custodiæ.Sit autẽ morochthus,
quem Plinius in ore ait liquescere,de quo ĩ galactite diximus ex collatione Dioscoridis subodo/
rari potest aliquid dicentis mollem eum esse,diluiq; facilem.ut uel idem cum Pliniano uel simi/
lis esse uideri possit.Nominatur & morochthos Plinio sed inter gemmas lacte sudans porracea.
Idem auctor & leucographin inter herbas collocat: nec qualis ea sit reperisse unq̃ fatetur eosdem
ei effectus reddens: quos hoc loco Dioscorides,Galenus,cæteri ut propterea non desint: qui Pli
nio quasi pro herba lapidem acceperit: increpitent.Sed auctor grauissimus aliorum sententiam
non suam opere toto recitat.

LAPIS ALABASTRITES DCCCCLXXXVIII

Labastrites,siue Oniyx in alabastro Aegypti circa Thebas nascitur: quem ĩ ædificiorum
a quoq; ornamentis includunt.nascitur in Syriæ damasco candore intercincto uariis co
loribus.cæteris omnibus candidior.probatissimus in Carmania: mox India. Iam qui/
dem & in Syria Asiaq;.uilissimus & sine ullo nitore in Cappadocia.probatur maxime mellei co
loris in uertice maculosi,atq; non translucidi.Vitia ĩ iis corneus color,atq; candidus,& quicquid
uitro simile est.alabastrites ad unguẽtorum fidem laudatissimus: unde uas idest Onycem unguẽ
tarium uocamus,quod & Alabastrum,& Alabastum quoq; dicitur ẽt e uitro interim.Est & Onyx
inter ostrea,ut uolumĩe secundo patuit.habetur & Onyx gemma: In qua unguis humani simili
tudine candorem esse dicunt.alabastrites porro & in Arabiæ montibus & Germania quoq; repe
rit,ex quo & uasa potoria,& pedes lectorum,& sellæ delitiis factæ.Item amphoræ & urcei cado
rũ magnitudine.Iã colũnæ triginta duos pedes lõgæ.sunt qui hac amplitudine nõ Onycẽ,sed
Onychitin uocẽt.differt ab alabastrite alabandicus,siue abalãdicus: &.n.utroq; mõ legitur.color
alabãdico subnigrat ex ruffo.pspicuus est ut ignis & quibusdã quasi rimulis uenisq; dehiscit.ca/
pillos albos attritus inficit.dr̃ alabastrus Democrito & sal oĩs,& calx uiua: quæ de putaminibus
ouorũ cõficitur.hæc ipsa Encephalos quoq; dr̃ a chymicis,& marmor Thebaicũ,& Claudianũ.

LAPIS TYITES DCCCCLXXXIX

Apis Tyites a Plinio Mortariorum uocatur,quoniam Thya mortarium significet etiã
l Acone dictum Hippocrati,ut Galeno placet.

LAPIS IVDAICVS DCCCCXC

h Ic & Tecolithos uocari cœptus,q̃a calculos absumat: q̃ a Galeno falsum existimat.

LAPIS AMIANTVS DCCCCLXXXXI

Apis Amiãtus ueneficiis resistit oĩbus p̃sertim magorũ. hoc q̃ de lapide Adianto dr̃ te
l xi ex eo uela: quorũ ignis uelut aqua sordes eluat. De lapide quodã nascẽte in Carysto
Euboeæ Strabo retulit.

LAPIS SAPPHIRVS DCCCCXCII

Apphiri aureis punctis collucẽt: ceruleæ raroq̃ cũ purpura. optimæ apud Medos, nusq̃
s tamen perlucidæ. præterea inutiles sculpturæ interuenientibus cristallinis centris. Sap/
phirum gemmarii inter Iaspides collocant.

LAPIS MEMPHITES DCCCCLXXXXIII

l Apis memphites gemmantis est naturæ.

LAPIS SELENITES DCCCCLXXXXIIII

Elenites fulgore melleo, perspicuus nomine accepto, quia imagiẽ Lunæ reddat in di//
s es singulos augescẽtis, minuentisq̃ numero. hunc semper Galenus Aphroselenon ap
pellat. chymistæ Aphroselenon etiam Comarin, & a leuitate ponderis Cupholithon &
Argyrolithon quandoq̃ uocitant. habetur & Comaris apud eos Scythica pro Arsenico & sul//
phure. itemq̃ pro lapide philosophico toties a nobis indicato coarguendi potius & irridẽdi pro/
posito, q̃ monstãndi. Seliniten Eustathius alium quoq̃ lapidem intelligit, qui & Asterius & Lych
nites uocetur nascens in Thracia Pallenes littoribus auctore Dionysio. Plinius Lychniten ab aste
rio diuidit, itemq̃ Selinite. Sed ut herbarum, sic & lapidum uocabula cõfundimus.

LAPIS IASPIS DCCCCLXXXXV

Apis sæpe trãslucet ac uiret. Smargdo similis indica est. Cypria colore glauco & pigui.
l Persica similis aeri: quæ ob id Aerizusa uocatur. Thermodontiaca cerulea & Scythi//
ca iter ceruleas oẽs optima. Phrygia purpurea. Cappadox ex purpureo: cerulea: atq̃ nõ
efulgens. Thracia indicæ similis. Chalcidica turbida præfert omnibus, quæ purpuræ quicq̃ ha//
bet. Secunda quæ rosæ. tertia quæ Smaragdi. quarta cœlo autumnali matutino similis: quæ Bo/
Sa appellatur & Aerizusa. Similis ẽ & sardæ imitata & uiolas. non minus multæ speties reliquæ
ed omnes in uitro ceruleæ, aut cristallo similes, aut pituitæ atq̃ muco: siue ut Pliniu sMyxis. itẽ
Resinæ Terebinthi, quã & Terebinthi Zusam uocãt, inter ceruleas & ipsam marem existimantes.
Nam quæ Iaspachates appellatur ex Iaspide Smaragdo simili & achate proprietatem suam habet.
præstantiores Sphẽdone idest funda cludi solent id est patentes nec præterq̃ margines auro am//
plectente. uitium est & breuis nitor & longe splendens & sal & omnia, quæ in cæteris gemmis: ui/
tro adulterata coarguitur extra fulgorem spargẽdo, atq̃ non cõtinendo in se: nec in diuersa, quæ
sphragides uocantur. quoniam optimæ omnium signẽt. ea quæ Smaragdo similis per transuer//
sum linea candida præcingitur. Oriẽti familiarissima pro Amuleto Garãmatias uocatur. quæ plu
ribus polygrammos. est & onychipuncta, quæ iasponyx dicitur & nubem complexa & niues imi
tata. quæ stellata rutilis punctis est. & sali megarico similis & fumida. Capnias siue capnitis appella
ta. magnitudinẽ Iaspidis undecim unciarum uidit antiquitas. effigie Neronis thoracata. inter
ceruleas post Scythicã cypria: post quam ægyptia. adulteratur maxime tinctura. Idq̃ in gloria Re
gum ægypti ascribitur ei: qui primus tinxit. inest aliquando ceruleis aureus puluis: non ut in sap
phiris puncta. Galenus iaspidem medicinæ utilem Chloron Iaspin hoc est uiridem cognomi//
nat. inscribi iussit in Iaspide draconem radios habentem Necepsos Rex ad stomachi fulturam.
Sed idem p̃fectus est in torque suspenso eo rudi. ita ut os stomachi attingat.

LAPIS AETITES DCCCCLXXXXVI

Apis aetites: quem aliqui Gagiten dixere. Strabo Gangiten in Armenia repertum scri/
l bit: quo serpentes fugantur: hunc an alium accipiat: nondum liquet. in ædificatur ni//
do aquilarum: non tamen omnium, nihil igne deperdens. Sed uis eius medica nõ ni/
si nido direpti. aiũt binos inueniri marẽ & feminã: nec sine iis parere Aquilas & ideo binos tan/
tum. genera eius quatuor feruntur. in Africa pusillus & mollis, ac uelut in aluo habens argillam
suauem candidam. ipse friabilis, quem feminam existimant. in Arabia mas durus, & similis gal/
læ aut subrutilus: in utero continens lapidem durum. Tertius in Cypro colore africani, amplior
tamen atq̃ dilatatus. cæteris enim globosa facies. habet in aluo harenam iocundam & lapillos. ip
se tam mollis ut etiam digitis fricetur. quarti generis Taphiusius uocatur nascens iuxta Leucadem
in Taphiusa: qui locus est dextra nauigantibus ex hac ad Leucaden. inuenitur q̃ ĩ fluminibus can
didus ac rotundus. huic est in aluo lapis, qui uocatur Callimus: nec quicq̃ tenerius. Nam cala//
is aliud genus est lapidis, a quo & calainus color pro Veneto, si Photioni credendum est. Ego eti/
am sordidũ colorẽ Pliniũ secutus calaini appellatione possum capere. amplitudine inquit con//
spicua sed fistulosa & sordium plena est callais. hic & Augites a multis dr̃. quæ uero Calaina ostra
ca nominat Aetius pilos extenuãtia cõsiderantibus relinquo, apud chymistas uiuæ calcis aquam

nuenio calaion uocari.de calaino etiā colore Dioſcorides in iaſpide ſupra mox cōmeminit. iidē
aetiten pro chryſolitho & porphyrite & chryſochromo cognomine macedonico & polychromo
accipiunt.

LAPIS OPHITES DCCCCLXXXVII

Phites marmor eſt ſerpētium maculis ſimile:a quo nomen.duo eius genera molle can/
o didum:nigricans:durum.ex ophite columnæ niſi paruæ admodum inueniuntur. in/
ter ophitas exiſtimari fere poſſunt propter colorem quod auguſteum uocant & tiberiū.
In ægypto utriuſq; principis temporibus reperta.differunt q; maculas diuerſo modo colligunt.
auguſteum undatim criſpatur in uertices.Tiberium ſparſim conuoluta canicie ſpectat.Theophra
ſtus lapidē chiū uocando uidetur ophitem intellexiſſe.in ægypto inquit naſcit̃ lapis niger trāſlu
cidus chio ſimilis,quem locum Plinius ita uertit,Theophraſtus inquit auctor eſt tranſlucidos la/
pides in ægypto inueniri quos ophitæ ſimiles ait.fortaſſe quia uerſicolores illas maculas ut ait Pli
nius primæ chiorum lapidicinæ oſtenderunt.

LAPIDES SPONGIARVM DCCCCLXXXVIII

Apides qui naſcunt̃ in ſpongiis & ipſi uocantur ſpongiæ.quidam eos cyſteolithos uo/
l cant:quia ueſicæ medeantur.Sunt & pumicum in genere:quos ſpongias uocant: ut in
Pumice docuimus.

l
LITHOCOLLA DCCCCLXXXVIIII

l Ithocolla nomine ſignificat glutinum ex lapidibus.

LAPIS OSTRACITES

Stracites a teſta nomen habet,tranſilit & ad gemmas ſi quidem ut Plinio placuit oſtraci M
o as ſiue oſtracites altera eſt teſtacea & durior.altera achatæ ſimilis. niſi qđ achates politura/
pingueſcit.duriori tanta uis ineſt ut aliæ gemmæ ſcalpantur fragmentis eius.habetur &
Oſtracides,cui oſtrea nomen & ſimilitudinem dedere.

LAPIS SMIRIS

Ota uulgo ſmiris uel ipſo nomine q̈q̈ Smirium potius q̃ ſmirin officinæ appellant:cu MI
n ius fragmentis gemmæ aliæ ſcalpantur:quo uſu Plinius ſecundus non ſmirin ſed oſtra
citen uocauit ut ſuperius proxime notauimus.

HARENA LITTORVM

Arena littorum græce Pſammos & Hammos ægialitis uocatur.Quæ porro calculoſa la MII
h pidoſaq; eſt Acholax poet is dicitur:harena ſecantur marmora premente eam ſerra .in
prætenui linea uerſando tractuq; ipſo diuidēte.æthiopica ad hoc maxime probatur.pro
xima indica & ſcabrior:qua combuſta poliunt marmora.Scabra eſt & Naxia & a Coptis quæ uo/
catur ægyptia.poſtea inuenta eſt nō minus probanda ex quodā Adriatici maris uado æſtu nudā
te , obſeruatione non facili.fraus deinde ſecandi quacunq; harena fluuiatili, quæ quod craſſi/
or eſt laxioribus ſegmentis terit.ita ſectæ attenuantur cruſtæ. polituris accomodantur Thebaica
& quæ fit e pumice aut porro lapide hoc eſt toſo.de ſabulo puteolano Campano ue,itē de Etruſ/
co quod proprie carbunculus uocatur,nihil dicturus ſum , niſi qđ campanum ex uſta terra , car/
bunculus excocta materia efficitur . auctor Victruuius Romæ.uulgo Puteolana dicitur harena
quocunq; loco foſſilis modo quæ in calcem conueniat.

COTES

Otes ſiue lapis naxius id eſt acone,ſicut olearis cotes Elæa cone.diu placuit cotes e mar/ MIII
c more naxio ut & ſimpliciter naxium dicatur.ita uocant in inſula Cypro genitas . uicere
poſtea ex Armenia.differre putant cotem a lapide coticula:non ſolitum inueniri niſi in
flumine Timolo ſiue Tmolo:nam utroq; modo recte dicit̃ ,a monte(ut arbitror)cognomine in
terra Lydia.Nunc uero paſſim quæ alii heraclium & lydium appellant.Sunt autem læues & cal/
culis ſimiles quaternas uncias longitudinis binaſq; latitudinis non excedentes:ſiue ut Theophra
ſtus inquit calculi ampliſſimi dupla magnitudine,præterea ſp̄e lata nō rotunda ; quod a ſole fuit
in iis melius q̃ quod a terra.Sed & caloribus immodicis deterius reſpondent.fiunt enim aſpergi
ne quadam ex alto reuocata quaſi lubricæ ut idem Theophraſtus ait.iis coticulis periti cū e uena ſi
ue nūmo lima rapuerint,experimentum protinus dicunt quantum auri quantū argenti aut æris
habeāt ſcrupulari differentia,nunq̃ fallēte ratione.incipientibus a minimis notis hoc erat granū,
poſt colybus tū duo chalchi.dein quatuor moria ut Theophraſti uerbis agā.lapis.Et chryſitis &
baſanos chryſochoice hoc eſt index aurarius uocatur;quo ut græci aiūt aurū exploratur obryzū
ſit atq; probū an improbū uitioſumq;.q̈q̈ baſaniſtes & ꝑ mortario quādoq; accipit̃.porro dicitur
obryzū quaſi abryzū hoc ē delicatū ſincerūq;.ut Photiōis etymo utar.uocāt aūt obrizū quotiēs ſi
mili colore rubet ignis ut iqt Plinius & aurū qđ apyrō appellāt purū ē idq; hēt nomē,qa igne nō;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

egeat quale arabicum esse Diodorus tradit: quod inter abileos gasandosq; foditur, De arabico auro & literæ sacræ meminerunt.

LAPIS GEODEOS MIIII

g Eoden ex argumento appellant quoniam amplexus est terram.

TERRA IN COMMVNE MV

t Erra hoc est Ge omnis sicca est in medicina ui præsertim appellata Georgumene hoc est agricolaris, nam terra ægyptia e luto eius fit, sunt qui ægyptiam pro singulari terra interpretentur. In nomine est & Cretica minus pollens & plus habens aeris q̃ cætere: usus ad exterẽdas sordes argẽteis uasis celebratissimus: & Armeniæ glebæ locus siue lapis ea, siue ut Galenus mauult terra nominet: quia madescat aqua interius nõ summa tantũ cute ut lapides, uulgato eius usu contra pestilẽtiam quæ Galeni ætate fuit, & cõtra deploratos phthisicos: ob id in Africã & Alexandriã nauigare solitos, ex Armenia Cappadociæ cõtermina inuehitur: ui maxime siccifica luteo colore aut pallido, teri facilis usti modo lapidis: Minimũtñ arenosa lapidosaue, sed Samio asteri læuore similis, uerũ põderosior ac dẽsior, Syri eam zazinacha ap pellãt ut Aetius inqt urbẽ in cuius monte nascitur Vagauanaga uocari, agrũ in quo mons ille sit Agaraces uulgodici, cui similis est effectu, quæ Alanæ cognominatur. Est & Carasenia ex oppido Tauricorũ peninsulæ qua uulnera omnia sanantur. Quod autẽ genus cretæ sit quam Hippocrates Schediada nominauit: duorũ discriminum, haud plane scio quemadmodũ nec illam quam conchylium Xenophon, alii cenchyliũ uocant, lapidem ut in quit Pollux. Agricolaris duæ summæ differẽtiæ, infinitis inter eas mediis, nigra: quæ & pinguis est, alba, quã græci uocãt argilon, hoc est argillam sabuloni similem, ac ieiunam, sordidam, famelicã. Sunt & alia duo terræ genera. Pharmacitis hoc est medicata, cuius species Eretrias & Samia & Rubrica & Lemnia & quæ sequuntur cæteræ. Metallicum in quo lapides & fere quæcunq; supradiximus orsi a Cadmia.

TERRA ERETRIA MVI

e Retria & eretrias terræ suæ nomen habet. hac Nicomachus & Parasius usi.

TERRA SAMIA MVII

t Erra samia genus est candidi coloris quemadmodum & melinon de quo in crea melina differitur. porro samia quæ aster uocat, globosior est q̃ species eius altera collyriõ, utraq; tamen candida. Nascitur & in Samo quoq; melinum, sed pictores eo quod sit e Samo non utebantur propter nimiam pinguitudinem, sed eo quod e Melo. Accubãtes effodiũt ibi hoc est non stãtes sed aut in obliquũ aut supini uenas scrutãtur in saxis auctore Theophrasto, quæ ut Iulius Pollux inquit Geophania uocantur. Aster uon nisi quarta demũ aggressione ꝑdit.

LAPIS SAMIVS MVIII

TERRA CHIA MIX

TERRA SELENVSIA MX

s Elenusia lactei coloris est, eadẽq; lacte diluta renouandis albariis tectoriorum probatur.

TERRA CIMOLIA MXI

t Erra cimolia siue ut Hippocrates & Pollux & nicocharis appellant terra Mectis siue smectis ab extersu a Cimolo quidẽ una cycladum. Sed tñ laudatur maxime Thessalica. Nascitur & in Lycia circa Bubonem oppidum. Est & alius usus cimoliæ in uestibus. Nam sarda quæ affertur de Sardinia cãdidis tñ probat inutilis uersicoloribus: & est utilissima omniũ cimoliæ generũ. preciosior umbrica, & quam uocẽt saxum. proprietas saxi ꝙ crescit in macerando atq; põdere emit. Illa uero mẽsura. umbricã nõ nisi poliendis uestibus assumebant. primũ igitur uestibus abluebatur cimolia sarda. dein sulphure suffiebatur: mox desquamatur cimolia. quæ est coloris ueri. Fucatus enim nigrescit & effunditur sulfure. ueros autem & preciosos colores emollit cimolia & quodam nitore exhilarat cõtristatos sulfure. candidis uestibus saxum utilius a sulfure inimicum coloribus. græcis uicem cimoliæ gypsum tymphaicum implebat.

TERRA PNIGITIS MXII

p Nigitis nigra est ut ampelitis glutinosior quandoq; q̃ samia.

TESTAE FORNACIVM MXIII

t estas ostraca uocant græci.

TERRA VSTA MXIIII

t Erra usta siue tosta itemq; ruffa quæ a græcis catopos & caminitis atq; pyrra dicit, nõ eadẽ est cũ ea de qua Plinius ita meminit. usta casu primũ repta incẽdio. Pyræ cerussa i ocis cremata, quam primus Nicias tabulis inusserit. optima nunc Asiatica habetur usta,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

quæ & purpurea inquit uocatur. precium eius in libras æris quinq;. Fit & Romæ usta cremato sili
marmoroso, restinctu aceti purpureo colore ut inquit Victruuius. Sine usta non fiunt umbræ.

TERRA MELINA

MXV
Olores præter cerussam candidi erant antiquitus duo Melinum ab insula cycladũ Me/
c lo dictum: quod & in Samo quoq; nascitur, ut diximus. linguã tactu siccat omne meli
num. Taxatur in libras singulis sextertiis. Melinum porro a terra melina. siue ut græci
appellant Meliade atq; Melia nihil distat. alterum candidi genus, paretoniũ uocatur. nomẽ loci
habens ex ægypto. spumam maris esse dicũt solidatã cum limo propterea & minutas in eo spe//
ctari cõchulas. Fit & in Creta ĩsula & Cyrenis. adulteratᷓ cimolia decocta conspissataq;. p̃cium opti
mo in põdo sex librarum. e cãdidis coloribus pinguissimo & propter leuorem tenacissimo tecto/
riis. Fuit & Smyrnæ terra Theodotios ita nominata quia Theodoti fũdus is erat, ĩ quo id genus
Cretæ primo sit inuẽtum. hãc Plinius inter cãdidas enumerat qua ueteres inquit ad nauium pi/
cturas utebãtur. Victruuius inter uirides optimam credi uoluit.

TERRA AMPELITIS

MXVI
Mpelitis bitumini est simillima. uocatur ita quoniam uitibus qua gemmãt illitis, arcere
a creditur uermes Ipas siue senipas a græcis appellatos a nobis uoluoces & cõuoluolos:
etiam si uoluocẽ alii dũtaxat ĩtelligũt qui prærodat pubescẽtes uuas. Theophrastus hãc
in Cilicia coqui tradit atq; ita lẽtescere uitesq; obungere. hæc & pharmacitis dicitur, etiã si nomẽ
hoc medicatis omnibus commune est ut inquit Galenus.

FVLIGO PICTORIA

MXVII
Vligo hæc a græcis asbolõ & asboleuocari solet. ĩuẽti sunt pictores q e sepulchris carbo/
f nes ĩfectos effoderẽt ad atramẽtum tectoriũ siue qđ idẽ est pictorium. sed commodius
tñ fit ex fuligine. resina exusta aut pice: propter quod officinas & laconica etiam ædifica
uere fumo excipiẽdo. fit ex sarmẽtis. sed laudatissimum e tædarum schediis ita enim uocat assulas
Victruuius. Igitur fuligo quæ parieti & cameræ curuaturis adhærescit collecta partim compõitur
ex gummi subacto ad usum atramẽti librarii partim tectores glutino admixto in parietibus utũ
tur. Adulteratur fornacium balnearumq; fuligine, quo ad uolumina scribẽda utũtur. Sunt qui &
uini fecem arefactam excoquãt: quæ si ex bono uino fuerit indici speciem imitari uideatur. Poly
gnotus & Mycon e uinaceis fecere Tryganõ uocatũ. Apelles commentus est ex ebore combusto
quod elephãtium uocant. Fit & e tædis ligno cõbusto, tritisq; in mortario carbonibus. Mira ĩ hoc
Sepiarum natura; sed ex iis nñ fit. omne autem atramentum sole perficitur, librarium & tectoriũ
glutino admixto, quod autem aceto liquefactum est, ægre eluitur.

ATRAMENTVM SCRIPTORIVM

MXVIII
E atramẽto scriptorio quod & librarium uocatur & græce melan graphicon, dictum est
d In fuligine pictoria, chalcantho: melanteria.

HERMOLAI BARBARI PATRITII VENETI AQVILEIENSIS
PATRIARCHAE. COROLLARIVM FINIT.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1794/D